


A  
19  
106

25. a. 4 -  
20 -

15-106

~~106~~  
R. 106

2 400 40  MADE IN SYRIA

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

Del *Ab* de la *Com<sup>pa</sup>*. de *Hy* de *Y*anda. *BBE*

R. 4155

# C. CRISPI SALVSTII

LATINORVM HISTORICORVM PRAE-  
stantissimi, Opera, quæ quidem extant, om-  
nia: uidelicet,

L. SERGII CATILINAE contra Senatum Rom.  
Coniuratio, seu Bellum Catilinarium.

I T E M,

BELLVM Iugurthinum. Vnà cum doctissimorum tam su-  
perioris quàm nostri seculi uirorum Commentarijs, Castigatio-  
nibus, Scholijs, longè quàm antehac emen-  
datoribus: nempe

LAVRENTII VALLAE.	OMNIBONI LEONICENI.
IOD. BADIO Ascensij.	BARTHOLOMAEI ZANCHI.
IOAN. CHRYSOST. Soldi.	VINCENT. CASTILIONEI.
IACOBI BONONIENSIS.	IOANNIS RIVII.
HENRICI GLAREANI.	


QUIBUS ACCESSERVNT,

Præter eiusdem Salustij & M. T. Ciceronis Orationes contrarias, item  
Ciceronis & Porcij Latronis in Catilinam Inuestiuas, & Fragmenta quæ-  
dam ex libris Historiarum Salustij: etiam CONSTANTII FELICII  
DVRANTINI Historia coniurationis Catilinae, non pauca à Salustio  
prætermissa continens: item Rerum & uerborum toto Opere  
memorabilium INDEX copiosus.



Cum Cæsareæ Maiest. gratia & priuilegio.

BASILEAE, PER HENRICVM  
Petri, 1564.



OMNIBVS ANIMI INGENIIQVE VIR-  
TUTIBVS ORNATISSIMO VIRO, D. GIL-  
BERTO COGNATO Nozereno, amico  
suo semper colendo,

HENRICVS PETRI S. P. D.



HABES hic, Doctiss. uir, Salustium tuum, unā cum doctissimis Interpretibus (in quibus quantum tua singulari industria & eruditione præstiteris, docti omnes facile cognoscent) à nobis, tuæ erga nos beneuolentiæ multisq; ueræ amicitiae officijs respondere semper conantibus, quanta potuit fieri diligentia emendatè excusum. Qui quum sit autor, multorū iudicio, iuuentuti studiosæ in Scholis accommodatissimus, nulli potius debetur quàm tibi, felicissimo ingeniorum iuuenilium formatori: præsertim quum tot, tamq; eximij in eum interpretes, tuis uigilijs & laboribus restituti sint. Qui quantum polleant ingenij acumine, perspicacia mentis, & iudicio, enarrare singulatim longum esset: nec est opus. Tuo enim in restituendis bonis autoribus studio & iudicio debent, quòd ita nunc noui, integri, nitidique cernuntur. Et abundè satis magnum illis testimoniū est, quales sint, quòd tu acerrimi grauisimique iudicij uir, eos dignos iudicaris, quos in lucem produceres, corrigeres, & in suum locum ordinemq; redigeres, ab Orco reuocatos, uitæq; restitutos. Fruetur ergo Lector in hoc præstantissimo autore, accuratissima exquisitissimæq; explanatione, & expositione aperta, tuo beneficio. Quocirca tibi etiam, amicissime doctissimeq; uir, hoc opus iam ueluti renatum dicare uolui, quod tot nominibus tibi significationem præberem: non quòd tuis maximis in nostros filios meritis aliqua ex parte me unquam respondere posse confidam. Neque enim ulla merces satis magni momenti est, pro philosophiæ præceptis, quæ tu summa cum fide, ac doctriinæ ordine, meis alijsq; plurimis multos per annos, non sine maximo fructu tradidisti. Testimonio tibi sunt plurimi eruditi uiri, quorū multi iam hac uita defuncti sunt, complures adhuc superstites, qui se, quicquid in literis assecuti sunt, tibi deberè, cum gratiarum actione merito atq; ingenuè agnoscunt. Quorum tu animi ingenijq; facultates non solum feliciores, sed etiam mediocres, à natura, uel potius (ut rectius loquamur) ab omnium bonorum autore & parente Deo acceptas, pulcherrimis habitibus, humanioribus scilicet literis, liberalibus artibus, scientia & sapientia excoluisti: ceu bonus agricola, qui sæpe etiam in solo nō felicissimo, sed mediocri etiam, segetes uinetaq; latissima gnauiter colendo excitat.

P R A E F A T I O .

Necq; tibi, singulari pietate uiro, curæ duntaxat studio que fuit, ut in adolescentibus discipulis animi partes naturâ rationales perficeres, uirtutibusq; suis exornares: sed eas etiam animi partes, aut, si mauis, potentias, quæ dicuntur & sunt irrationales, nempe facultates appetendi & irascendi, formares, præceptisq; salutaribus imbueres: consuefaciendo uidelicet (iuxta Platonis consilium) ut à primis annis gaudeant & doleant quibus oportet. quæ uel in primis re-cta est adolescentiæ educatio. Et in hoc honestissimo opere, felicissimè hæctenus, magna cum laude perseueres: & quamplurimos subinde doctos & probos adiuuante Deo, efficis. Pro quibus tuis immensis laboribus, maximisq; beneficijs, cum nemo sit soluendo, semper manebimus debitores tui: & quam referre gratiam non possumus, habere atq; agere pro uirili semper conabimur. Dominus Deus conseruet te quàm diutissimè incolumem. Salutabis nostro nomine, tuos nostrosq; amicos, qui apud nos sunt. Salutant te nostri quoq; omnes, quos Dominus nobis superstites reliquit. Quinetiam fas esto nos credere, charissimâ uxorem, quatuor filias, & generos, D. D. Marcum Hopperum, hoc anno Academiæ nostræ Rectorem, & Hieronymum Curionem, unâ cum filio Io. Henricpetri (qui hac æstate omnes pestifera lue nobis abrepti, in Domino obdormierunt) omnes, dum uiuerent, tui amantissimos, te quoque salutare. Vale in

Domino, uir doctissime: nosq; amare, ut facis, perge. Ba-  
fileæ, V. Calend. Septembris, Anno Salutis

M. D. L X I I I I.

VITA SALUSTII, EX PETRO CRINITO,  
de Historicis ac Oratoribus Latinis.

Caius Crispus Salustius Amiterni natus traditur, in agro Sabino, quo anno Atheniensium urbs à L. Sylla deuicta atq; uastata est, ut Romani annales referunt. Ex nobili Salustiorum familia ortus est, quæ diu in secundo ordine dignitatem seruauit. Idem in urbe educatus creditur, & à teneris annis operam ac itudium impendisse optimis disciplinis. Sed cum in ea tempora incidisset, quibus corrupti ciuium mores uarijs partibus atque factionibus forent, neque uirtuti præmia, aut bonis ingenijs adessent: in tam deprauata ciuitate, quod idem Salustius fateatur, uictum eius ingenium uoluptatibus facile succubuit. Itaque cum ad Remp. pro etate foret delatus, propter ciuium improbitatē & factiones multa aduersa perulit. Nam tū præcipue Syllanis partibus infecta ciuitas astuabat. Constat ex ueterum commentarijs, Salustium ipsum ingenio fuisse acri, & in studijs literarū accurato, tum maximè in scribenda historia. Præceptorem habuit inter alios Arceium Prætextatum, qui Philologum se appellauit: & ab eo edoctus est de ratione rectè scribendi, ut à Suetonio Tranquillo traditur: qui & Asinium quoq; Pollionem scribit ab eodem Prætextato eruditum, atq; instructum. Maximè autem M. Catonis studiosus fuit, ex cuius commentarijs uerba excerptit, & uelut breuiarium ad usum propriū habuit: quod Octauius quoq; Augustus in epistola ad Marcum Antonium refert: in qua ipsum Antonium ceu infantem increpat, quod ea scribere uellet, quæ miētur potius homines, quàm quæ intelligant. Sed interim ad Salustij commentarios. Historiam composuit de Lucij Catilinæ coniuratione contra Romanum senatum, & item de bello Iugurthæ, qui Numidie Rex factus, diu contra Romanos strenuè rem gessit. Historiam præterea de Romanorum gestis, ut de Mario, & Sylla, nec non de Pompeio contra regem Mithridatē: quod opus libris aliquot à Salustio absolutum traditur. Et adhuc supersunt quædam, uelut absolutissimi operis reliquia, in quibus Salustij diligentia in historia describenda, atq; grauitas appareat. In parte operis de rebus Punicis tanto animi studio incubuit, ut à quibusdā scriptum sit, eam regionem adijisse, ac maxima solertia perulustrasse, quo maiore fide atq; officio ueritatem exploraret. Anienus certe Rufus plurimum Salustij diligentiam atq; studium cōmendauit. Sed & Gellius, uir Romanus, qui ueterum eruditione Aristarchus habetur, ita de Salustij oratione disserit: Elegantia, inquit, Salustij, uerborumq; facundia, & nouandi studium, cum multa prorsus inuidia fuit. plures non mediocri ingenio uiri conati sunt reprehendere pleraq; & obrectare: in quibus plura inscite aut malignè uellicant. Quin & hunc proprietatis seruantissimum uocat. Titus autem Liuius tam iniquus Salustio fuit, sicuti ab Anneo Seneca scribitur, ut quædam ex historia Thucydidis translata, & eleganter assumpta, uelut deprauata & corrupta illi obiecerit. Idq; ipsum non in Thucydidis gratiam effecit, ut Arellius Fuscus dicebat: uerum putauit se facilius Salustium uincere, si prius Thucydidem ipsum præferret. Asinius quoq; Pollio librum scripsit, quo Salustij scripta reprehenderet, quod in ijs nimia quædam affectatione antiquitatem sequeretur. Fabius uerò Quintilianus, uir maturo & graui iudicio, asseruit oratione Salustij atq; breuitate nihil posse fieri perfectius, præsertim apud uacuas & eruditas aures. Necq; ueritas est idem Fabius authori Thucydidi, in scribenda historia apud Græcos principi, Salustium ipsum opponere, sicuti Titum Liuium Herodoto: quo factum est, ut cum plures uoluerint dicendi genus Salustianum sequi, minimè sint assecuti. Est enim eius oratio tam absoluta, tam casta & innocēs, ut merito ab eruditis diuina breuitas censeatur. Nam & Aruntius, qui belli Punici historiam scripsit, Salustio tantum concessit, ut eius orationem maximo studio sequeretur: quod alibi diximus. Nec

C. CRISPI SALVSTII

Illud ignoratur, consueuisse Salustium magno labore ac studio scribere, ut nihil non absolutum atq; perfectum uideri possit: quod ex ipsa lectione facile colligitur. Amicos in primis habuit doctrina & ingenio nobiles: ut Cornelium Nepotem, Messalam, & Nigidium Figulum, qui perisse in exilio traditur. Iulium præterea Cæsarem magno studio dilexit: à quo etiam (ut creditur) dignitate præfectura honestata est. Illud item à Suetonio refertur, Lenæum gramicum Pompeij libertum fatyras contra Salustium composuisse, eumq; mordaci & uirulento carmine lacerasse: ut qui lurconem illum, popinionemq; & nebulonem, ac lastaurum appellaret, tum uita scriptisq; monstruosum, ac M. Catonis furem in eruditissimum, quod ipsum non alia ratione à Lenæo factum creditur, quam ut studium suum atque officium erga patronum Pompeium probaret: quem uirum Crispus Salustius ore probo, animo autē inuerecundo esse scripserat. Itaq; mirandum non est, si tam acerbe atq; satyricè libertus Lenæus contra Salustium aciem styli exacuit. Quantum odij atq; inimicitiae inter hunc & M. Ciceronem extiterit, notissimum est: quod utriusq; uiolentæ atq; acerrimæ orationes ita demonstrant, ut neuter uideri possit satis sui rationem habuisse, dum alteri male dicere. Quia in re non sunt multa referenda, cum ex Hieronymi ac Fabij autoritate constet eos homines longè ab errasse, qui cōfictas magis orationes ab alijs, quam à Salustio & Cicerone habitas crediderint. Et sane tam corruptis moribus Salustius, ingenio tam procliuu ad luxum fuit, ut paternam domum uiuente adhuc patre turpissima ratione uenalem haberet: quod illi inter alia uitia à Marco Cicerone exprobratur. Sed à Varrone etiam & Gellio traditum est, eundē fuisse in adulterio deprehensum ab Annio Milone, lorisq; cæsum, ac data pecunia dimissum. Qua ratione factum est, ut Marcus Cicero appellare illum nō dubitauerit menfarum asseclam, cubiculorum pellicem, & adulterum. Dignitates publicas gessit, & quaestura ac tribunatus honorem assecutus est: sed nulla quidem laude aut commendatione, adeo libidine magis quam ratione & publicè & priuatim uixisse. nam & bis uocatus est in iudicium: & ad iudicium subsellia attractus, fortuna extrema (ut inquit Cicero) stetit. Scribunt autem Grammatici ea causa de Senatu effectum fuisse à Censoribus, quod ingenti libidine matronas confectaretur. Illud quoque de Salustio relatum est, patrociniū & fauorē C. Cæsaris consecutum fuisse præturam Africæ interioris: ex qua diues factus, cum in urbem rediret, preciosissimos atq; amoenissimos hortos in regione ad Malum punicum comparauit, ac Tiburti uillam: quæ à Cicerone itidem illi obijciuntur. Neq; defunt qui scribant, Terentiam Marci Ciceronis uxorem, ab eo repudiatam, Salustio nupsisse: ac deinceps Messalæ Coruino, uiro in eloquentia clarissimo: quod etiam suo loco scripsimus. Sciendum est, plures fuisse Salustios. nam & Cneus à Marco Tullio celebratur in Salustiorū familia insignis, & M. Ciceroni ac Cn. Pomp. maximè familiaris: quod ex ijs epistolis colligitur, quas Cicero ad Pomponium Atticum scribit. Qua in re imprudenter quidam decepti sunt, cū Salustij Empedoclea ignorarent, ut alibi demonstrauimus. Sunt qui tradant, ad annum secundum & sexagesimum eum uixisse, & in patria annis aliquot post obitum C. Cæsaris diem extremū obijisse: quod ex ueterum commentarijs colligitur. Illud præterea de hoc ipso Crispo Romæ circumlatū est, ut multi testantur:

*Hic erit, ut perhibent doctores, corda uirorum,  
Crispus Romana primus in historia.*

ALIA SALVSTII VITA, PER  
Pomponium Letum.

Crispus Salustius, genus ex Amiterno Sabinorum agro duxit, C. Salustio patre genitus. Et liberalibus artibus, in quibus educatus erat, præter eruditionem nihil accepit. Omnibus uoluptatibus turpissimè indulgit: paternam domum uendit, ut criminè adulterij se redimeret. Ex quaestura & tribunatu nullam laudem est assecutus. Fa-

uente

VITA.

mente C. Cæsare prætor Aphricam sortitus, provinciam expulauit, & exhaust: tantumq; inde pecuniarū reportauit, ut amoenissimos hortos sub Quirinali extra pomerium ad Collinam portam titulo sui nominis empto loco habuerit, atq; adornauerit, non uulgares illius seculi & posteriorum ætatibus delicias, atq; seculum: usq; ad exactam ætatem libidinis audis, & potens: in amicitia uariis, & inconstans. Sæpius tamen liuidente momordit. Habitus est ore improbo, & animo inuerecūdo. Manes Pompeij Magni, existimans hac uia se Cæsari gratiorem fore, lacerare ausus est. Vnde in Salustium Lenæus, Pompeij libertus, scripsit, moresq; eius sigillatim paucis uocabulis expressit, nebulonem, lurconem, popinionem, & lastaurum appellans. Vox postrema indicat, fuisse hominem ualidæ libidinis. Scripsit stylo non abhorrente à ueteribus. Extrat coniuratio Catilinæ, & Bellum Iugurthinum, & quædā conciones è libris Bel-lorum ciuiliū. Vt secreta inimici fidelius intelligeret, Terentiam à Cicerone repudiatam duxit uxorem: quæ terribi nupsit Messalæ Coruino.

ALIA, PER IOANNEM CHRYSOSTOMUM Soldum.

Salustius ciuis Romanus Senatorij ordinis fuit. Hic primò se ad Rempub. contulit, & in ea aliquandiu uersatus est. Postea cum in Senatu (ut tradit Acron) à censoribus obiectum esset, quod libertinarum sectator esset: tum ille non se matronarum, sed libertinarum se statorem esse restatus est: atque ideo è Senatu repulsus est, quod tamen in proœmijs purgat. Sed reuerà constat, Salustium infamia potius circa feminas laborasse. Nam, ut idem quoq; Acron refert, in Faustæ, Syllæ filia, & Milonis uxoris adulterio deprehensus, ab ipso Tico Anio Milone flagellis cæsus est. Igitur Salustius ob eiusmodi flagitia à Senatu remotus, cum intelligeret sibi ob tantam ignominiam, aditum ad honores penitus interclusum esse: omissa cura Reipub. se ad historiam scribendam contulit. In qua re ita claruit, ut omnibus qui historiam scripserunt, omnium iudicio anteponatur. Et quem admodum apud Græcos Thucydides Herodotum, cæterosq; qui historiam scripserunt, nobilitate & artificio dicendi superauit: sic apud Latinos Salustius Liuium, cæterosq; historicos facile uicit. Vnde Quintilianus Thucydidi Salustium comparat, Liuium Herodoto. Porro tam in Thucydide quam in Salustio mira breuitas quædā, & affectata rerum ubertas commendatur. Nam uterq; ita rerum frequentia creber est, ut uerborum propè numerum, sententiarum numero consequatur. Genus autem dicendi utriq; est pressum & nitidum, & omnino rebus magis quam uerbis redundans.

FRAGMENTVM ORATIONIS CICERONIS  
pro M. Cælio, in quo mores Catilinæ tanquam penicillo exprimuntur.

Habuit enim Catilina, sicuti meminisse uos arbitror, permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata uirtutū. Vrebatu hominibus improbis multis: & quidem optimis se uiris deditum esse simulabat. Erant apud illum illecebæ libidinum multæ: erant etiam industria quidā stimuli, ac laboris. Flagrabant uitia libidinis apud illum; uigebant etiam studia rei militaris. Neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrarijs diuersisque inter se repugnantiibus naturæ studijs cupiditatibusque conflatum. Quis clarioribus uiris quodam tempore iucundior? Quis turpioribus coniunctior? Quis ciuis meliorum partium aliquando? Quis terrior hostis huic ciuitati? Quis in uoluptatibus inquinatior? Quis in laboribus patientior? Quis in rapacitate auarior? Quis in largitione effusior? Illa uerò, Iudices, in illo homine mirabilia fuerunt: comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, seruire temporibus suorum omnium, pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, audacia, uersare suam naturam, & urgere ad tempus, atq; huc & illuc torquere & flectere. Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè: cum senibus grauius, cum iuuentute comiter: cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè uiuere. Hac ille tam uaria multiplicique natura cum omnibus ex teris homines improbos audacesque collegerat, tum etiam multos fortes uiros, & bonos specie quandam uirtutis assimilata tenebat: neq; unquā ex illo delendi huius imperij tam sceleratus impetus extitisset, nisi tot uirorum tanta immanitas quibusdam facilitatis & patientiæ radicibus niteretur.

C ▶ CRISPI SALLVSTII LI-  
BER DE CONIVRATIONE  
CATILINAE.



MNES homines qui sese student præstare ceteris animatibus, tum-  
ma ope niti decet, ne uitam silentio transigant: ueluti pecora, quæ  
natura prona, atque uentri obedientia finxit. Sed omnis nostra uis  
in animo & corpore sita est. Animi imperio, corporis seruitio ma-  
gis utimur. Alterum nobis cum dijs, alterum commune cum bel-  
luis est. Quo mihi rectius esse uidetur, ingenij quàm uirium opibus  
gloriam querere: & quoniam uita ipsa qua fruimur, breuis est, me-  
moriam nostri quàm maximè longam efficere. Nam diuitiarum & formæ gloria, flu-  
xa atque fragilis est: uirtus, clara, æternaque habetur. Sed diu magnum inter morta-  
les certamen fuit, ut ne corporis, an uirtute animi res militaris magis procederet.  
Nam & prius quàm incipias, consulto: & ubi consulueris, maturè factò opus est. Ita  
utrunque perse indigens, alterum alterius auxilio eget.

Proposito  
ab officio  
boniis

Amplificat  
ab exēplis.  
Demonstret  
nri sententia

COMMENTARIVS.

LAVR.  
VALLÆ



MNES homines. ] Patricia gente Cri-  
spus Sallustius, Roma natus, post  
Remp. ciuili discordia cœcissam, cum  
nulla illius administrande ratio bo-  
nis superesset, amplius se ad scribendi  
ocium contulit. In quo genere (Quin-  
tiliani iudicio, qui eum Thucydidi, in historia eminenti-  
ssimo, opposuit) præcipuam inter eos qui res Roma-  
nas literarum monumentis tradidere, est laudem ade-  
ptus. Etenim quo Thucydides est Herodoto maior, cui  
secundæ tribuuntur partes: eo certè hic noster Linius  
præstantior, quem Herodoto ille comparat. Accedit &  
Marualis urbanissimi poetæ carmen:

Hic erit, ut perhibent doctorum corda uirorum,  
Primus Romana Crispus in historia.

Quo haud dubie apparuit, doctorem hominum iudicio  
Crispum ceteris Romanarum rerum scriptoribus præ-  
latum. Quod si tantorum uirorum testimonio principum  
in historia locum obtinet, summa nos ope niti decet, ut  
præclara eius monumenta, si qua adhuc restant, non tan-  
tum ipsi studio condiscamus: sed, si fieri citius possit,

quamplurimis nostræ industria omni sint ex parte con-  
spicua. Atque id ipsam hoc enixius præstandam, quòd  
post tantam nostratum literarum iacturam, quæ tantam  
Gothicis temporibus factam fuisse constat, paucissima  
quædam uestigia (ne fragmenta dicam) ac illa ipsa pe-  
nè euanescentia, ex locupletissima Crispi ornatissimaq;  
historia, ad hæc tempora peruenire. Et quod iniquius  
ferat aliquis, fuerunt hæc progymnasmata quædam (ut  
Græco utar uerbo) castissima illius Mineræ, quæ nos  
his reliqua eum temporis, tum homines fecit iniuria.  
Nam quòd plenissimum Crispus scripserit historiam,  
quæ non res Romanas solam, sed externarum etiam gen-  
tium sit complexa, abundè constat. Verum à Catilinæ  
conivratione, quasi ingenij experitiâ daturus, tum uide-  
ri potest auspiciatus: quòd & ipsam operis proœmium  
haud dubie demonstrat. cui, ad stili consummationem,  
credibile est iugurthe bellum subicisse. Sed quanti illa  
momenti fuerint, quæ prorsus interire, ex his quæ ho-  
die extant facilis est coniectura: quippe cum nulla pos-

si uirtus in historia elucere, quam non in hac uel illa me-  
diatione facile recognoscas. Sed quo eius sunt uirtutes al-  
tiores, minusq; uulgo proximæ: eo maiore nobis studio  
(ut dixi) est nitendum, ne ille nostra uel inertia uel ne-  
gligentiâ diuini in obscuro sint. Etenim quàm cognita  
sint difficiles, uel ex eo potest intelligi, quòd non pauci  
(ut uideo) in proœmij fronte allucinati, dant illi uitio,  
quòd nefarium Catilinæ scelus scripturus, inde potissimè  
sit exorsus, ut dixerit animum corpori & ingenium ui-  
ribus præstare: uelut nihil magis ab eo quod dicturus  
erat alienum dici potuisset: sed accusare omnia ac magis  
erudite quàm uerbis explicari possit. Redditurus namq;  
sui consilij rationem, quòd à repub. digressus, se ad histo-  
riam scribendam contulisset: nulla potuit honestior cau-  
sa demonstrari, quàm quòd eo se consilio id fecisse osten-  
deret, ut ea parte corporis uteretur quæ potissima in ho-  
mine esset. nec ita multo post, non magis se ratione  
quàm necessitate, ut id consilij caperet, adduci oportuisse  
demonstrat: quoniam ambitione malisq; artibus ciuita-  
te corrupta, nullus uideretur innocentie locus huic, qui  
ad eam capiendâ accederet, relicta. Verum quia præ-  
clara ingenia aut domi consulendo, suorumq; facta illu-  
strando, aut foris rem publicam administrando, patriæ  
uideri possunt uilia, sublata optimatum administratione,  
ne, omni quæ rectè uiuendi ratione mutata: merito  
unum hoc scribendi officium quòd reliquum erat, quia  
& potuit, & debuit, non minori ingenio quàm pietate,  
patriæ ciuibusq; suis optime de ea meritis præstiti Cris-  
pus. Præstare. ] Dicitur & accusatio iungitur: ut præ-  
sto illi, & præsto illum. Præstare, excellere. Ceteris  
animantibus. ] Scilicet brutis animalibus. Summa o-  
pe. ] Summa possibilitate, & uiribus summis, nam opus si-  
gnificat possibilitatem. Virg. Æneidos lib. 1.

Grates persoluerè dignus

Non opus est nostræ, Dido.

id est, possibilitatis. Veluti pecora. ] Quæ silentio uitæ  
transcunt. Prona. ] procliuata. Atq; obedientia uen-  
tri. ] Quia animalia suos appetitus sequuntur: & tan-  
tum præsens tempus considerant, non autem futurum  
nec præteritum uident. Finxit. ] formauit. Sed

omnis nostra. Quoniam igitur nos dissimiles ceteris animantibus esse debemus, uideamus quibus in rebus occupati esse debeamus. Dux autem res sunt, quibus clari esse possumus; scilicet, uel uiribus ingenij, uel uiribus corporis. Sed uideamus utrum magis preponderet. Nota ista uis. Scilicet humana. Sita. Posita. In animo et corpore. Id est, uiribus animi et corporis continentur. Magis quam seruitio. Animus quidem imperat, corpus autem seruit. Alterum. Imperium animi. Alterum. uidelicet seruitium corporis. Dicitur. Nam memoria et intelligentia et prouidentia diuinae uirtutes sunt, et diuino quodam numine tradite sunt. Commune cum beluis. Nam quemadmodum sentiunt et appetunt bellia, ita homines et sentire et appetere possunt, sed homines et meminere et intelligunt, et ceteris prouident: quod animantibus prout negatur. Ergo constat animum quidem cum dijs esse communem, corpus uero cum beluis communem habere. Quo mihi rectius. Bece ipse suam ponit sententiam. Quo mihi rectius. Cum igitur possumus magnam nobis gloriam comparare aut corporis uiribus, aut ingenij sine dubio debemus ad gloriam uiri uiribus animi potius quam corporis. Et uidetur mihi rectius, Optimum. Auxilij. Ingenij. Scilicet uiribus. Quia frui mur. Non sine ratione dixit Quia frui mur: quia etiam si uita qua uitamur longa sit, tamen uita qua frui mur est breuis: quia uitamur rebus uis, frui mur uero fructu. Sed in fructu dicitur esse, cum aliquid egregium facimus. Ergo ille uita frui mur, qui uicido fructu ex uita capit: ille uero uita uitatur, qui uiuit, nec aliquid pulchrum facit: itaque uita qua frui mur, breuis esse solet. Frui mur, cum aliquid dignum uirtute efficiunt, ex quo fructum capimus bene gestis rei. Efficere longam. Si aliquid egregium facinus suscipiamus, ut apud posteros memoria nostri porrigatur. Nam diuitiarum. Et quia dabitare posset aliquis, quomodo memoria nostri longa fieri possit, declarat ipse dicens: Fluxa, labilis, et propterea non debent homines in his elaborare, nec gloriam querere in diuitijs, inquit, et forma: nihil enim diuturnum: ideo nihil immortale consequi possunt, atque perpetuum. Virtus clara. Virtus autem clarum nomen efficere potest: ergo immortale. Sed diu magnum. Nunc aliam ponit dubitationem. dubitare inquit, et cetera. Certamen. Contentio. Ne pro an. Viribus. Corporis scilicet. Nonnulli dicebant, uires corporis uictoriam comparare. alij dicebant, ingenium uictoria facere. Nam prius, et cetera. Reddit rationem, cur homines ita dubitare uideant. Nam sine consilio factum nihil ualeat: nec consilium sine facto nullum prodesse potest. et consilium ad uires pertinat, et factum ad corpus. Consilio. pro consilio. ita dicit Seruius, apud historicos participium preteritum temporis pro infinito poni solet. Facto. ad corpus. Consilio. ad consilium. Indigens. quia factum sine consilio non plenum est: nec consilium sine facto, sequitur quod alterum auxilio alterum indiget. Eget consilio alterum, et cetera. quia factum consilium, et consilium factum desiderat: nec alterum sine altero esse potest.

OMNI- BONI

Omnis homines. Q. d. Sententiam animi mei, de quo me ut uerparet, mutauit. quia nolbam uitam sub silentio transire: ad quod decet omnis homines nisi et eo

laborare. Ab hoc puncto incipit dicens, Omnis homines. Accusatiuus pluralis est Omnis. dicit enim Seruius, quod omnia nomina quorum genitiuus pluralis terminatur in ium, tam in is quam in es accusatiuus plurales terminant. Student. Sudente est, animum circa aliquam rem assidue cum magna uoluptate applicare. Se se. Nota quod Me, te, et se, ipsam substantiam significant: quae quia quadam uelocitate pronuntiantur, omnino geminantur, ut significatum impensum et expressum intendatur. Praestare. Id est, praesse et praualere. Prae est aliquis alicui tum pulchritudine, tum donis fortuna, tum uiribus corporis, tum uirtute animi, tum creatione. Intendit itaque hinc Sallustius persuadere moralibus, scilicet hominibus, ut quemadmodum dignioris sum creationis ceteris animalibus, sic eisdem praesse laborent animi uirtutibus. Decet. Id est decens et honestum est. Summa ope. Id est summo nitore ad hoc inquit, Ne, ut non, uitam sub silentio transierit. Vitam cum silentio transiit, qui uiuendo memoriae nihil dignum agit. Velut pecora. Sic enim pecora uitam transiit, ut nec post mortem de illis mentio sit. Quae, scilicet pecora: excusat se. q. d. Si pecora uitam cum silentio transierint, non est mirum: quia illa causa tantum. Natura finxit. Id est formauit. Prona. Id est uentri obedientia. Expositio est unde Ouidius: Prona; cum spectent animalia caetera terras, Os homini sublimi dedit, caelumque uidere iussit, et erectos ad sidera tollere uultus. Sed omnis nostra uis. Ita pecora sunt uentri obedientia, ut ipse simplicem uim habentia. Sed humana uis duplex est, tum in corpore, tum in anima: hoc est, Sed omnis nostra uis, distribuitur legatariis est, nulla uis est in nobis, quae non sit animi uel corporis. Animi imperio. Humanam uim duplicem esse ostenderit. Nunc ad modum boni preceptoris ostendit, qualiter sit utraq; utendum: ita scilicet ut animus imperet, et corpus seruiat. hoc est, Animi imperio, continentia uere humana uis est, posita in animo, quia ad imperandum. Nam magis uitamur. Id est uti debemus, animi imperio, quam animi seruitio. Corporis seruitio. Verè humana uis est sita in corpore, quia ad seruendum, nam magis uitamur corporis seruitio, quam corporis imperio. Alterum. Duplicem quidem uim hominis ostendit, quia alterum, scilicet animi imperium, conformat cum dijs: alterum, scilicet corporis seruitium, nos conformat cum beluis. hoc est, alterum, et cetera. Quia carius est quod nos conformat cum dijs, quam illud quod nos conformat cum beluis. Ergo rectius uidetur, et cetera. Opibus ingenij, quantum ad animum: uirium, quantum ad corpus. Et quoniam. Bene dico, ut gloriam acquiramus. Ut. Scilicet memoriam nostri quam maxime longam, id est, ualde longam efficiamus, quoniam uita, et cetera. Nam diuitiarum. Per uirtutem animi, famam nostri longam efficere debemus. Nam per uires, id est, per bona corporis non possumus. Et hic talis inuit diuisionem. Bona alia corporis, alia animi, bona animi sunt uirtutes, quae sunt uere bona et aeterna. Bona corporis alia in corpore, alia extra corpus. Bona corporis in corpore, ut pulchra lineamenta membrorum, ut robur, et cetera. In hunc modum bona corporis extra corpus, ut possessiones et diuitiae, haec autem bona omnia, tam corporis

corporis in corpore, quam corporis extra corpus, fluxa sunt. Sed uirtus, et cetera. Virtus uero habetur claram puncto, diu exercetur, et aeterna, apud superos, uel apud posteros per memoriam. Sed diu. Dico quod uis animi potius est exercenda, quam uis corporum. Sed anti quis de hoc dubitatum est. hoc est, Sed diu. Res militaris. Rem illam posuit, de qua potius uidetur quod magis exercenda esset in corpore quam in animo: ut probatum est, magis eam fore exercendam in animo, quam corporis uis, si de reliquis cõstet. Procederet. Id est, proficeret, et auerteret. Nam et prius, et cetera. Causam dabitatiõis subiungit, quia alterum sine altero nihil ualebat. hoc est, Nam et prius quod incipias, consilio non est, id est, consilio est, necessaria est uis animi. Et ubi. Id est postquam. Consuluerit. Id est, consilium acceperit. Naturæ. Id est, citò. Opus est factum. Et hic necessaria uis corporis, aliter enim inane esset consilium, nisi sequeretur factum. Uaque. quando quidem opus est consilio, postea factum. Per se utrumque indigens. quia alterum alterius auxilio eget. IODOC. B AD. C. Omnis homines, et cetera. Quoniam auctoris huius uis, et in historia scribenda peritiam, ceteraq; in initijs operum discit soluta, pro ingenio nostro iam discussimus: reliqua est dilaxat dilectio: operis ipsius explanatio, quæ (sit modò Spiritus sanctus auspex ita succurram, aut (ut Flaccus ait) circumstantiam ferri uelut, ut in modo curri: uel tardiores non praetercat: atque ita laxo sinu demissosq; uerborum contextus in ambulare, ut ingenio quantum uis acri non prius praeterenda fastidiantia occurrat. At ne pollicatio cuius bilis moueat, hic prologus narratiuus atq; declaratiuus est. Declarat enim intentionem atq; institutum auctoris. Cum enim (ut Plinius quoq; attestat) omni homini id faciendum est, quo se aliquando uixisse testetur, geminum proponit ad glorie nominisq; aeterni consecutionem cõpendium: alterum per uirium corporis, alterum per uisum animi egregiam ostentationem, ostenditq; cur se ad animi exercitiu potius quam ad corporis, et cur ad historiam scripturam potius quam ad ceteras animorum meditationes atq; reipub. gubernationem contulerit. Primum siquidem inuit, exercitiu animi id praestare exercitiu corporis, quod animus ipse corpori. Deinde fatetur, se ab ocio ac studio literario ad rempub. latum, sed inde sublatum propter ea que in eadem regnabant uita, praesertim propter ambitionis (cui difficilime resistitur) illecebras: propterea, ut ad intermissa studia redierat, animum ad historiam Romanam carpitum describendam appulsiu: neque id quidem ab re. nam cum plurimum habeat difficultatis et periculi, merito non parum consequatur uere glorie. Difficultas autem in eo est, quod sanè arduum uidetur facta dictis adaequare: periculum autem in eo est, quod uera dicendo, multorum facile inuidiam merueris. Nam (ut Comicus ait) hoc tempore Obsequium amico, ueritas odium parit. Neq; uerò impertinens aut asaniticia est haec praesatio, ut pleriq; calumniati sunt, putantes hanc uirtutis commendationem, quia ab sanctissima Catiline uita plurimum abhorret, ad institutum poetae nihil facere: cum non uideant, nihil aptius ad res gerendas et describendas esse, quam animorum corporumq; uires nõ segnitèr exercitis. Quocirca Mineruam sapientie deam, et bello et paci praesertim Atheniensis. Sed haec haec

Quantum uerò ad uerborum elegantiam, et sermonis leporem, in quo uenientibus plurimum immorandum est: sciat primùm, Omnes accusatiuus esse Latini, qui a praefixis Latinis per ei diphthongon scribi conuenit, ne in es finitus cum nominatiuus et accusatiuus pluralibus, et in is cum eisdem singularibus consonet: si multq; quod cõueniens sonet accusatiuus in is, licet eis scribatur, sequente praesertim es, ut hoc loco Omnis homines. Nota est autem Seruiana regula, quod quoties genitiuus pluralis in ium finitur, accusatiuus in is aut in eis exeat. Notum est etiam Augustini Dati, de situ uocabulorum praesertim, quod hic quoque obseruatur: nam ab obliquo incepta est oratio. Praesertim in diuerso significato, uerè datiuo et accusatiuo praesertim. Nam praesertim tibi, est melior te sum, quasi praesertim ante stans: ut hic, praesertim te, id est, exhibeo aut repraesentio: ut apud Maronem, Ibo animis contra, uel magnum praesertim Achillem. Praesertim aut tibi haec res, est, aut in hac re melior sum, ut in Comico: Homo quid homini praesertim, eam tibi cõmodo. Ratione etiam excessus dicitur, multa, non multu praesertim. Animantes dicitur, ut de Amicitia Cicero: Ad quas se applicent sui generis animantes. haec animantia, ut Valla docet. Transsunt. Sunt qui transsunt, hic legendum contentandus: et paulo post Transgredere, non transsunt: quod tametsi consonantius uidetur, nesciam tamen an aptius huius loco, nam cum suporè et torpore notet, consentientius transsunt, quasi sine uis et acrimonia transsunt uiam censet: quocirca nolui immutare. Pecora sunt, quae uicibus humana carum effigie, scilicet praesertim hominum uis accomodata. Prona finxit. Unde illud Ouid. Metamorphoseos primo: Prona; cum spectent animalia caetera terras, Os homini sublimi dedit, caelumque uidere iussit, et erectos ad sidera tollere uultus. Ventri obedientia. Quia in eius oppletiosum omnia conferunt: modestius tamè q; pleriq; homines. Ordo est: Decet, id est decorum et honestum est, decencia naturalis et ordinatione diuina, Omnis homines qui student se se praestare, id est meliores esse, aut praestantiores efficeret animantibus, id est animalibus ceteris: nisi, id est adiuui et moliri: summa ope, id est tota facultate et uirtute: ne transiit silentio, id est sine ulla sui memoria: uitam, scilicet praesentem, qua nobis ad operandum bonu concessa est, ueluti, supple essent (sit enim per uelut et ueluti metaphorè) pecora, id est animalia stolidia et bruta, seu irrationalia. Quae natura, id est uirtus nascuntur à Deo concessa, aut ipse Deus natura uirtutum, ut dicunt Theologi nostri: finxit, id est formauit: pronam, id est, procliuam in terram: atque obedientiam, id est insensum uentri, id est appetitum sensitiuum, qui ab intestinis ipsius uentris mouetur. Sed nostra. Quia dixerat summa ope nitendū, ostendit eam esse duplicem, ut ad suscepti operis rationem callido pede perueniat. Vis, unde uirtus, huius uis, huius uim, et ab hac ut in plurali, haec uires declinantur: sed alij diuersa censent uocabula. Significat interdum copiam, ut Multa uis nummorum: interdum uolentiam, ut Vim ut repellere licet. interdum potentiam, ut hic. Sita. Inon situata, quod barbarorum est uocabulum. Est autem Sitas adiectiuum, ut quidam uolunt, à sinor, alij à sistor deductum. Substantiuum autem signi-

ficat positionem, aut mucorem, seu lanuginem in loco suo modo sitam. Animi imperio. ] Si quidem regimen in nobis fuerit vitæ dispositum, animus imperat corpori, & ratio appetitum. Vitur. ] quia ad alia, ut pote ad gloriam comparandam. Vnde utitur rebus ad utilitatem alterius reifruamur autem ad voluptatem ipsam, quam ex fruitione capimus. Vnde arguit dicit, Vita qua fruimur brevis est. Nam incerta vita, ex qua voluptatem capere possumus, admodum brevis: homo enim breui viuis tempore, repletur multis miseris. Memoriam nostri. ] Non nostram dixit, quia passivè accepit non qua aliorum memores sumus, sed alij nostri. Vnde genitium Mei, tui, sui, nostri & uestri, duntaxat passivè capiuntur.

Efficere quam maximè longam. ] Dulcius sonat, quam longissimam. Præquam incipis consulo, &c. ] Duae sunt pueri adnotanda regule. Prima est: Pulchre, ubi ad generalitatem transit sermo, ad secundam personam etiam singularem, aut ad uerbū impersonale transfertur oratio: ut hic, Præquam incipias, pro eo quod est, quis incipiat. Ut Aeneid. 4. Migratus cernas: pro eo quod est, qualibet cernat. Ad impersonale, ut in Buc. V. Hæc ad turbat agris. Secundæ Participia ab impersonalibus deducuntur, pulchre cum uerbis accusatiuum uel ablatiuum regentibus construantur: hic, Opus consulo & factio, id est, ut consulas & facias, aut ut consulatione fiat. Et, ita factum oportuit, id est, ita fieri aut factum esse. Valla festi, in presenti infinitiui dulcius sonare actiui uocem, in præterito passiuam, dicere uelim, & dictū uolui. Sed diuitiarum. ] Paulatin, ut dixi, ad influentiam accedit. Diu aduerbium est, significans durationem temporis, quod si dixisset Diuturnum: addendum fuisset, Magnumque, sicut, Diu multumque questum est. Magis procederet. ] Cōstitit ergo utroque procedere. Cū iam. ] alij Nam legunt, si Quæ legitur, temporale est. Pars inueniunt eam præstantissimos rerum scriptores imitari, & præcepte Isocratem in Helens: eucomio, ubi & ipso se à laudibus eloquentie exorditur: & in Pænegyrico, quod eum ad illius imitationem fecisse Quintilianus quoque testatur lib. 3. cap. 10. his uerbis: in demonstratiuis uero præemia esse maximè libera existimat. nam & longè à materia duci hæc, ut in Helens laude Isocrates fecerit: & ex aliqua rei uicinia, ut idem in Pænegyrico conqueritur, plus honoris corporum quam animorum uirtutibus datur. & Gorgias in Olympico, laudans eos qui primi tales instituerant conuentus, quos uidelicet Sallustius in Iugurthino & Catilinario bello, nihil ad historiam pertinentibus principijs orsus est. Omnes homines. ] Priscianus lib. 7. ait, omnium nominum que tam nominatiuum quam genitiuum similem habent, eorum accusatiuum pluralem raro in eis, frequenter in eis solere terminari. ut hic & hæc Omnis, hos & has Omnis. Sallustius in Catilinario: Omnis homines qui sese student. Terentius in Andria: Omnis nos gaudere. Qui student. ] Cupiunt, quo significatu Terentius in Andria utitur: Dum, inquit, studet obsequi tibi, pendè illius uicini filie. Præstare ceteris animantibus. ] id est, sese præstantiores reddere ceteris. Præstare diuersam habet significationem. Dicimus enim præstare fidem, beneuolentiam, officium, culpam. Interdum uero præstare pro excellere, in qua significatione hic ponitur, & ut hanc locutionem corroboremus, exempla abundè afferemus. Quintilianus lib. 2. Ait, inquit, in quo malimus

ma, id est formositas, id est que ex diuitijs & forma nobis adnascitur: est fluxa, id est citò diffuens, ut frangibilis, sed, supple uirtus que in animo est sita, habetur, scilicet in te & in memoria clara & æterna, quia subiectū æternum habet. Eadem apud Placcum in Carminibus habemus sententiam. Sed magnum certamen. ] id est, controuersia aut contentio, fuit diu, id est per longum tempus: inter mortales, id est homines, nam mortale nobis additum, separat nos à dijs, unde forte, ut mortis simus memores, sæpe pro hominibus dicimus mortales: ut Aeneid. 2.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris incipit, &c. —

Ne, pro aures militaris, id est gloria, & res ex militia & bello orta: procederet, id est incrementum & processum caperet magis. Vi, id est potentia corporis, an uirtute animi. Nam (q. d. eorum est uirtus, conducere, quia) & id est simul præquam incipias, id est quis in te pere debeat: opus est consilio, id est, ut consules, aut consiliam capias: & id est simul ubi, id est postquam consuleris, id est consilium ceperis: opus est factio mature, id est suo tempore, neque nihil differunt. Illi enim dicitur utraq; id est, & uis corporis, & uirtus animi, in dignus per se, id est seorsum acceptum, eget ad consumptionem gloriæ in re militari: alterum inquam eget auxilio alterius, ut corpus auxilio animi, & animus auxilio corporis.

Omnes homines. ] Exordium hoc est à collatione animi ad corpus, & utriusque uirtutum. & cum magni sui oratoris historiam scribere, non uideo cur à nonnullis Sallustius merito reprehendi possit, quod cum nefarium Catilinae scelus scripturus sit, postissimum exordium sumpsit: ut in eum ad historiam pertinente, in quo non uident eum præstantissimos rerum scriptores imitari, & præcepte Isocratem in Helens: eucomio, ubi & ipso se à laudibus eloquentie exorditur: & in Pænegyrico, quod eum ad illius imitationem fecisse Quintilianus quoque testatur lib. 3. cap. 10. his uerbis: in demonstratiuis uero præemia esse maximè libera existimat. nam & longè à materia duci hæc, ut in Helens laude Isocrates fecerit: & ex aliqua rei uicinia, ut idem in Pænegyrico conqueritur, plus honoris corporum quam animorum uirtutibus datur. & Gorgias in Olympico, laudans eos qui primi tales instituerant conuentus, quos uidelicet Sallustius in Iugurthino & Catilinario bello, nihil ad historiam pertinentibus principijs orsus est. Omnes homines. ] Priscianus lib. 7. ait, omnium nominum que tam nominatiuum quam genitiuum similem habent, eorum accusatiuum pluralem raro in eis, frequenter in eis solere terminari. ut hic & hæc Omnis, hos & has Omnis. Sallustius in Catilinario: Omnis homines qui sese student. Terentius in Andria: Omnis nos gaudere. Qui student. ] Cupiunt, quo significatu Terentius in Andria utitur: Dum, inquit, studet obsequi tibi, pendè illius uicini filie. Præstare ceteris animantibus. ] id est, sese præstantiores reddere ceteris. Præstare diuersam habet significationem. Dicimus enim præstare fidem, beneuolentiam, officium, culpam. Interdum uero præstare pro excellere, in qua significatione hic ponitur, & ut hanc locutionem corroboremus, exempla abundè afferemus. Quintilianus lib. 2. Ait, inquit, in quo malimus

B ARTH. ZANCH.

— Breue & irreuocabile tempus omnibus est uitæ: sed famam extendere facilius, Hoc uirtutis opus. —  
Nam gloria, id est incerta excellentia diuitiarum: & for

præstare hominibus, quam quo ipsi homines ceteris animantibus præstare: Cicero in Officijs: Difficile est, cum præstare omnibus uirtutes, seruari æqualem. Idem in primo de Cratore: Vi quo uno homines maximè bellus præstent, in hoc hominibus ipsis antecellant. Animantibus. ] Animans genere feminino. ut Cic. Requirit atq; appetat, ad quas se applicat sui generis animantes. Nonnunquam tamen hoc nomē in neutro genere reperitur, sed magis in plurali. Summa ope. ] totis uiribus, & possibilibus. nam ope ponitur pro possibilitate. ut Virg. 1. Aeneidos:

— Grates persoluere dignas

Non opis est nostræ, Dido. —  
Nonnunquam ponitur pro serore & uxore Saturni, cuius ope humane uitæ alimenta queruntur: ut tradit Macrobius lib. 1. Saturni. Ne uitam silentio transeat. ] Cum enim Deus optimus maximus nullo magis hominem se parauerit à ceteris, que quidem mortalia sunt, animalibus, quam dicendi facultate, qua maximè nostra exprimitur dicendo sensa possumus: qui non uirè existimabit nobis summè elaborandum, ut aliquid memoria dignū efficiamus, ne uideamur omnino feris imitari: & eo magis, ut memoriam nostram quoque apud posteros relinquamus! Ne uitam silentio transeat. ] Illi enim dicitur uitam eum silentio transire, qui nihil in uita dignum memoria efficiunt. Velut pecora. ] Pecus pecudis, & pecus pecoris, proprie nihil differunt. Significatur enim hoc nomine animal, quod sub imperio hominum ex pabulo terræ pascitur: ut bos, qui laurum uaccamque comprehendit, præter suum proprium. Que natura prona. ] Cum enim ille parens noster unus & solus cum ista animalia fingeret, hominem, qui est animal intelligens, ac rationis capax, ex humo subleuauit, & ad contemplationem sui exercitum: uerò, quia in his nulla est suspicio religionis, prona finxit. Vnde Ouid. lib. Meta. 1. Pronasque cum spectent animalia cetera terram, Os homini sublime dedit, cœlumque uidere iussit, & erectos ad sidera tollere uolans.

Atque uentri obedientia. ] Hoc dicit, quia animalia suos appetitus sequuntur, & tantum sensu mouentur, & ad id solam quod adest, quodque presens est, se accommodat, & paululum admodum sentiant præterita & futura. Ventri obedientia. ] Attici dicitur uelut uentri, & uentri ei, & uentri quæ ei. Hinc Romani, obedio tibi, & ausculto tibi. Sall. in Catil. Que natura prona atque uentri obedientia finxit: pro obedientia. Terent. in And. Pamphili ne aduenit, an auscultem seni. hæc Priscianus tradit. Finxit. ] formauit. Cicero in oratione pro L. Murena: Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iustitiam, ad omnes denique uirtutes magnum hominem, & excelsum. Non. Marcell. fingere significat effigiare, uel formare, & facere. M. Tull. de Repub. lib. 4. Ego uerò eodem quod ille Homerum, reddimulm coronis, & delibatum uentrem emittit, ex ea urbe, quam sibi ipse fingit. Idem de Deorum natura lib. 2. Deinde in ore sit aliena lingua finita dentibus, & uocem immoderate profusam fingit & terminat. Virg. Aeneid. 2.

— Nec si miserum fortuna Sinonem

Finxit. —  
Sall. Catil. bello: Que natura prona atque uentri obedientia finxit. Et fingere, simulare. Sed omnis nostra uis. ] Cum igitur dixerit, Summa ope elaborandum est, ne uita tam nostram silentio transeamus: ostendit duplicem esse rationem, quæ id facere possumus. In animo, & corpore sita est. ] Cum enim homo compactus sit & duobus, animo scilicet & corpore, in altero uirtutes, in altero uita continentur, & impugnant se inuicem. Animi enim bona, que sunt in contemendis libidinis, contraria sunt corpori: & corporis bona, que sunt in omni genere uoluptatum, inimica sunt animo. In animo & corpore sita sunt. ] id est, in uiribus animi & corporis posita sunt. & in Iugurthino bello inquit: Nam uti genus hominum compositum est corpore & anima est, ita res cunctæ, studiasque omnia nostra, corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. ] Quia corpus nihil à se agit: & quicquid agit, agit impellente animo. Idem in Iugurthino: Animus incorruptus, æternusque, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse moritur. Et in uiciorum animi esse, quod corpus, Cic. quoque testatur Philip. 10. inquit enim: Nam quo maior uis est animi quam corporis, hoc finit gratiora ea que concipiuntur animo quam que corpore. Alteri nobis cura dijs, id est, imperium animi nobis cum dijs commune est: quia sicut dijs immortales sunt, ita & animus noster immortalis est. Quod autem animus immortalis sit, plurimum argumentis colligi potest. Plato ait, quod per se mouetur, neque principium motus, neque finem posse habere. Animus autem hominis per se moueri semper, quia sit ad cogitandum mobilis, ad inueniendam sceleris, ad percipiendum factis, ad descendendum capax: qui præterita teneat, presentia comprehendat, futura proficiat, multarum rerum & artium sententiam complectatur. immortalis esse, siquidem nihil terreni ponderis habere concretum. Cic. in 1. Tuscul. Que autem diuina uideres, sapere, meminisse, uideat dicere, deus est. Et quid si Deus aut anima, aut ignis est: idem est animus hominis, nam ut illa natura cœlestis, & terra uacat, & humores: sic utriusque harum rerum animus est expertus. Ibidem: Animum nulla in terris origo inueniri potest. Quintilian. lib. 2. Rationem igitur nobis præcipuam habet, eiusque nos socios esse cum dijs immortalibus uoluit. Alterum commune est cum bellis. ] id est, seruitium corporis, nam quemadmodum sentiant & appetit bellis, ita & homines appetere possunt. uerum homines & meminerunt, & intelligunt, & ceteris prouident quod omnino bestijs negatur. & ideo animus cum dijs communis est, corpus uero cum bellis. Quo mihi rectius uidetur, ingenij quam uitium opibus gloriam quaerere. ] Nunc ipse suam excellentiam sententiam, & dicit: Cum igitur possumus nobis magnam gloriam quaerere, ut uirtutibus corporis, aut ingenij, rectius mihi quidem uidetur, ut illam magis uiribus ingenij quam corporis queramus. Idem in Iugurthino bello: Ceterum, inquit, ingenium (quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est) cum præsertim tam multe uariæque artes sint animi, quibus summa claritudo paratur. Et quantum uita ipsa, qua fruimur. ] id est, fructum capimus. frui enim, pro eo quod est fructum capere, sæpe inuenies. Cic. pro lege Manilia: Quo minus, inquit, certe est hominis, ac minus diuturna uita, hoc magis Respub. dum per deos immortales licet, frui debet summi hominis uita atque uir





Omnes homines, qui student sese prestare ceteris animantibus. In manuscriptis alijsq; uetus est ordo uerborum immutatus, qui sese studere prestare, pro, qui dant operam, uti present ipsi, antecellant. Id lenius et asperum minus esse uidetur, nec aliter a ueteribus citatur, uelut Prisciano lib. 7. quo loco de accusatio tercia declinationis agit: ubi et Omnis hic legendum esse docet, pro omnes. Terentianum diphthongo et scribi uult in plurali cum hoc, tum similia nomina, quomodo ferre et in uelut inscriptionibus reperitur. tam quod ad loquendi rationem attinet, norit Lector, et Ciceronem eodem modo locutum. nam 2. Officiorum: Gratum se uideri studet, inquit, et in Eunuchi prologo Terentius: Qui placere se studeat bonis quam plurimis. Vbi interim miror, quid sibi quidam uelint, qui et omisso accusatio se, uerbum constare arbitrentur (id quod secus habet) et ab imitatore quopiam pronomen adscriptum putent, quod hoc modo Sallustius Catilina historiam ordiatur. Quasi uero non eodem modo sit (ita uti ostendimus) et Cicero ipse locutus. Sed et alijs Terentius haud dissimili modo loquitur, uelut in Eunuchis: Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum uolunt. Eodem modo 2. Tusculana Cicero: Est enim quoddam genus eorum qui se philosophos appellari uolunt, pro, qui appellari philosophi uolunt. nam sic uisitatus dicitur. Terentius in Andria: Vxorem deererat dare sese mihi boadic. Et: Quae sese in honeste optauit parere hic diuitius potius, quam in patria honeste pauper uiuere. ubi etiam pronominis sese omisso, tamen sensus constat, quomodo et in illo Lini 2. Decadis tertie: Qui se bene mori, quam turpiter uiuere maluit. Ne uitam silentio transeant. Ita ferre et impressa et calamo descripta et

Aliud exemplum.

Tertium exemplum, a litteris atq; ita digreditur ad institutum.

VAL.

Igitur initio. Superius uidemus quomodo dixerit, magnam contentionem inter homines fuisse, Vitrum res militaris magis augeatur uiribus corporis, an uirtute animi. sane conclusit, uirumque per se imperfectum esse, alterum alterius auxilio indigere. Nunc dicit, quid ex ea re secutum fuerit. Nam dicit homines certasse uiribus corporis, et uirtute animi, gloriam comparare: ideo in

xemplaria, nec male, ut opinor. Verum in manuscripto quodam reperi, Transjigat: ut in Beroaldino quoq; licet eodem sensu, pro traducant. Sed omnia nostra uis in animo et corpore sita est. Exemplaria manuscripta, Sed nostra omnis uis: quomodo et Seruius in Georgica Virgilij citat. Quae quin et mollior et sauior, atq; a deo uerior sinceriorq; lectio sit, dubitari minime debet. Consule aurium iudicium: ac statim senties, quam et diuiter et asperere concurrant, mnt, no, in illo Omnis nostra. Quanto uero numerosus est, quanto aptius sonat, si uerborum ordinem immutet, Nostra omnis uis, uel ut in Merselburgensi quodam est) Nostra uis omnis, nam sic ibi reperi. Ac ne hoc, tanquam leue quid, nec ullius momenti, cōtemna, non dubitat Cicero inuersione interdū penē poetica uti, ad effugiendum asperitorem concusum literarū. uelut quim ait, Q. Mutius augur Scaeuola. Nam illud aliterum, Q. Mutius Scaeuola augur, cum propter sibilū, quem literam effecere sentimus S, in altera uoce extreme mam, in altera primam, tum ob uasūm et inuicem uocatum uocalium concurrentium, paulo diuini ei atque insuauis uidebatur, ita ut erat. Ergo si naturalem ordinem Cicero propter euphoniā et iucundioris sentius gratia inuertit non dubitauit, apparet nimirum, quam it referat, qua quis in ordine arbitrario uerborum collocaione serieq; utatur. Quod eō dico, ne quis hanc rem, ceu penē friuolam ac nullius ponderis, contemendam esse ducat. Quāquam (ne quid dissimulem) in exemplari quodam manuscripto, non est additum hoc loco Scaeuola. Nam diuinitarum et formae gloria, fluxa atque fragilis est, uirtus clara aeternaq; habetur. Et in Fabricia no uolumine 7. Est nō reperitur. Quod nisi incerta est li brarij omisū, tūc Habetur est ad priora quoq; referēdi.

primis temporibus alij corpus, alij ingenium exercebant. Igitur, quia dubitabatur, plus ne ualeret res militaris: ideo in primis temporibus alij corpus, alij ingenium exercebant. Igitur, quia dubitabatur, quamobrem dicitur Reges. Cum iam in terris. et est parenthesis, id est, interpositio. Primum nomen imperij. quia primū omnes qui imperabāt, Reges appellabantur. Sed postea

appella-

appellati sunt principes, satrapae, consules, imperatores et tribuni Imperij. dominationis. Primum fuit. quia reges omnes appellabantur. Diuersi. Pulchra proleptis reges diuersi, est totum pars et alij, sunt partes, etc. Diuersi. Id est uaria opinione. Etiam uis. eo quoq; tempore qua reges appellabantur omnes qui imperabant: id est, illis etiam temporibus quando nondum libido animos hominum inuaserat, qui cupiditate regnandi satari non possunt. Cupiditate. scilicet regnandi, uel uerum alienarum. Agitabatur. exercebatur, ducebatur. Suae cuiq; satis pla. i. suis quisq; contentus erat, nec aliena appetebat. Postea uero quā. primo quidem cum nusquam gentes bella gererent, certabant homines utrum in ingenium plus ualeret an uires corporis. Sed postquam bella florere coeperunt in Graecia et in Asia, tum uero experium et experientia magistra cognitiū est, uires animi praestare corporis uiribus. Verū. pro sed. Capere subigere. Est alia proleptis. Capere. i. hō mnes. Cyrus. In Asia, etc. Subigere. i. uincere et expugnare. Nationes. i. gentes. Libidinem dominantium causam belli habere. i. ut quod nulla alia causa belli, nisi q. regnare cupiebant. quae etiam si nullae intercessissent uirtutes, libido dominantium homines ad bellum incitabat. Libidinem. i. cupiditatem. Maximā gloriam in maximo imperio. i. uidelicet si quis maximum imperiū haberet, hic apud omnes gloriosissimus esse, et clarus. Tum dominum. i. tum deniq; Periculo. belli. Negocijs. rerum gerendarum. Comperitum est. i. inuenitum et exploratum est. Quid si regum. i. si, inquit, ea modestia essent reges atque imperatores in pace, qua sunt in bellorum iustiores essent, et propterea firmiores: sed cū in bello contentes, parci, inedia sitis frigoris atq; calor is et omnis deniq; laboris patiensissimi sint: postquam tranquillitas tam rebus in pace uiuere coeperunt, molliores ac effeminatiores, prodigi ac impatientissimi efficiuntur. Hinc est q. mutatis moribus, regna etiam mutantur. Hinc est illud Valerij lib. 7. Appium Claudium crebro soliti dicere accepimus, negocium populo Ro. melius quam uicium committi: non q. ignoraret quam iucundum tranquillitatis status esset, sed quod animaduerteret, praesentia potentia imperia agitatione rerum ad uirtutem capessendam exercitari, nimia quiete in desideria resoluat. Et sane negocium nomine horrendum, ciuitatis nostrae mores in suo statu continuit. Blandae appellatiōis quies plurimis uitijs respergit. Vires animi imperatorum atque regum. i. uirtus animi quam reges et imperatores habent in bello. Valeret. i. ualida et firma essent. Aequabilis. i. iustus. Constantius. i. firmius et ualidius, stabilius. ut unum sequitur ex reliquis: nam quia iustiora essent humana, ideo esse firmiora. Humana. i. hominum. Habere. i. se regere. Neque cerneret. i. non uideret. Aliud alijs ferri. i. non uideret modō in hunc locum, modō in illum trāsferri imperium. Neque mutari atq; misceri. i. non uideret mutationem atq; conuersionem omnium rerum fieri. Misceri. i. confundi. Nam imperium. i. quamobrem non mutaretur imperia, quia, etc. His aribus. i. non moderatis artibus: ut sunt labor, contentia, equitas, etc. Quibus. i. artibus: quia honestis modestisq; artibus paratur imperium. Artibus. i. moribus. nam artes in plurali numero pro moribus saepe ponuntur. Initio. i. id est, in principio. Pariam. i. adaeptum et acquisitum. Verum ubi pro labo-

re. i. Tātam uocabulorum proprietatem hic Sallustius ponit, ut nullus scriptor alius melius ponere uideatur, nec possit. Facile hic cognoscitur quid sit desidia, quid libido, etc. Laborem. i. Hoc loco opponitur desidia: ergo labor et desidia sibi contraria sunt. Pro contentia et equitate libido atq; superbia. i. Hoc loco opponit libidinis contentia, et aequitatem superbiae: ergo procul de bio cognoscitur quid sit libido, quid contentia, quid equitas, et quid superbia. Pro labore. belli. Desidia. i. pacis. Pro labore metus atq; periculorum. Superbia, licentia est. Licentia in pace generat superbiam principibus, ut quisque faciat pro libidine quod uoluerit. Pro labore desidia, postquam in locum laboris desidia, in locum contentia libido incesserit. Inuascere. i. incescere. Fortuna simul. i. fortuna regnandi. Nam qui pro bonis moribus et labore regnū ceperant, postea desidia facti regnū amittunt: et haec est causa mutationis. Itaque imperium. i. amittit imperium, et ad alia meliorem se, ipsum transfertur imperium. Virtuti omnia parent. i. uirtuti omnia subiecta sunt. Quae homines arāt, etc. i. uirtus dominatur terrae, dominatur et mari. Quae homines arant, adificat, i. terra. Nauigant. i. maria, nihil aliud uoluit dicere, nisi uirtutē omnibus rebus dominari. Sed multi mortales. i. Superius uidistis, quomodo Sallustius dicebat, imperium semper à minus bono ad quosque optimos transferrere: ob eam rem plerumque mutari regna, nec in eodem statu permanere: et quia bonis artibus comparatum sit regnum, ideo eisdem manere perpetuum: si uero mutata fuerint, imperium facile amitti. Hinc dicit, quā uis omnia uirtuti subiecta sint, tamen multos homines esse qui contempta uirtute, se ocio et uoluptati dedederunt, etc. Sed. i. aduersaria est. aduersaria enim hoc modo: quaeque dixi, et a uirtuti subiecta sunt, sed, etc. Multi mortales. i. multi homines. Dediti uentri atque somno. i. id est, qui omnes suos curis in cibo et somno posuerunt. Nam hi uentri dediti dicuntur esse, qui suos omnes appetitus sequuntur uel edendi uel bibendi, uel alterius uoluptati comparandae. Indocti. i. sine aliqua bona arte. Ineulti. i. id est sine exercitio, non exercitati. Indocti ad animum, ineulti ad corpus transferre potes: quia nec animum nec corpus aliquid exerceuerunt. Peregrinantes. i. sicut homines incogniti. Nam quemadmodum peregrini ignoti sunt: ita et hi qui uentri indulgent et somno, incogniti efficiuntur. Nam peregrinantes dicuntur, qui in alienis ciuitatibus uersantur: et quia in alienis, ideo ignoti: et quia ignoti, ideo obscuri. Et ita homines qui tātam uoluptatibus dediti sunt, in obscuritate perpetua manent, et obscuram ignotamq; uitam consequuntur, sicut peregrinantium nomen ignotum et obscurum est. Contra naturam. i. quia superius dixit, Animi imperio, corporis seruitio magis utimur: ergo ista mutata natura rerum, non committunt ut animum corpori imperitet, sed ipsi corpori obediūt. Corpus uoluptati. i. nō animo seruiūt. Anima fuit oneri. i. quia animam quasi seruam habere, i. fecerunt animam corpori seruire. Iuxta, i. similiter. Vitam, mortem. i. id est, tanti precij uitam corū aestimo, quanti mortem: sed mortē nullus precij aestimo, ergo nec uitam alicuius precij facio. Quonia de utraque. i. Red die causam id est, tam uici quam mortis, in perpetuo silentio permanent. Verum numero. i. pro sed. Est enim cōiunctio expletiva, et ornata causa ponitur: ualeat autem tantum, quantum sed. Quasi dicit: Huiusmodi homines omittat



omittamus, qui uoluptatibus dediti sunt. Sed ad hos ueniamus, qui egregii aliquid egerunt. Hi demum probandi sunt, quos aut corpore aut animo egregium quid facere delectat. Praeclari facinoris, quantum ad corpus. i. alia cuius egregii facti, quo corpore geratur. Bonae artis. ] scientia & eruditionis, unum ad res gestas, alterum ad eruditionis scientiam referens. Sed in magna copia rerum, &c. ] Sed cum multae sint res, quibus homines sibi laudem possunt comparare: aut uirtute aut uirtute animi sibi gloria querere debent. Sit enim nonnulli qui ualent uiribus corporis, alij animi uirtute. Ergo qui ualent corporis uiribus, egregium gerant facinus: qui uero uiribus animi praestant, hi scientia indulgeant, atque optimis artibus se dedant. Copia. ] multitudine. Beneficere reipub. ] Ecce quantum ad res gestas. Benedicere. ] quantum ad bonas artes, quia de aliqua re scribere, quae aliquis gesserit, laudabile est, atque probatum. Absurdum. ] inconueniens. Vel pace. ] scilicet benedicendo. Vel bello. ] benedicendo. Recere. ] in bello. Scribere. ] in pace.

**OMNI.** ] igitur initio. ] Et quia ita dubitatum est, igitur alij uires corporis, alij uires animi exercebant. Primum. ] antiquius, antequam esset expertum. Reges. ] Possent aliquis dicere: Quis non dixisti consules, uel imperatores. Ad id respondet dicens: Nam id uomen imperij primum fuit in terris. Primitus enim omnes imperantes uocabantur Reges, & est parentibus. Diuersa diuersi sequentes, uel diuersas partes habentes. Etiam uita hominum. ] Ne zelo cupiditatis alij uidentur istud, alij illud exercere, cupiditatem excludit dicens: Etiam tum, &c. Postea uero. ] ita quidem dubitatum est: hoc est, uero. ] pro se. Posteaquam. ] id est postquam: una delictio est, sed temesata. Cyrus rex Persarum fuit, quem in rogo positum celestis aqua protexit. Subigere. ] acquirere. Nationes per linguas diuersificatur. Libidinem dominandi. ] i. cupiditatem domus. Causam belli habere. ] quia ambitio eos impellit ad bellum. Tunc demum. ] i. postquam hoc fuit. Comperitum est. ] patuit. Ingenium. ] i. rationem. Plurimum possit robore corporis. ] quoque zelo comperitum est. Periculum. ] i. periculum stultorum: sed qui in uiribus corporis confidebant, & in confertissimos hostes irruerant, & ita mortem incurrebant, &c. Negocijs. ] id est, consilijs & cautela eorum qui uires nihil ualere iudicabant, & sibi praecautabant, & ita periculum mortis euadebant. Quod si. ] ut bello comperitum est, similiter in pace comperitur hoc: itaque in pace, sicut in bello, uires animi exercetur. Et hoc est, quod si. Si ualeret, i. exerceret & ualere probaretur, res humane haberent sese aquabilis. Nam magis equitatem conferuarent. Atque constantius. ] id est firmius. Neque ceruere aliud alio ferri. ] i. transferri alio, id est ad alium: nam ita transferrentur de alio ad alium. Nec mutari aut misceri. ] Vbi imperat immutato, ubi tumultus & commotio. Nam imperium. ] Verè si ratio exercetur, non ita honores transferrentur, immo ab uno & eodem retinerentur. Nam sicut per bonas artes imperium potest acquiri, ita & per bonas artes potest facile retineri. & hoc est, Nam imperium. ] &c. Verum ubi. ] ita scilicet, si bonae artes retinerentur, & honores. Sed postquam bonae artes non retinentur, omnia mutantur: et hoc pro labore qui est uirtus. Desidia. ] i. iniquitas. Superbus est etiam sibi ipsi

non æquus. Fortuna. ] id est dignitas, quae est munus fortunae. Ita imperium. ] Verè iuxta morum imitationem fortuna immutatur, quia anima sine animo à uirtute so ad magis uirtuosum transferitur. Quae bonities. ] Verè ad magis uirtuosum honor transferitur, quia omnia uirtuti obediunt. Arant. ] arando acquirunt. Nauigant. ] id est nauigando acquirunt. Sed multi. ] quia uirtuti omnia parent, idcirco omnes ad uirtutem debemus fatagi: sed multi sunt qui non fatagiunt. & hoc est, Sed multi indocti. ] quantum ad animi. Praeculti. ] quantum ad corpus. Sicut peregrinans. ] Peregrinans de nocte ad urbem ingreditur, & de nocte egreditur: et ita ut ignoratur, sic & de uita coris sileat. Quibus profecto. ] i. certe. Corpus uoluptati, animus oneri fuit. ] Et hoc contra naturam: nam naturaliter anima uoluptati, & corpus oneri esse debet. Iuxta exstitum. ] id est, aequaliter parumpendo. Verum isti miseri uidentur uiuere. Verum. ] id est, sed: sed in demum: quasi dicat, si quis uiuat, si demum uidetur uiuere. Enim uero. ] i. certe sui anima. i. spiritus anima, qui bene uiuit. Praeclari facinoris. ] quantum ad corpus, facinus per se pro malo accipitur cui adiecit, potest pro bono accipi. Artis bonae. ] quantum ad animam. Nam. ] id est gloriam. Sed in magna copia. ] Gloria quidem acquiritur: sed illam non uno modo, immo multis modis acquirunt. & hoc est: Sed natura aliud ostendit iter alij, acquiri gloriam, uero te in magna copia rerum, per quae potest acquiri. Pulchrum est. ] Verè multis modis potest acquiri gloria: quibus, benedicendo & benedicendo pulchrum est. Beneficere, quantum ad uim corporis: benedicere, quantum ad uim animi. Haud absurdum. ] non incongruum. Troicum est à surdis, qui semper incongrue ad quaesita respondent. Vel pace. Et quia utroque bonum, ergo. Vel in pace. ] benedicendo. Vel in bello. ] benedicendo. Et qui fecere. ] Verè utroque licet fieri clarum, quia & qui beneficiunt laudantur, & qui benedicunt.

**BAD.** ] igitur. ] i. comminatio est hic particula, aut illatio: quae diuersae sunt uires in homine, reges. ] Quis. ] quidam id nomen scilicet regum, fuit in terris nomen imperij, imperantibus diuersi exercebant. pars. ] partim, aut alij, sup. exercebant ingenium. i. uirtutem animi: alij corpus. i. uires corporis. Via hominum agitabatur etiam tum. i. in principio regnorum, aut in primo saeculo, sine cupiditate, & ita sine uitio. Unde aurea saecula feruntur sub Saturno fuisse. Cuique sua. ] i. suae diuitiae seu possessiones placebat satis. Qui autem, ut dixi, illi reges fuerunt, non constat: nisi Saturnum dicamus, qui ab Ioue expulsus fingitur. Sed regis Aegypti quidam animus exercuerunt, ut Trifonensis & Ptolemæus: quidam potius corpus, ut belliofi. Sic apud Romanos Romulus arma, Numa animum coluit. Unde illud in Fastis: Scilicet arma magis quam sidera Roimule nouas. Sed de primis loquitur. Postea uero. ] Ex his inducit, quantum ingenium rebus bellicis conseruat. Cyrus, ut Herodotus lib. i. recitat, ex Mandane Astyages regis Medorum filia, & ex Cambyse, postmodum rege Persarum, natus, & ab auro propter usum (unde enim ex gentibus filia uitam nasci, quae omnem occuparet Asiam. Id autem portendebat, sobolem filiae uiuere dominaturam Asiae) iussus per Harpagem ierit exponi, à Mithridate pastore inuentus, & Cyro cum uxore enutritus: quoniam autem uir & Graecæ canum significat, scilicet locum dedit, ut d.

ut à cane educatus haberetur: inter pueros primam regionem occupans, postea ab Astyage cognitus, iterumque interfecti iussus, ab Harpago seruatur: tandem ad parentem missus, fatale occupant imperium, capto auro. Sed tantum ad magis uirtuosum transferitur. Quae bonities. ] Verè ad magis uirtuosum honor transferitur, quia omnia uirtuti obediunt. Arant. ] arando acquirunt. Nauigant. ] id est nauigando acquirunt. Sed multi. ] quia uirtuti omnia parent, idcirco omnes ad uirtutem debemus fatagi: sed multi sunt qui non fatagiunt. & hoc est, Sed multi indocti. ] quantum ad animi. Praeculti. ] quantum ad corpus. Sicut peregrinans. ] Peregrinans de nocte ad urbem ingreditur, & de nocte egreditur: et ita ut ignoratur, sic & de uita coris sileat. Quibus profecto. ] i. certe. Corpus uoluptati, animus oneri fuit. ] Et hoc contra naturam: nam naturaliter anima uoluptati, & corpus oneri esse debet. Iuxta exstitum. ] id est, aequaliter parumpendo. Verum isti miseri uidentur uiuere. Verum. ] id est, sed: sed in demum: quasi dicat, si quis uiuat, si demum uidetur uiuere. Enim uero. ] i. certe sui anima. i. spiritus anima, qui bene uiuit. Praeclari facinoris. ] quantum ad corpus, facinus per se pro malo accipitur cui adiecit, potest pro bono accipi. Artis bonae. ] quantum ad animam. Nam. ] id est gloriam. Sed in magna copia. ] Gloria quidem acquiritur: sed illam non uno modo, immo multis modis acquirunt. & hoc est: Sed natura aliud ostendit iter alij, acquiri gloriam, uero te in magna copia rerum, per quae potest acquiri. Pulchrum est. ] Verè multis modis potest acquiri gloria: quibus, benedicendo & benedicendo pulchrum est. Beneficere, quantum ad uim corporis: benedicere, quantum ad uim animi. Haud absurdum. ] non incongruum. Troicum est à surdis, qui semper incongrue ad quaesita respondent. Vel pace. Et quia utroque bonum, ergo. Vel in pace. ] benedicendo. Vel in bello. ] benedicendo. Et qui fecere. ] Verè utroque licet fieri clarum, quia & qui beneficiunt laudantur, & qui benedicunt.

**BAD.** ] igitur. ] i. comminatio est hic particula, aut illatio: quae diuersae sunt uires in homine, reges. ] Quis. ] quidam id nomen scilicet regum, fuit in terris nomen imperij, imperantibus diuersi exercebant. pars. ] partim, aut alij, sup. exercebant ingenium. i. uirtutem animi: alij corpus. i. uires corporis. Via hominum agitabatur etiam tum. i. in principio regnorum, aut in primo saeculo, sine cupiditate, & ita sine uitio. Unde aurea saecula feruntur sub Saturno fuisse. Cuique sua. ] i. suae diuitiae seu possessiones placebat satis. Qui autem, ut dixi, illi reges fuerunt, non constat: nisi Saturnum dicamus, qui ab Ioue expulsus fingitur. Sed regis Aegypti quidam animus exercuerunt, ut Trifonensis & Ptolemæus: quidam potius corpus, ut belliofi. Sic apud Romanos Romulus arma, Numa animum coluit. Unde illud in Fastis: Scilicet arma magis quam sidera Roimule nouas. Sed de primis loquitur. Postea uero. ] Ex his inducit, quantum ingenium rebus bellicis conseruat. Cyrus, ut Herodotus lib. i. recitat, ex Mandane Astyages regis Medorum filia, & ex Cambyse, postmodum rege Persarum, natus, & ab auro propter usum (unde enim ex gentibus filia uitam nasci, quae omnem occuparet Asiam. Id autem portendebat, sobolem filiae uiuere dominaturam Asiae) iussus per Harpagem ierit exponi, à Mithridate pastore inuentus, & Cyro cum uxore enutritus: quoniam autem uir & Graecæ canum significat, scilicet locum dedit, ut d.

ut à cane educatus haberetur: inter pueros primam regionem occupans, postea ab Astyage cognitus, iterumque interfecti iussus, ab Harpago seruatur: tandem ad parentem missus, fatale occupant imperium, capto auro. Sed tantum ad magis uirtuosum transferitur. Quae bonities. ] Verè ad magis uirtuosum honor transferitur, quia omnia uirtuti obediunt. Arant. ] arando acquirunt. Nauigant. ] id est nauigando acquirunt. Sed multi. ] quia uirtuti omnia parent, idcirco omnes ad uirtutem debemus fatagi: sed multi sunt qui non fatagiunt. & hoc est, Sed multi indocti. ] quantum ad animi. Praeculti. ] quantum ad corpus. Sicut peregrinans. ] Peregrinans de nocte ad urbem ingreditur, & de nocte egreditur: et ita ut ignoratur, sic & de uita coris sileat. Quibus profecto. ] i. certe. Corpus uoluptati, animus oneri fuit. ] Et hoc contra naturam: nam naturaliter anima uoluptati, & corpus oneri esse debet. Iuxta exstitum. ] id est, aequaliter parumpendo. Verum isti miseri uidentur uiuere. Verum. ] id est, sed: sed in demum: quasi dicat, si quis uiuat, si demum uidetur uiuere. Enim uero. ] i. certe sui anima. i. spiritus anima, qui bene uiuit. Praeclari facinoris. ] quantum ad corpus, facinus per se pro malo accipitur cui adiecit, potest pro bono accipi. Artis bonae. ] quantum ad animam. Nam. ] id est gloriam. Sed in magna copia. ] Gloria quidem acquiritur: sed illam non uno modo, immo multis modis acquirunt. & hoc est: Sed natura aliud ostendit iter alij, acquiri gloriam, uero te in magna copia rerum, per quae potest acquiri. Pulchrum est. ] Verè multis modis potest acquiri gloria: quibus, benedicendo & benedicendo pulchrum est. Beneficere, quantum ad uim corporis: benedicere, quantum ad uim animi. Haud absurdum. ] non incongruum. Troicum est à surdis, qui semper incongrue ad quaesita respondent. Vel pace. Et quia utroque bonum, ergo. Vel in pace. ] benedicendo. Vel in bello. ] benedicendo. Et qui fecere. ] Verè utroque licet fieri clarum, quia & qui beneficiunt laudantur, & qui benedicunt.

Vide reliqua satis. ] Haec autem rei Troes satis exemplum fuere, qui decem bello capi non potuerunt, & uicinis nobilitatis delicijs capiti sunt. Nam imperium. ] Est grauis sententia, quae à multis citari solet. Artes autem quibus imperium paritur, sunt uirtutes: ut prudentia, consilium, attentio, temperantia, continentia, abstinentia, parsimonia, fortitudo, labor, uigilia, industria, iusticia, fides, liberalitas, religio seu timor Domini: quia Dominus est terra, & plenitudo eius. Auctor autem inuit, laborem, qui fortitudinem signat: continentiam, quae temperantiam repraesentat: & equitatem, quae iusticiam refert, genitricem imperij. Fortuna simul, &c. ] Egregium dictum ex Stoicis disciplina, quae uult sapientiam fortunae dominari. Vita de Sateyricus Nullum numen habes, si sis prudentia: sed te Nos facimus Fortuna decem. — Alter tamen statim dicitur esse: sed profecto fortuna in omni re dominatur. Optimo quoque. ] Elegans sermo, quia quisque superlatiuo ungitur. est enim hic ablatiuus casus quoque, à nominatiuo Quisque. Quae homines arant. ] Arguit perstringit hominum diuitias, aut enim in terra sunt, aut in mari, aut in aere. Terra autem aratur, mare nauigatur, aer edificia suscipit. Dediti. ] i. penitus dati tanquam hosti, cui seruandum situm à quo quis uincitur, eius seruus est. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Sicut peregrinantes. ] qui ueluti in reipub. aliena constituti, nihil agunt memoria dignum. Transierunt. ] Sunt qui hic quoque legant Transierunt: sed, ut dixi, aptius dicitur transferunt: Peregrinorum enim est transire, non transigere. nam à peragendo peregrinus dicitur. Corpus uoluptati. ] id est, ad uoluptatem. Unde puerorum regula est: Abstractas per quae significatur modus acquirendi, uenit ponitur in dative, ita ut uerbis duos datus regatur. Sum tibi uoluptati potius, quam per emphasim, Sum tibi uoluptas. Iuxta. ] id est, in consilio, cum parum sit periculis seu distantia, quae de utraque sileat. cum enim nihil egregium fecerit, ingloriosus est & uicinus & moriens. Haec tamen in Epistolis, laudans oculum Epicuri, cum dicit, Nec uixit male qui uicinus moriensque, sefellit id est, latuit: non tamen potuit dicere, bene uixisse. Aliud alij. ] diuersi diuersum. unde est illud Propertianus: Natura sequitur sententia quisque sine. Pulchrum est beneficere. ] Vna est delictio: sed bene dicere Valla dicit uult, quod hic uerum est: neque tacuisset, si combinatorios eos qui ipsi ascribuntur, fecisset. Haud absurdum. ] per liptote dicit ualde dignum auditu. nā absurdum dicimus, abs quo tamen indigno quod audiatur: auerti mus aures ut surdus: aut quod cum inuiti audiamus, nos obtundendo surdastros. Vel pace. ] id est, etiam in pace. Multi laudantur. ] Imo eadem lauro clari potest & clari imperatores insigniri consueuerunt. Verum de historiographo hic loquitur, qui laudat quae parent gloriam meretur. Gloria sequitur. ] Legendum sequitur, non sequatur: quia est, tametsi, & quantum, indica tino gaudent. In primis arduum. ] Non dicit arduissimum, quia in usu non est. Ideo autem arduum est negotium, quia debet scribere historiam, debet facta diuina exaequa re id est, ita magnifice elogi, ut magnifice gesta fiant: si uita scilicet, putatur inuidia motus: in uirtutes laudat maiores quam lector in se agnoscit, plerumque mendacij arguitur, ut in ceteris autem patet, qui hoc ordine

aperitur. Quid sit. Continuativa est particula, quasi dicat, Si ponatur quod uirtus animi, id est, prudentia et fortitudo regum atque imperatorum, qui a regibus olim in expeditionem ut exercitum imperarent, mittebantur. Vnde maior fuit regum dignitas, donec Caesar perpetuus dicitur, etiam perpetuum imperium ad summam dignitatem secum euehit. Valeret ita in pace. Id est, tempore pacis ita exercitaretur in iustitia et equitate seruanda, et in repub. augenda: ut in bello, id est, ut apparuit in bello gerendo strenue et fortiter: res humanae, i. status et conditiones hominum, haberent sese aequabiles, id est ad maiorem aequitatem, sup. quam se nunc habent: et constantius, i. ad maiorem constantiam, minusque mutarentur quam nunc: neque cerneret, id est, nemo cerneret: aliud, id est rem aliam, aut imperium aliud: serui, i. transferri: alio, id est ad alium locum et populum. Neque cerneret, hoc est nec quisquam cerneret: omnia mutari ac commiseri, i. confundi, ut diuina humanis, summa imis: ut sit in translationibus imperiorum. (Videtur ergo, quod in Georg. ex se dicit Maro, Romana imperia mutari, perituraque regna, licet mendax Iupiter apud eundem Enclid. i. dicat: His ego nec metis rerum, nec tempora pono, Imperium sine fine dedi.)

Nam imperium retinetur, i. seruat: facile his artibus quibus est partum, i. laboriosius acquiruntur inuicem, difficilius enim est parere quam conseruare. Quocirca Cicero in principio orationum suarum docet, dedecori esse Romanis, si non conseruent quod patres pepererant imperium. Non minor est uirtus, quam quaerere, parata uerit: nisi quod in pariendo seruescit animus, in conseruando la bescit: semperque procliuiores sumus ad noua parienda, quam ad uetera conseruanda: ideoque plura iaciuntur monumentorum fundamenta, quam conseruentur ista atque extructa. Sed ad rem. Verum, i. sed. Vbi, i. quo tempore, aut postquam: desidia, i. segnicies, pigricies et accidia inuasi, sup. imperium Romae, loco laboris qui prius inerat, etiam libido, i. lubrica uoluptas inuasi pro continentia, i. ubi prius erat continentia, i. segnicies, pigricies et accidia, continens animum et corpus ne progrediantur ad illicita: et superbia, i. istius nimiores contemnens, inuasi pro aequabilitate, i. iure aequali, quo pari uirtute praediti, pari honore estimabantur. Aut dicam simul, ubi inuaserit desidia pro labore, libido pro continentia, etque superbia pro aequabilitate: fortuna, i. id est fortis ita prosperus rerum, mutatur simul cum moribus: quia prauos mores sepe sequitur infortunium. Et ita imperium transferretur semper ab optimo quoque, i. a quolibet meliore: ad minus bonum, i. ad deterius. Ita argutus sumus Pomponius legit. n. a. qui contra legunt, ad optimum quemque a minus bono, non absurdum quidem illi sentiunt, sed minus conueniens ad silum auctoris. Nam si legatur, ad optimum: sensus sit, negligentiam et desidiosam imperium ad meliorem transferri: quod quidem uero simile est. Verum auctor uult deducere imperatores in amos deteriores effectos, ut ab optimis illis qui sorte sua contenti erant, deueniam sit ad secordes aut libidinosos. Omnia que omnes, scilicet homines: arant, id est, arando acquirunt: que nauigant, i. nauigando accu mulant: que aedificant, i. aedificando possident: parent, i. obediunt et seruiunt uirtuti. Sed multi mortales, i. homines: dediti, i. penitus addicti uenturi, i. gula et crapula: atque somno, i. torpori et inertie: existentes indocti et inculti, transferunt uitam sicut peregrinantes, id est

ignoti et ubique externi, quibus profecto, id est reuera: quasi dicat, ita certe ut profecti faciat: corpus est uoluptas, id est ad uoluptatem et delicias: et anima est uirtus, i. ad grauiam et molestiam: contra naturam, i. naturalem ordinationem, que uult ut inferiora superioribus pareant: anima autem celsis habetur origo, corporis terrena. Ego estimo, i. appropio et ualere conseruatum et mortem eorum, scilicet qui ita uiuunt: iuxta, id est pariformiter, sine discrimine, quoniam siletur de utraque: non tamen quia siletur, sed quod nihil memoratum dignum effecerint. Verum in numero (que continuatiua est particula) id est, sed certissimè: demum, i. precipue, aut ut uno uerbo dicam quod uolens uidetur mihi uocare, i. exercere actione uitale: et frui ita, i. habere uirtutem anima in deliciis: qui intentus, id est, firmiter occupatus aliquo negotio, uel subauditur in. Aliquo, pro alicui dixit, uel, quod potissimum credam, more antiquorum dixit, qui communis prepositionibus, quibus nunc saepe datiuum damus, suam casum dabant: uel, habent infixi pectore uultus, Encli. 4. ubi nunc dicerent, infixi pectore. Quocirca Cicero discrimen uitans, prepositionem repetit: ac si dicat, inhaerent in pectore uultus: quo more hic legi possit, inuicem in aliquo negotio, id est exercitio et occupatione, publica praesertim: cum in ocio sint, qui in magistratu non sunt. Querit, id est affert, aut acquirit. Sed melius querit: quia omnium est quaerere, id est uirtutis: paucorum est acquirere, quod fortuna est. Querit inquam famam facinoris, id est facti, praclarum, id est praeter ceteris clarum et illustre. Vbi notabitur, facinus commune esse iocabulum tam boni quam mali, dicitur enim a faciendo. Aut artis bona: quia etiam male sunt, ut ueneficae et leues, ut luderae. Itaque omnis homines qui, et in propositione, quam aperte hic repetere possent. Sed natura ostendit, in magna copia rerum, inter plurimas res praclare gerendas: alij, i. diuersi hominibus: aliud iter, i. diuersum modum, et modum peruenire di ad honorem. Vnde benefecere reipub. i. bene mereri de repub. est pulchrum. etiam, i. in super bene dicere, sup. in repu. aut de repu. aut eorum magistratibus: est haud, i. non absurdum, i. non indignum quod ausatur, immo praclarum et auditu dignissimum. Licet enim uel id est etiam pace, id est tempore pacis, aut rebus gerendis in pace: uel bello, id est tempore belli, aut rebus gerendis in conseruati, euadere et effici clarum: multi laudantur, et, i. simul qui fecere, i. dicit praclarum facinus: et qui scripsere facta aliorum.

Quis inuicem reges. Cum superius dixisset, magnam certamen esse inter homines, utrum res militaris magis augeret uirtutis corporis, an animi demum dixit, utriusque per se imperfectum esse. Nunc dicit, nonnullos initio reges corpus, nonnullos uero ingenium exercuisse, ut sibi gloriam quaerent. Reges enim initio dicebantur, etiam si unus tantum urbis imperium habebat. nunc uero reges dicuntur, qui integram regionem possident. Nam in terris nomen imperij id primum fuit. Per τῶν πόλεων dixit, quam Quintil. lib. 4. c. 3. interpositionem, siue interchusionem appellat: et fit, cum continuationi sermonis, medius aliquis sensus interuenit, ut Cic. pro Milone. Ego autem, cum te (meum enim) scripsisse loquitur) patrie reddidissim. Diuersi pars ingenium, alij corpus exercebant. Diuersi, scilicet opinione, et est prolepsis. Etiam tum uita hominum sine cupiditate agitabatur. Hoc dicit, quia quo tempore omnes qui imperabant, reges appella-

appellabantur, non dum cupiditas regnandi animos hominum inuaserat: sed inuulgusque suo contentus erat, et nihil alieni appetebat, quod iustus lib. 1. his uerbis ostendit: principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat: quos ad fastidium huius maiestatis non ambulo popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouebat, populus nullis legibus tenebatur, arbitria principum pro legibus erant, sine imperij ueri magis quam profere mos erat: ut in suam cuique patriam regna finirebantur. Primus omnium uirtus rex Assyriorum ueterem, et quasi auium gentium morem noua imperij cupiditate mutauit, hic primus intulit bella finitimis, et rudes ad huc ad resistendū populos, ad terminos usque Libyae perdomuit. et in Asia. Postea uero quam in Asia Cyrus. Fuit enim hic Cyrus primus Persarum rex, qui de uictis Astyge ultimum Medorum regem, Medorum regnum transtulit in Persas: et in Asia, totū Orientem in potestatem suam redegit, demum bellum Scythis intulit: eosque cum magna clade affectisset, Tomyrus eo tempore Scytharum regina, praeditis in Sidis, ducenta milia Persarum cum rege ipso trucidauit, ita ut neque moxius tante cladis superesset. Ca pit Cyri amputatum, in utrum humano sanguine repleto conijci regina iubet, cum hac exprobatore crudelitate: Satis te sanguine, quem semper sitiisti, et triginta annis felici successu regnauit, ut Iustus lib. 1. et Herodotus sub finem libri primi tradunt. Plinius lib. 33. cap. 31. iam Cyrus de uicta Asia, pondus 34. milia inuenit. praeter uasa aurea, aurumque factum: in solis ac platanum, uirtutesque, qua uictoria argenti quinque milia talentorum reportauit, et craterem Semiramidis, cuius pondus quindecim talenta coligebat. In Graecia Lacedaemonij. Dionysius Halicarnasensis lib. 1. Lacedaemonij Peloponnesum reliquit, Graecis obtinentes, imperium usque ad Macedoniae protulerunt: praedit deinde ipsi a Thebanis, cum nec annos triginta integros obtinissent. Strabo tradit lib. 8. quod qui Laconiam obtinebant, initio quidem uiri modesti praedit fuerunt: postea uero quum Reipubli. gubernacula Lycurgo commendata sunt, tanto ceteros antecesserunt, ut e Graecis soli terrae marisque adipserebantur imperium: quum duo Graecorum principatum tenere, donec eis Thebanum ducatum ademerit, et secundum illos continuo Macedoniae. Athenienses capere urbes atque nationes subigere. Dionysius: nam Athenienses quidem ore tantum maritimo domati sunt annos duo de septuaginta: nec toti tamen, sed ei tantum que intra Euxinum atque Pamphiliū pelagus: id est, cum classe plurimum, atque maritimis opibus ualere. Cicero in oratione pro lege Manilia: Quae ciuitas antea inquam fuit, non dico Atheniensium, que satis late quondam mare tenuisse dicitur. Libidinem dominandi causam belli habere. Cum enim ibi urbes cepissent, atque nationes subigere, bellum deinceps omnibus inuehebant, etiam si nulla intercessisset iniuria: quia libido dominandi homines ad bella incitabat. Maximam gloriam maximo imperio putare. Qui homines erant, quod si quis maximum imperium adeptus esset, illi apud omnes gloriosum fore. Tum deo munit periculo atque negotij conseruatum est, in bello ingenium plurimum posse. Tunc, et rei militari operam darent, manus estum fuit, ingenium in bello plurimum ualere. Quod et Cic. in oratione pro lege Manilia testari uidetur: Sed tum, inquit, alterius partis periculum Scythiana atque Hispaniensis, que multo plus firmitati ac

roboris habebat, Cn. Pompeij diuino consilio ac singulari uirtute depulsum est. Idem paulo post. Quae primum quanta innocencia debent esse imperatores, et quanta fide, quanta felicitate, quanto ingenio, et inf. Quod si regem atque imperatorum animi uirtus in pace ita ut in bello ualeret. Id est, si reges atque imperatores uterentur ea modestia ac uirtute in pace, qua in bello, iustiores atque firmiores res humane essent, et ita neque regnum de rege in regem transferretur. Neque aliud aliud ferri. Non uideres modum in hunc locum, modum in illum, regnum transferri, neque mutari ac misceri omnia cerneret: id est, mutationem confisionemque omnium rerum non uideres. Nam imperium facile his artibus retinetur. Id est, his uirtutibus: ut sunt, labor, continentia, aequitas. Quibus initio partum est. Hoc dicit, quia imperium labore, continentia, aequitate ac liberalitate parari solet. Verum ubi pro labore desidia, i. Tradunt scriptores, Iouem amouisse delicias a uirge saeculi, ne luxu et inertia tora peferent mortales. quod et Virg. lib. Georgic. 1. inuicem his uerbis:

—Pater ipse colendi

Haud facilem esse uiam uoluit, primisque per artem mouit agros, curis ac uisus mortalia corda: Nec torpere graui passus sua regna ueterno, Ante Iouem nulli subigebat arua coloni, Nec signare quidem aut pariri limite captum, His erat.

Pro labore desidia, pro continentia et aequitate, libido atque superbia inuaserit. Contraria contrariis hic opponitur, que numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt, et cum sine industria. Hoc in genere et Cicero frequens est, ut in quarta Verrina: Conseruata hanc pacem cum illo bello, huius praetoris aduentum cum illo exercitui inuicem, huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit condit: ab hoc qui constitutus accepit, captus dicitis Syracusis. Labori enim desidia opponitur, continentiae libido, aequitati superbia. Fortuna simul cum moribus immutatur. Cum ibi qui labore, continentia, aequitate regnum adepti sunt, in libidinem ac superbiam delabuntur, ipsi fortunam cum moribus simul mutari. sicuti de Prompalo quodam extreme fortis iuuenis, cui nomen Alexandri inditum fuit, legitur: qui cum Syriae uelut paterni regnum captaret, totius ferme Orientis uiribus succinctus bellum Demetrio inferri, qui occupauerat, uictumque uita ac regno spoliatus, cum luxurie Alexander se dedisset, quem in superbiae opes et aliena felicitatis ornamenta uelut capitulum inter scortorum greges desidem in regia tenebant. Quare Demetrius, superioris Demetrii filius, auxiliis Cretenisibus, secutorum ac nihil hostile intuentem aggressi tur: ac demum fere ab omnibus desertum, et ultimo proelio uictum, interficit. Haec Iustus lib. 35. uide et 36. Fortuna immutatur. Plin. lib. 2. cap. 7. Toto quippe modo, et locis omnibus, omnibusque horis, omnium uocibus Fortuna sola inuocatur, una nominatur, una accyatur, una agitur, una cogitur, sola laudatur, sola arguitur, et cum conuicis colitur, uelubilis, a plerisque uero et caeca etiam exillimata, uaga, incensibilis, incerta, unica magna lignorum fastricibus omnia expensa, huc omnia feruntur accepta, et in tota ratione mortalium sola utramque paginam facit. Quae homines arant. i. ut terra. Nati gant. i. ut maria. Aedificant. i. ac, qui aedificia suscipit. Virtuti omnia parent. i. id est, Virtus omnibus rebus domina-

Z A N.



simul cum moribus immutari: ostendens uidelicet, imperia aliò transferri propter uita regnantium. Nec secus interpres, quifuis is fuit, legisse atque intellexisse hunc locum uidetur. Vitam sicuti peregrinantes transgredere. Ita quidem Gymnicus. Sed abj Transfere, quomodo & exemplaria duo manuscripta habent, & No. Marcellus citat. Licet aliter in Terentium Donatus, si modo ibi non sunt in dōs codices. aliter itē alia duo ex manuscriptis. Verum in numero is mihi uicere demum, atque frui anima uidetur. Quam o rectius in uetustis, is demum mihi uicere rei quomodo & Priscianus semel atq; iterum citat. Sic in Adolphis Terentius, Verum in numero is demum inuat.

Et qui scere, & qui facta aliorum scribere, multi laudantur. Legendum ē manuscriptis & alijs uetustis, laudantur, tempore presentis. Max. At mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum, tamen in primis arduum uidetur res gestas scribere. Codex Fabricianus Rector rerum habet. Quamuis autem actor pro eo interdum ponitur qui res gessit, uel de Orat. Vt eum efficeret oratorem uerborum, actorisq; rerum. Item pro Sertio: Cato dux, & autor, & actor rerum illarum fuit. tamen prior lectio, sicuti mihi quidem uidetur, est multo uerior. ac sic quoque Gellius citat.

Lex historiarum.

Thucydides sententia.

Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorē & authorem rerum, tamen in primis arduum uidetur res gestas scribere. Primum, quòd factis dicta sunt ex aequo. dehinc, quia pleriq; quæ delicta reprehederis, maleuolētia & inuidia dicta putent. Vbi de magna uirtute atque gloria bonorū memores, quæ sibi quisq; facilia facta putat, æquo animo accipit: supra ea, ueluti ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio (sicuti plerique) à studio ad Republicam latus sum, ibique mihi aduersa multa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro uirtute: audacia, largitio, auaritia uigebant, quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium: tamen inter tanta uitia, imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur. ac me, cum ab reliquis malis moribus dimittentem, nihilominus honoris cupido, eadem quæ cæteros, fama atque inuidia uexabat. Igitur ubi animus ex multis miseris atque periculis requieuit, & mihi reliquam ætatem à Republica procul habendam decreui, non fuit consilium socordia atq; desidia bonum ocium contere: neque uerò agrum colendo, aut uenado, seruilibus officijs intentum, ætatem agere: sed à quo incepto studio que me ambitio mala detinebat, eòdem regressus, statui res gestas Pop. Ro. carptim, ut quæque memoria digna uidebantur perferri berere: magis, quòd mihi à spe, metu, partibus Reipub. animus liber erat. Igitur de Catilinae coniuratione, quam uerisimè potero, paucis absoluiam, nam id facinus in primis ego memorabile existimo, sceleris atque periculi nouitate. De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quàm initium narrandi faciam.

Nā in historico potiss. requiri solet si des. Cicero lumen ueritatis appellat historia.

V. A. L.

At mihi quidem. Nunc capiat beneuolentiam ab incommotis suis. Nam, ut ait Cicero, à nostra persona beneuolentiam colligimus, si nostra incommoda profereamus. Incommotum suum exponit, cum dicit scriptorem, qualem se, magnum laborem suscipere: parum autem gloriae consequi, eo quòd, &c. Sequatur scriptorem & auctorem. Igitur plus gloriae consequitur qui faciunt res, quàm qui scripserunt easdem. Arduum. Difficile. In primis. Iamē omnia. Facta dictis: id est, tam illud Strande oratione res scribende sint, quàm illustres fuerunt. Nam si res fuerint illustres, illustri & præclara oratione erunt notanda: id est, pro qualitate rerū uerba sunt accommodanda. Deinde quòd. Duae alius incommotitates exponit, quæ scriptori accidunt: nam uel laudant, uel reprehendunt, &c. Vbi. pro postquam, uel quando. Supra ea. Supra ea quæ scilicet facta putat. Ficta. Simulata. Pro falsis. in loco falsitatis, falsa existimant nonnulli, quum plus laudaueris quàm ipsi se facere posse existimant. Sed ego adolescentulus. Vide quòd admodum per inductionem ad id peruenit Sallustius, quòd intendat: scilicet quòd omnia Re pub. administratione, rectè se a d scribendum contulerat. Primum quidem dixit apud mortales contentione fuisse, utrum res militaris magis præcederet uiribus corporis, an uirtute animi. Deinde cum bella geri cepissent, cogitum esse utres ingenio præstare, postea uerò, duobus modis homines claros fieri posse: uidelicet in bene gerenda Reipub. uel in bene dicen-

do quæ gesta sunt. Deinde ostendit, difficile esse bene dicere, eo quòd scriptores aut inuidia & maleuolentia dicendi uolent, aut falsitate. Nunc ergo redit ad seipsum, dicens: quæquam difficillimum sit res gestas scribere, statui tamen bene dicendo Reipublicæ prodesse, & eo clarus fieri. Adolescentulus. Admodum adolescens, adhuc tene re ætatis. Initio. Id est in principio. R. Studio literarum. Quia usq; ad quartum decimum annum literis operam dabam. & miranda est industria Romanorum adolescentium, qui antequam ad decimum quintum annum peruenirent, omnia bonarum artium studia percurerant. tantum studij ad diligenter audiebant. Pleriq; scilicet adolecentes sunt delati. Ibi. scilicet in reipublica. Pro pudore, &c. Ecce quàm diligenter uocabulorum proprietatem seruat Sallustius, ut legentibus multum professe uideatur, si proprietates uerborum inspicere uoluerint. nam singula singulis opponenda sunt. Audacia enim opponitur pudori, largitio abstinentiæ, auaritia uirtuti. Et non sine causa auaritia opposita est uirtuti, nam qui auarus est, nullam unquam uirtutem consequitur. Auaritia. pro uirtute. Virtus est generale nomē ad omnes uirtutes: ergo pro uirtute, id est liberalitate. Vigebant. florebat, & erat in uigore. Que. uirtus. Aspernabatur. remotus & ab illis alienus erat. Insolens malarum artium. Inuetus, non solus. Est constructio qua utimur, sicut decimus amans uirtutis, & insolens malarum artium. Tamen inter tanta uitia. Excusat se Sallustius

33 salustius duobus modis. primò, cum tanta essent mala, quibus occupata & corrupta Reipublica esset, nec me quoq; poteram seruare. Deinde iuuenilis ætas erat, & imbecilla, ut facile corrumpi possit malis artibus. nā iuuenes procliuiores sunt in uitia, quàm uiri aut senes. Tamen. quamuis esset insolens malarum artium. Tanta uitia. quibus occupata erat ciuius. Corrupta ambitione. quia ego quoque mihi querebam honores, quæ admodum cæteri. Me cum. Duae partes sunt. Reliquis malis moribus. uidelicet ab auaricia, largitione, audacia. Honoris cupido. Ordo est, eadem cupiditas honoris quæ uexabat cæteros fama & inuidia, uexabat me. Fama. propter famam, quia fama mea pro inuidia sepe laborauit. Inuidia. quia querebam mihi famam, odium & inuidiam populi fugiebam, ut suffragijs eius possem ad hunc honorem peruenire quem ego querebam. Igitur ubi animus. Igitur quidem uidebam tot uitijs Reipub. esse corruptam. Vbi. postquam. Annus requieuit. Id est, postquam animus liberatus est his miseris, quis in Reipub. administratione feribam: quia ergo ambicndo me subiebam populo, ut eius beneuolentiam captarem, & inde mihi suffragia præstaret. Et bene miseris dixit: quia nihil miseris est quàm cupiditate honoris infimos quosque precibus rogare. Non fuit consilium. Non cepi hoc consilium. Socordia. scilicet animi. Desidia. scilicet corporis. Nam socordia est inertia animi, desidia est inertia corporis. Terere. conseruare. Seruilibus officijs. que sunt illa seruilia officia: scilicet colendo agrum, & uenando. Itaque qui uenari officium dicunt esse liberale, magis opere falluntur: nam officium seruile appellatur à Sallustio. Sed à quo incepto. Vt me prius reipub. administratio à studio remouit, ita nunc Reipub. corruptio me ad studium regredi coegit. Eodem. ad idem studium. Regressus. cum redij sem Ambitio detinebat. Igitur ambitione detentus eram. Ambitio, cupiditas honoris. Ambire proprie est illud quod uulgo dicitur prædicari inde ambitio. i. practica honoris. Carptim. membratim: non perpetuam historiam scribere, sed membratim. Noli, inquit, ab urbe cõdita historiam sumere, & perpetuam scribere historiam: sed eam tantummodo excipere, quæ mihi memorati digna uiderentur. Eo magis. Ideo magis, uel tanto magis statui facere hoc. R. spe. non sperabam honores. Metu. non timebam ignominiam. Spe. honorum. Metu. Ignominia: quia animus meus liber erat, & nulla ægritudo me effiebat. Spe & metu, appositiuè. Partibus reipub. uel in partibus reipublice, scilicet spe et metu, nam spe & metu continetur omnis reipublica: uel quia nec hinc nec illi factioni fucebam. Igitur. quando itaq; exposui causas, quibus adductus me à Reipub. ad studium literarum contuli, incipiam Catilinae seditiones perscribere. Absoluiam paucis. Historiam Catilinae perficiã paucis uerbis, & attentionem capiat ab auditoribus, quia dicit breuiter se historiam Catilinae esse peracturum, & de re magna & ingenti dicendum: exponit etiam, quibus de rebus uisurus sit. Nouitate. Magnitudine, nam nouus dicitur magnus: inde nouitas, id est magnitudo. Pauca explananda. Pauca prius explananda sunt, que pertinent ad uitam eius. Initium narrandi. Igitur incipiam narrare historiam eius. Explananda. declaranda.

tur. Sed quamuis factores magis laudentur, tamen (me uide) maior difficultas est in scribendo quàm in faciendo. hoc est, At mihi quidem, &c. Tamest. id est, quamuis gloria par, id est æqualis. Haudquaquam. In nequaquam sequatur scriptorem & auctorem. Tamen in primis. Id est, inter prima & difficiliora. Primum quòd facta. Quod difficillimum sit, ostendit, ponendo eorum difficultatem. hoc est, Primum. Id est prima difficultas est, quòd facta sunt, ita exequi debet. Vel exequenda. Dicit enim debent esse æqua factis. Dehinc. quod secunda est difficultas. Que reprehenderis. in aliquo. Plerique. in aliqui. Putant dicta. scilicet esse. Maleuolentia. uitio insilio. Et inuidia. quia de successu doloris, uel fit Bpexis, Maleuolentia & inuidia, i. maleuola inuidia. ideo oportet sic nō solū caute reprehendere, sed etiā caute laudare. Quia ubi. postquam. De magna uirtute aut gloria bonorum memores. uel una dictio, uel duæ. Aequo animo accipit. I. parumpendit. Supra ea. Eic incipit tertia difficultas quod supra, id est præter supradictas, difficultates, sequitur hic quòd ea facta, scilicet que tu laudas. Ducit. I. reputat pro falsis. Uelut ficta. Et de his causis difficile est scribere. Sed ego adolescentulus. Vultus quidem magis laudat factorem quàm scriptorem illi autem non est credendum, cum non nisi alterum, scilicet officium agendi, mouet: i. d. m. hi credendum est, qui utrumque noui, & quòd utrumque nouerit, ostendit dicens: Sed ego adolescentulus initio. I. etatis scilicet meæ. Delatus sum. Id est translatus. Sicut pleriq;. Filij enim nobilium in puertitia literas discabant, in iuuentute uerò ad arma transibant. R. studio. ab officio scribendi. Ad reipub. id est, ad officium agendi. Nam pro pudore. Verè multa aduersa in militia mihi contiger: quia ista, & hoc est, Nam pro pudore uigebat audacia, impudentiaq;. Abstinentia. id est pro paritate, quæ est uirtus. Largitio. superfluitas, quæ est uicium. Pro uirtute. Specialiter hic ponitur uirtus pro largitate, cui uirtuti contraria est auaritia. Que tametsi. I. quamuis. Insolens malarum artium. non solitus habere malas artes. Eius imbecilla. id est infirma. Bacillus diminiuitum à baculo: unde imbecillus, id est sine baculo, id est sine sustentamento. Inter tanta uicia. id est, inter occursum tantorum malarum. Vexabat me fama. id est, propter famam acquirendam, fit inuidia. id est propter inuidiam: quia alijs inuidebam, si eis succederet melius quàm mihi. Igitur, quando quidem corruptus tenebar ambitione, requieui à labore militicie. Et ubi. Id est postquam animus requieuit. Descreui. id est dyadicauit. Secordia, animi. Desidia, corporis. Contere. id est corrumpere. Ocium bonum. quòd desinam ab bonum, id est bonum tempus. Et non fuit consilium. id est meam intentum seu deliberatio. Seruilibus officijs. colere agrum, aut uenando, &c. Talia enim seruilia sunt officia. Sed ego regressus, id est regressus eodem, id est ad idem inceptum & ad idem studij. Proposui perscribere res gestas. non quilibet, sed populi Romani. Sed carptim. I. ostendit quòd non quilibet. Carptim. undique colligendo. Sed ut. I. sicut quæque, &c. Eo. I. ideo statui illa scribere magis quàm. Animus. scilicet meus erat liber à spe & metu, scilicet partibus Romani populi. Spens



tamen nelle ocio aut uita rustice se dare, sed ad literarum studia, & ad res Romanas scribendos conferre. Adolefcentibus. Id est sexdecimo etatis anno, quo toga uirilis sumebatur. & hinc conyere possimus, quantam Romani adhibuerint diligentiam in disciplinis percipiendis: qui antequam ad decimumseptimum etatis annum peruenissent, omnia studiorum genera percurrerant. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro uirtute, audacia, largitio. ] Contrapositum, uel ut Graeci dicunt, *αὐτὸ ἴδιον*. fit enim, si singula singulis opponantur, ut hoc in loco: quia pudori audacia, abstinentie largitio opponitur. fit etiam, cum binis: ut, Non nostri ingenij, nostri auxilij est. ut ait Quintilianus libro nono, capite tertio. Largitio ferè in mala re à scriptoribus usurpatur, in corruptelam, ut testibus, aut iudicibus, aut alijs. Vigeant. ] floreant, in prosperitate erant. Quia tamen si animus insolens malarum artium. ]i. quamuis animus bonis moribus imbutus, ab ijs uitijs alienus esset: tamen cupiditate honorum uexabatur, quomodomodum & ceteri. Insolens. ] Insolens, non solens. Terentius in Andria: *Quid tu Athenis insolens?* & Pacuuius in Aetlana: *Quae gratitudo insolens mentem ostendit tuam?* Et insolens dicitur impudens, & uelox consuetudine, ut ait Non. Marc. Ambitione. ] honoris cupiditate. Quomodo cãdidi honores ambirent, alibi scribimus. Corrupta tenebatur. ] Cicero pro Muræna dicit, se ex aliorum miserijs, & ex suis ciuis laboribus; quotidianis, fortunatos eos homines sepe iudicare, qui remoti à studijs ambitionis, ocium ac tranquillitatem secuti sunt. nam in eadem oratione, & pro Flacco, magistratum gerere miserum esse ostendit. Pro Flacco sic ait: *O conditiones miseris administrandarum ciuitatum & prouinciarum, in quibus diligentia plena simulatum est, negligentia uituperationum: ubi fueritis periculosa est, libertas ingratum, sermo insidiosus, ostentatio perniciosissima, omniu familiaris, multorum animus iratus, iracundia occulta, blanditiæ aperta: ueniennes praetores expectant, praesentibus insistent, abeuntes deserunt. Ac me, cum ab reliquis malis moribus dissentirem. ] id est, cum ego alienus essem ab auaricia, largitione & audacia, quibus occupata erat ciuitas: tamen eadem honoris auditis uexabat me, sicut ceteros. Fama. ] id est, desiderio acquirere de fama. Et inuidia. ] id est, amulatione, quod alios honore praestantiores uiderem. Hic mira interpretis inscitia cogit potest, qui praterquam quod hoc in toto committario nihil boni dicit, nec uerba quidem ipsa intelligit. ita enim haec duo uerba interpretatur: Fama, propter famam, quia fama mea inuidia sepe laborauit inuidia, quia quærebam mihi famam: odium & inuidiam populi fugiebat, ut suffragijs eum possem ad hanc honorem peruenire. Quæ interpretatio quam sit absurdissima, & pueri ipsi iudicauerunt. Igitur ubi animus ex multis miserijs requieuit. ] id est, postquam animus liberatus fuit his miserijs, quas in administranda Republica & ambiendis honoribus ferebant: quia nihil miserius quam cupiditate honoris se infirmis subiecit. Et mihi reliqua etatis à repub. procul habendam decreui. ] Cicero lib. 4. Offic. 1. Multi, inquit, & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expectantes, à negocijs publicis se remouerunt, ad ocia: pro fugerunt. in his nobilissimi philosophi, longeq; principes, & quidam homines seueri & graues, nec populi, nec principum mores ferre poterunt: mixterunt; nonnulli in agris*

delectati re sua familiaris. Et idem propositum fuit, quod & regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uoluerunt: cuius proprium est uiuere ut uelis. & in Jugurthino bello: Atque ego credo fore, qui, quia decreui procul à Republica agere etatem, tanto, tamq; utili labori meo nomen inertie imponant. Non fuit consilium. ] id est, non decreui me ignauia tradere, & in scrulibus officijs uiuere: sed ad studia redire, & res Romanas scribere. Socordia. ] Socordiam, inquit Resm, quidam pro ignauia posuerunt. Cato pro Flulicia posuit. compositum autem uidetur ex si, quod est sine, & corde: & refertur ad animum. Desidia. ] Deses dicitur cessator: & hinc desidia, & refertur ad animum. Neq; uerò colendam agrum. ] Monumentis traditum est, fortes illos atque acri ingenio uiros, quicquid à Reipub. muneribus ocij ac laxamenti habebant, id plerumq; in exercendis agris, & colendis frugibus ponere consueuissent: neque fementes terræ iacere, neque uites amputare, aut agros hercorare, uel irrigare, fastidio unquam duxisse. Inde multi cognomina traxerunt: ut Pilius, qui pilum in pissimis inuenierunt: Ploones, à pinendo: item Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum cognomen, ut quisq; aliquod optimum leguminis genus serueret. & aliorum, de quibus Plin. lib. 18. cap. 3. tradit. Aut uenando. ] Dion tamen ostendit, praeuentionem uitem esse: & optimos principes uenationem exercuisse, ut rem honestam atq; laudabilem, unde corpus robustum, animus ferocior efficiatur. nam in ea, omnia que pertinè ad rem militarem exercentur: iudant, laborant, famem sitiq; patiuntur. Seruilibus offijs intentum. ] Colere agrum, & uenari, seruilia officia dicitur quibus fortissimi illi uiri, & reges delectati sunt. Sed à quo incepto. ] i. cum primum desiderium administrandæ Reipub. & honoris cupiditas, me à studio remouissent, & demum Reipub. corruptio me ad studia regredi coegisset, Statuere Romanas breuiter scribere, & præcipue quæ memoria digna uidebantur. Bõdem. ] id est ad studium. Carpium. ] hinc & inde decerpendo. & non ipsam historiam seriem sequendo, quasi dicit, Nolui ab urbe condita, exordium sumere: sed ea tantum tradere, quæ mihi digna memoria uidebantur. Et eo magis, quod mihi à spe, metui, liber erat animus. ] Lucianus in dialogo de Scribenda historia ait: *Talis igitur mihi sit historicus ille, ut metu caereat, & nullis numeribus corrumpatur, & liber sit: & dicendi facultatem & ueritatem amet: & quemadmodum Comicus ille ait, *Vicus ficus, ligonem ligonem nominet non odio, neq; amicitie: quæcumq; tribunos non parcent, non miserescens, aut erubescens, aut exorari se facile patiens: aequalis iudex, ac beneuolus omnibus, cõ tamens usq; dum ne alteri plus æquo tribuatur: hospes in libro, ac peregrinus, suis legibus uiuens, nullius imperio subiectus: non quid huic aut illi placitum sit cogitans, sed id quod æliis est exponens. A spe. ] Quia non sperabam honores, nam spes est expectatio boni. Metui. ] Quia non meuebam, ut si quem in scribenda historia offenderem, & mihi postea in honoribus aduersaretur: non, ut interpres, qui amplius ignominiam non timebam, nam meus est diffidètia expectati & impendendi mali, ut Cicero in calcabri 4. Tuscul. definit. Igitur. ] Cum exposuerit causas, quibus se à repub. ad literarum studia contulerit, dicit se breuibus Catiline gloela perscripturum. De Catiline conuiratione. ] Coniurare & conspirare ferè in malum accipiuntur, quoties in patriam aut in bonum principè cõ-**

uratio fit, atque conspiratio: sed si honesta causa id fiat, in bonum etiam accipi debent. nam & Mutius Scæuola ad Porphenam regem dixit: *Tercenti conuirationis principer iuuentus Romanæ, ut in te hac uia grassaremur. Cicero in oratione pro Domo sua ad Pontifices: Hanc nostram conuirationem in repub. bene gerenda, certi homines fidei sermonibus diuenerunt. Quam uerisimè potero. ] Nam in historia positum requiritur fides. Cicero in secundo de Oratore, lumen ueritatis appellat historiã: *Hic storia, inquit, est si temporum, lux ueritatis, uita memorie, magistra uitæ. & infra paulò post: Nam quis nescit, primam esse historia legem, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid ueri tacere audeat: ne qua suspicio gratie sit in scribendo, ne qua simulatio: & Strab. libro 1. Historie finis est ueritas. Polybius lib. 2. Atqui scriptorem uerè gestarum deceat, non mouere hominum affectus, neque orationem ad id aptam perquirere, neque calamitates hominum insectari, quod Tragædiani scriptores faciunt: sed diela, iactatq; hominum uerè referre, etiam si mediocritas fuerint. Augustinus lib. 1. cap. 5. de ciuitate Dei: Sallustius, inquit, nobilitate ueritatis insignis historicus est. Pauca absolutam. ] id est, historiã Catiline paucis uerbis cõplectar. Et dociles & attentos facit, promittendo breuitatem, & de quibus rebus sit dicturus. Lucianus: *Potentia uerò, inquit, seu tacite etiam tunc procerio uitetur, in dicente uidelicet, & manifestum faciente, de quibus rebus sit dicendum. quando autem etiam aperit procerio uitetur, à duabus rebus tantum exordium sumat: non ut Rhetores, à uerbis: sed beneuolentiæ loco praetermissis, attentionem & docilitatem pariat auditoribus. Aduertent enim animus, si ostenderit quàm de magnis, aut necessarijs, aut ad ipsos pertinentibus, aut utilibus denique rebus dicturus sit. Docilia autem & plana posteriora faciet, si causas præmittit, ac rerum quæ gesta sunt, capita ac summam quasdam præscribet. Nam id facimus. ] Dicitur historiam Catiline sibi dignum memoratu uideri, magnitudinem sceleris atque periculi, quod ipse intentauit patriæ. Nouitate. ] magnitudine, nam nouus dicitur magnus. Virgilius tertio Aeneidos: *Sola nouum dicitur, nephis Harpyia Celeno Prodigium canit.* Pauca prius explananda. ] id est, mihi prius quedam de ipsius uita dicenda uidentur, antequam ipsam historiã tractare incipiam. C. A. S. T. Tameñi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum. ] Charisius lib. 2. ubi citat hunc locum, ita legit: *Tameñi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum. Arduum uideitur. ] Hic arduum non pro difficili tantum, sed pro eo quoq; poni tur quod Graeci *δυσχερὲς* aut *χαλεπὸν* appellant, quod est cõ difficile, tum molestum quoq; & incommodum, & intrasabile. Hæc ex Gellio lib. 4. cap. 15. Quod facta dicitur exequanda sunt. ] Ita legit Gellius, nec alter est in antiq; uerborum libro. Sensus est: Molestum est scribere historiã, primum quod scribendo gesta, non minora uero faciendã sunt, sed ea debet historicus dicitur assequi, & oratione cõplecti deinde, &c. Vbi de magna, & quæ sequitur. ] Hic locus de Thucydide sumptus est, cuius uerba adferat Thucydides sententiam mutatus est: *χαλεπὸν γὰρ τὸ μὲν πρῶτον ἀναρᾶν, τὸ δὲ μετὰ τὸ ἀναρᾶν τῆς ἀσπίδος βάσανον, τὸ δὲ τὸ ἐναντίον ἵσθαι ἄνευ τῆς ἀσπίδος*****

ἵσθαι ἄνευ τῆς ἀσπίδος, ἢ τὸ ἀναρᾶν τῆς ἀσπίδος: ἢ τὸ ἐναντίον ἵσθαι ἄνευ τῆς ἀσπίδος. Hæc uerba sunt in sumebri oratione Pericles, lib. 2. Supra ea ueluti. ] Gellius legit, Supra ueluti sine pronomine ea. Insolens, insuetus. Ab reliquis malis moribus. ] Aliter: Ab reliquorum malis moribus. Fama atq; inuidia. ] Sui septimi casus, q. d. Nihilominus ambitio uexabat me, quemadmodum ceteros, famam, quoniam famam & gloriam querebam: atque inuidiam, quoniam alijs inuidebam. Nisi maus bis datus dicitur esse non nominandi casus, ut sit: Nihilominus eadem me cupido honoris, eadem fama, atque eadem inuidia, quæ ceteros, uexabat. Igitur ubi animus ex multis miserijs atque periculis requieuit. ] Mouis enim senau à Conforibus fuit: ut docent Dion, Acron, & Cicero in oratione quæ Sallustio respondet: *si Ciceronis ea est oratio, quod uix credo. Postea ne de pecunijs repetundis causam diceret, HS. duodecies cum Cesare pactus est: ut i. e. dem oratione legitimus. Et mihi reliquam etatem à republica procul habendam decreui. ] Vide Scholia nostra in Jugurth. Seruilibus officijs. ] Aliter, Seruilibus officijs, ut agrum colere, & uenari, non sint seruilia officia. Bani hæc le Catio uerius uidetur. Intentum. ] Aliter, Intentam. Carpium. ] mebratim, hinc & hinc decerpèdo, non ipsam seriem sequèdo. Valla. Partibus. ] factis. Quia uerisimè. ] Cicero de Oratore lib. 2. Nam, quis nescit, primam esse historia legem, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid ueri non audeat, ne qua suspicio gratie sit in scribendo, ne qua simulatio? Et eodem libro Cicero historiã lucem ueritatis appellat. Nonitate. ] id enim nouum scelus atque periculum fuit. Nunquam antea comuratio ulla talis fuerat. Vel potius hic Nouitate pro magnitudine poni dicens. Virgilius Aeneid. lib. 8. Arua noua Neptunia cæde labefcunt. Vbi Seruius inquit: *Noua cæde, magna, nimia. Nam non dicit reuer à noua. Et alibi Virgilius dixit Noua carmina, id est (ut idem interpretatur Seruius) magna, admiranda. De cuius moribus. ] Aliter, De cuius hominis moribus.**

Primum quod facti dicitur exequenda sunt. ] Legendum, quod facta dicitur, ut codices habent in pergamine scripti. Nam equare hic pro assequi ponitur. Oflendit autem, ad rationem & conditionem rerum sic eadem modandam esse orationem, ut magnitudinem rerum oratio ipsa consequatur: hoc est, ut rebus ipsis par atq; æqualis oratio. Contra L. i. u. 2. belli Punici 2. Neque aggreddiarrate, inquit, quæ differendo minora uero facio, pro, quæ non exaquo dicitur. Bst & in quibuslibet, Exequenda sunt: sed perperam, nisi fallor. Assintus uacuum, an sam errori præbuit. Iam lectonem quæ in manu scriptis est, uerior em esse, colligi è T. L. uio potest. is enim 6. ab V. C. Quum ea quoque inquit, quæ bello gesta essent, pro fastigio rerum oratione etiã magnifica, facta dicitur æquè do memorasset, & quæ sequuntur. Supra ea ueluti facta, pro falsis dicit. ] In Gelliana citatione pronomen Ba est ommissum: quod conuenire uideitur breuitati Sallustiane. Sed nec in manus scripto meo additur, licet in alijs sit. Tr repit ex glossa inselsi, & incepti literatoris. Est infra in oratione Casaris, ultra sine causa expresso positum. Bani can- Ela mortaliu mala dissoluerit, ultra, neque curæ, neque gaudie



gaudio locum esse. Ac me, quum ab reliquis malis moribus dissentirem. Est in manuscriptis, ab reliquorum malis moribus. quam lectionem sequenti illa non respiciunt: Nihilominus honoris cupido eadē quæ cetero fama, at que invidia uexabat. Mecum uero facti codex Badianus,

quamuis aliter Aldinus. Merseribus quidem, Ab reliquis malis moribus. uerum in spatio quod uersus dirimit, erat, Reliquorum. De cuius moribus pauca prius explananda sunt. Legendum est, De cuius hominis moribus.

\*E' Corneli orū familia.

**L**ucius Catilina nobili genere natus, fuit magna ui & animi & corporis: sed ingenio malo, prauoq;. Huic ab adolescentia bella intestina, cædēs, rapinæ, discordia ciuili, grata fuere, ibique inuentum suam exercuit. Corpus patiens inedia, uigilia, algoris, supra quam cuiquam credibile est. Animus audax, subdolos, uarius, cuiuslibet rei simulator ac dissimulator: alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus: facti loquentiæ, sapientiæ parum. Vastus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationē L. Syllæ, libido maxima inuaserat Reip. capiendæ: neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnū pararet, quicquam penli habebat. Agitabatur magis magisque in dies ferox animus in opia rei familiaris, & conscientia scelerum: quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memorauī. Incitabant præterea corrupti ciuitatis mores, quos pessima ac diuersa inter se mala, luxuria atque auaricia uexabant. Res ipsa hortari uideatur, quoniam de moribus ciuitatis tēpus admonuit, supra repetere, & paucis instituta maiorum, domi, militiæque, quo modo Remp. habuerint, quantamque reliquerint: utque paulatim immutata, ex pulcherrima & optima, pessima ac flagitiosissima facta sit, differere.

VAL.

Lucius Catilina. [ Vidimus in sine Proemij, quod nos docuit Sallustius, quid nam hoc opere scripturus esset: uidelicet Catilinæ seditionem, quæ in primis memorata digna est, eo quod nouum fuit periculum, & tam ingens fuit scelus quam unquam à natura fuerit. Sed antequam de ipsa seditione tractare incipiat, dicit qui mores antea fuerunt, & qui etate sua in urbē uigebant: ut ostendat quo genere, & qua opportunitate Catilina adductus, tantam rem aggredi non dubitauerit. Et primo de genere, iura & moribus Catilinæ narrat, ut ostendat, quibus de causis ad usurpationem Reipub. animum intenderit. Deinde digressionem facit, & de antiquis urbē Ro. moribus differit. Nobili genere. ] patricio genere: quia patricius fuit Catilina, uidelicet de gente Cornelia. Vi corporis & animi. ] fuit magna fortitudine & animi & corporis. nam uis tam animi quam corporis recte dicitur. Ingenio malo. ] & quia animo & corpore plurimum pollebat Catilina, ideo malo animo fuit. Molo. ] naturaliter: quia à natura malus erat. Prauo. ] accidentaliter, quia præterquam quod malus erat naturaliter, etiam consuetudine peruererat ingenium. Ab adolescentia. ] ab inuente etate. Intestina. ] domestica bella. Discordia ciuili. ] Differentia est inter bellum domesticū, & discordiā ciuilem. nam bellum ciuile pertinet ad uniuersam ciuitatē, uidelicet cum uniuersa ciuitas inter se discors est: discordia uero ad priuatos pertinet. itaq; cum uniuersa ciuitas discrepat, non discordia, sed bellum ciuile appellatur. Hic autem Catilina & bello domestico & discordia ciuili plurimum gaudebat. Cædēs. ] occisiones, quæ ex bello sequuntur. Rapinæ. ] uictorū, qui bonis expoliant. Ciuili discor. ] discordia ciuili. Ibi. ] in his supra dictis. Exercuit. ] non solum grata facere, uerum & in illis omnem etatem suam duxit. Inedia. ] i. famis. & dicitur ab in & edo, quasi non edat: quod non edat. & qui nō comedit, sine die bio famem suscipit. Algoris. ] frigoris. Vigilia. ] quia in somnis nocles agebat. Inedia. ] quia sine cibo diu permanebat: nec nullum detrimenti patiebatur ob illud. Algoris. ] quia frigus etiam facile tolerabat. Vi

gilia. ] quia se non nimis somno dabat, sed parum admodum. Supra quam cuiq; credibile est. ] multo plus quam quisquam credere posset: & est honestus dicendi modus. Animus audax. ] quia haec lenis de corpore dixit, nunc de munus de animo dicere incipit. Animus audax. ] ut magna quæque pericula aggredi non dubitaret. Subdolos. ] quia facile unumquemque fallere poterat. Subdolosus Latine, Græcè appellatur ύπόδολος: qui non aperte decipit, sed latenter. Varius. ] quia nunquam in eodem proposito manebat. Simulator & dissimulator. ] Declarat quod dixit Subdolosus & uarius. Simulator. ] qui ostendit id esse quod non est. Dissimulator. ] qui ostendit id non esse, quod est. Appetens alieni, sui profusus. ] id est, qui aliena desideraret, & sua prodigus profunderet: sed non uidetur posse fieri, uerum necesse est ita fieri, si quis diligenter hoc considerauerit. nam quia sua profusus, ideo aliena appetit. Nam prodigus, quia sua sibi non sufficiens, aliena appetat necesse est. Ardens. ] uehemens. Cupiditatis. ] quæ quod semel cupere ceperat, tanto ardore inuadit, ut nulla coerceri possit. Satis eloquentia. ] quia eloquentissimus erat. Parum sapientia. ] quia non male suspicis erat: & hoc addit, quia nunquam sine sapientia eloquentia profuit: sapiens autem obsuit, quod etiam Cicero in Arte ueteri prolixius ostendit. Vastus. ] immoderatus. & plus est quam si dixisset Magnus aut ingens. nam usum dicitur, quod nulla mensura terminari possit: id est, sine modo terminatum. Immoderata. ] quæ modum non haberent. Incredibilia. ] quæ nulla ratione consequi possent. Nimis alta. ] quæ ciuilem modum transgredierentur. non querebant dignitatem principis Romani, sed potius dignitatem tyranni, qui urbi Romanae pro arbitrio imperare non posset: uel tale, qualem supra memorauī. Virgil. Metentis hic est id est, talis. Hunc. ] Catilinam. Dominationem L. Syllæ. ] qui motu paribus reipub. aduersarijs, perperam dictatam affectus est: qui magistratus quasi regnum erat. non quem admodum rex imperat iudicis, & omnia pro uoluntate facit: ita dictator omnia pro arbitrio exercebat. Vi

**A** nam cum uocabulum regis in urbe Romana mitius reddere uellent, ad Dictaturæ nomen confugerunt. nam eius magistratus regia potestis erat. Plin. tit. fuit L. Sylla, qui postea Sylla Felix est appellatus, & demum pediculari morbo consumptus. Secundus autem Iulius Cæsar, qui multis uulneribus tandem à senatoribus est interfectus. Libido. ] cupiditas: & dicitur à libendo. Tame si consuetudo inoleuit, ut libido in malum partem accipiatur. nam Sallustius libidinem accipit in bonam partem. Capiundæ. ] pro capiendæ, id est occupandæ. Tertiæ coniugationis uerba possunt habere participia futuri temporis tam in uerbo quam in eandem, ut legendus uel legendus, capiendus uel capiendus. Sed cauendum est, ne id licenter in omnibus participijs faciamus: quia uisum est in uerbis quartæ coniugationis idem facere: quia non dici potest, audiendus audienda audiendum, &c. Id] scilicet capere reipub. Pararet. ] equitaret. Nihil pensi. ] nihil considerati, nihil considerationis translatio sumpta à pensantibus, qui diligenter inspicunt in quam partem uel aurum uel argentum inclinet. non ponderabat ipse quomodo rempublicam caperet, dummodo cupiditatem suam explere posset.

**B** Rationes autem erant innumerae, quibus Catilina adductus rem hanc tantam assequere uolebat: & quia magnificus erat, & pauper, & multa scelera perpetrauerat. Indies. ] quotidie. Ferrox] scilicet natura, indomitus animus Catilinæ. Agitabatur. ] incitabatur, impellebatur. Inopia rerum. ] nam cum magnificus esset, & inopia premeretur, quia suis rebus non poterat ueri magnificientiam, alieni necesse erat conseruare. & ob hanc causam ad reipublicæ usurpationem intendebat animum. Conscientia sceleris. ] quia sibi conscientis scelerum quæ commiserat, hæc autem paulopost uideri licebit hoc eodem libro. nam inter cætera sua scelera hoc potissimum narratur. Que utraq; scilicet inopiam & scelera. Auferat. ] cum lauerat. His artibus uidelicet aliena appetendo, sua profundero, cupiditatis imminendo. Præterea. ] præterquam quod ferocitatis animi, inopia, scelera perpetrata, incitabant illum: hoc etiam accedebat, scilicet quod, &c. Corrupti mores. ] in tanta corruptione morum, facilis uidebatur accessus ad usurpationē reipublicæ: quos mores, id est artes. Luxuria & auaricia. ] apposuisti mala. Diuersa inter se. ] Bene dicit, nam luxuria opes profunderit, auaricia opes conseruat. Luxuria uisiofa est superfluitate nimia, auaricia uiciosa est nimia paritate. ergo proculdubio diuersa sunt inter se: sed tamen qui luxuria inseruire uoluerit, necesse est ut & auarus sit. quia nisi auarus fuerit, non poterit comparare diuitis, quibus ad patranda luxuria utatur. Res ipsa hortari. ] Sicut apud Ciceronem est, tria sunt genera narrationum, de quibus orator sumit rationem suæ causæ: primum, oratorum, quo oratores utuntur uincendi causa: secundum, digressorium: tertium, poetium. Sed digressio secundum, genere narrationis utitur Sallustius, quod interuenit nonnunquam aut fidei, aut criminationis, aut laudationis, aut aliquid apparationis causa. Nam digreditur Sallustius ab historia quam nuper ceperat, ad seditionem, scilicet Catilinæ: & ad mores ciuilitatis narrandos peruenit. Vi autem hæc digressio, laudationis, uisuperationis, & apparationis causa, laudationis, ut maiores & proficos illos laudibus exornet, qui remp. nō conseruauerunt modo moribus optimis, uerum etiam conseruatiorem auxerunt: uisuperationis causa, ut homines ætatis

sua uituperet, qui non uirtutibus, sed malis moribus decti sunt, & Remp. à maioribus stabilitam ac firmatam labi, & ad interitum peruenire patiuntur: apparationis causa fit, ut se præparet ad id quod d. futurum est. Nam de corruptione ciuitatis & ab initio urbis Romæ narrare incipit, quomodo populus Rom. se domi militiæq; habuerit, & in præsentia habeat: ut his cognitis, uerisimile fiat, in tanta morum corruptione animum ad remp. capiendā intendisse Catilinam. Res ipsa. ] uidelicet quia de corruptione morum mentionem fecerat, propterea uidetur non incongruum esse, si perstrinxerit ea quæ ante Catilinæ seditionem fuerunt in urbe Romana. Instituta maiorum domi militiæq;. ] id est, institutiones quæ domi militiæq; à maioribus conseruatae sunt. Domi. ] in pace. Militiæ. ] in bello. Habuerunt. ] comparauerunt. Reliquerunt. ] scilicet post se relinquit. Immutata paulatim. ] scilicet labente disciplina præmij. Pulcherrima. ] i. bonæ fustima. Pulcher & honestus sibi inuicem eadunt. ergo pulcherrima, id est bonæ fustima. Elegitissima. ] i. uisiosissima: Singula singulis opposuit: pulcherrima, flagitiosissima: pessima, opuma.

**C** Lucius Catilina, &c. ] Ecce quod promissit, persequitur, & eum nobilem ostendit: si enim ignobilis esset, iure quam tantam rem persequeretur. Sed ingenio malo. ] Ne tuius uideretur quod dixerat magnæ animi, subiuungit, Sed ingenio malo, prauoq;. Molo, naturaliter: Præ uo, quod uel deprauauerat exercitio. Hic ab adolescentia. ] Probat ab effectu, quod malum habuerit ingenium: quia ab adolescentia, ista et placuerint iuicia. Bella intestina. ] id est intra muros sita, uel intra mura. Cædēs. ] trucidationes. Rapinæ. ] depraedationes. Corpus patiens inedia. ] Inedia dicitur penuria quæ est in aede. Supra quam. ] id est ultra quam. Et sic probauit, quod magna uis esset corporis, modo probat quod magna uis sit animi, dicens: Animus audax, id est temerarius. Et subdolos, id est latenter dolosus. Quia uarius. ] id est lauis & inconstans. & uere uarius: quia simulato rei quæ non erat, & dissimulato rei quæ erat. Alieni appetens. ] non auarus ut absconderet, sed ut peruideret. nam subiungit, Sui profusus. ] procius & dissipator: nam quia fundebat, ideo ardentius cupiebat, & hoc est, ardens in cupiditatibus. Satis eloquentia. ] erat ei. Et parum sapientia. ] Eloquentia autem sine sapientia multum obest, ut ait Tullius. Animus uisus. ] id est timidus, immoderata. ] in modo excellentia quantum ad se: & uere immoderata, quia incredibilia, quantum ad alios uere incredibilia, quia nimis alta, quantum ad rem desideratam. uere nimis alta: quia dominationē reipub. Libido. ] cupiditas reipub. non defendendæ, sed capiendæ. Post dominationē. ] hæc interponit opportunitatē. Siquidē L. Sylla inuasi remp. publicam, & cum hoc bene successit, quia inde omnes suos opibus recessit. Nunc uero Catilina occasione opportunitatis inde capiebat. Iste enim Lucio bene contraxerat, ita & sibi contingere credebat. Neque habebat quicquam pensi. ] id est consilij & deliberationis. hoc pensum, huius pensum. Cum enim rena in animo deliberamus, pendamus: id est, penduli est dubij sumus. Id. ] id est dominium reipub. Dum. ] id est tantummodo. Agitabatur. ] non ad horam, sed magis in dies, id est de die in diem. hoc duabus de causis. Inopia rei familiaris. ] Res familiaris dicitur, per quam familia pascitur, &c. Conscientia scelerum. ]

OMNII

47

C. CRISPI SALLVSTII

48

Quia conscius sibi erat in sceleribus. Quae utraq. scilicet inopia et conscientiam. Auxerat bis artibus. Quos supra memorauit. Memorauit autem, ubi dixit, Bella inuestina, caedes, rapinae: quae referantur ad conscientiam scelerum. Corpus patiens moriae, referatur ad inopiam. Praeterea, quod ipse fuit pessimus. Quos. scilicet mores. Vexabant. Luxuria atque auaricia, scilicet mala pessima, radices et cause sunt ferre omnium malorum, et inter se diuersa, opposita. Quia luxuria, id est prodigalitas, retinenda profundius: auaricia profundius restringit. Res ipsa. Quia dixerat, mores corruptos ciuitatis. Imperium autem Romanum ubique erat dilatum, quod uidebatur contrarium: Idcirco iuxta praecipuum Horatij, ab oratione digreditur, ut ostendat non per mores corruptos imperium creuisse: sed imperio satis aucto, tunc mores corruptos esse. Et est competens digressio. Ordo: Res ipsa, id est ipsa res uel illas, ut probabilis uideatur narratio, ea uidetur hortari supra repetere de moribus ciuitatis, ad amplificandam criminacionis modernorum. Ac paucis disserere. Id est dicere. Domi. Id est in pace. Et militia. Id est in bello. Et ut. Id est qualiter Res: ubi paulatim et uere immutata: quia ex Pulcherrima, id est optima, Pessima ac flagitiosissima facta sit.

B AD.

Lucium Catilina. Quia facinus Catilinae dixit in primis memorabile, profequitur eius indolem et mores, unde prosequitur est. Sane in principio notanda est pueris haec regula: Nomina et pronomina substantiua uenuste regunt adlatiuos, importantes partem aut proprietatem: id est mediante adiectiuo laudis uel uituperij, intercedente nonnunquam uerbo substantiua. Sed si propria fuerint nomina, subaudiuntur appellatiua, ut hic: Lucius Catilina, fuit subaudi uir nobili genere. Idem fit in genitiuo. ut in Euang. Modicae fidei quare dubitasti: Et per pronomem, ut apud Boetium: Illa uultu placido, subaudi existens. Ordo igitur hic est: Lucius, sic pronominalis, quod primum eius pronomini luci, hoc est oriente luce sit natus. Catilina, quod illius uiri proprium est nomen, sicut Catharina mulieris fuit, sup. uir licet non necessario exprimat, in genere, id est progenie nobili: quia patricia, utpote Cornelia: unde Cicero propter ignobilitatem noui hominem appellauit, et quod aedes alienas inceleret, inquit, ut auctor est Appianus de Bellis ciuilibus lib. 2. Et fuit magna ui. Id est habuit magnam uim animi et corporis: sed fuit in genio, id est indole: malo, id est maligno et prauo, id est deprauato per malos mores: quia bella intestina, id est ciuilia quae fiunt inter conciuces, qui sunt in una urbe, ut intestina in uno ventre geruntur autem bella ciuilia sub mutua depradatione, unde ut cruenta signifi- cet, addit caedes, id est occisiones, trucidationes: rapinae, id est uolente rerum ablationes: et discordia ciuilis, id est factiones et seditiones: fure huic, scilicet homini: grata, id est accepta, quasi utilia: ab adolescentia, id est ab ea tempestate qua primum excessit ephobis, et factus est ut dicitur in uir, dum non amplius etas, metus, magister prohibebant. et exercuit ibi, id est in illis nebandis facinorosis: inuentum, id est aut sequentem illam etatem, quae inuenta dicitur: aut uerius multitudinem iuuenum Romanorum, ut non fiterit contentus maleficio suo, nisi multos alliceret in fraudem. Corpus, sup. fuit illi patiens, id est tolerans: media, id est abstinentia ab esca, ita ut nihil comedendo diu durare potuerit: unde plus est habere corpus patiens inedia, quam famis: quia multa con-

suetudine induci potest ut induret, ita ut inedia famem grauem non afferat, famem autem semper molesta est. Et patiens algoris, id est gelidi frigoris, ab algoe: sicut inedia, ab in, quod hic priuat, et edo es est, componitur. et patiens uigiliae, id est uigilationis: supra, id est ultra quam credibile est cuiquam, id est alicui. Animus, sup. erat illi audax, id est temerarius, et sicut omnia audens: subdolos, id est fraudulenter et dolo, sub quo latebat dolo uariis, id est multiplex, ita ut cogniti fuerit difficilissimus: simulato cuiuslibet rei, id est potens simulare: id est praese ferre ac ostentare, esse quamlibet rem quae non erat: et distululato cuiuslibet rei, id est potens fingere quamlibet rem non esse, quae tamen erat, quia simulamus ea quae non sunt, esse: et dissimulamus ea quae sunt, non esse, unde uir ex natura letus simulat, dum castigat, iram: uir iracundus, dum letum conuuiam agit, dissimulat iram. Appetens alieni, scilicet boni: et profusus, quasi profusor: capiti enim hic actiue: fuit, id est proprii boni. id enim plerumq. accidit, ut qui aliena rapiunt, sua disperdant, ita ut avari sint et prodigi pro diuersis. Ardens, id est nimis feruens et uehemens in cupiditatibus, i. ad res concupiscit. Satis loquentia. Id est dicacitas et sermo, supple fuit illi: sed parum prudentia. Animus, supple eius existens uastus, id est ualde amplius et capax, cupiebat semper immoderata, incredibiliter: et nimis alta, id est sublimia. Hunc post dominationem L. Sylla. Ostendit quo pacto animus ille audax, uisio potius sit: utpote exemplo Lucij Sylla, de quo Cicero Offic. 2. Nostri magnifratu imperatoresq. ex hac re maxime laudem capere et stuebant, si prouincias, si socios equitate et fide defendissent. Neq. illud patrocium orbis terrae uerius quam imperium poterat nominari. Sensim hanc consequendam et disciplinam iam antea minuebamus: post uero Sylla uictoriam penitus amissimus. desitum est enim uideri quicquid in socios iniquum, cum extitisset etiam in ciues tanta crudelitas. Haec ille. De qua crudelitate miranda epud Plutarchum et Appianum, aliosq. leguntur. Nam Sylla recuperata Repub. et oppressis Marianis, pulcherrimam uictoriam crudelitate maxima iniquitanti: octo milia deditorum in uia publica trucidauit: tabulam proscriptionis posuit, urbem ac totam Italiam caedibus repleuit. Plutarchus ait: Sylla concionem habente in aede Bellone, 7 milia Romanorum extra templum trancata sunt. et excitato senatu ad gemitus eorum: Hoc (inquit Sylla) agamus patres conscripti, pauculi enim sunt seditiosi, quos puniri iusti. Prius 80. proscripsit: uno interfecto die, ducentos ac uiginti alios adiecit. deinde tertio non pauciores rursus adunxit dixitq. se de nouo proscripserunt eos quorum tunc esset oblitus. Et qui proscripsum excepisset, salutisq. eius consulisset, mortem proposuit: non patrem, non filium, non propinquos exceptit. Appianus scribit, Syllam 40. senatores, equites mille et sexcentos ad mortem condemnasse. Tandem autem, licet sero, iustus deus pennis: nam ad tantum scelerem exphibitio corpus eius deuenit, ut pediculis absumeretur. Unde Seneca: Sed quis non pauet Pberceydis fata tragædi, Qui nimo sudore fluens, animalia tetra Edixit, turpi miserum qua morte tulerunt? Sylla quoq. infelix tali languore perierit. Corruit, et scedo se uidit ab agmine uinci, etc. Sylla tamen dominatio multos inuitauit. unde illud Iuuenalis Satyra secunda:

49

In tabulam Sylla si dicant discipuli uere. Sed ne prolixior sim, Ordo est: Maxima libido, id est mala uoluntas et audacitas: capiendo rei publicae, id est ut capiat et occupet rem publicam: inuaserat hunc, scilicet Lucium Catilinam: post dominationem, id est superbiam et tyrannicam gubernationem Lucij Syllae, illius patricij, qui contra Marium pro Repub. bellum, ut dictum est, gessit. Neque Catilina habebat quicquam pensi, id est exco- gitati aut considerati, seu estimati. nam qui iusta lance pe- sitant, precia iusta estimant: unde Galli pensare dicunt, pro eo quod est cogitare, et animo uersare. Quibus mo- dus assequeretur, id est scilicet quod uolebat, scilicet domi- nationem, dum, id est dummo lo: pararet, id est acquire- ret regnum, quod post exactos reges nemo parare sibi ui- debat in ciuitate libera. Animus Catilinae ferrox, agitaba- tur ad illud neptis in dies, in singulis dies, magis magisq. inopia, id est propter inopiam rei familiaris, id est dome- sticae, quam nequiter absumperat, cum esset profusus sui. et conscientiam scelerum, quia diu ex rapinis uixerat unde urebatur, nisi Rempublicam occuparet, se ad supplicium posse repositi. Quae scilicet diuulsi licet inopia rei familia- ris, et conscientiam scelerum, ipse auxerat bis artibus, scilicet licet malis, quos memorauit supra, illic: Huic ab adolescen- tia, etc. Praeterea. Id est praeter propria ipsius uitia: mores corrupti ciuitatis, scilicet Romano, incitabat, supple eos quos luxuria et auaricia, et oppositorie pessima ac- duerat, quae opposita inter se, uexabant, id est uehemen- ter tentabant: hoc est, ceteros perditos iuuenes. Nisi dica- mus, mores incitabant Catilinam: quos, scilicet mores lu- xuria et auaricia, oppositorie diuersa inter se mala: ue- xabant, id est titillabant, etc. Res ipsa hortari. Facit digressionem ad mores praescorum Romanorum descri- bendos: quod ne inepide scilicet putetur, rationem afferri di- cens: Res ipsa, id est opportunitas ex ante dehis nata, ui- detur hortari (quoniam tempus, id est praesentis temporis qualitas ac dispositio admouit, id est mentionem facit de moribus ciuitatis, scilicet Romano) repetere supra, id est alius, utpote ad primordij uerbis: id est mores, maiorum supple nostrorum, id est praescorum Romanorum: quomodo id est quo pacto, et qui bonis artibus habuerint, id est comparauerunt rem. domi et militia, id est in pace et bello: et quantum, id est quantum magnam reliquerint, de cuius inmensitate dicit Lilius in praefatione sic: Quae ab exiguis profecta intus, ed creuerit, ut iam magnitudi- ne laboreat: quasi dicat, ut se iam sustinere non possit. Et ut, id est quemadmodum res publica Romana, immutata paulatim, id est paulatim: quia, ut dicit Iuena- lis Saty. 2. Nemo repente fuit turpissimus: facta sit pes- sima ac flagitiosissima, id est flagitiorum plenissima: ex pul- cherrima et optima, id est ubi prius fuerat pulcherrima et optima: quia illud proprium creditum est Romano- rum, ut rem publicam quam optime regant, unde est illud Aeneidos 6. Tu regere imperio populum Romane memento: Haec tibi erunt artes: pacisq. imponere mores, Parcere subiectis, et debellare superbos. Et Cicero in principio Tusulanarum: Num iudicium sem- per fuit, omnia nostros aut inuenisse per se sapientiam quam Graecis, aut accepta ab illis fecisse meliora, quae quidem digna statusserint in quibus elaborarent. Nam mores uitae, resq. domesticae ac familiares, nos profecto et melius

uenimus, et leuitiorem uero publicam nostri maiores cer- te melioribus temperantur et instituti et legibus. Satis loquentia, sapientia parum. Ita legendum, non eloquentia, ut uulgus solet. Nam si, quum Cicero de iij. uerba faceret, qui arte dicendi abutebantur, in malo non est ausus eloquentiam nominare, ut dixit Cae- lius, sit quaedam innocentia, nec nisi in bonam partem pos- sit desistere: cumq. Catonk illa notissima definitione ora- toris, omniumq. opinione et rectorum comprobatum sit, elo- quentiam tantum bono uiro innocentiq. conuenire: Sallu- stius, clarissimus dicendi magister ac artifex subtilissi- mus, duo haec haud miscuisset, penitus discordia, eloquentiam et malignitatem. Auctacter igitur tam A. Gellij au- thoritate, tum magis ratione, Satis loquentie legendum, non eloquentia, secundum prophetaum atque imperitum uul- gus Grammatistarum.

I. BOE.

ZAN.

Lucium Catilina nobili genere natus. Quo genere, quate familia ortus sit Catilina, uideo a doctis dubitatum quod ualde miror, cum ex titulo declamationis Porij La- tronis manifestum sit, hunc ex nobilissima Serqtorum fa- milia natum esse. Porij, inquit, L. A. O. D. C. D. C. L. C. tra Lucium Serqium Catilinam. Et ut id affirmem, scit et Velleius Patereulus, qui in secundo libro sic ait: Per haec tempora L. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi de- buit, ut nonnisi nobilissimus, et ut uita curius, ita inge- nio maximus qui esset, ne quoruna arma uiceramus, eorum ingenio uinceremur: Consul, Serqy Catilina, L. Ca- tili, Cethegi, et aliorum utriusq. ordinis conuentionem singulari uirtute, constantia, uigilia, curaq. eripuit. Et Pa- tidium: Sex competitorum in consulatu petitione Cicero habuit: duos patricios, P. Sulpitium Galbam, Lucium Ser- qium Catilinam. Quod autem commentator iste teiu- nus dicat, eum de gente Cornelia esse, nemini mirum sit: cum in leuioribus maioris quoq. committat errata. Sed id mirum magis uideri debet, quod et Philippus Melanch- thon, in annotationibus suis, eum de gente Cornelia fuisse se trahit. Si enim ex Corneliarum familia fuisset, cur L. Lentulus ex ea familia natus diceret, ex libris Sybillinis regnum Roma tribus Cornelijs portendi: Cynnam atque Syllam antea, se uero tertium esse, cui satis foret urbis po- tiri. Lucij (auctore Festo) dicitur, qui luce nasciturus fuit Manij, qui mane. Fuit magna ui et animi et corporis. Cicero in 2. de Oratore, ubi de praecipis histo- ria tradit, sic ait: Quis nescit primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid ueri taceret non audeat, ne qua suspicio gratiae in scribendo, ne qua simulta- tus? Haec scilicet fundamenta non sunt omnibus: ipsa uero exedificatio posita est in uerbis et rebus. rerum ratio, or- dinem temporum desiderat, regionum descriptione uult etiam. Quoniam tamen in rebus magnis, memoriaq. di- gnis, consilia primum, deinde acta, postea euentus expe- ctantur: et de consilijs significari oportet, quid scriptor probet: et in rebus gestis declarari, non solum quid actum aut dictum sit, sed etiam quomodo: et cum de euenijs di- citur, ut cause explicentur omnes, uel casus, uel sapientia, uel temeritas: hominumq. ipsorum non solum res gestae, sed etiam qua fama ac nomine excellat cuiusq. uita atque natura. Sic Dionysius libro 3. Et uel maxime scribentibus historiae hoc conuenit, non tantum bellicas actiones du- cum narrare, nec si aliquid institutum pulchrum, saluam resq. urbibus excogitantes ediderint: sed eorum quoque

uit, nisi moderati ipsi, & cōtinentes, & in patrijs manentes moribus, studijsq; perseverauerint, cōtinere. Fuit magna uis & animi & corporis. Id est, magna fortitudo. nam uis tam animi quam corporis dicitur. Cicero: Nam quo maior uis est animi quam corporis, hoc sunt grauiora ea que concipiuntur animo, quam illa que corpore. Portius Latio: L. siquid Catilina nō ignobili genere præditus, neq; infima uirtute, si doles egregius tum fortune, tum corporis, ad dignitatem urbis, nō ad perniciem conferre statisset. Sed ingenio malo prauoq;. Mala & praua natura, nam ingenium pro natura frequenter ponitur. Terent. in Andr. Bonum ingenium narras adolescentis. & in Eunuch. Ex aliarum ingenijs uic me iudicet. Ibidem: Noui ingenium mulierum. Ibidem: Adolescentule meretricum ingenia & mores posset noscere. Idem in Heaut. Quotidianæ uic consuetudinæ, que cuiusq; ingenium ut sit declarat maximè. Malus. Malus dicitur, qui omnes ledit. Præuus uerò, qui non certa ratione & uita sit. Præua enim dicitur illa, que non recta sunt: ut ligni præuum. Ab adolescentia. Adolescentes & iuuenes idem sunt: scilicet, qui annum decimum septimum excefferunt, necdum quadragesimum septimum attingerunt. Cædes, rapinæ. Cicero pro P. Silla: Catilina, inquit, contra Rempub. conitruit, cuius aures unquam hoc respuerunt, conatum esse hominem usq; à pueritia, non solum intemperantiæ & scelere, sed etiam consuetudine & studio in omni flagitio, stupro, cæde uersatum: quis eum contra patriam pugnantem perisse miratur, quem omnes semper ad ciuile latrocinium natum putauerunt. Cicero in libello de Petitione cōsilijs: Alter, dicitur boni, quo splendore est primam nobilitate eadem qua Catilina, nū meo re non, sed uirtute. quod uerum, quia inanis umbram me tuit. hunc negliges quidem natum in patris egestate, educatum in fororis stupris, corroboratum in cæde ciuium, cuius primus ad Rempub. aditus in Equitibus Romanis occidendis fuit, nam illis, quos meminimus Galli, qui tum Triuicorum ac Vanciorum ac Tanefiorum capita demebant, Silla unum Catilinam præfecerat: in quibus ille hominem optimum Q. Cæcium, fororis sue utrū, equitem Romanum, nullarum partium, suis manibus occidit. Quid ego nunc dicam, petere eum tecum consulatum, qui hominem charissimum populo Romano M. Marium, in spectantem populo Rom. uirgis per totam urbem ceciderit, ad bustum egerit, ibi omni cruciatu lacerarit, uiuo stanti collo gladio suo secuerit: ceterum sinistra capillum eius à uertice teneret, caput sua manu tulerit: cum inter digitos eius ricti sanguinis fluerent, &c. Videto præterea Peditianum in Candida toga, & Portium Latronem in sua declaratione. Discordia ciuilib. Nam scire poterat plurimis exemplis, & horrendis bellorum ciuilium prælijs, quantum exitus ciuium d. Rom. ad rempub. pariat, quam ipse perdere conabatur. Ceterum quod perniciosa in ciuitate sit discordia, Cicero in 1. Offic. ostendit, cum ait: Qui parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam. Ibi inuentum suū exercuit. Non solum cædes, rapinæ, & discordia ciuilib. ei fuerūt grata, sed in his quoque se exercuit. Corpus patijs inedia. Cicero in oratione contra Catilinam: Ad huius uitæ studia mediati illi sunt, qui feruntur labores tui lacere humi non modo ad obsequendum stuprum, uerum etiam ad facinorose obeundam. habes ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis,

frigoris, inopia rerum omnium, quibus te breui tempore consecutum esse senties. Idem in 3. Nihil erat quod non ipse obiret, occurreret, uigilaret, laboraret, frigus, ium, famem ferre poterat. Inedia. Ii famis. Nam inedia dicitur ab in & edo, eo quod non edat. In enim, ut ait Festus, non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adinendo ponitur: ut inuolando, in clamando, inuocando. Vigilia. Inquit insomnes noctes agebat. Algoris. Inquit. Supra quam cuiquam credibile est. Inquit. Plus quam quisquam credere posset. & est pulchra locutio. Animus audax. Habes enim de corpore dixit, nunc uerò de animo dicere incipit. Catilina enim adeo audax fuit, ut quæcunque pericula subire nō dubitauerit. unde & Cicero in 2. Philip. Tu ne, inquit, uerbo quidem uolentior aut audacior quam L. Catilina, furiosior quam P. Clodius uiderere. Subdalu. Ii qui faciliè immingent: decipere poterat. Unde Cicero in Oratione pro N. Cælio inquit: Me ipsum, me inquam, quondam ille decepit, cum & ciuium bonus, & firmus amicus, & fidelis uideretur: cuius ego facinora oculis prius quam opinione, manibus ante quam suspicionem deprehendi. Portius Latio: Nihil, inquit, fuit isto monstro uersipellis, aut mutabilis hominum memoria: ita ut res diuersissimæ sepe numero uideantur in eodem ingenio, tanquam in sentina quadam teterrima simul redundare. Varius. Quia naturam suam ad omnia accommodabat. Cicero pro Cælio: Illa uerò, iudices, in illo homine mirabilia fuerunt: comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quæd habebat, seruire temporibus suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, & audacia: uersare suam naturam, & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flexere: cum trislibus se uerè, cum remisissis iucundè, cum senibus grauior, cum iu ueniente comiter, cum facinorosis audaciter, cum libidinosis luxuriose uiuere. hac ille tam uaria multipliciq; natura cum omnes omnibus ex terris homines improbos audacesq; collegerat: tum etiam multos fortes uiros, & nos, specie quadam uirtutis ad simulatam tenebat. Et uariis hoc modo accipiendus est: non, ut ait interpret, quod nunquam in eodem proposito maneret. Alieno appetens. Id est, qui aliena appetebat, & sua profundebat. Cicero in oratione pro Cælio: Quis in labore patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effusior? Alieni appetens, sui profusus. Inquit. Patientior, inquit, quando participium est, iungitur accusatiuo, sicut uerbum ex quo uenit. Patient illam rem, patientem illam rem. Virgilius in 3. Aeneidos. Haud impune quidem, nec talia passus Vlysses. Amas illius, uenem est, Cicero pro Cælio: Amas illius clarissimi ac fortissimi patriæq; amantissimi. Salutem in Cat. Alieni appetens, sui profusus. Et attide, quod uoce passiva profusus, quia magis acti significat, genitiuo est cōiunctus. Alii actiue uolūt. Profusus, dicitur supra modum sumptuosus. Terentium: Profusum dat, perdat, pererat, nihil ad me attinet. Hinc profusi sumptus, & profuse equæ dicitur. Cicero pro Quintio: Retetur, inquit, se nō belli dicere, nō ad uoluptatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transigere, atq; ad florentem aliam deuolare, non profusis sumptibus uiuere. & pro Sex. Roscio: Hos tantos, tamq; profusos sumptus facient, aut approbabit. & pro Murena: Odit populum Romanum priuatum luxuriam, publicam magnificentiam diligere, non amat profusos epulas. Ardens in cupiditate.

igitur patiens ipsorum n. ] non proposuisset hostem. hoc passim memorare, nisi memoratio me longius traheret a proposito, & haec memorare possem, &c. Sed projecto. ] Et quia tales fuerunt, maximam laudem & gloriam meruerunt: sed non tantam habuerant, quantum promeruerunt. Unde hoc ex fortuna. Potuit ne hoc fortituna? Potuit utique: quia ipsa in omni re dominatur. Nam ex libidine. ] id est, secundum uoluntatem suam. Magis quam ex uero. ] i. ueritas, & hoc est tendit, per Atheniensis & Romanos. Atheniensis enim amplam gloriam meruerant: sed ampliores multo consecuti sunt, & hoc per se propterea copiam: Romani uero multo maiorem promeruerunt quam adepti sunt, & hoc per scriptorum inopiam: & hoc est, Atheniensium, &c. Prouenere. ] creuere. Ba copia. ] scilicet scriptorum, & quia Atheniensis scriptores habebant, & Romani, causam subiungit dicens: Quia prudentissimus quisque maxime negotiosus erat. ] i. negotiosus corporum intentus, & igitur domi militatque boni mores, &c. Et quia malebant beneicere quam benefacta aliorum dicere, igitur, &c. non magis legibus quam natura ualebat. Nam est leges non essent, natur. ] i. ueritas legat seruari non posset. Dysscordias. ] manserunt. Simulata. ] latentia odia. In supplicijs deorum. ] id est, supplicatio: unde dicitur, quia moris erat antiquitatis, ut de rebus supplicium, id est damnatorum (qui enim damnatur, supplicet & humilis) uel donaria uel templi ampliantur. Magnifici. ] largi, his duabus artibus scilicet audacia in bello, & aequitate in pace. Quarum rerum. ] scilicet quod tempus & se audacia & aequitate euarent. Habeo haec documenta. ] id est argumenta, quod ciuitas & grauis puniebantur qui contra praeccepta militum discipline in hostes irruerant, uel reuocati uolebant cessare, quoniam qui pulsi fugiebant. Unde de M. T. Terentio illo legitur, quod cum a Roma abesset Manlius, & ne aliquis contra hostes exiret, publico edicto prohibuisset, filius eius habita occasione contra hostes exiit, & eos de. ] i. reuersus pater, probatque suis laudauit: sed tamen ipsi, quia contra imperium pugnauerat, occidi iussit. In pace uerbo. ] Hoc argumentum habeo de aequitate: quia agitabat imp. ] i. magis beneficijs quam metu, quod erat uerbum. Accepta iniuria. ] i. per se ab aliquo. Sed ciuitas. ] Ostendit usque origine ciuitatis, asserit eius incrementum in primis admirandum, simulque quia uia ceptum sit, dicens: Sed incredibile est memoratu, id est dum memoratur: quantum ciuitas, id est collectio ciuium Romanorum: creuerit breui, scilicet tempore, libertate adepta, id est accepta & obtenta: hoc est, postquam libertas illi acquisita erat, donum iam hostibus, & expulsi regibus. Unde ad pia libertate, ablatus fuit in designatione sequere possit. Sed animaduertendum, omnia deponentia ad hanc significatam olim fuisse communia: ideoque deponere dicitur, quod alteram significationem (quae se passua est) deponit: quam tamen participia plerumque reseruamus. Unde adepta hic passiuè accipiuntur & frequenter legitur adipsendos, sequendos, imitandos, &c. Tanta. ] id est, iam magna cupido gloria inceserat, id est inuicem. Sane dicitur, ut in me: ab incesso uerbo. Est autem dictum per modum acclamationis, sicut Aeneides primo: Tanta molis erat Romanam condere gentem. Imprimis, &c. ] Addit ut dixi uiam, qua tantum sumptu incrementi, dicens: Imprimis, id est in primis di-

cam, aut primam in reuerti partem putem: iuuentus, id est multitudo, aut ipsa manus iuuentum (sic enim ferè capitur iuuentus: cum iuuentia sit aetas ipsa, & iuuentis dea aetatis, secundum Seruium: quomodo senectus & senectus pro eodem accipiuntur. Similiter, id est statim aut continuo postquam erat patiens belli, i. sudoris & laboris bellicae potentis: sicut uiripotens uirgo nubilis dicitur: ita iuuentus ut primam arma ferre et trahere potest, belli patiens aut potens dicitur. Dicebat, scilicet iuuentis: sicut enim adrem, non ad uocem. nam iuuentus celli. ] finium est. In castris. ] id est, in tentorijs uallo cinctis: militiam, i. artem militarem: sicut, id est assuetudinem per laborem, quo diutiores efficitur. Unde Maro in Geor. Assuetumque malo Ligurum in laudem eius dicit, quod propterea rei bellicae aptior esset, quod malo, id est labori assuetum. Et habebant magis libidinem, id est uoluptatem & complacentiam delibabilem. Hic autem ostenditur libido communis uocabulum, id est tam in bonum quam in malum posse accipere: & si frequentius in malum, nisi sit figuratè dicitur, sicut illud Maronis: Duce puer uirtutem ex me, uerumque laborem Fortunam ex alijs. — quia fortunam nemo dicitur, cum fortitudo obueniat, unde subaudi uolunt, tibi delige aut sume. Et dicit Sic Venus, at Venereis contra sic filius uisus, quia Venus orsa non est, sed fuit fermonem i subaudiuit, Sic Venus dixerat, ita hic subaudiendum sit uoluptate aut oblectamento in decoris armis. Sed non praedicitur enim uoluptatem armorum cum libidine fortiorum compararet: cum delectationem eorum magis in armis & igitur, quam in scortis & conuijs, esse uelut. Dicamus ergo, ut occupamus magis in armis decoris, id est decus & ornamentum asseruntur: & in equis militarijs, ita est ad militum apud (qua sunt etiam ad uehicula apti, unde Aeneidos tercio: Bello armantur equi, bellum terra hostia portans. Sed tamen idem olim curru succedere sueti, Spes est pacis, au. ) — quam in scortis, id est pueris aut puellis prostitutis: quae scortia dicitur, quod ut scortis, id est p. ] illes erit tunc sibi gisoleant. Sane omne nomen in unum, si non est proprium mulieris, apud nos neutri est generis, etiam si uirum sexum connotet, ut scortum & mancipium, & quae in plurali uisitata sunt feruntur & ministeria, proferus & ministeria. ) Atque in conuijs, id est comestationibus & ebrietatibus, quae ab Latinis benevolentiore uocabulo conuiuia, quod sine conuiuendi gratia instituta, quam a Graecis symposia dicitur, igitur uisus labor non erat insoluit, inuicem: sed ob id durus ac difficilis non erat, sed facilis: & ut ille locus non erat asper, i. durus & inaccessus aut arduus, id est nimis altus & difficilis: & uisus hostis armatus non erat formidolosus, id est formidandus plurimum uirtus talibus, id est sic ab incuncte adulescentia instituitur. Virtus, scilicet eorum, domuerat omnia. Sed maximum certamen gloria, id est, quae eorum gloriosissimum ageret: erat inter ipsos. Sic quisque ferre, id est ferrebat, hoc est periclitabatur hostem: & tendere, id est ascendebat murum: & circumspici, i. circumspectebatur a duobus & ceteris militibus, dū faceret tale facinus: & properare, i. properabat et periclitabatur ea, scilicet circumspecti & properare, esse diuitias, hōnam famam, & magnam nobilitatem: & erant audacissimi, & liberales, id est liberaliter largiores pecuniae: & uolebant

Ulebant gloriam ingentem esse, sup. diuitias honestas. Memorare possem. ] Curriculo percurrit ingentem populi Romani uirtutem : qua gloriam summam meruerant additum infortunium propter scriptorū penuriam, qua laudis suae fama fraudati sunt. Quod sic cecinit quarto Carminum Horatius: — Neq;

Si chartae sileant quod bene feceris, Mercedem tuleris. Quid foret Illic Mauortisq; puer, si taciturnitas Obscuret meritis inuida Romulit Et paulo post: Dignum laude uirum Musa uetat mori. Caelo Musa beat. — Et Ode sequentis

Paulum sepulcra distat inertiæ Celata uirtus, &c. — At contra dicit Athenienses claros, quod copiam scriptorum habuerint. Ordo est: Ego possem memorare, id est recitando ad memoriam reducere: in quibus locis populus Romanus uiderit parua manu, id est multitudine belligerantium. Manu enim collectiue accipitur pro multitudine, praesertim manu operantium, ut militum, quorum praesentia in dextera est. unde est illud Aeneid. 2.

— Si Pergama dextra Defendi possent, etiam haec defensa fuissent. Et ideo dixit eiusdem sexio:

Hic manus ob patriam passis. — Horatius primo Sermone accepit pro multitudine poetarum, quibus etiam manus in usu est scribendo, dicens: Multa poetarum ueniat manus, auxilioq; Sit mihi, &c. —

Copiae autem sunt copiosi exercitum in qua significatione non nisi necessitate metrica singulariter effertur, ut Aeneidos secundo:

Respicio, & quae sit me circum copia lustro. Uiderit ergo parua manu maximas copias hostium: ut in Armenia, ubi Lucullus Tigranem, habentem exercitum centum millium, duodecim milibus militibus fudit, & filium eius captiuum in triumphum duxit. Et in Hispania post mortem Scipionum, duce L. Martio, maximae copiae uictoriarum caese sunt: auctore Liuius, ad finem lib. 5. Decad. 3.

Et possem memorare quas urbes minutis natura, id est situ naturali, populus Romanus cepit, id est expugnauerit & inuaserunt Carthaginiem nouam in Hispania, & terra & mari munitam, auxilio & ductu P. Scipionis Africani superioris. Et Numantiam in eadem Hispania: & oppidum illud, quod exploratione Liguribus cuiusdam Marus excepisse dicitur in Iugurthae innumeras aliis. Memorare, inquit, possemus, id est nisi, ea res, in memoratio & recitatio uictoriarum populi Romani, traheret nos longius ab incepto, id est ab instituto opere de Catilinae conuersione. Sed quantum populus Romanus miras fecit, minus tamen memorantur eius gesta: & ita in oblatione fame & gloria infelix est, quia fortuna dominatur projecto in omni re, quae scilicet homini extra se sit querenda: ut in nomine perclaro, in diuitijs, & interdu in uictorijs. in bonis autem animi, nihil. Unde in Iugurthino uictus est: Sed dux atq; imperator uite mortaliu animus est. quippe fortuna probitatem, industriam, aliasq; bonas artes neq; dare neq; eripere cuiquam potest. Et Seneca epistola 9. Errant, qui aut boni aliquid nobis, aut mali indicant tribuere fortunam. Valentior enim omni fortuna animus est: & in utraq; partem ipse res suos ducit, beateq; ac misere uite sibi causa. At Cicero in lib.

de Natura deorum sic ait: Ad rem autem ut redeam, iudicium hoc omnium mortalium est, fortunam a Deo petendam, a seipso sumendam esse sapientiam. Fortuna autem (ut scribit Lactantius libro tertio, cap. 29) est accidentium rerum subitus atq; inopinatus euentus. Simulacrum eius cum copia & gubernaculo fingunt, a quoq; pes tribuat, & humanarum rerum regimen obineat. Cui opinioni Vergilius assentitur, fortunam omnipotentem uocans. Philosophus libro secundo Physicorum ait, Fortunam esse causam per accidens. Cum autem nobis multa praeter spem euenire uiderent, & homini quantumuis prudenti & sagaci multa in peius ruere & retrorabi (unde illud Aeneidos secundo:

— Aspirat primo Fortuna labori, Sed nihil inuitis fas quinquam fidere diuis) Ideo Romani occulte illi potentiae diuinæ, qua praeter spem bona euenirent, & mala arcerentur, a dem Fortunam dicauerunt. Unde Plin. libro secundo, capite septimo: Toto quippe mundo, & omnibus locis, omnibusq; horis omnium uocibus Fortuna inuocatur, & una non uocatur, una accusatur, una agitur res: una cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuicijs colitur: uolubilibusq; plerisq; etiā, & caeca existimata, uaga, incōstans, incerta, uaria, indignorumq; faurix, huic omnia expensa, huic feruor accepta, & in tota ratione mortalium sola utramq; paginā facit: adeoq; obnoxius sumus sortis, sit fors ipsa pro deo sit, qui deus probatur incertis unde inuenialis: — Sed nos

Te facimus Fortuna deam. — Et alibi Si Fortuna uolet, fiet de rhetore consili: Si uolet haec eadem, fiet de consule rhetor. Unde quia uarius est rerum extra nos postitarum euentus, dicit auctor nostrer, quod in omni re dominatur intellige, ut dixi, externa: quia sermones accipiendi sunt secundum materiam subiectam, auctore Philo sopho. hic autem diatum suum probatum est per se manū & gloriam, quam ex bene factis Romani minus quam Graeci, citra culpam suā, Fortuna ita uolente, obtinuerunt. Ea, scilicet Fortunae celebrat, id est celebres & (ut dicunt) nobiles ac famosas reddit: & obscurat, id est ignobiles reddit: cum eas res, magis ex libidine, id est inordinata uoluntate sua, quam ex uero, scilicet iudicio, ex merito uisusculisq;. Unde Maro in opusculo de Fortuna.

Fortuna immeritis augei honoribus, Inuis illa uiros pauperie grauat, Indignos eadem diuitijs beat. Haec auferit iuuenes, & retinet senes, Inuiso arbitrio tempora diuidens, Quod dignis admittit, transit ad impios. Nec discrimen habet, re ista: ut iudicati Inconstans, fragilis, perfida, lubrica. Nec quos clarificat, perpetuo fouet: Nec quos deseruit, perpetuo premit. Quia, ut dicit Boetius, in hoc solo est constans, quod semper inconstans: uerum quia de fortuna satis diximus, ordinem prosequamur. Res gestae Atheniensium, id est ab Atheniensibus fuerit, sicut ego existimo, in quo se candidi, & minime inuidum (ostendit satis ample & magnifice.) Verum fuerit aliquanto minores quam seruantur fama, sed quia magna ingenia scriptorum, ut Historiographorum (inter quos est praecipuus Thucydides) prouocauerit, id est sponte nata sunt, tibi, scilicet Atheniensibus iacta Atheniensium

niensium celebrant per orbem terrarum pro maximis, id est tanquam fuissent maxima. Ita uirum corum qui fecerit ea, habetur tanta, quantum praecleara ingenia potuerit extollere ea, scilicet facta: eorum uerbis, s. scriptis. Sed ea copia. Id est, abundantia scriptorum, nunquam fuit populo Romano. Causam honestam affert, ne id ignauitatis eis datur, dicens: quia prudentissimus quisq; id est qui libet prudētis ingenio praeditus: erat negotiosus, id est ope rosus. Nemo exercebat ingenium sine corpore, id est nemo theoretica, id est speculative scientia se dabat sine practica, id est sine operatione: nec contemplatiue uita, omnia penitus actiua. Optimus quisque, id est, omnis summo opere bonus: malebat, id est, magis uolebat facere, scilicet bene & praeclearē, quam dicere: & beneficia sua laudari ab alijs, quam ipse narrare, scilicet cum laude, supple beneficia aliorum. Igitur, id est & ideo: boni mores celebrantur domi, id est in ciuitate, tempore pacis: & militia, id est in tempore belli concordia, erat supple inter eos maxima. Liuius tamen: inuitatem Romanam uel ab initijs maxime feditionis offendit, ubi secessionem in montem Sacrum de scribit: & toties motam legem Agrariam, totiq; plebeiorum in patrii ius factiones. Avaricia erat minima. Id quoq; primordijs uerbis dat Liuius, dicens in praefatione prima: Caterum aut me amor negotij suscepit fallit: aut nulla inquam res publica nec maior, nec sanctior, nec bonis exemplis diuor fuit, nec in quam tam sero avaricia luxuriaq; impinguerat, nec ubi tantum ac tam diu paupertas ti ac parsimonia bonos fuerit: adeo, quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuitiae avariciam, & abundantes uoluptates desiderium per luxum atq; libidinem perueniendi perendiq; omnia inuexere. Haec ille. In bonumq; id est equitas, nam iusticia est, qua boni uiri dicitur: auctore Cicero. ualabat apud eos non magis legis, scilicet scriptis, quam naturae, id est naturali lege: quae etiam Apostolus in prima ad Romanos, plurimos habuisse testatur. Unde & Maro in octa uo Aeneidos, uocat indignas, id est praefatos Italicos, gentem sine legibus aequam. Ipsi exercebant iurgia, id est uerba obuiosa & in crepatoria: & discordias, dissensiones animorum: & similitates, id est factiones cum hostibus. sed ciues certabant cum ciuibus de uirtute, id est, quis eorum haberetur & esset optimus. & ipsi erant magnifici, id est magnifice largiri supplicijs, id est supplicationibus, quas rogationes & profectiones uulgo dicimus: & erant parci domi, id est in sumptu proprio & reijamiliari: & erant fideles in, id est erga amicos: & curabant se & reipublicā his duabus artibus: id est uirtute in bello, id est dum bella gerebant: quia audeas fortuna inuati: & aequitate, ubi, postquam pax euenerat: quia finis belli gerendi est, apud Cicero, ut possimus in pace sine iniuria uiuere.

Quarum rerum. ] Probat in quod dixerat, coniectura quadam euidētissima dicens: Quarum rerum, scilicet quod illi artibus se & reipub. curabant: ego habeo haec maxima documenta, quod undecim est, animaduersum & sumpta uindicta in bello. i. tempore belli: sepius in eos q; pu gnauerit audite uictendi in hostijs, cetera imperijs, imperatoris exercitus, quem Capitaneū generale uulgo appellatū, id est & qui reuocati, scilicet sono tubae quo canebatur recepti: exercebant praetio, id est dereliquerant praetium, ubi Excedo gratia praepositionis ablatiuo praepositur, sicut exeo & egredior interdum apud Aelianum. tardius, scilicet quam par erat, aut quam iusserat

imperator, quam illi qui reliquerant signa, id est uexilla sua: aut qui pulsati uirtute hostium, ausi erant cedere, id est discedere loco, quem tutari iusserat imperator sub poena capitis. Et ita patet, quod in bello audaciam & agilitate seruabant: audaciam, q; qui contra edictum imperatoris, postquam recepti cantuum fuerat, a pugna non disstrebant: equitatem, imperatores in eos grauis animaduertentes. In pace uero agitabant imperium magis beneficijs quam metu: & malebat accepta iniuria, id est postquam acceptant iniuriam: ignoscere, scilicet iniurioso quam persequi eum.

¶ Lamprimum inuitus. ] Venit mihi in mentē, id quod literis traditum est, ter tantum templum Iani, pacatis undiq; populis, ocioq; & pace compositis, quamdiu Romanum imperium stetit, clausum fuisse. ex quo conijcere possumus, Romanos a gerendis bellis & strepitu armorū parum ocij ac laxamenti habuisse: & ideo assiduis bellis, manu promptis, & usi peritos bellatores euasisse. Semel a Suma clausum fuit, & iterum post primum Punicum bellum: tertio imperante Augusto, post Aethiacum bellum, Antonio & Cleopatra uictis, prostratisq; pace terra marisq; partana & Flutarchus in Marcelli uita ita inquit: Nam si uilis inquam (quemadmodum Homerus ait) a Deo tributum est, ut ad inuēte atate ad senectutē usq; tri stia bella tractaret, id uel in primis ea tēpēstāte Rom. cōtigisse arbitror, qui cum iuuenilibus quidem armis pro Sicilia cum Carthaginiensibus bello implicati fuissent, adulti uerō Italiae causa cum Gallis, etate maturiore cum Annibale atq; Carthaginiensibus iterum bellum gessere, nullā cum ob senectutē (quae admodum cōpures) tū ob alia bello rā requē nacti, semper ad expeditiones resq; militares uirtute & animi nobilitate ducti sunt. Iuuentus simulac belli patiens erat. ] Seruus Tullius Romanorum rex etatem hominis in tres partes diuisit, ut pueri essent usq; ad annum 17. inde ad annum 46 iuuenes, & etate reliqua senes, ut scribit A. Cell. lib. 10. iuuenem etatem eam descripsit, quae bellis gerendis esset apta: id eo, iuuenes pro militibus, & iuuenitum pro militum multitudine Latini saepe dicunt, am ob rem uictores anno etatis 17. incipiebant facere stipendia, qua etate Scipionē & Antonem cepisse militare secundo bello Punico Plutarchus scribit. C. Graecus legem tulit, de minoribus annis septem & decem ad militiam non cogendis, ut in eius uita idem Plutarchus scribit. Seruus tamen in libro commentariorum in Aene. Virgil. septimo, morem Romanorum fuisse dicit, ut post pubertatem pueri armis exercebantur, ut anno decimo sexto militarent, quo solo sub cotidibus agebant. In castris per laborem. ] Iuuenis enim in castris militiam discibat. nā hinc pariter atq; estate diebus singulis, mane & post meridiem, locum tenere, signa sequi, ordinem seruare, fossam fodere, figere uallum, militari gradum incedere, & alia militaria facere quotidiano usu edicebant. nā et diuitibus, & tribunis praecipue curam sumum in Romanis castris, nisi ingenior & libertinis militasse, praeterquam secundo bello Punico, quo Annibal Italiam omni clade belli deuastabat, quo populus Romanus periculo adactus, rem delectam usurpauit, primūq; seruitia sacramento adegit. Usu. ] exercitatione. nā in omni praelio non tam multitudo, & fortitudo in doctis, quam

ars & exercitatio solē praeferre uictoria. nulla enim alia re uidemus Pop. Romanū sibi orbem subicisse terrarū, nisi armorum exercitatione & peritia, & disciplina castrorum, atq; usu militiæ. nam & Cic. lib. Offic. Sed, inquit, ut nec in edici, nec Imperatores, nec oratores, quamuis arctis præcepta perceperint, quicquā magna laude dignum, sine usu & exercitatione consequi possunt. Magisq; in decoris armis. ] ornatis & insignibus. Quo genere armorum Romani usi sunt, docet Vegetius libro primo. Et militariibus equis. ] militiæ accommodatis. Quam in scortis. ] id est, meretricibus. nam scortum dicitur meretrix, quod uelut solea calciamentorum se omnibus subiiciat. Atque coniuuijs. ] Quanta frugalitate fuerint præci Romani, ex hoc perspicui potest, quod lege C. Fannij consulis ante tertium Punicum bellum introduci non est, ne quid uoluerunt, præter unam gallinam, que altilis non esset, apponeretur: & ut modus conarij luxuria non diffunderet, singulis diebus, præterquam Saturnalibus, & Romanorum ludis, uel plebejs, denos asses, qui domesticis conis impenderentur, præfuit: tãta frugalitatis fuisse, ut mensam quam uis parcam, omnino uacuum tolli non sinerent: sed ad cohibendum appetitum, semper aliquid reliquiarum, quod posttridie inuaret, superesse uoluerunt. Libidinem. ] Libido hic in bona re dicitur. idem ad Casarem: Quod si tibi bona libido fuerit patriæ. & Terentius in Phormione: Dum libido eadem hæc manet. Igitur. ] Narratio, continens mores & instituta populi Romani, quibus ad tantum imperij fastigium peruenerunt. Igitur. ] quia in castris scitantiæ rei bellicæ magno labore & studio percepturunt, & omnes suas cupiditates in uirtute collocauerunt. Talibus uiris. ] scilicet qui labore & exercitatione in bello uersati erant. Non labor insolitus. ] quia iam à pueris labori assueti erant. Unde & Vegetius libro primo: Salus, inquit, & curus ante tentandus est, quam corpus ætate pigrescat. uoluntas enim est, que percepta exercitio strenuum efficii bellatorum. Non locus ullus erat asper. ] id est, inuis atque difficilis: quia quamuis locus sui natura asper esset, tamen Romani uirtute sua superabant, sicuti passim apud Historicos exempla leguntur: sed hoc in loco uno ceteris erimus. Antiochus, ubi Thermopylarum angustijs ualido presidio firmatis, uallo & muro locum, qui natura sui iniquus & difficilis erat, stationibus etiam armorum obiectis communijsset, quasi opinione sua iam bellum expleisset, confidebat: uerum uirtute Catonis effectum est, ut rex oppugnaretur, & uictoria apud Romanos esset: ut Plutarchus in Catonis ipsius uita refert. Non hostis armatus. ] Quia iuuenis Romana se in bello exercebat, ideo hostes non timebat armatos. nam, ut ait Vegetius: Scientia rei bellicæ ducendo nutrit audaciam, nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. etenim in certamine bellorū, exercitati paucitas ad uictoria promptior est: rudis & indòcta multitudo, exposita est ad eadem. Cicero lib. 2. Tuscul. Quid exercitatio legionum quid ille curus, concursus, clamor, quati laboris est: ex hoc ille animus in prælijs paratus ad uulnera. ad duc patri animo in exercitijs militie, mulier uidebitur. cur tantum inter se inter nouum & ueterem exercitum, quantum experti sumus. Actus tyronum plerumque melior, sed ferre laborē, contemnere uulnera, consuetudo docet. Quin etiam uidemus ex acie ferri sæpe faucioris: & quidem rudem illum & in exercitum, quamuis leui ictu ploratus turpissimos edere. at uero ille exercitatus & uetus, ob eam

rem fortior, medicum modò requirens à quo obligetur. Formidolosus. ] Formidolosus passiuè id est terrori non erat. Formidolosus ut ait Donatus, (exponens illud Terentianum, Non tu homo formidolosus.) terribilem & timidum significat. Virtus omnia domuerat. ] id est, fortitudo. nam uirtus unico nomine fortitudinis est appellata. Cicero Philip. 4. sic ait: Virtus una est altissimis defixa radicibus, que nunquam ulla ui labefactari potest, nunquam dimoueri loco. hac maiores nostri primū uniuersam Italiam deuicerunt, Carthaginenses exciderunt, Numantiam euerterunt: potentissimos reges, bellicosissimas gentes in diuisionem huius imperij redegerunt. Plutarch. in Coriolani uita: Ea igitur sepe, rebus maxime bellicis, & disciplina militari, Romana plurimum florebat gloria: testimonio est, ipsam uirtutem unico nomine fortitudinis appellatam: id quod proprie fortitudinem uocant, communi generis est uocabulum. Sed glorie maximum in ter ipsos certamen erat. ] Iuuentus Romana glorie cupiditate efferebatur: propterea ubi honos publicè est, ubi glorie cupiditas. nã & Cicero in Tusculanis ait: Sic est enim intemperans militaris in uiro foris gloria. Sic quisq; hostem ferire. ] Alius alium non expectabat ad inuadendum hostem, sed unusquisque primus esse uolebat, quia nullum præclarum facinus apud Romanos sine premio erat. Murum ascendere. ] Romani ut ad præclara facinora militiæ magis animos militum incenderent, quoq; honorator restatorq; eorum uirtus esset: mercede proposita, muralem, obsidionalem, ciuicam, naualem, castrisem, & aureas coronas, amplissimaq; alia honoris genera inuenere: quibus donabantur, qui primi urbis obesse murum ascenderent: uel qui urbes, castra, aut exercitum obsidione liberaissent, eueniq; seruassent. Primus Mantius Capitolinus, qui decimo & septimo anno ætatis murali coronâ donatus est. Muralis corona, inquit Cell. est, que donatur ab Imperatore, et qui primus murū subiit, inq; oppidū hostiū per uim ascēdit: idcirco quasi primis muri decorata est. Cōspici. ] Si quis enim aliquod præclarū facinus gerebat, uolebat conspici: quia nemo apud Romanos, qui præclarum aliquod facinus gesserat, prout cuiusq; meritum uirtutisq; fuit, in donatis militariibus donis abysse fertur: adeo ut Quintius Prator de uictis Hispanis, equites nouo genere honoris, catellis & fistulis donari. hoc enim patto Romani animos militum ad res magnas acuebant, ut bis honoribus quisque in bello strenue ageret, & estimaretq; animo uincere aut mori, ut mortem potius quam ignominiosam seruitutem præciperent. Vide quoque Plutarchum in Coriolani uita, qui nonnulla ad hanc rem refert. Bas diuitias, eamq; bene famā. ] Quia que præclara in uincendis hostibus & urbibus expugnandis fecissent facinora, sibi maiorem nobilitatem & diuitias esse putabant. Laudis audi. ] Romani enim glorie nimium appetentes erant, peccunia uero munificētissimi: quod licet multis exēplis ostendi posset, unico tamen Flamini coniecti erimus. Plutarch. in eius uita ait: Honoris & glorie cupidissimus, præstantissimarum quarumq; & maximarum rerum autor esse uolebat: longè magis beneficentissimū, quam in erogantibus gratulari solitus, quod illos uirtutis materiam, hos autem glorie competitorum duceret. Cicero pro lege Manlii: Et quoniam semper appetentes glorie, præter ceteras gentes, atq; laudis audi fustis, delenda est uobis illa macula, Muldradico bello superiore suscepta, & infra. Pecunia liberales. ] quam pro salute amicorum profunde

dere non dubitabant. Quod exemplo Fabij Max. perspicui potest, qui captiuos ab Annibale interposita pacione numerum recepit, cum à Senatu non præferentur, misso in urbem filio, fundum, quem unicum possidebat, uendidit, cuiusq; precium Annibali protinus numerauit. & est colatio. Gloriam ingentem. ] Quam enim ad gloriam, si immoderati erant: quantum uerò ad diuitias, moderati. Ingentem plus est, quam si dixisset magnam. Diuitias honestas. ] Dionysius lib. 10. de Quinto Cincinato loquitur sic ait: Qui uerò ad susceptionem missi fuerant, salutarit eum omnes non nomine, sed consulem: & cum uisite, qua circumcincti purpura, induentes, & secures aliaq; ei magis stratus insignia adhibentes, ut in urbem sequeretur postulare rit: illeq; paululum se continens, & lachrymans, hoc tantum dixit: Nequaquam igitur satis erit mihi hoc anno agere, estq; periculum, ne non, unde aliamur, habeamus. & mox à Exempla quoq; sunt apud Valerium Maximum libro 4. cap. 4. Memorare possem. ] Ob has enim causas sepe effectum est, ut Romani, quamuis pauci forent, magis hostium copias dissipauerint, atque fugauerint: & urbes natura minus expugnatuerint. Maximus horum copias parua manu. ] Vi de Lucullo apud Plutarchum legitur, qui cum Tigraue Armenie rege, ducento ruan & quingua milium exercitum habente, cum cohortibus quatuor & uiginti, in quibus peditum decem milia, sagittarij atq; funditores circiter mille, & equites erant uniuersis, prælatum commisit, eumq; fudit atq; fugauit. in quo loco Tigranis filius captus est. Strabo libro 4. Quo in loco Iar & Rhodanus ad montē Cēmentum confluant: ubi C. Fabius Maximus Æmilianus triginta uix militum milibus, ducenta Gallorum milia ad internecionem dedit. & de lapide candido ibidem trophæum erexit, ac templa duo, Marti quidem unum, Herculi alterum. Idem libro 17. de Petronio loquitur, cū paucioribus quam decem milibus peditum, & equitibus octingentis, aduersus triginta hominum milia, primum eos cōpulsit, ut Pselcham fugerent, Aethiopicam urbem, missisq; ad eos legatis, repetit que capta erant. addita causa, quam obrem bellum mouissent. Plutarchus in Pauli Æmylij uita: Contra eos igitur Æmilius consul cum octo milibus milium missis, hac paucitate copiarum, aduersus triginta milia hostium constitit: et in fuga uersis, & intra moenia compulsi, spem bonam humanitatis præstitit: meq; enim uolebant Romani Ligurum gentem omnino delere, sed ueluti spem ac presidium aduersus Gallicos tumultus, qui Italie continuo imminebant, relinquere. Nonnulla quoque exempla apud Frontinum libro quarto, capite secundo leguntur. Parua manu. ] paruo exercitu. Quas urbes natura munitas. ] Sicuti Munda fuit, & Carthago noua in Hispania: que quamquam natura loci, & à terra & à mari munita fuit, tamen populus Romanus uirtute sua eā cepit. Natura. ] situ loci. Ni ea res: ] nisi ea commemoratio longius nos produceret à describenda seditione Catilinae. Sed profectò. ] Quamuis Romani maiora domi militiæq; gesserint facinora, quam ullus alius in orbe terrarum populis: tamen fortuna effectum est, ut aliorum popularium res gesserint, scriptorum copia magis celebrata sint. Populus uerò Romanus, quamuis multa gesserit, tamen quā non existerint scriptores, qui ea monumentis traderent, non tanta fama feruntur. At Athenienses, est multa & magnifica gesserint, tamen scriptorum copia clariora habentur: Fortuna in omnem dominatur. ] id est,

omnia humana in potestate fortuna sunt. Cicero pro N. Marcello: Quinetiam, inquit, illa ipsa humanarum rerum domina fortuna, in istius societate gloria se non offert, tibi cedit, tuam esse totam, & propriam fateatur. & infra. idem lib. 5. Tuscul. Si enim tot sunt in corpore bona, tot extra corpus in casu atque fortuna: nonne consentaneum est plus Fortunam, que domina rerum est & exterrarum & ad corpus pertinentium, quam consilium ualeat: Luitius libro primo: Plurimum in bello polleere uidentur, militum copia & uirtus, Imperatorum ingenium: Fortuna per omnia humana maxime, in res bellicas potens est: fuitq; obseruatum, illos qui Fortunam religiose colerent, magis sæpe incrementis auctos: qui uerò nimio cultu aut despectu habuissent, plurimè incommodis fuisse debeat. propterea Timotheus Inconicus filius, quod fortuna successus sibi ascriberet, neque illi ut parcerat gratiam haberet, licet magnus Imperator, de gradu detestatus, & inflicti pugna uictus, atq; in exilium actus fuit, ut Plutarchus in Sylla uita scribit. Ea res cūctas. ] id est, fortuna omnia humana pro arbitrio hinc atque illic transferit, ut si obscura fuerint, clara reddat: si uero præclara, obscura efficiat. Celebrat. ] illustret. Obscurat. ] ignobiles reddit. Idem ad Casarem de ordinanda repub. Quin etiam sepe praua magis quam bona consilia prosperè eueniunt, quia pleriq; res fortuna ex libidine sua agitat. Libidine. ] ex uoluntate sua, uipote que Atheniensium res gestas celebrauerit, Romanorum uerò obscurauerit: non ex ueritate. Atheniensium res gestas. ] Exemplum probat Atheniensium, quod fortuna omnia ex libidine sua agat: qui licet non magna gesserint facinora, tamen scriptorum copia clariora effecta sunt. Verum alio quanto minor. ] Valerius Maximus libro 3. cap. 2. ad hanc sententiam sic scribit: At Cynegirum Atheniensem similit perinatia in conspectandis omnibus uisum, uerbo sua cantu laudum suarum Grecia, omnium seculorum memoria literarum prætorio inculcat. Quam fama feruntur. ] id est, extollunt uel scilicet à scriptoribus. Atqui Demosthenes in secunda Philipp. ait: Talia habuisse Athenienses, que omnes celebrare cupiant: sed neminem unquam ea satis pro dignitate celebrasse. μή τὰ τῶνα κἀξῶ τῶνα τῶνα, ἀνατῶνα κἀξῶ ἀνατῶνα τῶνα, ὅτις ἐστὶν ἀνατῶνα ἰδέε δὲ ἀνατῶνα: ἀνατῶνα κἀξῶ ἀνατῶνα τῶνα, ὅτις ἐστὶν ἀνατῶνα κἀξῶ ἀνατῶνα τῶνα, ὅτις ἐστὶν ἀνατῶνα κἀξῶ ἀνατῶνα τῶνα. Sed quia proueneret. ] Rem Romanam ab exemplo seu comparatione amplificat. Ibi Athenis. Proueneret, id est, nata sunt. Per terrarum orbem. ] In uniuersis terrarum orbe tanquam maxima celebrantur. Atheniensium. ] De nomine urbis Athenensium sic D. Augustinus lib. 18. cap. 9. de Ciuitate Dei, ex Varronis sententia tradidit: Om in agro Attico, hic apparuisset & sibi totius oliuæ arbor, & illa aqua uis magna erupisset, regem Cecropem prodigia ista mouerunt, itaq; misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum, quid intelligendum esset, quid uel faciendum. ille respondit, quod olea Mineriam significaret, aqua Neptunum: quod esset in potestate ciuium, ex cuius nomine potius duorum Deorum, quorum signa illa essent, ciuitas uocaretur. Hoc oraculo accepto, Cecrops omnes ciues utrinusq; sexus ad ferendum suffragium conuocauit. In enim mortuus in his locis fuit, ut etiam femine publicis consulationibus interessent. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, femine pro Minerua uoluerunt: sententia: & quia plus una facinrarum inuenta est, Minerua ut



num, et Fabio Maximo imperatore cecidit Gallos: quam rem cum alij, tum Strabo lib. 4. Geograph. et Appianus in Celtica historia referunt. Omittam Lucullum, qui (ut ait Cicero) non maxima manu innumeryabiles Armeniorum copias fudit. Vide Alexandrum ab Alex. Genialium dierum lib. 6. cap. 25. Quis urbes natura munitis pugnando cepit. ut fuerunt Vesii, Satrici, Syracusae, Carthago noua. Lanius. Sed profecto fortuna in omni re dominatur, etc.) Fortuna a Cicero, in oratione pro M. Marcello, rerum humanarum domina uocatur. Plautus in Captiuis: Fortuna, inquit, humana fingit, arctatq; ut libet. Ex uero. ] Ex ueritate, et ut res ipse reuera sunt. Satis ample magnificatq; fuerunt. ] sed non conferenda cum Romanorum gestis: quod etiam Dionysius libro primo, Appianus in proximo historiarius, et Polybius ista tim et ipse in principio, ostendunt. Verum aliquanto minores, quam fama feruntur. ] Alio: Verum tamen aliquanto minores quam fama feruntur. Alij legere malunt: Verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. ] Scriptorum magna ingenia. ] ut Thucydides, Herodotus, Xenophon. Et sua ab alijs benefacta laudari. ] in duobus nostris calamo scriptis libris, conuentionio Et omnia est. Ita bonumq;. ] Adidit bonum, quia est etiam summum ius, quod nimis bonum est. Unde Prouerbum: Summum ius, summa iniuria. Cicero pro Caelina: Si contra uerbis literis, et ut dici solet, summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati et boni et aequi nomen, dignitatq; opponere. ] In supplicijs deorum magnifici. ] Supplicia, ut inquit Seruius, dicuntur supplicationes, quia fiebant de bonis supplicia passorum. Restus uero ait, ueteres sacrificia quaedam supplicia uocasse, et supplicio. Quarum rerum, etc. ] Hunc locum, quicquid dicant alij, hoc patet intelligendum existimo, quasi dicat Sallustius: Cum leges uel imperatorum essent edicta, ut qui contra imperium in hostes pugnaissent, quicq; tardius excessissent et praelio, cum signum receptum datum esset, militarentur: cumq; item leges essent, quae ab ijs qui signa aut locum assignatum deseruissent, poenas repeterent: tamen sepius ob eadem damnati sunt, qui inuisu imperatoris pugnaissent, quicq; feruens se receperat a pugna, quam qui ob ignauiam signa aut locum non tutati sunt. Et est probatio audacia Romanorum in bellis. Vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant. ] ut in Manlium, de quo inferius: et in Posthumium. Valerius Max. lib. 2. de Disciplina militari, et Frontinus libro 4. cap. 1. Quam qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant. ] Quae fuerit poena eorum milium qui signa reliquissent, aut locum non tenuissent, docent Polybius lib. 6. Dionysius Halicarn. libro nono, Lanius Decadis prime libro

secundo, et Cicero in oratione pro Cluentio. Significari enim centurionesq; ac duplicari uirgibus casti, securi percussione: cetera multitudo, forte decimus quisque ad supplicium legebantur. Interdum poena leuor fuit, ut leges apud Valerium et Frontinum. Quam in scortis atque in conuiujs libidinem habebant. ] Manuscripta cuncta, atq; conuiujs, omnia iteratione praepositionis In. Aque hoc Sallustianum magis. Porro libidinem habere, hic est delectari aliqua re, seu delectationem habere, ut Cicero interdum loquitur. Vides autem Libidinem anceps esse uocabulum, quod rursus uerborum, ut quo et bonam et malam in partem uti liceat. Sic se quisque hostem ferire, murum ascendere. ] Particula Sic, non est in uolumine Fabriciano. In ceteris tamen est, ut et Mersburgensi. Quid si legas, Sese quisque. Id est manuscripto quodam suspicor: licet priorem lectionem non rejiciam. Eas diuitias, eamq; bonam famam. ] In manu scriptis reperi, Eas diuitias, eam bonam famam. Neque fecus in impressis emendatioribus, omnia uidelicet illa conuentionio. Quae Atheniensium res gesta, sicuti ego existimo, satis ample magnificatq; fuerit: uerum aliquanto minores tamen quam fama feruntur. ] Sic in uelut. Nam perperam est in recentioribus omisium Tamen. quod si non sensus ipse necessario, numerus quidem certe exposcit. Confide aures, et mecum facias. Anjam errori praebuit illa diuisio conuentionis Veruntamen, alijs interpositi uerbis: id quod et Cicero facere amat. Mersburgense habet, Veruntamen aliquanto minores. Sed cetera rectius. Optimum quisque facere quam dicere, et sua ab alijs benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare malebat. ] illa Et copula, non est in manuscriptis codicibus: ac maiore cum gratia hic abesse poterit. In pace uero beneficij magis quam metu. ] Manuscripta, quod beneficij magis recte an fecus, aliorum est iudicium. Opponit autem inter se, in bello, et in pace: ut non inconuoluntate uerbis que addi uideatur, quod. Sed et Aldinus codex illud habet. Quarum rerum ego maxima documenta haec habeo. ] Considerandum etiam atque etiam lectori est, quam haec praecedentibus uerbis congruant exempla. Duabus his artibus, inquit, audacia in bello, ubi pax euenerat equitate, seque remq; publicam curabant. Quomodo audacia se curabant, si, qui aut contra imperium in hostem pugnaisset, aut non in tempore se receperat, occidebatur: ut de T. Manlij filio notum est. Ego sane hic me non explicio. Mirum uero, Gellianum illi Phalarium, aut Phalarium sem Gellium potius, haec quoque non in dubium uocasse, qui locum paulo post de auaricia, initio tertij libri Nocturnam anxie, ne dicam frigide, tractat.

A

RIV.

B

GLAR.

C

tata, imperium ex illisimo atque optimo, crudele intolerandumque factum est. Sed primò magis ambitio quam auaricia animos hominum exercebat. quod tamē uitium proprius uirtuti erat. nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignauus aequè sibi exoptant. Sed ille uera uia nictitur: hic, quia bonae artes desunt, dolis atque fallacijs contendit. Auaricia, pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupiscit. ea quasi uenenis malis imbuta, corpus animumq; uirile effeminat. Semper infinita & insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur.

Ambitio.

Auaricia.

VAL.

Ubi. ] pro postquam. Resub. ] i. postquam omnia imperio suo subegit Rom. pop. nec aliqua gens sibi bellis super fuit: fortuna omnia miscuit, ita ut arma in seipso conuerterent. Terce. ] scilicet uidelicet barbarae: ut Scylbe, ut Thracae, ut Parthi. Amula imperij Romani. ] Quae semper est auri cum Romanis de imperio contendere. A stirpe interit. ] funditus euersa est. Cuncta maria. ] Postquam, quicquid mari, quicquid terra regebatur, populi Romani imperio subiectum erat. Miscere. ] perturbare. Labores. ] scilicet ferendo ipsam militiam. Pericula. ] exponere se omnibus extremis. Dubias. ] incertas. Atq; asperas. ] difficiles. Et singulas res singulis quo possit: asperas, contra labores (nam quod asperum est, eum labore consequimur) dubias, contra pericula. Nam quicquid res dubias agit, in maximo periculo uersatur. Optanda alijs. ] non optanda populo Romano, scilicet urbi terrarum principi: sed alijs gentibus, quae seruiebant. Imperio suo. ] Nam cum populus Romanus princeps omnium esset, multo magis imperare debebat diuitibus possidentibus, quam ut ipse diuitibus possidere uellet. Oneratq; miseris. ] quia propter haec in perniciem sui imperij simul peruenire, eo quod diuitibus non rectè iusi sunt. nam qui possidet diuitibus, possidet ab ipse, nisi his ipsis moderatè utatur. Ille ergo qui utitur diuitibus, diues est: qui uerò abutitur, pauper est. Igitur primò. ] Superius ostendit Sallustius, quomodo paulatim mutati sint mores ciuitatis: et antea bello exaltati fuerant: postquam omnia suo imperio subegit, diuitijs et ceteris uoluptatibus animum suum dederunt: quia ex republica quidem pecuniam, postea regnum cupere coeperunt: quamobrem omnes avari atq; ambitiosi redditi sunt. Igitur. ] quia diuitibus scilicet optare coeperunt. Primò cupido pecuniae, deinde imperij. ] Vni sequitur ex altero, nā qui magnam pecuniam possidet, hic sibi immoderata imperia quaerit. Ea. ] uidelicet pecuniae et imperij cupido. Omnium malorum. ] quia deinde omnium malorum origo nata est. Nam auaricia. ] id est, quia ex auaricia et imperij cupiditate, mala omnia essent secuta: quia fides, probitas, et cetera bonae artes repente ex urbe abierunt. Auaricia. ] Verè dicit, auariciam subuertisse has omnes uirtutes: quia auarus, est auarus, id est desiderans avarum, et auro deditus: quicunque autem auaricia deditus fuerit, per fidem et improbus esse consuevit. Probitatem. ] intergritatem. Subuertit. ] euerit. Edoquit. ] auaricia. Superbiam. ] contra fidem: quia ex superbia nascitur perfidia. Crudelitatem. ] contra probitatem: nam qui probus est, humanus est: et qui improbus fuerit, crudelis efficitur. Negligere deos. ] ut uereurando falsitate sumpto, causa pecuniae. Habere omnia uenalia. ] facere omnia propter pecuniam. Ille dicitur habere omnia uenalia, qui omnia pecuniarum causa facit. Falsos. ] fallaces et mendaces. Subegit. ] coegit. Aliud clausum. ] Ecce quomodo falsos ostendit effectos. Aliud

clausum. ] id est, odium et similitates. Promptum in lingua. ] uidelicet benignitatem, mansuetudinem et comitatem. Exsilmare coegi non ex re. ] ut si bonus ciuis esset, et amari dignus, nam uis amicitiae tum seruat, cum cum amamus, qui amari dignus non autem, qui nobis aliquid erit emolumento, etiam si indignus sit qui ametur. Non ex re. ] non ex natura ipsarum amicitiarum. nam eos qui sibi erant utilitati, diligebant, etiam si indigni essent amari qui uerò nulli sibi erant commodo, eos odio habebant, etiam si digni essent amicitia. Magis uultum quam ingenium. ] qui simulabant se bonos esse, et malas habebant naturas, hoc est naturaliter boni erant. Interdum uindictari. ] uindictabantur, id est puniebantur: quia puniebantur, qui populum corrumpebant. Postubi. ] postquam. Contagio. ] scilicet huius simulationis. Ciuitas est immutata. ] quia non puniebantur qui populum corrupissent, eo quod omnes eodem crimine tenebantur. Nam quod a multis peccatur, inuictum est. Sed primò quidem ambitione magis tenebantur corrupti ciues, quam auaricia, eo quod honoris cupidi erant: quod tamen uitium minus erat auaricia. Quod uitium. ] scilicet ambitionis. Propius. ] propinquus, namque et quod ambitio sit propinquius uirtuti, ex hoc probatur, quod ita boni quam mali sibi honores cupiunt, et gloriam: uerò autem nullam penitus uirtutem habere possunt. Sed ille nictitur. ] ille, scilicet bonus. Vera uia. ] scilicet uirtutis. Bone artes. ] boni mores. Dolis atque fallacijs. ] simulatione et falsitate. Studium. ] desiderium et uoluptatem. Quam. ] scilicet pecuniam. Nemo sapiens. ] scilicet si omnes mortales pecuniam cupiunt: relinquunt ergo, omnes stultos esse. Effeminat. ] effeminatū reddi. Ea. ] scilicet auaricia. Semper infinita. ] praeterquam quod homines facit effeminatos, etiam si uiles fuerint, hoc et accidit quod infinita sit, et insatiabilis. Insatiabilis. ] nā quāto plures comparat diuitias auarus, tāto plures desiderat. Unde Iuuenalis. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Minuitur. ] decrescit.

OMNI.

Sed ubi labore atque iusticia Respublica creuit, reges magni bello domiti, nationes fere, & populi ingentes ui subacti, Carthago aemula imperij Romani a stirpe interijt, cuncta maria terraeque parebant: scire fortuna, ac miscere omnia coepit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile tolerauerant: ijs ocium, diuitiarumque, optanda alijs, oneri miseriarumque fuere. Igitur cupido pecuniae primò, deinde imperij creuit. ea quasi materies omnium malorum fuere. Namque auaricia fidem, probitatem, ceterasque bonas artes subuertit. Pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere docuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit: aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere: amicitias, in inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare, magisque uultum quam ingenium bonum habere. Haec primò paulatim crescere, interdum uindictari. Post ubi contagio quasi pestilencia inuasis, ciuitas immutata,

Sed ubi labore atque iusticia Respublica creuit, reges magni bello domiti, nationes fere, & populi ingentes ui subacti, Carthago aemula imperij Romani a stirpe interijt, cuncta maria terraeque parebant: scire fortuna, ac miscere omnia coepit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile tolerauerant: ijs ocium, diuitiarumque, optanda alijs, oneri miseriarumque fuere. Igitur cupido pecuniae primò, deinde imperij creuit. ea quasi materies omnium malorum fuere. Namque auaricia fidem, probitatem, ceterasque bonas artes subuertit. Pro his superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia uenalia habere docuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit: aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere: amicitias, in inimicitiasque non ex re, sed ex commodo aestimare, magisque uultum quam ingenium bonum habere. Haec primò paulatim crescere, interdum uindictari. Post ubi contagio quasi pestilencia inuasis, ciuitas immutata,

tata,

exri

ex rei ueritate. Magis bonum uulium quam ingeniu[m].  
 "ultus exterius benignus apparebat, sed affectus interius  
 amarissimus erat. Haec.] scilicet auaricia et ambitio.  
 Primò paulatim crescebat.] id est crescebant, quia nemo  
 repente fuit turpissimus. Et interdum.] id est, quan-  
 doq[ue]. Vindicari.] id est uindicabatur uel puniebatur, à  
 bonis inquam prius, et post non. hoc est. Post hæc,  
 ubi hæc contagio.] Contagio est agritudo porcoru[m], que  
 de uno transit ad alium. et dicitur, ideo hæc duo uitia Ro-  
 mam inuaserunt. Sed primò magis.] id est præcipue,  
 ne uideatur contrarium, ad hoc quod dixerat superius: Pri-  
 mò auaricia, postea ambitio, nam primò hic est temporas  
 le. Quod tamen uitium propius uirtuti.] Nam ambi-  
 tiosi, uirtuosi apparent. Nam omnes, tam boni quam ma-  
 li, honores cupiunt, equaliter quidem cupiunt, sed non æ-  
 qualiter adipiscuntur. Quia ille.] id est bonus. Ves-  
 ra uia nititur.] et idcirco adipiscitur. Huic.] scilicet  
 ignaui. Contendit dolis.] ad facta. Et fallacis.] ad  
 uerba, ita ambitio accedit quodammodo ad uirtutem, sed  
 auaricia nullo modo, quia pecunia studium habet. In-  
 finita.] in concupiscendis. Insatiabilis.] in acquiren-  
 dis. Neque copia.] quantum ad insatiabilem. Neq[ue]  
 inopia.] quantum ad infinita. Multoties unum uerbum  
 duobus attribuitur, quod non nisi alteri proprie attribui-  
 tur, ut illud Virgilianum:

Disce puer uirtutem ex me, uerumq[ue] laborem,  
 Fortunam ex alij.  
 cum fortuna nullo modo possit addisci. ita et hic, quia  
 inopia auaricia non potest minui.

B. A. D.

¶ Sed ubi.] Transit nunc ad decreta reipub. et  
 uitia temporum suorum, dicens: Sed ubi, id est, postquam  
 res publica creuit labore atque iusticia prætorum. Roma-  
 noru[m]: reges magni, ut Tigranes rex Armenia, Mithrida-  
 tes rex Ponti, Iugurtha rex Numidie, Perse rex Macedo-  
 niæ, et similes domiti, supple sunt à populo Romano, hel-  
 lo: et nationes fera, subaudi omnes, supple sunt subiecte:  
 et populi ingentes sunt subiecti, ut Scythæ, Thracæ, Par-  
 thi, Hispani, et reliqui ferè, unde dicit Maro:  
 Romanos rerum dominos.

Et Iuuenalis:  
 — Et uicium uleiscitur orbem,  
 quasi totum orbem uicerint. unde Ouidius:  
 Iuppiter ex alta cæli dum parte tuetur,  
 Nil nisi Romanum quod tuetur habet.

Et Carthago amula imperij Romani, quia ferè par erat,  
 et de imperio cum Roma certabat, ut attestatur Cicero  
 in Officijs. Unde finxit Maro, quod Iuno prædederat Car-  
 thagini dare principatum suu[m] monarchiam, dicens de ea:  
 — Hoc regnum dea gentibus esse,

Si qua fata sinant, iam tum tendiq[ue] sonetq[ue].  
 interijt à Sirpe, id est funditus, quia uersa est à Scipione  
 Apfricanò minore. et cuncta maria et terræ omnia lo-  
 ca patebant, id est aperta erant, et per uia Romanis: aut  
 patebant Romano imperio. Fortuna, scilicet prius prospe-  
 rat: ca pit, in est incepti, scilicet, id est scilicet et seroci-  
 tatem suam ostendere, et grè ferens tantum rerum successu  
 sum: ac miscere, id est confundere eam. Et hic.] scilicet  
 Romanis, qui tolerauerant facile dum parerent, impe-  
 rium, labores, pericula, res dubias et asperas. ocium et  
 diuitia optandæ alijs, scilicet populi: suere oneri, id est,  
 ad onus: et miserie, id est ad miseriam, id est causa oneris  
 et miserie, ut dicitur est à Iuuenale Satyra sextat  
 Nunc patimur longæ pacis mala, sauior armis

Luxuria incubuit, et uicium uleiscitur orbem.  
 Et primò cupido, id est cupiditas et auaricia pecunia, cre-  
 uit. Unde idem Iuuenalis ibidem:  
 Prima peregrinos obscena pecunia mores  
 Inulit, et turpi se gerunt secula luxu  
 Diuitia molles, etc.  
 Deinde cupido imperij creuit. et ea, scilicet duo uitia: fue-  
 re quasi materies, id est fomites omnium maloru[m], que de-  
 inde secuta sunt. Namq[ue] auaricia subuertit fidem, probita-  
 tem, et ceteris bonis artis, id est artes. unde Aeneid. 3.  
 — Quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fames:  
A Sed postquam L. Sylla, armis recepta Repub. bonis inijtibus malos euentus habuit: rapere omnes, trahere: domum alius, alius agros cupere, neque modum neque modestiam uictores habere: scæda crudelitas in ciueis facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sylla exercitum quem in Asia ductauerat, quò sibi fidem faceret, contra morem maiorum, luxuriose, nimisque liberaliter habuerat. Loca amœna, uoluptuaria, facillè in ocio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum insueuit exercitus populi Romani amare, potare: signa, tabulas pictas, uasa cæcata mirari: ea priuatum ac publicè rapere: delubra spoliarè: sacra profanaque omnia polluere. Igitur hi milites, postquam uictoriam sunt adepti, nihil reliqui uictis fecere. Quippe secundæ res sapientiam a nimio fatigant: nedum illi corruptis moribus, uictoriæ temperarent. Postquam diuitiæ in honori esse cœperunt, & eas gloria, imperium, potentia sequebantur, hebescere uirtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Igitur ex diuitijs iuuentutem luxuria atque auaricia, unà cum superbia inuaserunt: rapere, consumere, sua paruipendere, aliena cupere: pudorem, fiduciam, diuina atque humana promiscua, nil pensi neque moderati habere.

VAL. Sed postquam L. Sylla. ] Ostendit superius, auariciam esse deteriorē ambitione: propterea quod ambitiosi homines tam boni quam mali inueniuntur, eo quod sermè omnes laudis & gloriæ & imperij cupidij essent: in hoc tamen differre uidentur, quod bonus uera uirtutis uia ad honorem accedit, malus autem dolis & fraudibus honores consequitur. Nunc autem dicit, multo perniciosiorem rem euasisse tempore C. Marij & L. Syllæ. Lucius Sylla, ] hic L. Sylla fuit, qui bellum ciuile contra Marium gessit, in quo quidem bello multas clades populo Romano uterque edidit, sicut apud Valerium & alibi habetur plerumque. Recepta repub. ] occupata repub. factione sua. Bonis inijtibus. ] Primum quidem uirtutem suam populo Romano præstitit, & republicæ multum profuit. Malos euentus. ] quia opes suas in republica perniciem conuertit. Rapere. ] rapiebant. Omnes. ] milites Syllani. Trahere. ] trahabant. Cupere. ] cupiebant. Aliis domum alterius. ] id est, non contenti suis, aliena petebant. Uictores. ] sicut milites Syllæ. Modum. ] quantum ad quantitatem. Modestiam. ] quantum ad continentiam. nunquam tantas diuitias surripuerant, quod multo plures habere non quererent, non moderati erant in ciueis, sed eorum bona diripiebant, & nonnunquam eos interficiebant. Fæda, turpia & sordida. Huc accedebat. ] Propter uerborum, accedebat. ] hic addebat, ad hoc. Exercitum quem ductauerat. ] id est exercitum cui ipse præfuerat. In Asia. ] in Asia sunt omnia amœna & uoluptatis plena, tum qualitate loci, tum clementia aeris: quæ clementia facit eam feruiliorem, & propterea etiam amœniorem. Quid. ] id est, ut. Fidem. ] pro fidem. Contra morem maiorum. ] contra consuetudinem & disciplinam Romanorum militum, qui semper continentis & parci militauerat usque, ad hoc tempus. Luxuriosè. ] abundanter & superflue. Libera liter. ] licenter: quia omnia quæcumque libissent, committere patiebatur Sylla, sive honesta sive turpia fuissent. Amœna. ] delectabilia & sine fructu. Inter amœnâ & iucundam hoc interest, quia amœna loca sunt sine munere, & à munio delecta sunt, eo quod munere careant. iucundam autem utilitatis rationem habet. Amœna loca sunt, umbris arb. orum & floribus prætorum stantia: hæc enim & Græcè Τέπε dicuntur. Voluptuaria. ] id est, plena uoluptatis. & unum sequitur ex altero, nam ex amœnitate sequitur uoluptas. Molliuerant. ] molliores & effeminatos reddiderant. Amare. ] scilicet mulieres. Potare. ] unum cum antea semper sobrius fuisset, & continentis: nunc amœnis locis corrupti, & mulieres amare, & unum superfluum nimis luxuriosè sumere cœperunt. Signa, tabulas pictas. ] antea semper à uoluptatibus alieni fuerant, nec de gentibus uictis aliquid abstulerant: sed tantam earum se dominos dici, & aurum possidentibus dominari uolebant. nunc uero ea sibi placere cœperunt, quæ antea neglexerant. Signa. ] statuas, nam signum statuas dicimus. Tabulas pictas. ] id est, tabula in quibus artificiosè quadam depicta erant, quibus maiores nostri plurimum delectabantur. Tabulis pictis. ] imagines tabulis preciosis depictas, aureas uel argenteas. Uasa cæcata. ] id est, fabricata, nam celare, fabricare dicitur. Mirari. ] pro mirabantur, id est laudabant: nam quæ miramur, ea laudamus. Rapere. ] pro rapiebant non solum mirabantur, sed mirata rapiebant. Delubra. ] templa deorum. Polluere. ] pro polluebant milites Romani. Sacra, profana. ] id est, sacra, & non sacra. Igitur hi milites, ] Quandoquidem tanta animi cupiditas inceserat, ut & priuata & publica raperent, sacra & non sacra uiolarent. Nihil reliqui fecere, ] in nihil reliquerunt. & est honestissimus & diuini modus. Nihil reliqui fecistis, nihil mihi reliquistis. Quippe secundæ res, &c. Probat euidenti ratione, hoc ita fecisse Romanos milites. Fatigant animos, ] scilicet, ut uix sapientes se abstinerere possint à rebus illicitis, hoc faciunt res secundæ. Nedum illi. ] id est, non illi obtemperarent uictoria, id est, non uterentur uictoria, in qua omnia pro uoluntate fieri solent. Corruptis moribus. ] uirtutis moribus. Hebescere uirtus. ] unum sequitur ex altero. nã cum diuitiæ in honore habentur, uirtus negligitur. Et eius gloria potentia, ] hoc est, postquam qui diuitijs abundabant, hi gloriosi atque potentes erant. Probro. ] de decore. Innocentia pro mala. ] qui innocens erat, hic ab omnibus odio habebatur: qui nocens erat, in maximo honore ab omnibus habebatur: qui uero innocens fuisset, hi ab omnibus odio habebantur, atque maleuolentia. Igitur ex diuitijs. ] Ergo quia ocio & ignauia se dedere, et diuitias possidere cœperunt ingentes: id effectum esse diuitijs, ut postea luxuriosi sequerentur superbiis & auariciam. Igitur luxuria, &c. ] id est, diuitia causa fuerant, ut inuenes luxuriosi, auari atque superbi efficerentur. Auaricia. ]

\*Præter disciplinam militarem. Luxus.



cia. Inanis enim bona tua profuderis exple. le cupiditatis causa, necesse est ut diuitis congregare studeas. Ita nascitur auaricia. Superbia. ] nam qui diuites sunt, omnia sibi licere arbitrantur. Rapere. ] pro rapiabant. Sna. ] quae rapuerant, paripendebant. declarat quod dixit Paripendere, qui consumebant aliena. Consumere. ] pro consumebant. Aliena cupere. ] quia rapiabant. Pudorem et pudicitiam. Inter pudorem et pudicitiam hoc interel, quia pudicitia est ipsa uirtus, pudor effectus pudicitiae. Promiscua. ] confusa, promissa. Nihil pensi. ] nihil considerationis habebant. Quicquam modo. ] nec moderationem nec considerationem habebat, dummodo suam commoditatem perficerent. Praeterea nec pudorem nec pudicitiam humanam aut diuinam magnificabant.

OMNI.

¶ Sed postquam L. Sylla, etc. ] Corruptionem morum paulatim ostenderit tum per auariciam, tum per ambitionem: nunc aliam ostendit corruptelam. et inde processit a Mario, siquidem qui repub. opprimebat, a Sylla deuictio. Sylla Romanos ciues expulit, et militibus suis dignitates distribuit: qui nimis luxuriose uiuere ceperunt, et ita bonos mores corrumperunt. Continuat. hoc fuit prima corruptio: sed multo maior ista quae sequitur. et hoc est: Sed postquam L. Sylla, etc. Bonis inijs. ] nam initio coercuit tyrannidem. Malos euenit. ] in concupi secundo. Neq. modestiam. ] in facinora sceda, quia metronas stuprabant. Crudelitas. ] quia maritos ipsarum interfecit. Huc accedebat. ] ista Syllani faciebant: nec mirum, quia consueuerant. hoc est. Huc. ] id est, ad hanc corruptionem accedebat. Et ad alia, quia corrupti quondam sunt in Asia, ubi sunt loca amoenissima. Sylla uero milites suos, ut sibi essent promptiores, et in omnibus obnoxiores, nullo militari iure constrinxit: sic nimis soluti interer corrupti sunt. hoc est, huc accedebat. Quo. i. Luxuriose, i. superflue in uictu, nimisq. liberally, id est, nimis remissè ab imperio, iuxta liberum animi arbitrium, uere, per loci amoenitatem corrupti sunt. Quia ubi primum, etc. ] mirari cupere, antecedens prosequenti ea enim quae miramur, concupimus. Signa. ] id est status, quandoquidem ita corrupti in Asia. Igitur hi mores fatigant animos sapientium, id est emollunt, ne dum qui corrupti moribus erant. uictoria obtemperarent. id est, in uictoria se temperarent, ut si nihil raperent, quasi dicat, non abstinerent, ita per uictoriam facti sunt diuites. Postquam diuitia honori esse ceperunt, etc. Quia solus diues honorabatur. Probro. ] id est opprobrio, pudorem uel in uultu uel in uerbis, pudicitiam in mente uel in factis. Promiscua. ] communita, uel aequo modo: quia non plus de diuinis quam de humanis. Curabit pensi. ] id est consilij in bono. Memorati, in malo. ita se perflicue uiuebant: quod satis potes uidere, et pro argumento habere, considerando maxima eorum adficia, et minima eorum templa, nec ab ipsis, sed a maioribus facta.

BA D.

¶ De hoc satis supra dixi, quemodo eius exemplum plurimi imitati sunt: et quemodo bona uictoria, quam contra Marium obtinuerat, abusus sit. unde Offic. 2 dicit Cicero, quod post Syllae uictoriam desitum est uideri quicquam in socios iniquum, cum exitisset etiam in ciues tanta crudelitate. Ergo, inquit, in

illo secula est honesta uisum, non honesta uictoria. Est enim ausus dicere haeta posita, cum bona in foro uendunt et bonorum uirorum et locupletium, et certe ciuim, praedam suam se uendere. Secutus est, scilicet Caesar, qui in causa impia, uictoria etiam foderit non solum singulorum ciuim bona publicaret, sed uniuersas prouincias regionesq. uno calamitatis genere comprehenderet. Sed quia Cicero in manibus est, persequamur ordinem. Sed postquam L. Sylla dictator crudelissimus, habuit ex bonis inijs malos euenus, hoc rep. recepta: scilicet et manibus Marianorum, nobilitate Romanam cum repub. delere meditatum. armis, s. ipsius Syllae. Sunt qui legunt L. Syllae et respub. ut sit, sed postquam respub. est recepta, in libertate armis L. Syllae ipsa habuit ex bonis inijs malos euenus, i. exitus: quia in tyrannide redacta est. quae lectio modo sit uerior, mihi certe concinuior uidetur. Caeterum us subinde ruidum meminerim, Recipere, ut notum, est iterum capere: sed id uarie fit, ita ut interdum uideatur quasi exerceat sibi omnia bona mea aut uideatur aut destituerim, et deinde unius tabellae pulchritudine captus, eam mihi excipiam et referent, eleganter dicam eam recepisse, ut dicit A. Gellius. Interdum polliceri, sed quasi rem negatam et reiectam, ut quam prius obeundam capere nos uerim, postea recipiam. Interdum in locum tutiorem redire: quod tractum est a militibus, qui cum castra tenuerint priusquam exirent in aciem hostium, cum signo dato in eadem redeunt, sese recipere dicuntur. unde canere receptui, est tubarum, lituorum aut cornuum seu tubiarum casus significare militibus, ut a pugna in castra aut moenia redeant: quod cum fit, sinu imponitur pugnae, quae circa tres fertur, ut sit culibet actus, periculo proferent, sinum imponere. Et quia proprie est iterum capere, recipimus debita a nobis praestita et ablata, aut periculis erpta: Accipimus autem ab aliquo nobis oblata, ut literis et donariis Sumimus, per nos etiam nullo pergruent. Nacet proeterea puer, Euentus etiam in plurali dici, sicut euenta, quamuis id ualla negetur hic, et Aeneidos 6.

Caecost. uoluit

Euentus animo secum. — Et Tullius libro primo de Orat. Varios euentus orationis expectationemq. hominum pertimescit. Sed canamus et nos receptui. Omnes, sup. expectant raperet aut per uigilam supra positam, Omnes rapere, id est rapiabant: omnes trahere, id est trahabant ad se. alius cupere, id est cupiebat domum, alius agros. et uictores, scilicet hostium, aut uoti compotes: neque habere, id est habebant modum, id est mensuram aut rationem: neq. modestiam, id est tenent per amantium facere, id est faciebant, facinora sceda, i. turpia et abominabilia et crudelia: quia innocuos trucidauerunt, aut proferperunt, et plurimos spoliauerunt. Huc accedebat. ] Ostendit et aliam causam corruptionum morum, dicens: Accedebat, id est adficebatur, addebatur: huc, id est ad haec facinora exemplo Syllae accepta quod L. Sylla habuerat, id est tractauerat exercitum quem ductauerat, id est, cuius dux fuerat in Asia (aliter, si in telo ligatur ipsum Roma illic duxisset, diceretur in Asia) contra morem, id est instituta maiorum, id est profercorum imperatorum luxuriose, id est luxu et delicijs indulgentem et nimis liberaliter, id est licenter et indulgenter, qualiter liberos tractamus. unde centurioni dabatur in ciues non baculus ferreus aut ligneus, sed et uite rapere poterant tamen imperatores, immo debebant, in luxuriosos

¶ desides animadvertere. Nam aut diligentiam adhibuerat Sylla, quod, id est ad eum finem, ut faceret sibi exercitum fidum, id est fidelem et acceptum, id est beneuolum et gratum. Loca amena et uoluptuaria, id est, uoluptatum afferentia: miltuerant, id est molles et enervos seu effeminatos effecerant: facile in ocio, id est in cessatio ne animos militum feroces, scilicet prius. Exercitus populi Romani insueuit primum ibi, scilicet in Asia sub Sylla: amare, scilicet cortia: potare, id est, bibere immodice: mirari signa, scilicet ad uiuum exsculpta, tabulas pictas: et uasa, scilicet escaria et pocula calata, id est sculpturas habentia. unde est illud in Bucolicis:

— Tibi pocula ponam  
Regina, calatum diuini opus Alcimedontis.  
Et in Satyr. Iuuenalis:

— Et stantem extra pocula caprum.

Et populus Romanus insueuit primum ibi rapere ea, scilicet uasa, et oblectamenta reliqua: priuatum, id est in occulto, aut potius a pruitatis: publice, id est manifestè, aut et repub. ut et templis. et spoliare delubra, id est, templa, in quibus sunt simulacra deorum (seruetur regula elegantiae, qua nulli infinita referuntur ad unum finitum insueuit) et polluere, id est contaminare et incestare: omnia sacra, et prophana, id est non sacra, ut quae procul sint a phano, id est a sede sacra. Igitur hic, id est, huiusmodi sic insinuat milites Syllae: postquam adepti sunt uictoriam contra Marianos: nihil reliqui, id est reliqui fecerunt: id est nihil penitus dereliquerunt uictis. Quippe. ] quia certe, res secunda, id est prospera: fatigant, id est tentant et afficiunt molestiam morum sapientium, quia ne sapientes quidem facile moderantur uictoria laeta: nedum, i. ne dicam quod illi corruptis moribus, id est habentes mores corruptos temperant, id est moderantur uictoria. ubi eleganter ponitur Neili: quia sine particula Veruetiam, et similia, ponitur secundo loco, cum re minori. Postquam diuitia cupere esse honori. ] Vide Ouid. Fastor. 1. In precio precium nunc est: dat census honores, census amicitias, pauper ubiq. inacet.

Et Iuuenalis Satyra prima:

Quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum

Maestas. — Et alibi:

Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat

Res angusta domi. Et rursus:

Quantum quisq. sua numerorum spectat in arca,

Tantum habet et fidei. —

Et Flaccus in Epistolis:

Et genus et mores regina Pecunia donat,

Et bene nummatus decorant Sualdela, Venusq.

Et postquam gloria, imperium et potentia sequebantur eas, scilicet diuitias: quia pecunia omnia patent ac parit uirtus cepit hebescere, id est esse hebes: et paupertas cepit haberi probro, id est ad dedecus et opprobrium: cum tamen sit munus deorum, unde de ea Lucanus:

— Et muerat nondum

Intellecta Deum. —

Et innocentia cepit duci, id est reputari pro malicia: quia qui cum malis non conspiciat, aut aliquid sceleris confiteatur, dicebatur ab eis maleuolus dissimulatur, unde de iusto Sapient. 2. Gratus est nobis, etiam ad uidentum: quoniam dissimilis est alij uita illius, etc. Et Horatius Sermon.

Satyra tertia:

— Hic fugit omnes

Insidias, nulliq. malo lauis obdit apertum: Cum genus hoc inter uite uerfetur, ubi acris inuidia, atq. uigent ubi crimina, pro bene sanato: Ac non incauto, fictum astutumq. uocamus. Igitur ex diuitijs, id est post diuitias: luxuria atq. auaricia inuadere una, id est pariter cum superbia: inuentatem, scilicet Romanam: et rapere, consumere, et inuadere, aut ceperunt: aut rapere, id est rapiabant aliena: consumere, id est consumebant omnia: paripendere, id est paripendebant sua, id est propria bona. et cupere, id est cupiebant aliena: et habere, id est habebant pudorem, scilicet animi, et pudicitiam corporis: diuina atq. humana promiscua, id est confusa et sine discretionem: habere, id est habebant nihil pensi, id est considerati: et nihil moderati, id est, moderate facti.

¶ Nedum illi corruptis moribus, uictoria obtemperarent. ] Ita legitur ex Prisciano, Augustinoq. loci hunc citantibus. Nedum animi, pro saltem positum est. Et hic est sensus: Satis necesse fuit, multos hos tanta indulgentia, immoderata imperatoris corrupto, uictoria obtemperare: quod est, pro libidine impetuq. uictoriam citra modum exerceere.

Lucius Sylla. ] Lucius, ut ait Festus, praenomen est eius qui primum fuit quia oriente luce natus est. Recuperta repub. ] recuperata, liberata. Bonis inijs. ] Primo enim Sylla uidebatur omnia agere iuendi Senatus gratia, et utilitatis publicae. Plutarchus in uita Syllae sic scribit: Sylla principio summa cum modestia, et ciuili de more sua in fortuna uersatus, eam de se praebuit opinionem, ut fauor optimatum, et utilitatis publicae studiosus princeps foret: qui ab ineunte etate rjibus deditus fuerat, et sic ad misericordiam flexibilis, ut et facile obirentur laebryme. Malos euenus habuit. ] Nota est autem historia de L. Syllae crudelitate, qua in dematos plurimos proferpsit, et bona eorum uendit, ac milites suos locupletauit. Scribit Appianus libro primo Bellorj ciuilium, ipsum uno die quadraginta seniores, equites mille et sex centos ad mortem condemnasse. et L. iunius libro 22. Recuperta Repub. pulcherrimam uictoria crudelitate, quanta in ullo homine unquam fuit, iniquitatem. Olo milia deditorum in uia publica trucidauit, tabulam procriptionis posuit: urbem et uniuersam Italiam caedibus repleuit: inter quos, omnes seniores inermes interim iussit. Mominuit huius crudelitatis et Valerius Maximus multis in locis, maxime capite secundo libri quarti, et cap. 1. libri tertij, ubi ostendit, Caionem abduc puerum, cum ad eum salutandum uenisset, proscriptorum indignitate commotum, eius eadem insultasse. et Plutarchus in eius uita. Omnes, scilicet milites Syllani. Rapere. ] pro rapiabant, scilicet uirgines. Trahere. ] pro trahabant, scilicet inuitas. Domum alius, alius agros cupere. ] pro cupiebat. At enim interfectoibus ipsis interdum obueniebat: hunc domus interemit amplissima, illum hortus, illum aqua calide. Qu. Aurelius nullis se proijs negocijs implicans, tantumq. ad se malorum communicatione pertinerere arbitrat, quantum infelicibus alijs condolere fisisset, forum ingressus, proscriptorum nomina perlegebat: in quibus cum se ipsum comperisset, Ve mihi misero, inquit, Albana me uilla persequitur: paululq. procedens, a persecutore iugulatus est. huc Plutarchus in Syllae uita. Neque modum. ] ad quantitatem reuulit. Neq. modestiam. ] Et hoc ad continentiam. nunquam enim tantus

I. BON.

ZAN.

diu-

deinitis surripuerat, quod non multo plures habere quere-  
rent. Victores habere. ] pro habebat. Cicero in Epist.  
famil. 4. Omnia, inquit, misera sunt in bellis civilibus, quae  
maiores nostri ne semel quidem, etas nostra sepe iam  
sensit; sed miserius nihil est, quam ipsa uictoria, quae etiam si  
ad meliores uenit, tamen eos ipsos ferociores impotentio-  
resque reddunt etiam si natura tales non sunt, necessitate  
esse cogantur. multa enim uictori, eorum arbitrio per quos  
uicit, etiam inuito facienda sunt. Idem libro duodecimo:  
Bellorum civilium semper exitus sunt, ut non solum ea  
fiant quae uelit uictor, sed etiam his mos gerenda sit, qui-  
bus aduictoribus parata sit uictoria. ] addebat. ] detestabi-  
lia. Huc. ] ad hanc rem. Accedebat. ] addebat.  
Quod L. Sylla exercitum. ] Post praetorem Sylla in Cap-  
padociam cum exercitu mittitur, spe quidem, ut Ariobar-  
zamen reduceret in regnum: re autem, ut Mithridatem re-  
primeret: qui non minor quam antea, possidebat poten-  
tiam ac regnum complectebatur, non magnas itaque se-  
cum adducens copias, ceterum prompta fortiorum usum ope-  
ra, multis in Cappadoces, multis in Armenios auxilium fe-  
rentes editis stragibus, Gorgium eiecit, Ariobarzamenque  
regem declarauit. Quam diu tulerat. ] id est, exerci-  
tum cui ipse praeserat. Quotidianus libro octauo, cap-  
tertio: Sed quoniam, inquit, uita prius demonstrare ag-  
gressi sumus, uel hoc uicium sit, quod uocatur uocant,  
sive mala consuetudine in obscenum intellectum sermo de-  
torius est: ut dicitur exercitum, et parare bellum, apud  
Sallustium dicta sanctorum et antiquae, a nobis uidentur, si dijs  
placet. Idem Diomedes libro secundo. In Asia. ] Asia  
omnibus libidinum illecebris repleta est: ut ait Titus Li-  
uius libro 34. Inde Romanam luxuriam ortam fuisse, idem  
inquit: Luxuria peregrinae origo ab exercitu Asiatico in-  
uecta in urbem esse: unde lectos carnos, uelle stragulae pre-  
ciosam, plagulas, et alia textilia, et quae tum magnifi-  
ca suppellectilis habebantur, monopodia et abacos Ro-  
mam adduxerunt, in psalteria, sambucistrasque, et conui-  
ualia ludionum oblectamenta addita epulis epulae quoque  
ipse et cura et sumptu maiore apparari coepertum co-  
queus, nihil minus antiquis mancipium, et estimatione et  
usu in pretio esse: quod ministerium fuerat, ars haberi  
coepit. Vix tum illa, quae tunc conspicebantur, femina erant  
futuræ luxuria. Prudentius enim fecit Spartana ciuitas,  
quae (ut ait Valerius Maximus libro secundo de Institutis  
antiquis) fuerit summi Lycorgi legibus obtemperans, ali-  
quantum ciuium suorum oculos a contemplanda Asia re-  
traxit, ne illecebris eius capti, ad delicatius uitae genus  
prolaberentur. audierant enim, laetitiam inde in immodi-  
cos sumptus, et omnia non necessaria uoluptatis genera  
fluxisse. Plinius libro 33 cap. 1. Asia, inquit, primum de-  
uicta, luxuriam misit in Italiam. Siquidem G. Scipio tran-  
siliit in triumpho, argenti pondi millia quadringenta et  
quinguenta, et usurarum aurorum pondi centum mil-  
lia, anno Urbis condita quingentesimo sexagesimo quin-  
to. Eadem Asia domita, multo citam grauius afflixit mo-  
res, inuitiorque uictoria illa hereditas Attalo rege mor-  
tuo. ] Iustinus libro 36. Sic Asia facta Romanorum cum  
opibus suis, uita quoque Roma transiit. ] Fidum. ] pro  
fidelem. Contra morem maiorum. ] id est, contra disci-  
plinam militarem a maioribus traditam. Quod non fecit  
Metellus, qui cum exercitum in Africa, Iugurthino bello, ni-  
mia Sp. Albini indulgentia corruptum consul accepisset,  
omnibus imperij neruis ad reuocandam pristinae discipli-

nam militiæ conuixus est: nec singulas partes apprehen-  
dit, sed totam continens in statum suum redegit. protinus  
namque: luxus et castris summoit, cibumque coetum uenalem  
proponi uenit: in agmine nullum ministerio seruorum, in  
mentorumque, ut arma sua et alimenta ipsi ferrent, ut pas-  
sus, castrorum subinde locum mutauit eadem, tanquam si  
Iugurtha adisset semper, uallo fossaque aptissime cinxit. Hoc  
et multa alia exempla apud Valerium Maximum legun-  
tur libro secundo, capite secundo. Luxurius. ] super-  
flue, abundanter, delicatè, molliter. Nimis liberaliter. ] ni-  
mis licetè. nam quæcumque eis libuissent, facere patiebatur  
Sylla, siue honesta, siue turpia fuissent. Loca amena. ] A-  
menata, inquit Festus, dicta sunt loca, quae ad se amanda alii-  
ciunt: id est attrahant. Voluptaria. ] uoluptatis plena.  
Et unum ex altero sequitur: nam ex amicitia sequitur  
uoluptas. In ocio. ] sine bello, et armorum exercitia  
tione. Feroces militum animos molliuerant. ] id est mol-  
les et effeminatos reddiderant. quod et Annibali eue-  
nit, qui cum exercitum Capuam in hyberna deduxisset, ur-  
bem amencam, et omni deliciarum genere abundanter  
ubi miles effusus sub dio uitam agere, frigus, famem, sium  
patientiam tolerare, cum uariae speciei uoluptati sibi  
quotidie offerrentur, breui ex streno ignauus, ex forti ti-  
midus, ex solerti uersus molliorque euasit. corrumpunt enim  
blandæ uoluptates omne robur animi, indolentiamque uirtutis  
ingenium labefactant, consilium eripiunt: quo quid perni-  
ciosius humano generi offerri potest? hac Plutarchus in  
Annibalis uita. ] ubi insueuit exercitus populi Romani  
amare. ] scilicet mulieres. Nam cautum erat lege militari,  
ut milites scorta in castris non haberent. Unde Scipio Con-  
sul in Hispaniam missus, ut insolentissimos Numantiae spia-  
ritus superiorum ducum culpa nutritos cõtineret, eodem  
temporis momento quo in castra intrauit, edixit, ut omnia  
ex his quae uoluptatis causa comparata erant, auferrentur.  
et constat, tum maximum inde infortunium et luxuriam na-  
merum, cum duobus milibus cohortium abiisse. Valerius Ma-  
ximus libro secundo cap. 2. et Plinius de urbe Roma lo-  
quens, ait: Urbis anno sexcentesimo uigesimo sexto, medijs  
quingenta sex annis, erudita ciuitate amare etiam, non  
solum admirari opulentiam externam. Potare. ] scilicet  
uinum, cum antea essent sobrijs et continentibus, sed cum  
in amena loca deducit fuissent, mulieres amare, et ui-  
num superflue bibere coeperunt. Signa. ] id est statuta,  
quibus haec prouincia abundabat. Cicero in epistolis ad  
Q. Fratrem: Praeratum est enim summo eis imperio ius-  
se in Asia tricennium, sic ut nullum e signum, nulla pictura  
ra, nullum uas, nulla uestis, nullum mancipium, nulla for-  
ma cuiusque, nulla conditio pecuniae, quibus rebus abundat  
ista prouincia, ab summa integritate continentiaque deduc-  
xerit: his postea Romani mirifice sunt delectati. Plinius li-  
bro 34, cap. septimo in M. Scauri adilitate tria milia si-  
gnorum in scena tantum fuisse temporario theatro. Num-  
mus demissa Achaia repleuit urbem: ipse excessit non re-  
sternit filiae dotem. Ibidem, de precijs eorum immo dictis tra-  
dit. Vide quoque Plutarchum in Luculli uita. Tabulas pi-  
ctas. ] id est, tabulae in quibus artificiosè aliquid depi-  
ctum fuisset, quibus Romani mirum in modum delectati  
sunt: ut ex scriptoribus late patet. Plinius libro 33, cap. 11.  
immo, inquit, et Achaicæ uictoriae momento, ad im-  
pellendos mores, quam et ipsa hoc interuallo, anno urbis  
sexcentesimo octauo parata, signa et tabulas pictas inue-  
xit, ne quid deesset et magno earum pretio. Idem libro  
35, cap.

35. cap. 8. Nam cum in praeda uendenda rex Attalus sex  
milia seferentium emisset Aristidis tabulam, Liberum pa-  
tre continenter, pretium miraturus, suspicatusque aliquid  
in ea uirtutis, quod ipse resciret: inuocauit tabulam, Atta-  
lo nullum querente, et in Cereris delubro posuit: quam  
arbitror picturam externam, primam Romae publicatam.  
Vasa calata. ] id est uasa auro, argento ferroque artificio-  
se efficta, quae habebantur in delicijs. Quintil. lib. 2. cap.  
21. Calatura, inquit, est quae auro et argento, et ferro,  
opera efficit. nam sculptura etiam ligni, ebur, marmor,  
uitrum, gemmas, praeter ea quae diximus complectitur. un-  
de calatores, huiusmodi artifices. Cicero in Verre actio-  
ne quinta: Verres posteaquam tantam multitudinem colle-  
gerat emblematum, ut ne unum quidem cuiquam reliquis-  
set, instituit officinam Syracusanam in regiam maximam pa-  
lam artifices omnes calatores ac uasculares conuocari  
iubet, et conducti in agrum hominum multitudinem: men-  
ses octo continuo opum ipsi. on desunt, cum us nullum fieri  
nisi aureum. ] Nisi. ] cupere, antecedens pro con-  
sequenti: quia, quae miratur, cupimus. Priuatum. ] id  
est, ab hominibus. Cupere. ] pro cupiebant, non solum  
enim mirabantur, uerum etiam cupiebant. Delubra. ]  
id est templa. Delubrum enim significare templi, Cicero  
quoque ostendit in Diuinat. Sese, inquit, iam ne deos quidem  
in suis urbibus, ad quos conuiguerant, habere, q eorum si-  
mulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis  
subtulisset. Idem pro Corn. Balbo: Quorum moenia, delubra,  
agros, ipse Hercules inuenit ac laborum suorum, sic maiores  
imperij ac nominis pop. Rom. temerarios esse uoluerunt. A-  
liud uidetur significare, cum apud eundem in oratione pro  
L. Flacco legitur: Cedem a uobis, coniugibus, liberis uest-  
ris: uisitata: a templis, delubris, urbe, Italia depellebant.  
Idem pro Domitio: Quis ego a templis ac delubris pestilen-  
tiam illis, et nequam flammam depuli. Festus ait, delubrum  
fuisse ligni delubrum, i. decoratissimum, quod uenerabatur  
pro deo. Pedianus uero inquit: Sunt qui templa esse dicunt  
singulorum dijs attributorum locorum, delubra militarium eadem  
sub uno tecto a diuinitate munitorum. alij delubra di-  
cunt ea templa, in quibus sunt labra corporum abluendorum,  
more Dodonæ Iouis, aut Apollinis Delphici, in quorum de-  
lubris lebetes tripodisque, usuntur. Sunt etiam qui delubra,  
ligna delubrata, i. decoratissima pro simulacris deorum mo-  
re ueterum posita existimant: sed male. Spoliare. ] pro spo-  
liabatur. Sacra. ] Sacra mari colitur medio, elegerunt po-  
tius Sacra dicere, quam id quod in consuetudine est, Sacra-  
ta, ut ait Pedianus. Profanatus. ] Profanatus, inquit Festus,  
quod sancti religione non teneatur. Item profanum, quod non est  
sanctum. Plautus Sanctum an profanum habes, parui pen-  
ditur. et profana urbis proprie accipiuntur pro his partibus,  
quae uisibus populi, et nisi promissio non dedicate sunt. unde  
et profani, quos nunc Laicos uocamus. Polluere. ] pol-  
luere, scilicet mulieres. Inquit hi milites. ] scilicet Sylla-  
ni, qui adeo moribus corrupti erant, ut priuata ac publica  
repererit, et sacra ac profana uoluerit. et ubi contra Ma-  
rianos uictoria potius fuit, nihil ipsis reliquerunt. Nihil  
reliqui fecerunt. ] i. nihil reliquerunt. et est optima locutio.  
Nihil enim, uim substantiam habet. Quippe res secundæ  
sapientia animos fatigat. ] Probata euidenti ratione, quod hi  
milites moribus soluti, nihil uictis reliquerunt: quia et sa-  
pientes rebus fecit uix ea rebus illicitis abstinerere pos-  
sunt. Unde et Demosthenes in oratione contra Leptinem:  
Nam et modum in rebus sanctis seruandis esse, et prout

denquid quid accidere possit, cum parua occasiones ma-  
gnos motus ac mutationes pariant. non dico, inquit, et  
magis aduocare auro et argento, sed magis auri et argento  
magis auri auro uirtutem. duo deo iustitiam et ius ad-  
magis, et magis auro et argento, et magis auro et argento. Nedum. ]  
Priscianus legit, Ne illi corruptis moribus, at quoque, inquit,  
pro saltem, et uel, et aut inuenitur. Vig. in sexto:  
Si te nulla mouet tanta pietatis imago,  
At rariam hinc (aperit rariam qui ueste latebat.)  
Agnoscat. — Si non un dicere, uel intellegere: pro  
saltem intellegere, similiter, si non facias debita reddis, aut uer-  
bis agi gratias: pro salute a uerbis. Ne quoque: in eadem inue-  
nitur significatione. Sallustius in Catilinario: Quippe se-  
cundæ res sapientia animos fatigant, ne illi corrupti: mo-  
ribus uictoria temperant. Illi corruptis moribus. ] id  
est, milites illi habentes mores corruptos, i. deprauatos.  
Victorie temperant. ] id est, sefe in uictoria moderantur  
tur, neq. uicinis crudeliter illam exercerent. Postquam di-  
uinita honori esse coepere. ] Quibus lib. 1. Fastorum:  
In pretio pretium nunc est, dat census honores:  
Census amicitias, pauper ubiq. iacet. et inuenal.  
Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obstat  
Res angusta domi. — et rursus:  
Quantum quisque sua monumentum seruat in arca,  
Tantum habet et fidei. — et Horat. in Epist.  
Et genus, et mores, regina Pecunia donat,  
Et bene nummatum decorat Suaeletia, Venusque,  
Hebescere uirtus. ] i. uirtus capiti dimini et negligi.  
Paupertas probro. ] dedecori, quae ante solida laus esse  
batur, et uera uirtus, quae prisci Romani multum delectati  
sunt. Innocentia pro maleuolentia. ] Quia qui innocentes  
erant, hi odio habebantur: qui uero nocentes, in maximo erant  
honore. Igitur ex diuitijs. ] id est, cum Romani ingentes  
diuitias possiderent et exercebant, se ocio et ignauie dederunt.  
et hinc esse illi est, ut ex diuitijs oriretur luxuria, supra  
bia, et auaricia. luxuria est contra pudorem, et est supra  
modum profusio. Cic. lib. 1. Officio: Intellegimus quam  
si tupe defluere luxuria, delicata et mollior uiuere. Et  
luxuria est intempestiua abundantia. Virgil. li. 1. Georg.  
Luxuriam segetum tenera depascit in herba.  
Auaricia. ] cum in. quispiam bona sua profudit, necesse est  
explere cupiditatis causa, ut et pecunia comparare su-  
deat. et hoc pacto oriur auaricia. Superbia. ] Quia di-  
uites omnia sibi licere putant. Rapere. ] pro rapiende.  
Sua parvipendere. ] quia aliena rapiunt. Pudorem, pud-  
icitiam. ] Pudor et Pudicitia ideo dicitur, quod pueri pro pu-  
ro dixerit antiqui ut auctor est Festus. Ipsi aut Pudor, he-  
nesta quædæ et liberalis uerecundia: cui petulencia contra-  
ria est, quæ dissoluta est, et effusa dicitur factoremque  
ueneris in rebus permittit sibi licentia. Sed pudor in di-  
ctis, pudicitia in factis potius est. Promissua. ] confusa.  
Nihil pensi. ] scilicet in consilijs. Moderati. ] in malo.  
Arms recepta rep. ] Nam Cinna, Carbo, et Ma-  
rius eam occupauerunt. Bonis intijs. ] Quia rempuli-  
cam defendunt. Omnes enim boni ad Syllam confugerunt,  
postquam res publica iterum oppressa est a Marijs, Cinna,  
ceterisque perditis ciuibus. Sic etiam prius contra Marium et  
Sulpitium pro Senatu et republ. pugnaui. Perniciosis. n.  
leges promulgauerunt. Supra. ] Maiores euenus habuit. ]  
Propter crudelitatem Syllæ, et seclatorum eius nefanda scela-  
gitia. Domus alius, alius agrum cupere. ] Syllani enim plu-  
rimos in fontem proscripterunt, ut domos, uillas, et cetera  
bona

C A S T.

bona proscriptorū haberet. Quare nullus in re-  
pub. parit, cum se proscriptū uidisset: Vt misero mihi, inquit,  
Albana uilla me persequitur. Plutarch. in uita Syllæ, cum  
multa crudelia & nefanda Syllæ facinora narraisset, hæc  
quoque adiecit: ὁ ἄριστος δὲ αὐτῷ ἀπελάσθη, ὡς δὲ ἐξ-  
ελάσθη, ἔδωκε μίσην τῷ ἄριστῳ ἀπολαύσειν. ἀλλὰ οὐκ ἔστι  
ἀπὸ τῆς ταύτης κολάζουσι, ἀλλὰ τὸ μὴ ἀρκεῖν αὐτῷ μακάριον, τὸ  
δὲ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ τὸ ἴδωκεν ἑαυτῷ. Quæ in Asia ducauerat. ]  
contra Mithridatem. Quod sibi fideli faceret. ] Intellige-  
bat. n. sibi cum Marianis pugnandū esse. Iam primū in-  
fuit exercitus populi Romani: quæ sequuntur. ] Liuius  
decadū quartæ libro 9. sic inquit: Luxurie enim pe-  
regrina origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbē est. ἢ  
primū lectos aratos, uesitē stragulam preciosam, plagulas,  
& alia textilia, & quæ tum magnifica supellectilē habē-  
batur, monopodia, & abacos Romi aduenerunt: et quæ  
sequitur. Sed Liuius de exercitu loquitur, qui imperatore  
Cn. Manlio contra Gallos, qui Asiam incolit, militauerat.  
Quare nō sub Syllæ primū Romani exercitus Asia molli-  
uerat animos. Nisi fortasse dicamus, id quod etiā Liuius  
ait, q. uix illa quæ tūc conspiciēbatur, semina erāt futuræ  
luxuriæ. Signa, ] statuas. Delubra. ] Nunc templa. Ser-  
uius Delubri, inquit, dicitur, quod uno templo plura ample-  
ctitur numina, quia uno templo diluitur: ut Capitolium, in  
quo est Iupiter, Iuno, & Minerva. Alij dicit, Delubri esse  
locū ante templum, ubi aqua currit, à diluēdo. Hæc enim il-  
le. Alibi autē sic inquit: Aut delubri ligneum simulacrum di-  
cimus, libro, i. uaso ligno factū, quod Græcè ξυμω dici-  
tur. Hæc sicut opinione refert a Comi in expositione Di-  
uinationis. Sed ut omittā quæ scribit Festus, & alij scri-  
bam tantū Macrobij uerba ex lib. 3. Saturni. Varro lib. 8.  
Terū diuinariū, Delubri, ait, alios existimare, in quo præ-  
ter ædem sit area assumpta deū causa: ut est in circo Fla-  
minio Iouis Statoris. alios, in quo loco dei simulacrum dica-  
tur sit. Et adiecit, sicut locū in quo figerent candelā, can-  
delabri appellatum: in quo deū ponerēt, nominatū deo  
librum. Hic à Varrone prescriptū, possumus intelligere,  
id positū ab eo probatū, quod ex sua consuetudine in ul-  
timo posuit: ut ab dei dedicato simulacrum, delubri capere  
nuncupari. Nihil reliquū uicis facere. ] Omnia uic-  
is ademerit, nihil reliquerunt. Quippe secunda res sa-  
pientium animos fatigat, nec illi corruptis moribus uictoria  
temperaret. ] Vix, inquit, sapientes uiri in prosperitate  
hinc secūdis; rebus se colibere possunt ( fortuna enim, ut  
ait Cicero, non solū ipsa cæca est, sed eos etiā plerumq; ef-  
ficat cæcos, quos amplexa est. ) tantū abest ut Syllani mi-  
lites, qui corruptis ac deprauatis moribus erāt, in uictoria  
humiliter se gererent, quæ natura in seclis & superba  
est: ut ait Cicero in oratione pro Marcello. Fatigant. ]  
Bene dixit Fatigant: nō, uincunt, uel in seclis faciūt. Nā  
uerē sapientes, ut aduersis rebus non despondent animos,  
sic etiam secundis non in seclis. Quare sapienter dixit  
Homerus libro 18. Odyssei.

τὸν δὲ πρὸς τὸν ἄριστον ἀπέλασθη, ὡς δὲ ἐξ-  
ελάσθη, ἔδωκε μίσην τῷ ἄριστῳ ἀπολαύσειν, τὸ  
μὴ ἀρκεῖν αὐτῷ μακάριον, τὸ δὲ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ  
τὸ ἴδωκεν ἑαυτῷ. Quorum uerborū hæc est sententia: Qualis est fortuna, ta-  
lis est mens homini insipientium. Et hæc est uera horū uer-  
borum. & erudita interpretatio: quā Noam Græma-  
tico Philopono debemus, ut ipse uidere poteris in Cōmen-  
tario in librū Aristot. de Anima: ubi reprehendit Aristote-  
lem, qui hæc Homeri carmina non intellexit. Nedium. ]  
Aliter, Ne. sed idem significat. Victoria temperant; ]

moderate uictoriam exercerent. Hæscere uirtus. ]  
Nec mirum. quando enim in ciuitate diuitiæ honori sunt,  
uirtus contemni solet: & ita hebetescit, ac languet. Plato de  
Repub. lib. 8. τὸ πλεονέκτην δὲ πλεονέκτης ἔστι, ὡς δὲ τὸ  
πονητικὸν ἀρετῆς τὸ πλεονέκτην. ἀλλὰ, ἀρκάτω δὲ  
τὸ πλεονέκτην, ἀρκάτω δὲ τὸ πλεονέκτην. Quæ  
Pro maleuolentia. ] In nonnullis manuscriptis codicibus  
legimus, Pro malitia. Nil pensi, neque moderati habe-  
re. ] Sic & alibi loquitur Sallustius in Iugurtha: Nihil  
pensi neque sancti habere. Et, Dolus Numidarum nihil  
languidi, neque remissi patiebatur.

Quod sibi fidem acceptumq; faceret. ] ut acceptum  
nō est in manuscriptis, neq; impressū paulo uelut scriptum.  
Sed nec sensus ipse postulat: atq; adeo potius si quid est in  
me iudicij, prorsus respuit ac repudiat. Nam exercitū Syl-  
læ, quod luxuriosū nimisq; liberaliter habere, fidem si-  
bi fecit, seq; ipse militum animis chari acceptumq; non  
exercitum sibi reddidit. Quis enim est ita unquam locutus?  
Nisi ab usum hac uoce Sallustij, dicere ausis, pro eo quod  
est obnoxium. Quippe secunda res sapientium animos  
fatigant: nedum illi corruptis moribus uictoria tempera-  
rēt. ] In manuscriptis atq; alijs uictus. Ne illi corruptis mo-  
ribus. pro, Tantiū abest ut illi corruptis moribus uictoria  
temperarent: hoc est, uictoria moderarentur, neq; ni-  
mis eam crudeliter exercerent. In manuscripto quidā ad-  
iecerat hanc in margine annotatūculam minus inepitā:  
Ne pro saltem, & habet hoc loco diminutiuam significa-  
tionem. Citat eodem modo Priscianus libro 16. de coniu-  
tione agens. licet si uim huiusce particule Ne. parum in-  
tellexerit. qua Sallustius est perlegetur usus, quomodo  
& Plautus: Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere exi-  
stumer. Liuius 3 ab V. C. Nouam in expertamq; eam po-  
testatem eripuerit patribus nostris, ne nunc dulcedine se-  
mel capti ferant desiderij. pro: tantū abest ut nunc desi-  
derium ferāt. Idem tamen Priscianus, uelut oblitus eorū  
quæ semel dixerat (super 12. uersus Aen. Nedum hic legit,  
quo loco docet, Dum pro cōiunctione repletiua accipi, sub-  
iiciens hoc exemplū Terentij: Sofia ad eū. & mox Sal-  
lustij, Nedum illi corruptis moribus, & quæ sequitur. Di-  
dymum, quæ quatuor millia librorū scripsisse ferūt, ut ali-  
cubi testatur Seneca, certē quo nemo plura scripsit, si quid  
Fabio credimus, hic memoria lapsus alicubi esse, et histo-  
ria euidē quā sub ipse libris inseruisset, tanquā uane re-  
pugnasse, quid iam mirum? quū Priscianus paucis in libris,  
quid ante dixerit, non cōmmineret satis. Iam quālibet qui-  
busdam in exemplaribus, ut & Metseburgensis, Sapientij  
legatur, sublata per Synopā ē medio literarum Augu-  
stinū Sapientij legisse uideatur, nisi sint mendosi codices.  
Nam libro 16. de Ciuitate Dei, de Solomone loquens,  
hic Sallustij locū imitans: Hic (inquit) bonis inuitis, ma-  
los exitus habuit. Quippe secunda res, quæ sapientij ani-  
mos fatigat, magis hinc obseruunt, quā profuit ipsa sa-  
pientia. Nec aliter à ueteribus citatur. & in tribus manu-  
scriptis eodē modo reperi. Quinetiā in uita Claudij Tre-  
bellij Pollio, eodē modo repetit. Pleriq; (inquit) milites  
Claudij seclis rebus elati, quæ sapientij quoq; animos sa-  
tigat, ita in prædā uersi sunt, &c. Sed & perperā quidā,  
Obtemperarent hic legitur, cōtra & exemplariū fidem,  
& sensum. Tamen eodē modo Metseburgense, & Flo-  
rentinum quoddā. Corn. Tacinus 19. Qui nuper Bebrici  
uictoria temperassent, inquit. Nihil pensi neque mo-  
derati habere. ] In manuscriptis duobus, Atque moderati.

Sed

A Sed eodem omnino sensu. Est in Argentoratēsi: Nihil pen-  
si, nihil moderati habere. quæ & ipsa mihi lectio proba-  
tur, non mehercule minus, ac uerū superiorum. In Vene-  
to legitur, Nihilq; moderati: quomodo in alijs quoq; nō mul-  
tis. Quid multi? ut codicum fidem in pergamenis descri-  
ptorum libenter sequor, ita lectionem etiam cōprobo per-  
uulgatam, quæ & Badianum & Gymnicū exemplar ha-

bet. Vbi illud obseruandum tamen, negationem planē su-  
peresse: quæ detracta eundem manere sensum, ita ut &  
alijs sap. Sallustius in Iugurtha: Nihil pensi (inquit)  
neq; sancti habere. Hic ut nulla sit in posteriore loco ne-  
gatio, tamen sensus integer erit. Idem eodē in libro: Nam  
dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi patie-  
batur.

Operæ precium est, cum domos atque uillas cognoueris in urbium modum ædifica-  
tas, uisere templa deorum, quæ nostrī maiores religiofissimi morales fecere. Verum il-  
li delubra deorum, pietate: domos suas, gloria decorabant: neque uicis quicquā, præ-  
ter iniuriæ licentiam, eripiebant. At hi contra ignauissimi homines, per summum sce-  
lus omnia ea socijs adimere, quæ fortissimi uiri uictores reliquerant: perinde quasi ini-  
uriam facere, id demum esset imperio uti. Nam quid ea memorem, quæ nisi ijs qui ui-  
dēre, nemini credibilia sunt? à priuatis compluribus subuersos montes, maria constri-  
ta esse: quibus mihi uidentur ludibrio fuisse diuitiæ. quippe quas honestē licebat habe-  
re, abuti per turpitudinem proferabant. Sed libido stupri, ganæ, ceteriq; cultus, non  
minor in cefferat: uiros pati muliebria, mulieres pudicitia in propulso habere: nescen-  
di causa, terra marique omnia exquirere: dormire prius quā somni cupidus esset: non  
famem aut sitim, neque frigus, neq; lassitudinem operiri, sed ea omnia luxu antea cape-  
re. Hæc iuuentutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. Animos  
imbutus malis artibus, haud facili libidinibus carebat. eō profusus omnibus modis  
quæstui atque sumptui deditus erat. In tanta itaq; tamque corrupta ciuitate, Catilina  
(id quod factū facillimum erat) omnium flagitiorum atque facinororum circum se tan-  
quam stipatorum cæteratas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, alea,  
manu, uentre, pene bona patria dissiuauerat: quique alienum æs grande conflauerat,  
quo flagitium aut facinus redimeret: præterea omnes undique paritici dæ, sacrilegi, com-  
uicij iudicij, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc, quos manus atque lingua periu-  
rio aut sanguine ciuili alebat: postremo, omnes quos flagitium, egestas, conscius ani-  
mus exagitat: hi Catilinæ proximi familiaresque erāt. Quod si quis etiam à culpa uac-  
uus in amicitiam eius inciderat, quotidiano usu atque illecebris facili par similibus  
cæteris efficiebatur. Sed maxime iuuenum uel adolescentium familiaritates appetē-  
bat. eorum animi molles, & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cu-  
iusque studium ex ætate flagrabat, alijs scorta præbere, alijs canes atque equos merca-  
ri, postremo neque sumptui neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosq;  
sibi faceret. Scio fuisse nonnullos, qui ita existimarent, iuuentutem quæ domum Catili-  
næ frequentabat, parum honestē pudicitiam habuisse. sed ex alijs rebus magis, quā  
quod cuiquam id compertum foret, hæc fama ualebat.

Operæ precium. ] id est uile. nam precium laboris  
est uilitas. Vile erit, inquit, quia cognoscet poterit quanta  
differentia esset inter maiores nostris qui hanc rempub.  
nobis caperunt, & homines nostræ ætatis ignauissimos.  
Domas. ] in urbe. Et uillas. ] in agris. Inter uillam &  
domum hoc interest, quia domus in urbe dicitur, uilla au-  
tem in agris appellatur. Visere templa deorum. ] templa  
deorum solent sumptuosiores ædificijs constitui quā  
domus priuatorum. & tamen ad eam libidinem peruene-  
runt homines ætatis nostræ, ut nunc sibi ades ædificent,  
quæ sunt multo sumptuosiores quā deorum templa.  
Pietate. ] quæ dicitur immortalibus habetur: quia omnis  
homo pietatē debet Deo immortalis: id est, corde & fide  
deorum templa honestabant. Domos suas glo. ] domos  
non magnificabat ædificijs, sed uirtute. res enim magnas  
domi militiq; gerabant, quibus domos & familias suas  
decorabant. Decorabant. ] honestabant. Neque uicis  
quæquam, cum nationes & populos subegissent, aliud  
faciebant nisi quod postea iniurijs facere non possent.  
Iniuriæ licentiam. ] ne iniuriam facere possent, aufere-

bant enim arma, equos, naues, &c. que libertatē faciunt  
iniuria. Contra. ] e contrario. Ignauissimi. ] uilissi-  
mi homines, scilicet milites Syllani. Adimere. ] pro adi-  
mebant. Fortissimi uiri. ] scilicet maiores nostri.  
Proinde quasi. ] id est tanquam. Demum. ] denique hoc  
est, tanquam illi faciendo iniuriam uiderentur esse impera-  
tores, aliter priuati homines. Nā quid ea memorem. ]  
Verē inquam nostræ ætatis homines domos suas sumptuo-  
siores habuisse, quā maiores nostrī templa deorum: quia  
montes eretate, & maria proferre non dubitauerunt,  
quippe qui priuati essent, & nō reges. A priuatis quā  
pluribus. ] scilicet hominibus subuersos. Maria constri-  
ta. ] sicut etiam Lucullus dicitur fecisse Neapoli, ubi præ-  
dā sua habebat. dicitur enim fecisse ædificia gentia, &  
amoenitate omnibus præstantia, quæ usq; in medium mare  
porrigebantur: ita ubi maria fuerant, ibi stratum erat  
solum, uelut in terra continenti fabricasset. Quibus diui-  
tiæ, &c. ] id est, qui homines uidentur illuisse diuitias: il-  
le deridet diuitias, qui profundit eas in rebus minime ne-  
cessarijs: hi qui montes subuertebant, & maria sternē-

Hic artibus  
inescabat a  
dolecentes.

Amplificat  
rem ab æta-  
te, recensens  
etiā superi-  
oris ætatis  
Catilinæ ui-  
tia.

VAL.

C Operæ precium. ] id est uile. nam precium laboris  
est uilitas. Vile erit, inquit, quia cognoscet poterit quanta  
differentia esset inter maiores nostris qui hanc rempub.  
nobis caperunt, & homines nostræ ætatis ignauissimos.  
Domas. ] in urbe. Et uillas. ] in agris. Inter uillam &  
domum hoc interest, quia domus in urbe dicitur, uilla au-  
tem in agris appellatur. Visere templa deorum. ] templa  
deorum solent sumptuosiores ædificijs constitui quā  
domus priuatorum. & tamen ad eam libidinem peruene-  
runt homines ætatis nostræ, ut nunc sibi ades ædificent,  
quæ sunt multo sumptuosiores quā deorum templa.  
Pietate. ] quæ dicitur immortalibus habetur: quia omnis  
homo pietatē debet Deo immortalis: id est, corde & fide  
deorum templa honestabant. Domos suas glo. ] domos  
non magnificabat ædificijs, sed uirtute. res enim magnas  
domi militiq; gerabant, quibus domos & familias suas  
decorabant. Decorabant. ] honestabant. Neque uicis  
quæquam, cum nationes & populos subegissent, aliud  
faciebant nisi quod postea iniurijs facere non possent.  
Iniuriæ licentiam. ] ne iniuriam facere possent, aufere-

bant enim arma, equos, naues, &c. que libertatē faciunt  
iniuria. Contra. ] e contrario. Ignauissimi. ] uilissi-  
mi homines, scilicet milites Syllani. Adimere. ] pro adi-  
mebant. Fortissimi uiri. ] scilicet maiores nostri.  
Proinde quasi. ] id est tanquam. Demum. ] denique hoc  
est, tanquam illi faciendo iniuriam uiderentur esse impera-  
tores, aliter priuati homines. Nā quid ea memorem. ]  
Verē inquam nostræ ætatis homines domos suas sumptuo-  
siores habuisse, quā maiores nostrī templa deorum: quia  
montes eretate, & maria proferre non dubitauerunt,  
quippe qui priuati essent, & nō reges. A priuatis quā  
pluribus. ] scilicet hominibus subuersos. Maria constri-  
ta. ] sicut etiam Lucullus dicitur fecisse Neapoli, ubi præ-  
dā sua habebat. dicitur enim fecisse ædificia gentia, &  
amoenitate omnibus præstantia, quæ usq; in medium mare  
porrigebantur: ita ubi maria fuerant, ibi stratum erat  
solum, uelut in terra continenti fabricasset. Quibus diui-  
tiæ, &c. ] id est, qui homines uidentur illuisse diuitias: il-  
le deridet diuitias, qui profundit eas in rebus minime ne-  
cessarijs: hi qui montes subuertebant, & maria sternē-

bant, fecisse uidentur. Quibus mihi. ] qui homines uidentur mihi illuisse diuitias. Habere. ] possidere. Non esse. ] modeste. Abuti. ] uitiose ut, uel licet in rebus superfluis, & minime necessarijs. Pro turpitudine. ] quia turpe erat eis, ut uitium non paruum: ita diuitijs, quas honeste habere poterat, abuti. Sed libido, &c. ] Superius dixit, quomodo Romani ciues corrupti, dediti erant magnificentia edificiorum, & diuitias quasi ludibrio habebant: cum eis in rebus minime necessarijs abuterentur. Nunc dicit, non solum hac superfluitate edificiorum Romanos esse captos: uerum etiam, quod deo terius erat, luxuriam eos inuasisse, cum nec uiri muliebria pati dubitarent, & mulieres pudicitiam in aperto haberent. Stupri. ] adulterij. Libido generat. ] id est meretricis. Ganeum ueteres dicebat locum abditum, & quasi sub terra defossum, id est lupanar. inde generat, mulieres que ibi habitant. Ceteri cultus. ] non solum libido edificiorum, sed etiam uisum. Incesserat. ] inuaserat Romanos, & libido superincesserat. Viros pati muliebria. ] Tagit rem obscenam, &c. Mulieres habere pudicitiam, &c. ] id est paruifaciebant pudicitiam: hoc est, meretrices fiebant. In propatulo. ] in aperto. Exquirere. ] proquirebant. Vel libido incesserat, &c. dicitur etiam in ceteris in finitjs ut uolueris eam uelci, id est comedendi, unum sequitur ex reliquo: quia luxuria semper cibos lautos habere cupit, ut se diu sustentare possint: cum homines luxurie dediti fuerint, etiam uitio gula laborant. Terra. ] ut sunt aues, siluestres ferre, quibus solent uelci luxuriosi homines. Mari. ] ut diuersi generis pisces exquirent, quibus ingluuiem uentris satiant. Dormire. ] pro dormiebant. Nec operiri. ] pro operiebantur. Sic de ceteris. Lassitudinem. ] qui non laborabant tantum ut lassarentur, sed opus intermittere antequam lassitudo eos inuasisset. Antecapere. ] pro antecapiebant: id est occupabant, anticipebant. Luxu. ] id est luxuria & superfluitate rerum. Hac. ] uita supra memorata. Incendebant. ] incitabant facinorosa facienda. Oper familiares. ] id est, opes suas & propria. Malis artibus. ] malis moribus. Eo. ] ideo. Profusius. ] immodestius, intemperantius. Deditus. ] animus eorum. Omnibus modis. ] quacumque ratione, iuste scilicet & iniuste, contra fas & nefas: id quod erat facillimum, scilicet posse usurpare rem publicam. Tata. ] tanta magnitudinis. Flagitiosorum. ] id est, omnium uitiorum reprehensione dignorum. Facinorosorum. ] qui facinora commiserant. Stipatorum. ] satellitum. Satellites dicuntur stipatores, eo quod latera principum stipare, id est compensare solent. Adulter. ] qui alienas uxores uitauerat. Ganeo. ] in lupinari. nam ut paulo ante diximus, ganeum dixerunt locum abditum, &c. Alea. ] ludo, alea & taxillis. Manu. ] prodigaliter profundens, uel interfecerat aliquem, propter quod condemnatus fuisse. Ventre. ] gula: id est, implendo uentrem suum pro libidine & uoluptate. Pene. ] membro uirili. & non tate obscenam uoluptatem. Pene enim est membrum uirile. Alienum es grande con. ] pecuniam mutuo acceperat. & est pulchra & honesta locutio. Grande es alienum confluui, significat pecuniam mutuo accepi, ualde sum obligatus, id est debitus. & est naturalis locutio, quemadmodum honesta. nam qui es alienum habet, multam pecuniam debet: ergo qui multam pecuniam habebat mutuo, grande es confluauerat. Quo, id est ut. Redimeret aut

sa. ] uulgo a pagar la condanacion del so mal fare. Differrentia est inter flagitium & facinus: quia flagitium in diuilijs, facinus magis in factis consideratur. nam peritium facere dicimus, ut flagitium, non autem facinus. facinus ille committeret, qui hominem pulset, aut etiam interficeret. Parricide. ] qui parentes interfecerunt. Sacri legi. ] qui templa diruperat. Conuicti iud. ] qui condemnati fuerant. Timentes iudic. ] qui facinus aliquod commiserant, propter quod timebant condemnari. Quos ma. ] interficendi: hoc est, fures & interfectores. Lingua. ] peruria faciendo. Perurio. ] Referas ad linguam. Sanguine. ] Referas ad manum. Flagitium. ] qui facinus commiserant: flagitium, id est rem aliquam reprehensione dignam perpetrauerant. Egredis. ] quia res familiares sibi deiecerant, uel nunquam etiam possederant. Itaque in tanta. ] Ad propositum suum redit Salustius. Animus confusus. ] scilicet alicuius sceleris, na qui sibi ingentis facinoris confusus est, nunquam requiescit, donec scelus sceleri addiderit. Proximi. ] propinquus. Vaciua culpa. ] id est innocens. Inciderat. ] casu aliquo in amicitiam eius uenerat. Quotidiano usu. ] quotidianam consuetudine. Caterus. ] comitatus. Stipatorum. ] seruatorum. Illecebris. ] uoluptatibus, quas caterus sibi offerrebat ut patebit. Par. ] magnitudine scelerum. Similis. ] maioribus, ergo par ad magnitudinem, similis ad maiores pertinet. Par quantitate efficebat, iur, similis qualitate. Sed maxime adole. ] Superius declarauit Salustius, quomodo Catilina domum frequentabant scelerati homines, cuius sumq; flagitij consij fuissent: sed nunc dicit, familiaritates adolescentium maxime placuisse Catilina, eo quod eorum animi teneri ac instabiles facile capi possent. Appetebat igitur omnium sceleratorum animos, sed maxime tamen adolescentulorum. Eorum animi. ] cur adolescentium magis quam aliorum animos appeteret, declarat ipse quia facile erat hanc atetena decipi. Molles. ] teneri. Fluxi. ] id est labiles & inconstantes. Haud difficulter. ] id est facile, na & quo modo caperentur animi adolescentum, declarat. Prebere. ] id est prebebat. Ut cuiusq;. ] Adolescentes cupiditatibus ardent, & alij alia flagitia cupiunt, eo, pro uoluntate cuiusq; libidine eis satisfacere Catilina. Na, &c. Scorta. ] meretrices. Mercari. ] pro mercabantur. Canes atq; equos. ] si qui erant uenatu gaudentes. Ut cuiusq; studium. ] sicut cuiusq; uoluntas. Flagrabat. ] ardebat. Neq; sumptui. ] id est, non parcebat pecunijs, ut obsequeretur libidinis adolescentum. Neq; modestie. ] non habebat moderatioris rationem, dum uoluptatibus eorum satisfacere. Dum. ] modo. Obnoxio. ] subiectos & obligatos. & rell' dixit obnoxio: quia obnoxio proprie dicitur ille, qui ob noxam, id est culpa, obligatus est: isti adolescentis ob aliquam culpam, Catilina obligati erant. Scio. ] inquit Salustius. Frequenter tabat. ] frequenter adibat. Parum ho. pu. ] id est, obnoxiois uitij deditus fuisse. Sed ex alijs rebus magis. ] ex alia ante a Catilina uita homines id suspicabatur, qua quam res ipsa nemini nota esset. Fluxi. ] id est, obnoxiois uitij deditus fuisse. Id, scilicet inuenit obscenam uoluptati deditam fuisse. Compertum. ] manifestum. Operum precium est, &c. ] Vna dictio, uel due: precium est opere, id est studij & considerationis. Verum illi delibata. ] Ecce inuenta occasione laudat antiquos, ut contrarij uolueret modernos, dicens: Ita moderni edificant domos

OMNI.

domos in modum urbium. Iniuria licentiam. ] sed illius maiore: gloria scilicet uictoria. At hi, id est moderni. Ignauissimi. ] socijs, & non hostibus. Proinde. ] id est postea. Facere. ] id est faciebant iniuriam. Nam quid, id est cur. Verè superflua faciebant: quia etiam priuati, id est sine officio, montes subuertebant, maria obsternebant. Sed quid memorè. ] quia incredibilia. & hoc est, nam quid, &c. Quippe. ] id est nimirum. Sic ludibrio diuitias habebant, quia eis gula, abuti cupiebant: & non solum predicta inerant uita, sed etiam ista. Libido generat, gulositas. Ganeo gulosus & ganeum, ubi fit ganeum. In propatulo. ] id est in aperto, in manifesto. quasi dicat, omnes impudice erant. Quod enim commune est, uile est etiam, & ipse pro uili pudicitiam habebant, quia impudicitie se offerrebant. Opperi. ] id est expectabant. Antecapere. ] id est anticipabant. Luxu. ] i. per luxuriam. Hac. ] id est, predicta uita. Familiaris opes. ] id est necessaria que sunt, ad acquirendum: & sumptui, ad consumendum. In tantatq;. ] tam corrupta ciuitate, &c. Facta digressionem, ut ostenderet morum corruptelam, & sic appareret quanta opportunitas fuerit Catilinae reipub. capiendæ: uel ad cursum orationis sue. Continuo: Ciuitas corrupta erat, ut dixi. ita quod in tanta ciuitate, ubi omnes corrupti. Factu facillimè. ] mali enim facile coadunantur, cum eorū sit copia. Omnium flagitiosorum. ] non qui omnes habuerit flagitiosos, sed omnibus speciebus flagitij imbutos. Flagitium in dictis, facinus in factis. Caterus stipatorij. ] stipabant enim latum eius undiq; flagitios. Verè caterus habuit flagitiosorum. nam quicunq; impudicus, ad omnimodam luxuriam corporum, ganeo, ad gulositatem: alea, ludædo: manu, dan do uentre, comedendo: pene, stuprando. confluauerat, metaphoræ sumpta a fusore. Quo. ] id est, per quod es, flagitium redimeret, expedites se ab aliquo flagitioso factio ante parato. Preterea. ] id est preter istos supradictos. Parricide. ] Dicit potest aliquis parricide uel a patre caeso, uel a parente, uel a pari, uel a patria. Conuicti in iudicijs. ] id est damnati. Aut pro factis timentes iudicium. ] id est damnationem. Ad hoc. ] id est preter illos quos alebat manus aut lingua perurio, si falsum fecit est inuentionem. & ad linguam hoc pertinet. Aut sanguine ciuili. ] si quem interfecit, & hoc ad manum, hi inquit omnes supradicti, proximi erant Catilina. & non solum hos uitiosos seduxit, sed si quis etiã uacuis a culpa in amicitiam eius inciderat, bene autē inciderat: maximus enim casus & precipitium ibi erant. Illecebris. ] id est delectationibus carnalibus, que hominem illaqueant: ab illicio, eis, illici. Par. ] ad scelerum quantitatem. Similis. ] ad qualitatem. multas familiaritates appetebat, sed maxime adolecentium, & causam subdit. Quia eorum animi molles. ] etate. Fluxi. ] dolis. Haud difficulter, id est, facile capiebantur. Verè capiebantur. nam ut cuiusq; studium ex etate flagrabat, id est ardentem cupiebat. Ex etate, id est secundum etatem: tales erant familiares Catilinae, & ab omnibus impudici existimabantur. Sed ex alijs rebus, scilicet inter scelera satis compta, sequuntur hæc, que per famam sunt magis cognita.

B AD.

ptuos extrant, ut montes subuertant, & maria consternant: & templa deorum aut negligant, aut solent. Preterea maiores solebant uictis nihil præter arma, & cetera belli fomenta adimere: immo (ut Cicero docet) solebat uictarum nationum patroni esse: ut totius orbis præsidium potius quam imperium meruerit dici. ad recentiores, etiã socios ac edocios, omnibus facultatibus spoliât. Ordo est: Operum precium est, id est utile & dignu factu, utpote habens precium, id est mercedem operæ, id est laboris & operationis: cum, i. postquam cognoueris, id est quis cognouerit: domos, scilicet priuatas in urbe: atq; uillas, id est edificia in agris: edificatas in morem urbium, ita ut singula castella aut urbes uideatur: aut ita sumptuose, ut in urbibus solent. & uisere, id est postea uisum ire aut uidere templa, id est ædes ad contemplanda diuina instituta. deorum, id est dijs consecrata: que maiores nostri, id est prisici Romani, opposuerunt: mortales, id est esse homines religiosissimi (ubi frustra quidam addunt uiri fecere: quia si dicat, quantum discrimini sit inter templa tam humilia & modica, & edificia priuata tam superba atq; magnifica a priuatis instructa. Vnde Flaccus Carminum 3: Delicta maiorum immeritis lucus Romane, donec templa refeceris, & ceteris labentes deorum, & cetera. Ecce nigro simulacra fumo, &c. Ne tamen uitio dare uideatur antiquis, quod talia extruxerant: addit, Verum, id est sed illi, scilicet maiores nostri decorabant, scilicet exornabant delubra, i. phana deorum in quibus esset simulacrum delibratum, id est decoratum: quia ex ligno tunc erant idola seu deorum simulacra, usq; ad Asiam deuentam. Numa tamen (ut Eusebius de Preparatione Euangelij asserit Clemetem dixisse) more Mosico nullum simulacrum in templo esse uoluit. Plutarchus quoq; ait, ex ligno prisca deorum simulacra fieri solita. Nam lapideum rem duram & inanimam in deorum effigiem celare uolebant. Aurum uerò & argentum infecunda terre colores putabant. Plato uerò in Legibus ait: Terra & Vesta deorum est habitatio. Nemo igitur ex ijs, ceteris dijs simulacra faciat. Aurum autem & argentum inuidiosa possessio est. Ebur animam deposuit: i. deoq; ad simulacra deorum ineptum est. Aes & ferrum belli sunt instrumenta. Hæc illi. ] decorabant inquam, omni pietate, id est latra & cultu pio. Egit autem pietas fundamentum omnium uirtutum, & (ut inquit Cicero pro Plancio) proprie capitur Pro debita obseruantia in deos & parentes, que religio dicitur. Et decorabant domos domos suas, scilicet priuatas: gloria, scilicet rerum bene gestarum per se aut per maiores, quorum imagines in stemmate habebant. Neq; eripiebant uictis quicquam, præter licentiam iniuria: quia illis arma, naues, equos, & similia auferebant, & interdum moenia diruebant, ne iterum sint iniurijs, nec rebellent. sic tributaria sacra est prius Carthago, quam deleta. At hi, scilicet nostri seculi homines: contra, id est e contrario existentes ignauissimi: adimere, pro adimabant, nisi sit adimere id est abstulerunt per summum scelus socijs omnia ea que fortissimi uictores, scilicet prisici reliquerat, cum aufere potuissent hostibus. Proinde (pro perinde, nisi potius perinde legamus) perinde, ita ut quasi facere iniuriam, id est esse denum uti imperio. Nam quid memorem ea, scilicet facinora libidinoso Romanorum, que nemini sunt credibilia, nisi ijs qui uiderent, & uidelicet montis, id est montes esse subuersos, id est

refo

resoluitos in planiciem, à compluribus, id est pluribus priuatis, scilicet regno & principatu: & maria esse constrata, i. oppleta, terra illa ad edificia facta dicitur fecerat Lucullus Neapoli, ubi adificia in media usque maria porrigebat. Vnde in luxum Romanorum sic dicit Horat. Car. 2.

Iam pauca aratro iugera regie Moles relinquent: undiq; latus Extenta uidentur Lucrino Stagna lacu. & li. 3. Contra Etia pisces aquora sentiunt Iactis in altum molibus: id est, maximis edificijs.

Consimile fecisse dicitur Xerxes, à quo uelificatus Aibor. Quibus, s. ciuibus Romanis, diuitie uidentur fuisse ludibrio, i. ad ludibrium & irrisionem, ut in Aegypto pyramidum extructioribus. Quippe, i. quia ipsi properabant abui diuitijs per turpitudinem, id est luxuria: quas dicebat habere, id est possidere honeste. Sed libido suppri. J. Censet non sola edificandi luxuriosa magnificentia peccare sui seculi Romanos, sed & alijs ferè uitijs, dicens: Sed cum summa esset libido in extruendis edificijs, modò minor, imò equalis libido suppri, id est, luxuria Venery illucite: ut cum uiduis, uirginibus, aut etiam scortis: & gaue, id est luxuriose & gulose uitae in ganeis & lupanaribus, quae sunt iuxtra meretricum & gula perditorum: & ceteri, id est consimilis cultus, id est indulgentie & mollis uitae, in qua quis fouetur & colitur indulgenter, nõ decenter: nam decens cultus non meretur uituperari. Incesserat. J. id est inuaserat Romanos: & uiros pati muliebria, i. subagitari more mulierum, ut pallici solent à paediconibus, de quibus dicit Paulus Rom. 1. Masculi relictis naturali usu feminae, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & uercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes, &c. Et mulieres habere pudicitiam, id est castitatem coniugalem: in proptulo, i. omnibus expositam, quasi in prostituta: uita ut sola casta sit quam nemo petiuit, sup. incesserat. Similiter exquirere omnia terra & mari, causa uescendi, id est propter gulam: & dormire priusquam cupido, i. desiderium somni esset. Non operari, id est non praestolari seu expectare. Sed expectamus proprie desideranda & expectanda, unde Aeneid. 2.

Quibus Hector ab oris Expectate uenis? Est enim expectare, frequenter extra spicere, hoc est exire & inspicere, an desideratus ueniat. Operimur autem qualicunq; in omnibus his aut ponitur infinitiuis pro imperfecto, ut sit Operiri pro operiebantur, aut intelligitur Ceperant: aut, quod potissimum hic dicam, haec infinitiua reddunt suppositum illi uerbo Inuaserat. nam ut dicamus sic, libido non operari, &c. non placet, quia dicendum esset Libido non operandi, &c. Pergamus ergo, ut occipimus. Bibendi neq; friguis, id est appetitum famem, id est esuriam: non operari sum, i. appetitum se calefaciendi, neq; lesitudinem, i. fatigationem & appetitum se reponendi & quiescendi, sed Antecapere, id est praecocipare omnia haec luxu, i. luxuriosa uita & libidinosa, atq; indulgenti sibi. uorabat enim cibos, gulam prouocantes, priusquam famerent: potabant aut, priusquam stirent: dormitabant, priusquam somnus eos inuaderet: & calescebant se, priusquam frigerent: recubabant, ut requiescere uolentes solent, priusquam lesi essent. Haec autem, id est huiusmodi uitae perditae: incendebant inuentum, i. inuenes Romanos: ubi opes, id est facultates, fortune, diuitiae familiae res, i. domesticae: & ex patrimonio collecta defecerant:

ad facinora, s. turpia, utpote ad rapinas & furti ac facri legia. Nam animus imbutus, id est à primis annis infitutus malis artibus, i. exercitijs perditae uitae: haud, id est non facile, i. difficile carebat: imò non carebat, sed indubgebat libidinibus. Ea eo, i. propterea, propter libidinem, animus cuiuslibet erat deditus, id est penitus additus: & indulgenti profusius, id est abundanter: questui, id est acquisitioni rerum. Omnibus modis, s. per phas & nephas, quia, ut Lucretialis longe post dixit:

Vnde habere querit nemo, sed oportet habere. Atq; sumptui, id est assumptioni & expensionem rerum: sumptus quidem erat prior in intentione, sed posterior in executione. unde rei gesta ordinem seruat. In tanta Venit tandem ad Catiline facinora specialiter narranda, dicens: Catilina habebat in tanta & tam corrupta ciuitate, id est multitudine ciuium iuniorum (id quod erat facile, i. quae res erat facilis factu, id est ut fieret) cateruas, id est turmas comitatus omnium flagitiosorum & facinorosorum, i. malefactorum, qui multa flagitia & facinora commiserant (sunt qui flagitiosissimorum legant: sed Omnis non additur superlatiuo) circum se tanquam stipitatorij, id est densi concomitantium, ut satellitum, traclum: est à stipa, qua naues stipantur. Nam quicunq; existens impudicus, i. habens pudicitiam in proptulo: adulter & ganeo, id est ganeorum frequentator: lacerauerat, id est dilapidauerat: bona patria, i. patrimonium suum: manu, prodigendo: uentre, abscondendo: & pene, id est cauda, hoc est uirga uirili sortando. Reddenda autem sunt singula singulis, ut sit impudicus manu, ut alector & dissipator: ganeo uentre, iuxta illud Lucretialis,

Sed laudem siliquis oculis ganeo. — & adulter pene, id est uirilibus. nam penis cauda est, uno de offam penitiam dixerunt ueteres. Et cum tria tantum praemisit, addidit est alea, quae manu iacitur, sicut prius addiderat raptus, illic: Catilina raptus, &c. Quisq; i. & qui conuaserat, id est compegerat, coiraxerat: grande es alienij, id est debilius ex are alieno: quo, id est, ideo ut: uel quo are alieno, redimebat, id est proci flagitijs, id est peccatis enorme flagitatione & increpatione ac flagris dignum, quod etiam uerbis, ut periuurio fit, aut facinoris, id est factum aliquod insignis culpa, ut sunt patricidia, & similia. Sane peccata redimebantur tunc pecunia: quia, ut uisum est, ante Syllam non licebat occidere ciues Romanos, nisi in crimine lesa maiestatis, aut occupatae dominationis, aut in seditione quae legem non auduit: ut Brutus in liberos suos animaduertit, ut casti sunt Gracchi. Proprie ergo dicit Scriptura: Peccata tua elemosynis redime, quia Redimere est, precio aliquid delere, si malum est: aut recuperare & liberare, si bonum. unde redimuntur captiui. & genus humanum redemptum est sanguine Christi. Redimuntur autem, dum deletur peccatum. Vnde Iuuenal.

Monstrum nulla uirtute redemptum R uitijs. — Et componitur à re & emo, in terposito d. uerbum autem principale horum suppositorum, impudicus, adulter, &c. ponitur ibi: Hi Catilinae proximi & familiares erant. Dicei ergo, praeterea, id est in super, praeter iam dictos omnes: parricidae, i. occisores parentum, aut cuiuscunq; offinis aut consanguinei: quia cum desit speciale uocabulum, utitur (ut dicit Quintilianus) generali: non enim habemus quo fratris occisor nominetur, nam fratricida in usu non est. Vndiq; id est ex omni

ex omni loco confluentes: omnes sacilegi, id est rerum facrarum, aut de sacris locis ablatarum fures aut raptiores: conuicti, s. de criminibus, & ita condemnati iudicij, aut timentes iudicium, id est non audentes comparere coram iudice: pro factis, id est propter facta sua scelerata. Ad hoc, id est praeterea omnes, sup. quos manus, s. facinorosa: aiebat sanguine ciuili, id est per effusionem sanguinis ciuium: illis enim interfecit, eorum bona occupabant. Aut quos lingua aiebat periurium: quia pro ducti testes perierant pro precio. & postremo, id est denique, ut tandem omnes cõpelleret: omnes coram flagitium, id est grande scelus: aut egestas, contracta ex reru suorum assumptione: aut animus confusus, s. alicuius maligni sceleris: exagitabat, id est extra tranquillitatem agiabat, & ita uexabat & torquebat morfu conscientiae: binquam omnes erant proximi & familiares Catilinae. Quia siquis etiam uacuum, id est immunis & abhorrens à culpa, id est absque insons: inciderat, id est casu uenerat (Ea enim est calamitas in ciuitijs maxima, quod amor praecedat iudicium. unde amicos deligimus & diligimus, priusquam perfectè nouerimus. Potest autem fieri ut bonus uir uideat tot in familia Catilinae, putaret in eo magnam esse praesentiam aliquam) in amicitiam eius, scilicet Catilinae: efficiebatur facile par: q; pro id est, similis ceteris: quotidiano usui, id est ex consuetudine peruersorum. quia Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Atque illecebris, id est allectationibus atque attritionibus uitiorum, & uitiorum: uicia enim carnalia habent illaqueandi uirum, oblectamentum suo illitum. (Et ergo bene consulit Sapiens Prouerb. 1. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquires eis. Si dixerint, Veni nobiscum, insidiamur sanguini, abscondamur tendiculis contra inuocentem frustra, &c. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. pedes enim illorum ad malum curruunt, & festinant ut effundant sanguinem.) Sed Catilina appetebat maxime familiaritates adolescentium: quia tales cum sint imperiti rerum, facile seducuntur in errorem. Vnde addit, quia animi eorum, scilicet adolescentium, mobiles & fragiles, & fluxi, id est fluentes aetate, quae cito decurrit: quia usque ad senium fluunt anni. Capiebantur, id est mescabantur, irretiebantur, decipiebantur: haud difficile, immò facillime. Nam ut studium cuiusq; flagrabat ex elate, id est secundum quod quemq; maxime pro cliem uiderat: praebere, id est praebere: alij scorta, id est prostituta aut exoletos, quod primum adolescentie inuenium est.

Mercuri, i. mercabatur alijs canes atq; equos. unde Comicus: Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquid studium adiungant, aut equos alere, aut canes ad uenandum, &c. Postremo neq; parcere, i. neque parceret modestia, quae sumptui nõ parcerat, eo quod immodeste enim faciebat: i. modestiae autem, quia eam pernitebat. sicut non parcimus uino, quod immodice bibimus: & non parcimus sanitati, quam destrinimus. dum, id est dummodo: faceret sibi adolescentem obnoxios, id est deuinctos quasi ob communem noxam: fidos, quia complices. Scio, inquit, fuisse nonnullos qui existimarent, id est iudicarent & putarent ita: uidelicet inuentum, id est frequentiam inuenium, quae frequentabat domum Catilinae: habuisse pudicitiam, id est corporum suorum integritatem & castitatem à turpi libidine: parum honeste, id est quod inuicem agerent & paterentur turpia. Sed haec fama ualebat, id est uigebat magis ex alyse rebus, scilicet infamibus & nefandis per eos factis: quam sup. ut id foret cõprium cuiquq; id est alicui. Quod forte addit, propter aliquos nobiles q in cõuersione nõ fuerant, & tamen familiares Catilinae: aut quia historici est, nihil affirmare quod cõprium & exploratum nõ habeat. Operæ precium est. J. Ex comparatione ueterum Romanorum ostendit, quam immutati & deprauati sint mores, cum Prixi delubra decorum magna pietate decorauerint, domos uerò priuatas gloria, & non luxu: quem admodum huius seculi homines, qui adeo domos suas magnificè ac sumptuose adificant, ut montes subuertant, & maria consternant. Operæ precium est. J. id est, uile est, nam precium laboris, est utilitas. Cum domos. J. Plinius libr. 36. cap. 15. de luxuria Romanarum ædium loquitur, quam repetitè inuasisse urbem significare uolens, sic inquit: Et si quidem impense mouent captos auaricia animos, P. Clodius, quem Milo occidit, sestertium centies & quadragies octies domo empta habitauerit, quod quidem non secus ac regum insaniam miror. Et pau lo post: Parua sunt cuncta quae diximus, & omnia uile comparanda miraculo, antequam noua attingam. M. Lepido, Q. Catulo, Cass. ut cõstat inter diligentissimos auctores, domus pulcherrima non fuit Romae, quam Lepidi iussus. At hercule intra annos trigintaquing; eadem centiesimum locum nõ obtinuit. Valerius Maximus libr. 9. capite 1. Cn. Domitius L. Crassus collegæ suo, alteratione orta obiecit, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. quem cum continud Crassus quantum ipse domum aestimaret, interrogaret, atque ut respondit, Sexages sestertio: Quo ergo, inquit, minoris fore aestimes, si decem arbutulus inde succidero ipse? Tricenis sestertio, inquit Domitius. tunc ait Crassus: Nier igitur luxuriosior est? egone, qui decem columnas centum millibus nummum emi: an tu, qui decem arbutularu umbram tricenis sestertium summa compensas? Et Cicero magno habitauit, ut ipse testis est, scribens ad Atticum lib. 4. epist. 2. de euentu actio nis suae loquens, quam pro domo sua habuit: Secuta est, inquit, contentio de domo. diximus apud Pontifices, acta res est accuratè à nobis: & si unquam in dicendo fumus aliquid, tum profecto doloris magnitudo uim quandã nobis dedit. Senatusconsultum factum est, id quod ad te misit nobis superficem ædium Consulibus de consilij sententia aestimauerunt sestertium uicies. quod & Gell. lib. vii. testatur, & Plutarch. in uita Publicolæ. Si quis igitur Capitolij sumptuositate miratur, is si unam in Domitianij domo porticum, aut basilicam, aut balneum, aut concubinarum cõnationem uideret, profecto, quale est illud Epicharmi contra prodigij dictum, Non beneficus tu quidem morbo afficeris, dilapidare gaudes: tale aliquid in Domitianum usurpet, Non religiosis tu quidem, aut honoris cupidus morbo afficeris, edificare gaudes: ut Midas ille, aurea tibi omnia, & lapidea esse cupis. De domo autè aurea Neronis si quis locum apud Tranquillum legerit, cetera despicibilia existimabit. Atq; uillam. J. Aed enim Romanoru luxuria creuerat, ut ingentes profunderent pecunias in uillis adificandis. Vnde M. Aemilius Porcina à L. Cassio accusatus, & graui poena multatus fuit, quod uillam nimis sublimè adificasset, ut tradit Valer. Max. lib. 7. cap. 1. Et: Ro-

ZANCI

1. Et Horat. lib. 2. in luxuria sui seculi inuebens, sic ait: Iam pauca aratro iugera regie Moles relinquent, undiq; latius Extenta uidentur Lucrino Stagna lacu, — & infra.

Strabo lib. 5. Nunc uero plus in edificandis domibus, uillarumq; magnificentijs consumitur, quibus regia ritu Persarum apparantur. Cicero in oratione pro Milone: Ante, inquit, fundum Clodij, quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum uersabatur ualentium. Et ipse Cicero uillas magnifice extructas habitauit. nam ipse ad Atticum scribens inquit: Cetera in re ualde liberatiter Tusculanam uillam quingentis millibus, Formianam seferitiam ducentis quinquaginta millibus, & infra. & alibi, ipsas ocellas Italia appellat: & libro 6. Epistol. familiar. Aedificia mea me delectabant, & otium domus est, quae nulli uillarum mearum cedat, otium omni desertissima regione maius. et in Paradoxis: Venio, inquit, ad sumptuosos, relinquo istam quae est uosum: capit ille ex suis praedijs sexcenta seferitia, ego centena ex meis: illi aurata lecta in uillis, & sola marmorea facientis, & signa, tabulas, supellectilem & uestem infinitè concupiscentis, non modo ad sumptum ille structus est, sed etiam ad scenus exigentiam. Visere templa deorum. Solebant prisci Romani deorum templa magnificentioribus aedificijs erigere, quam domos priuatis. nunc ait, homines aetatis suae ad tantam libidine peruenisse, ut sibi aedes multo sumptuosiores aedificent, quam templa. Varro libro de Lingua latina sexto ait: Templum tribus modis dicitur, ab natura, ab auspicio, ab similitudine. a natura in caelo, ab auspicio in terra, a similitudine sub terra. in caelo templum dicitur, ut Hecebat in terra, ut Perhibea: sub terra, ut Andromacha. Paulo post: In terris dictum templi, locus augurij aut auspicio causa, quibusdam conceptis uerbis finitur. Festus Pompeius: Miora, inquit, templa sunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis aut lintibus sepiuntur, ne uo amplius hostio pateant, ceris uerbis desinit. Itaq; templi est locus ita effectus, aut ita sepius, ut ea una parte pateat, angulusq; adfixus habeat ad terram. Nostri maiores. ] Omnes qui ante nos fuerunt, qui liberos in nostra ciuitate reliquerunt, maiores dicuntur: qui uero post nos, posteriores, & posterius. Religiosissimi mortales. ] Religiosus, inquit Festus, est, non modo deorum sanctitatem magis assequens, sed etiam officiosus aduersus homines. Dies autem religiosi, quibus nisi quod necesse est, nefas haberi facere: quales sunt sex dies & triginta Atri, qui appellantur & Alienae, atq; ij quibus nundum patet. Gallus Aelius religiosum esse ait, quod homini ita facere non liceat, ut si id faciat, contra deorum uoluntatem facere uideatur. quo in genere sumi haec: In eadem Bone dea uirum introire aduersus mystica, lege ad populum ferre die nefasto, apud praetorem lege agere. Pietas. ] Deos placatos pietas efficit, & sanctitas, ut ait Cicero lib. Offic. 2. Est autem Pietas, iusticia aduersus deos: ut idem ait in lib. de Natura deorum, nec est ulla erga deos pietas. Domos suas gloria. ] Prisci enim Romani domos suas non magnifice aedificijs honestabant, sed uirtute. nam a principio urbis ita simplex uita cultus fuit, ut multis stramento constructas fuisse domos, & scandulis rebusq; per annos quadringentos, usq; ad Pyrrhi bellum, legamus. Domos suas. ] Similiter a domo, domorum & domuum, his et ab his domibus, non etiam domis. Inuentus in 1.

Viscera magnarum domuum, dominij futuri. Virg. in 1. Georg. Domibus cedrumq; cupressos. — Sallust. in Catilinario: Domos suas gloria decorabant. Priscianus ait, & infra. Gloria. ] Felicitas quam ex rebus gestis consequuntur. Decorabant. ] Illustrabant, honestabant. Neq; uiculis quicquam. ] Cum enim prisci aliquam nationem aut populos armis deuicerant, nihil in ipsis faciebant, nisi quod potestatem iniuriae eripiebant. Praeter iniuriam licentiam. ] Scilicet ne amplius ipsos iniuria aspicere possent. nam eis auferebant arma, naues: sicuti de Carthaginensibus legitur, quos praeter alia omnia, tota classe multauerunt. Plin. in uita Scipionis: Conditio igitur pacis Carthaginensibus datae, ex uictoris arbitrio: & praeter alia omnia, omnis classis, qua maxime confidebant, adempta. Idem in Q. Flaminijs uita: Postquam enim se ac regnum, Titi ac populi Romani potestati commisisset, istum factus est. uerum Titius ci regno Macedoniae restituit, ab Graecia usq; abstinere, mille talentis tributum nomine, & praeter decem naues, uniuersa classe multatum. Inuere. ] Passiue iniuria semper inuita. L. A. di etiam aliqui istud potest. nam & qui iure damnantur, leduntur: sed non iniuria, ut ait Pedianus. ] Scilicet nostri aetatis homines. Ignauissimi. ] Uulsiuini. Socij. ] ij enim eum quibus Populus Rom. amicitiam coierat, socij appellabantur. Admire. ] pro admirabant. Fortissimi uiri. ] maiores nostri. Uiri autem maxime propria est fortitudo: cuius munera duo maxime sunt, mortis dolorisq; contemptio. Perinde quasi. ] tangam. Facere iniuriam. ] uiolare subditos. Nam quid ea memorem. ] Eo enim luxuria deuenerant Romani, ut pro extruendis domibus montes euertere, ac maria profunderi non dubitarent. A priuatis compluribus. ] s. hominibus. Subuersos motus. ] M. Var. lib. 3. de Re rust. inquit: Contra Neapolim L. Lucullus postea quid perdidisset montem, ac maritima flumina immisisset in piscinas, & infra. Plin. lib. 36. cap. 15. Quod si quis diligentis istum uir aquarum abundantiam in publico, balneo, piscinis, domibus, uiridis, hortis suburbanis, uillis, spacijs, aduenientis extructos arcus, montes perpassos, conualles aquatas, fatetur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Maria constructa. ] Plin. de Lucullo: Quid de his operibus quae iuxta mare circa Neapolim magnifice splendideq; constructae sunt, indicandum arbitramur? ubi altiores profundis fossis tumulis ipse suspenderat, ubi maritimas aedes, euicq; pulcherrimas atq; amplissimas aedificarat, ubi piscosus riuos adibus circumducerat, quae singula cum Stoicus Tubero haud satis mirari potuisset, Terentia eum ex togato homine appellauit. Quibus mihi uidentur ludibrio fuisse diuites. ] Hoc est illi homines, qui pecunias ingentes in subuertendis montibus, & conspiciendo mari ad aedificandas aedes profundunt, uidentur mihi ludibrio habere diuites. Illi enim ludibrio habent diuitias, qui eas in rebus minimè necessarijs profundunt. Habere. ] possidere. Honeste. ] est honore. Auti. ] male uti: uipote in rebus superfluis, & non necessarijs. Sed libido. ] Superius ostendit, quopactò Romani moribus corrupti, se magnificentissimis aedificijs extruendis dederant, ita ut uidentur diuites fere ludibrio habere, cum illi in rebus superfluis abuterentur. nunc ait, non modo hac magnificentia aedificiorum Romanos esse captos: sed etiam, quod peius est, tantam eos inuasisse luxuriam, ut nec uiri muliebria pati, nec mulieres se in uulgis dare uerentur.

verentur. Stupri. ] Stuprum in uirgine, uicidue committitur. idem paulo post: Brut ei cum uulua muliere nobili stupri uetus confectudo. Cic. in Philip. 2. Frequenissimo senatu calidè ianuaris sedente patrio, hanc tibi esse cum Dolo bella odij causam ausus esse dicere, q. ab eo sorori & uxori tuae stuprum oblatum comperissee. Idem aetione ultima in Verrem: Noctū stupri causa lectica in urbem introferri solium est ad mulierem nuptam uni, propositam omnibus. Ganeae. ] in glauie. Plin. lib. 2. de porco loquens: Neq; ex alio animali numerosior materia ganeae. Ceteriq; cultus. ] i. uestitus. Inuaserat. ] inuaserat. Viros pati muliebria. ] Hic tangit Venerem illicita? Mulieres pudicitia in propatulo habere. ] i. se in uulgis dabant. Vescendi causa. ] Cum magna inuasisset Romano luxuria, necesse quoq; erat, ut & lautos cibos semper habere creperent, ut ei diu pares esse possent. Terra maritica. ] Plutarch. in uita Luculli: Brutus, inquit, Lucullo conuiuii noui semper diuitiarum splendore parata, non modo purpureis stratis, & poculis auro gemisq; elaboratis, choris, ceteribusq; feticisq; & ingentibus abundantissimisq; bellioru apparatibus, quibus rebus liberaliter eum homines beatum appellabant. Varro lib. 3. de Re rust. C. Hirinus circa cum piscinis suis ex aedificijs duodecim milia seferitia capiebat. eam omnem mercedem eius, quae dabat piscibus, consumebat, non mirum. uo enim tempore meminisse huc Caesari sex milia murenarum mutuo dedisse in pondus, & propter multitudinem piscium quadragies sefertio uillam uenisse. Vnde quoque Macrobi. lib. 3. cap. 16. Saturn. Dormire. ] pro dormiebant. Nec opperiri. ] pro operiebatentur est, non expectabant. Aut latitudine. ] Non enim usque ad desatigationem laborabat: uerum an tequa eos latitudo inuaderet, opus intermitterent. Ante capere. ] pro ante capiebant. Luxu. ] luxuria & superfluitate. Haec. ] sejs uita comemorata. Inuentus. ] Alibi scripsimus, iuuenes esse ab anno aetatis decimo septimo ad quadragimum sexuq; quo tempore quis ad rem militarem aptus sit. inde iuuenes pro militibus, a scriptoribus sepe dici. Incedebant. ] Incedebant ad facinora perpetranda. Familiares opes. ] id est facultates suae & propriae. Imbutum. ] infectum & inquinatum. Malis artibus. ] malis moribus. Idea profusus. ] id est, immoderatus & intemperatus. Dedit. ] sejs animi illorum. Omnibus modis. ] quacunq; ratione, iussit uel iniussit. In tanta itaq; animaduersitate, sibi in animum induxit, uelle temp. occuparet & quo id sibi facilius esset, omnium flagitiosorum atq; facinorosorum familiaritatem appetiuit. quae huiusmodi genus hominum ad omne facinus impelli potest. Flagitiosorum. ] flagitiosorum, legendu est. nam flagitiosus dicitur, flagitijs contaminatus: flagitium autem (aut hoc Donato, super illud Terentianum in Eunuchio, Ha flagitium) facinus, more militari dicitur, res flagitatione digna, hoc est inreparatione. nam flagitatio a strepitu dicitur. unde flamma, & flagella: & flagitare, id est performare intelligimus dici. nam haec omnia sine somitu & crepitu non sunt. Atq; facinorosum. ] Facinorosorum, arbitror legendu. facinorosus enim, sceleratus dicitur. Cic. in 2. inuectiua in Catilinam: Quintu genus est peccatorum, facinorosum, deniq; omnium facinorosorum stipitiorum. ] facillimum: nam scilicet dicuntur stipiti, eo quod latera principum stipare, id est condensare solent. Ceteruis. ] multitudines. Proinde ut phalanx pro-

prie Macedonum est, ita cetera Gallorum. In cetera autem sena militum erant, auctor Vegetio. Adulter. ] id est, qui alienas uxores uitauerat. Ganco. ] Ganeones, ut ait Non. Marcel. a generis dicti sunt, quae sunt loca uiolentiae & libidini apta. Varro in Modio: Hoc interest inter Epicurum & ganeones nostros, quibus modula est uita cultua. Cic. in 2. in Catilinam: Quis tota Italia ueneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiectos, quis circumscriptor, quis gener, quis nepos, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuuentutis, quis corruptus, quis perditus inueniri potest, qui se cum Cautilna non familiarissime uixisse fateatur? Alea. ] Aleam ab inuatore dictam, quidam tradunt. est autem tabula luforis, quae & latruncularia, & pyrgus, & alius, & alioquin uocatur, rotunda illa tabella rotula uisita, quae mouetur, hinc in prouerbio est, taeta est alea: cum sic incepta res est, uel desistere integrum non sit, quod Caesar, traetatum Rubiconem, usq; peruenit. & pro euentu rei dubio ponitur. Lucanus: — Placet alea fati, Alteratrum mensura caput. — Cic. in illis gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicij, uersantur. Manu. ] interficendo aliquem. Ventre. ] gula. Pene. ] membro uirili. Caudam antiqui penem uocabant: est qua est propter similitudinem penicillus. at hodie est in obsecris. auctor est Cicero in Epist. ad Petum. Disparcerat. ] dilapsa dauter, disperferat. Disparere enim est dispergere, ut parreat, ut ignominia causa. Cic. de Legibus: C. Marij sita reliquias apud Amiesem disipari iussit Sylla uictor, acriore odio incitatus, quam si iam sapiens iussisset, quem fuit. Vnde disipatus sermo, fama dispersus. Idem eodem in loco: Sermo est tota Asia disipatus. Alienus est granum de conflauerant. ] id est, magnum pecuniam inuadit ac ceperant. Cic. in primam Catil. Primum genus est eorum, qui in magno aere alieno adducti, dissoluti nullo modo possunt. Ibidem: Nemo non modo Romae, sed nec ullo in argulo totius Italiae oppressus aere alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fedus ascuerit. Flagitium. ] Flagitium ueteres uicium, quod uirgini inferunt, dicit uoluerunt, ut auctor est Non. Marce. Facinus. ] Facinus hoc in loco significat scelus. Plau. ] Hoc est seru facinus. Alius facile significat. Parricida. ] Cic. in 2. in Catil. Quintum est genus parricidarum, facinorosum, deniq; omnium facinorosorum. Parricida. ] Parricidam ueteres appellauerunt eum, qui homini aliquem occidisset, quis sejs parem, i. seculo pari iure uicentem caecidisset, quod inter ciues esse debeat aequalitatis, itaq; inter ciues & peregrinos. Inde ab hostitudo, ab aequitudo. peregrinos apud Rom. ueteres appellatos fuisse hostes, Fest. scribit. Inueter autem postea, ut q; filium, uel parentem, uel fratrem, uel forem occidisset, is parricida appellaretur. itaq; cum adueto parricida appellari cepit. Liu. li. 40. In ea causa dicitur uicentem dicit, poculo epato extiplo fessit: & mox coortis doloribus, redi-cto conuio, cum in cubiculo recepisset se, excluditq; parricidam tris coquerens, parricidam fratris ac dicte scelus incusans, torquebatur. Sacriligi. ] Sacriligi dicitur, qui sacra, aut de loco sacro furatur. Conuicti iudicij. ] i. qui eodem modo ti fuerat. Aut iudicij timentes. ] qui scelus aliquod commiserant, propter quod timentes condemnari, hie se ad Catilinam recipiebant. Cic. in 2. in Catilinam: Qui uicentis-



non est in manuscriptis. Perurio aut civili sanguine alebat. ] Legendum, sanguine civili, ut sequatur adiectivum, ex manuscriptis. Sed maxime adolescentium familiaritates appetebat. ] Hec uera lectio, contra quam est in recentioribus libris, ubi superant quedam. Sic autē codices habent in pergamentis descripti, & ex impressis pleriq; . Bona patria dissipauerat ] In manuscriptis est, lacerauerat, sicut & in impressis uelustioribus: pro, patrimonium conseruerat. Quod ad sensum tamen attinet, prior lectio bene habet. Nam & apud Ciceronē est, dissipare fortunas, disperdere & dissipare patrimonium. Nam ut cuiusque studium ex etate flagrabat. ] Est quidem in plerisque, ut cuiusque ingenium: sed perperam, ut opinor. Nam & studium est in manuscriptis, & eodem modo Felicius Durantius legit. Namque hunc sensum

reddens, ut eorum diuersa studia perspexerat (inquit) sic distimili ratione in suam familiaritatem illexerat.

¶ Omnium flagitiosorum atq; facinorosorum. ] Alij flagitiosorum atq; facinorosorum legunt: ad eam formam qua seruitia, imperia, pro seruis ac imperatoribus dicimus: scelus pro scelerato, apud Terentium. Sallustius etiam ipse, fugisse uideri poterat longissimorum uerborum monstrum illam enunciationem, nempe flagitiosorum ac facinorosorum. Exemplar tamen Gotibi ita habebat, longiore illo syllabarū tractu. Sed uidetur lector. Proximē sequitur: Nam quicquid impudicus, adulter, ganeo, olea, manu, uentre, pene bona patria dissipauerat. Quidam omitunt uerbum Alea, ut tria tribus respondeant: quāquā haud scio, obseruari ne perpeuo hac Sallustius. Et antiquum exemplar habebat Alea.

Iam primūm adolescens Catilina multa nefanda stupra fecerat cum uirgine nobili, cum sacerdote Vestae, & alia huiusmodi contra ius fasq;. Postremō captus amore Aureliæ Orestillae, cuius præter formam nihil unquam bonus laudauit: quōd ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adultum ætate: pro certo creditur necato filio uacua domum scelestis nuptijs fecisse. Quæ quidem res mihi in primis uidetur causa fuisse facinoris maturandi. Namque animus impurus, dijs hominibusq; infestus, neq; uigilij, neq; quietibus sedari poterat, ita conscientia mentem exagitata uastabat. Igitur color ei exanguis: facti oculi: citus modō, modō tardus in cellis: prorsus in facie uultuq; uecordia inerat. Sed iuuentutem, quam (ut supra diximus) illexerat, multis modis mala facinora edocebat, ex illis testes signatoresq; falsos cōmodare, fidem, fortunas, pericula uilia habere. Pōit ubi eorum famam atque pudorem attriuerat, maiora alia imperabat. Sic causa peccandi in præsens minus suppetebat, nihilominus insontes sicuti fontes circumuenire, iugulare: scilicet, ne per ocium torpescerent manus aut animus, gratiōd potius malus atque crudelis erat.

Ita ut præferret perturbatē mentis omnia in dicit.

VALL.

¶ Iam primūm. ] Ostendit, cur credabant homines, ex alijs Catilinæ uitij, ipsūm Catilinam impudicos habuisse adolecentes. Fecerat. ] Commiserat. Nobili. ] nobili loco nata, cum qua commiserat stuprum. Sacerdote Vestæ. ] Id est cum uirgine Vestali, uirgine deæ Vestæ, cuius templum Romæ nobilissimum fuit. & uirgines huic deæ consecratæ, æternum ignem in templo conseruabant, & uirginitatem perpetuam. Cum una ex his incestum Catilina commisit. Alia huiusmodi. ] Respexit ad obscenitatem, de qua antè loquebatur. Ius & fas. ] Quod cum mulieribus stuprum aut incestum commiserat, hoc fortasse tolerandum fuit: sed cum adolescentibus delectaretur, hoc deterius est. Ins. ] contra ius humanum. Fas. ] contra ius diuinum, nam ius hominū, ius deorum dicitur. Ius laferat, stuprum cōmittendo cum uirgine nobili, & etiam adolescentibus se delectando: fas autem, deorum ius offenderat, quod cum Vestali uirgine stuprum cōmiserat. Cuius. ] Aureliæ Orestillæ. Præter formam. ] Forma quidem bona erat: sed ipsa Aurelia omnibus uitijs erat reuera. Bonus. ] s. filij cades. Facinoris ma. ] Ipse, antequam tantum facinus indicaretur, aliquod minus scelus aggredereur. Impurus. ] uitiosus. Infestus. ] inuisus. Neque ui. ] s. uigilando. Quietibus. ] quiescendo. Sedari. ] i. quiescere. Ita. ] hoc modo. Conscientia. ] s. patrii sceleris. Excitatio. ] pro

excitatio, cōmotio. Vexabat, perturbabat. Eius. ] Catilinæ. Exanguis. ] pallidus, nam cum è uultu sanguis effugerit, pallor faciem occupat. Fædi. ] cruenti, sanguine pleni. Citus. ] uelox inaccessus Catilinæ. In facie. ] naturalis. In uultu. ] accidentalis, facies est forma naturalis, quæ difficulter mutari potest: uultus, qui pro uoluntate animi mutatur. & dicitur a uolendo, eo qd habitu uultus indicatur animi uoluntas. Nam si mens aut animus aliquid latum conceperit, læticiam uultus ostendit: quod si animus timuerit, uultus quoq; metum significabit. In facie. ] pro conturbatione naturalis formæ. Uultu. ] pro perturbatione uoluntatis animi. uecordia. ] insania. Inerat. ] comprehendere poterat habitudine mentis & uultus. Sed iuuentutem. ] Superius ostendit, quomodo iuuenū maxime familiaritates appetebat Catilina: quōd atq; illa facillimè ad omnia facinorosa impellebatur. nunc dicit, quomodo sceleratiores redderebat Catilina: Nam illexerat. ] i. traxerat in sui beneuolentiam & amicitiam. Multis modis. ] cuiusq; studium fouebat pro ætate meretrices præbendo alijs, alijs equos & canes emendo. Mala fas. ] i. maleficia. Ex illis. ] que maleficia docerent, declarat ipse. Commodo dare. ] pro commodebat ex illis iuuenibus, falsos testes. Falsos signatores. ] falsos sigillatores testamenti. Consuetudo fuit apud maiores, ut testamentorum tabulis signarent signo suo homines ad minus septem: nec approbaretur testamēta, nisi octo dies post mortem testatoris. Habere. ] edocebat eos. Vilia. ] nullius curæ, nullius existimationis, nullius cōsiderationis. Post ubi. ] i. postquā eorum famam atq; c. ] postquam eos infames, atque omnem

GLAR.

OMNI.

BAD.

C

omnem pudorem exere fecerat, ad scelera maiora incitabat. Nam primō homines, qui bonam habent famam, meuiunt ne illam amittant. cum uerō eam amiserint, ad omnia scelera procliuēs sunt atq; promptiores. Ea, atq; pu. atri. ] quæ amiserant bonam existimationem, & omnem uerecundiam. Insontes. ] innocētes, qui nihil offenderant eum. Sicut fontes. ] sicut nocentes, sicut eos qui sibi nocuerant: hoc est, amicos, sicut inimicos. Minus suppetebat. ] i. minus accidebat, offerebatur. Circumuenire. ] pro circumueniebat, i. decipiebat, & offendebat. iugulare. ] pro iugulabat ipse Catilina. Malus animus. ] illorum iuuenum. Torpesceret. ] pigresceret. Gratitudo. ] sine præmio: est aduerbium. Malus. ] prauus & ipse animus iuuenum.

¶ Iam primūm. ] i. iam pridem. Ius. ] quantum ad homines. Fas. ] quantum ad deos. Vacuam domū. ] filio. Scelestis nuptijs. ] ad faciendam nuptijs scelestis. Que quidem res. ] i. que causa nuptiarum in primis uis deus mihi fuisse causa. Facinoris maturandi. ] i. interfectionis filij, uel aliter, quæ quidem res, i. que interfectio filij. Maturandi facinoris. ] i. reip. opprimende. Ex quo enim scelus perpetraretur, nullum dubitabat aggredi. & bene dico, quod interfectio filij fuit causa conturbationis, uel aliter bene dico, quod adeptio nuptiarum fuit causa interfectionis filij: nam praua eum uexabat conscientia. Excitatio. ] i. commotio, & quia nullam habere poterat quietem, igitur color eius erat exanguis. Sed iuuentutem. ] Superius dixerat, quod iuuenes sibi alliciebat, & ad facinora compellebat. Signatoresq; falsos. ] ut falsam facerent sigilla, quod capitale erat. Eisdē commodare. ] i. pro commodo fidem fallere. Fortunas uiles habere. ] id est uilipendere: quia de aduersitate siue de prosperitate non curabant. Si causa peccandi in præsens minus suppetebat. ] i. si non aderat. iugulare. ] id est iugulabat. Torpesceret. ] i. a malo faciendo disfusceret. Gratitudo. ] sine causa uel premio.

¶ Catilina fecerat iam multa stupra nefanda, pridem adolefens, i. ab eo tempore quo fuerat adolefens. Struo iam & pridem diuisim: quis enim sciret, secundum Valerianum, desiderarent uerbum persisterentia, & id ferē in præfati tempore. Cum uirgine, scz quidam nobili, & cū sacerdote Vestæ, i. uirgine Vestali, quam nephas erat attingere, usq; adeo ut uulgo deprehensā, uicā desederetur in terram: quod & illæ Rhece, mari Romuli & Remi, supplicium illatum dicunt. Quia autem præcipua castitas & religio erat in Vestali: ideo multi eas quas ecclesiæ Romanæ appellant, Vestales uocant. Quomodo autem Vestales capiebantur, & quibus parentibus nata, & quam integro corpore, & ut Amata postea dicebantur, & quo tempore exire licebat: apud Gellium late reperies lib. i. cap. 12. Et fecerat alia huiusmodi contra ius, s. humanum: & sus, i. contra ius diuinum, quod fatur in peccatoribus nostris. Postremō, i. demum post multa detestanda facinora & stupra: captus sui amore Aureliæ Orestillæ, illius mulieris infansis cuius, mulieris Orestillæ nomine: nihil, i. nullam partem & nullum scētum: hoc est, nihil penitus quod illius quouis modo diceretur, seu ut pars seu ut opus: bonus, s. uir, id est iustus & probatus, laudauit inquam quia nihil erat in ea laudabile, præter formam, i. speciem & uenustatem corporis (que à foruo, i. calida sanguine conciliatur) quod, i. quia ea, scz Orestilla dicitur, i. formidabat nubere illi, s. Catilinæ, timens pri-

uignum, i. filium Catilinæ, qui priuignus illi erat futurus: adultum, i. prouectum ætate. ipse Catilina creditur pro certo, i. pro re certa & conperta: scisse domum, s. suam, uacua, i. expeditā & nihil impedimenti habentem: nuptijs scelestis, i. ad nuptias scelestas: & hoc filio, s. proprio necato. Alij intelligunt de filio Orestillæ, ut illa filij suum, futurum priuignum Catilinæ necarit: sed minus procedit, quia propter parricidium illud, si à muliere esset commissum, Catilina non ita ageretur, ut sequitur. Que quidem res, s. quod filium necauit: uidetur mihi fuisse causa maturandi, i. accelerandi sceleris, s. conturbationis. Namq; animus, s. Catilinæ impurus, i. multis criminibus obnoxius: & infestus, i. uim inferens, quantum posset, dijs & hominibus, neq; poterat sedari, id est tranquillari uigilij, neq; quietibus: ita, i. in tantum conscientia uexabat, mentem excitat, i. prouocat tam sceleribus. Igitur, i. & ideo: color inerat in illo exanguis, i. subpallidus, ut exanguis est. Oculi inerant facti, turpes, incessus erat modō, i. interdiū eius, i. uelox: & modō, id est interdum tardus & uecordia, i. insania erat prorsus in facie & uultu eius. Sed iuuentutem. ] Redit ad corruptos à Catilina dicens: Sed Catilina præter turpitudinē proprie uitæ, edocebat, i. aperte docebat, ita ut memoria tenerent: iuuentutem, i. iuuenes ipsos quam, id est quos illexerat, i. illecebris ad se attraxerat, ut supra diximus. Edocebat, inquit, mala facinora, i. maleficia, multis modis. Et commodare, i. cōmodabat, hoc est aptabat ex illis, scz iuuenibus: aut potius edocebat ex illis, s. quosdam: commodare, id est exhibere, sup. se testes falsos: & signatores, i. ut dicunt, notarios falsos, id est falsarios, qui de testamentis aut contra factibus falsis testimonium exhibebant, & instrumenta (ui dicunt) testificabant. Et edocebat ex illis, id est quosdam illorum: habere fidē, fortunas, & pericula, i. que eunt euenire possent: uilia, i. nihil pendenda & contemnenda. Post, i. postmodum ubi, id est quando: uel postubi, id est postquam attriuerat, id est paulatim absumperat & perdiderat, famam atque pudorem eorum: ipse imperabat alia facinora maiora, uidelicet more prædonum noctū grassari. Si causa peccandi, id est occasio aliquem offendendi: non suppetebat, id est non se exhibebat, s. sufficientem in præsens, i. si à nullo ledebat, etiam in minimo: nihil minus ipse edocebat eos circumuenire, i. opprimere dolis: & adoriri atque iugulare, i. trucidare incito iugulo: insontes, i. innocentes & inculpabiles sicut fontes, i. nocentes aut prouocantes. Scilicet, id est siue licet, cur id fecerit: uidelicet ne manus torpescerent, i. fierent ignaue & pigre per ocium, i. uacationem ab opere, aut potius ideo faciebat hoc, quod animus eius erat malus atque crudelis: gratitudo, id est siuapte natura, sine premio aut mercede.

¶ Iam primūm adolefens. ] Amplificat rem ab ætate, recensens etiam superioris ætatis Catilinæ uitia. Multa nefanda stupra. ] Cicerō in Catilinam: Quod nefarissimum non per illum. Idem patibō pōit: Atq; idem stuprorum & scelerū exercitatione assuescēt, & infra. Idē in Toga candida. Cum deprehendebare in adulterij, cum deprehendebas adulteros ipse, cum ex eodem stupro tibi & uxorem & filiam inuenisti. Padianus exponens illum locum: Dicitur, inquit, Catilinam adulterium commisisse cum ea que ei postea socra fuit, & ex eo stupro duxisse uxorem, cum filia eius esset, hac Lucius quoc; Catilina obicit in orationibus quas in eum scripsit. nomina harum





Dei gentium, Syntagma. 4. Albricum de deorum imaginibus, & eos præterea quos supra citauimus. Contra ius fisis. ] contra ius humanum & diuinum. ius enim ad homines, fas ad deos refertur. *Terop usq; dicitur Græci dicunt, quod nos ius fisis, uocamus. Budæus in Comment. Postremo capiti amore Aureliæ Orestilla, &c. ] Cicero oratione prima in L. Catilinam, uidetur significare, non solum filium, sed etiam superiorem uxorem Catilinam sustulisse. Eius uerba hæc sunt: Quid uero nuper cum morte superioris uxoris nouis nuptijs domum uaciam fecisset, nonne etiam alio incredibili scelere cumulasti? quod ego prætermitto, & facile patior sleri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut stetit, aut non uindicta esse uideatur. Vide Appianum Bellorū ciuiliū lib. 3. & Valer. Max. lib. 9. cap. 1. Priuignum. ] futurum. Neclato filio. ] ueneno. Val. Maximus. Exagitatum. ] Alier. Excitatum. Et hoc modo non solum legitur in excusis aliquot libris, sed etiam in manuscriptis. Vastabat. ] Quidam excusū habet, Vexabat. Igitur color eius exanguis. ] Probis Grammaticis in Cathol. semel atque iterum citans hunc locum, ita legit: Igitur colos exanguis. Et ita legendum existimo, nam ut labos & labor, umos & timor, uapores & uapor, sic etiam colos & color dicitur: quemadmodum Probis & Nonius docent. Seruius quoq; in primum Aeneid. scribit, Sallustium penè ubique labos posuisse. quare non est mirum, si hic colos posuit. Legendum est igitur, ut Probis citat. Nam etsi quidam legant, Colos ei exanguis: magis olet elegantiam & breuitatem Sallustianam, Colos exanguis. Fædi oculi. ] crudeliter, ut uult Donatus. Seruius etiam exponens illud Virgilij lib. 4. Aeneid. Hæc passim dea fæda uirum diffundit in ora: inquit, Fæda, crudelis. Fædi oculi igitur, id est truces, & crudelitatem præ se ferentes. Et hæc expositio Donati optima uidetur. namq; (ut inquit Cicero de Oratore libro 3.) oculi sunt indices animi. Animus autem Catilinæ erat immanis atque crudelis. In facie uultusq;. ) Vultus est uoluntas, quæ pro motu animi in facie ostenditur: Facies, ipsa oris species. Et ut à fingendo figura, sic à factura corporis facies dicitur. Hæc ex Nonio. Facies igitur, ad corpus refertur: uultus uero, ad animum & uoluntatem, unde descendit. nam uolo (ut ait Valla) supinum habebat uultum. Quam rem significauit Cicero Tusculana. quæst. lib. 3. ubi dicit, Vultum à mente fingi. Vecordia. ] amentia, furor. Nam, ut aiunt Gellius & Macrobius, à uerbo corde dicitur. Væ autem particula tum intentionem,*

Occasio, et tempore opportunitas.

His amicis sociisque confusus Catilina, simul quod æs alienum per omnes terras ingens erat, & quod plerique Syllani milites largius suo usq; ripinarum & uictoris ueteris memoris, ciuile bellum exoptabant: opprimendæ Reipub. consilium cepit. In Italia nullus exercitus erat: Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat: ipsi consularum petendi magna spes. Senatus nihil sanè intentus: turæ, tranquillæq; res omnes. Sed ea profusus opportuna Catilinæ uidebantur. Igitur circiter Calendas Iunias, L. Cæsare, & C. Figulo cons. primò singulos appellare, hortari atq; alios tentare: opes suas, imparatam Remp. magna præmia coniurationis docere. Vbi satis explorata sunt quæ uoluit, in unum omnes conuocat, quibus maxima necessitudo, & plurimum audaciæ inerat. Eò conuenere senatorij ordinis P. Lentulus Sura, P. Antonius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. & Seruius Syllæ Seruij filij, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Lecca, L. Bestia, Q. Curius. præterea ex equestri ordine M. Fuluius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinus Capito, C. Cornelius. ad hoc, multi ex colonijs & municipijs domi nobiles. Erant præterea complures paulo occultius consilij huiusce participes nobiles,

les, quos magis dominationis spes hortabatur, quam inopia, aut alia necessitudo. Ceterum iuuentum pleraque, sed maxime nobilium, Catilinæ inceptis fauebat: quibus in ocio uel magnificè uel molliter uiuere copia erat. Incerta pro certis, bellū quam pacem malebant. Fuere item ea tempestate qui crederent, M. Licinium Crassum non ignarum eius consilij fuisse: quia Cn. Pompeius inuisus ipsi, magnum exercitū ducabat: cuius uis opes uoluisse contra illius potentiam crescere. simul confisum, si coniuratio ualuisset, facile apud eos se principem fore. Sed ante item coniuuaueri pauci contra Rempub. in quibus Catilina fuit: de qua, quam uerissimè potero, dicam.

VAL. L.

His talibus amicis sociisque. ] quos supra memorauimus. Simul confusus, ingens æs alienum. ] id est omnes ciuitates erant obnoxie alieno ære, id est omnes finitimæ ciuitates creatoribus alieno pecuniam debebant, propter assidua bella, quibus oppressæ fuerant. nam tempore belli non solum homines, sed etiam ciuitates aliæ, ingenti ære solent esse obligatæ. Et confusus quod largius suo usq;. ] qui profusus suis rebus usq; fuerant. Ripinarum. ] qui uis fecerant cum Sylla militantes. In Italia nullus. ] Alia quoq; accedebat commoditas ad eam rem. In extreme terris. ] i. in India contra Tigranem & Mitridatem. Ipsi. ] scilicet Catilina. Nihil sanè intentus. ] supererat: quia nihil tale mentebat Senatus. & tunc periculum imminet. nam cum hostes uel inimicos nostros non metuimus, tunc uero periculum maximum nobis inflat. Tante erant. ] id est omnes res ita ociose Romæ erant, & quiescebant, tanquam si tunc & tranquille fuissent. Opportuna. ] ualde accommodata ad id quod Catilina exoptabat. Calend. Ianuar. ] id est, circa principium mensis Februarii. nam calendæ uniuersiuq; mensis intelliguntur in mense præcedenti, & sunt accipiendæ semper pro mense sequenti. Consulibus. ] scilicet existentibus, his consulum gerentibus. Appellare. ] pro appellabat. incepta alioqui alios eorum, si non respondisset callidè, & dubitassent utrum tantam rem aggredi deberent. Suis opes. ] Videte quid facere possim: multos habeo uiros mihi obnoxios. præterea multi ex ciuitatibus finitimis alieno ære obligati sunt, qui partes nostras sequuntur. postremo, omnes Syllani milites, qui ad paupertatem redacti sunt, erunt nobis auxilio: & alia huiusmodi dicebat, quibus eos ad hanc rem adhortaretur. Imparatam rempub. ] quia nullus exercitus sit in ea, Italia: & Senatus ne gligens sit, eo quod omnes res ociose sint in urbe. Magna. ] Quia urbem Romanam cum omnibus rebus, & imperio orbis terrarum consequemini, si unà mecum arma contra rempub. sumere non dubitauerint. Maxima necessitudo. ] maxima necessitas. Rerum suarum. ] id est qui extrema erant paupertate. Et plurimum audaciæ inerat. ] Duo solent homines ad unam rem committendam adhortari, & omne scelus minimum faciunt ut uideatur. Eò. ] ad eum locum, ubi consilium habuit Catilina de repub. occupanda. Propterea conuenere ad hoc, id est conuenere è colonijs & municipijs. Inter coloniam & municipium hoc inter est, quia colonia dicitur, cum de nobili ciuitate ad ignobilem mittuntur ciues: ut si de Venetijs mitterentur ciues ad habitandam Vincentiam, uocarentur ciues Venetiarum, & uocarentur ciues Venetiæ, & uocarentur ea dignitate qua uentur nobiles & patricij principes Veneti, hæc ciuiles appellaretur municipium Venetorum. Paulo occultius. ] paulo se-

RIV.

B

GLAN.

C

um diminutionem, siue priuationem significat. nam uentem, mentis intentionem & impetum: Vecors autem, priuationem cordis, hoc est animi significat. Cor enim nonnulli animum esse putabant: testis est Cicero Tusculana prima. Aljs, inquit, cor ipsum animum uidetur: ex quo excorderet, uecordes, concordesq; dicuntur. Festus ita scribit: Vecors est, mali turbatisq; cordis. Et sanè Catilinæ uultus plenus erat furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiae: ut inquit Cicero in oratione pro Mærena. Signatores. ] testamentorum. Olim enim testes, qui consicere diu testamentis adhibebantur, non solum nomen suum adscribebant, sed etiam signabant: quod ex 28. Dig. libro aperte cognoscimus. Si causa peccandi in præsens minus suppetebat, nihilominus infantes, sicuti fontes, circumuenire, iugulare: scilicet, &c. ] Alj aliter distinguunt. Ego autem post uerba iugulare, distinguendum puto: ut quod sequitur, usq; ad illa uerba, Eius igitur, si ratio ditorum. Sensus est igitur: Catilina, si quando peccandi causam non habebat, nihilominus innocentes, sicuti nocentes, iugulabat: idq; scilicet potius sine causa & emolimento faciebat, quam sineret manus aut animum torpescere. Ita conscientia mentem exagitatum uastabat. ] In manuscriptis duobus reperi Excitatum. & sic (in salfro) exemplar Aldinum habet. Sed & Vexabat in quibusdam est, pro uastabat. uelut in duobus calamo descriptis, et Eloquentino. quomodo & Riccius Lugiensis alibi se legisse testatur: estq; utraq; hæc uulgata seruerior. Igitur color eius exanguis, fædi oculi. ] Probis Grammaticis legit, colos exanguis. Eius uerba subiijciam, Ler (inquit) tertia sunt de limitationis, o in nominatiuo correpte, in genitiuo producta, his scilicet terminato. hic calor pallor, caloris palloris, color coloris. quamuis Sallustius, Igitur colos exanguis, sicut labos & labor. Neminis huius & aliis idem. Ex manuscripto legendum suspicor, Colos ei exanguis, quomodo & Parisiense. non, eius. Porro fædos oculos dixit, pro eo quod est, scititium & immanitatem præ se ferentes. quomodo hic accipij fecimus, cum in Eunuchum Donatus, tum Seruius in 2. Aeneid. adnotauerunt. Nam aliis ferè turpe significat, & flagitiosum. Post Animum distinguendum, ac deinde inferendum, gratitudo potius malus atque crudelis erat. Quasi diceret: Scire licet, cur infantes sicut fontes iugularet: ne per ocium aut manus, aut animum torpesceret. Tum causa malitiæ subnectitur: Erat enim, inquit, gratitudo potius malus, atq; crudelis. Mirū q; hic quidam iudicant, nec tam se se explicat.

cretius, quam supra memorauimus. Magis spes dominationis. ] inter quos creditum est fuisse Publium Crassum diuitem, quia dominatio eum ad hanc rem hortabatur, non autè inopia rei familiaris, cum diues esset. Aliqua necessitudo. ] id est, aliqua necessitas: sicut necessitas rerum suarum cogebat illos quos supra memorauimus. Ceterum. ] Superius ostendit, quomodo eor omnes allocutus est Catilina: præcipue uero quorum maior erat audaciæ, non minor erat inopia. dixit etiam fuisse nonnullos qui potius dominationis spe quam ulla necessitate coacti, ad hanc coniurationem se contulerunt. Nunc autem dicit, eos maxime Catilinæ fuisse inuitos qui nobilissimi erant, & molester atque magnificè uiuerant, qui quærebant alienis opes, cum sue non sibi suppetere. Pleraque iuuentus. ] pars maior iuuentum. Sed maxime nobilium. ] Omnes, inquit, iuuenes fauebant Catilina, & præcipue nobiles, quibus, &c. reddidit causam. In ocio uel mol. ] & ideo cupiebant aliquem regem, qui suis cupiditatibus concederet. Incerta pro certis. ] quia non licebat sibi pro sua libidine uiuere, cupiebant nouitatem fieri, ut ipsi compotes rerum cum Catilina efficerentur. Bellum quam pac. ] discordiam malebant quam concordiam. Non igna-rum. ] consensum consilij, consensum quidem erat, sed occultè, non aliqua necessitate coactis, sed dominationem desiderans. Inuisus ipsi. ] Crasso. Ducebat. ] in India, uel in Ponto aduersus Mitridatem. Voluisse. ] Fuere q; crederent, ipsum Crassum. Illius. ] Pompeij inuidia ducis, cupiebat potentiam Catilinæ effici magnam, ut superior aliquis esset in ciuitate Pompeio. Opes. ] cuiuscunq; potentiam, simul credebant illum confisum, &c. Principem fore, quia credebant suis diuitijs inter cõiuratores principatū obtinere, si modo cõiuratio cõsecuta fuisset effectū. Valuisse. ] si coniuratio processisset. Antea. ] ante hæc coniurationem. In quib. Catilina fuit. ] nondū fuit rat cõiuratus princeps, sed socius. De qua. ] cõiuratione. His amicis. ] Hæc cõiurationis causa, & simul alia causa. Quod ingens alieni æs. ] uel debiti, uel à debitoribus soluendū. Et q. pleriq;. ] Hæc alia causa. Largius suo usq;. ] quia prodigè sua expendebant. Memores rapinarū ueteris uictoria. ] quæ fecit Sylla. his inquit confusus Catilina, cepit consilij, &c. Ostensis quibusdā causis, incipit ostendere quasdā importunitates, siue opportunitates, ad cepta Catilinae perpetranda, dicens: In Italia nullus exercitus erat. Hæc opportunitas, nata per Senatus negligentiam. In extremis terris. ] Hispaniam uocat extremam terrā, quia situs erat Italia. Ipsi. ] Pompeio. Alia opportunitas petendi, i. imperandi. Senatus. ] Alia opportunitas. Tutæ. ] interius. Tranquillæ. ] exterius. omnia quæ superius dixit, opportuna erant Catilinæ: sed ea, scilicet, q. Senatus erat intentus nihil, et q. res uidebatur uitæ, proorsus opportuna, i. opportuniore uidebatur ei. Et quadoquidem tot opportunitates habuit, igitur diè statim incipiendū. hoc

OMNIB.





luisse, & cepisse: tum deinde mutato consilio, in urbem rediisse. M. Liciniū Crassum. ] Hic est Crassus ille dices, qui postea filio à Surenā, Orodiū Parthorum regis dūce, est interfectus. quo de, cum omnium ferē scriptorū monumentis notus sit, nihil amplius dicam, quam quod ad interpretationem pertinebit. Cn. Pompeius inuisus ipsi. ] Dion lib. 17. & Plutarch. in Crasso. Apud eos. ] Aliter, Apud illos.

R. IV.

In Italia nullus exercitus erat. ] In manuscriptis atque alijs uetustioribus nō reperitur. Erat. & maiore cum gratia abesse poterit, nullo sensus detrimento. Ac, ni fallor, ex addita glossa in contextum irrepfit, ut alia multa. Quomodo paulo post, ubi hodie ferē, Sed ea prorsus oportuna Catilinæ uidebantur: uerbū uidebantur ex glossa irrepfit, nam in antiquioribus non est. intelligitur enim Erant, ut sepe alia. Eō omnes conuenere Senatorij ordinis. ] Omnes, omittendi esse dico, neq; enim in manuscriptis alijs, uetustioribus reperitur, neq; sententia postulat. Ad hoc multi ex colonijs & municipijs qui domi nobiles erant. Præterea complures, &c. ] Qui, non est in manuscriptis, nec in impressis quibusdam. Itaq; mihi sic legendū uideatur. Ad hoc multi ex colonijs et municipijs domi nobiles. Erant præterea complures paulo occultius cōsilijs huius

iusce participes nobiles. Erant, ad sequētia pertinet, & sic est in manuscriptis hic distinctus locus. contra quæ in recētiore. Sed & Huiusce, nō huiusmodi, codices habēt antiqui. Sed antea iū cōiuratore pauci cōtra remp. in quibus Catilina fuit, de qua q̄ uerissimē potero dicā. ] Hæc uera l. Elio. Ceterū in Argenteratensi, quod est à Schurrerio excusum, reperi, De quo sperperam uidelicet. Nam præter exemplariū, & in his manuscriptis fidem atq; cōsensum, legi eodē modo libro 2. Diomedes, ac subaudiendū monet Coniuratione, quomodo item interpret.

L. Casare, C. Figulo COSS. ] Cicero prima ad Atticum epistola, C. Martium Figulum sequentem uocat COS. Quidam etiam Q. Martium. Hi COSS. fuerē ab Urb. Cond. anno 690. proximo ante Ciceronem anno. Ad hoc multi ex colonijs & municipijs. ] Ad hoc, particula est continuationis, quæ etiam Ad hæc dicitur. Nec debet mutari in Ad hoc. Ceterū illud mirum uideri potest, hoc in auctore, ut in nullo alio, tot ac tantis subinde esse contextus uariationes in omnibus ferē exemplaribus. Hic quidam ita legunt: Ad hoc multi ex colonijs & municipijs, qui domi & militie nobiles erant. Quidam hoc modo: Ad hæc multi ex colonijs & municipijs domi nobiles, & uerbū Erant ad sequētia referunt, ut Gohi exēplar.

GLA.

Duplex Catilinæ coniuratio.

L. Tullio & M. Lepido consulibus, P. Antronius & P. Sylla designati consules, legibus ambitus interrogati, pœnas dederant. Post paulū Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum, quod intra legitimos dies profiteri nequiuert. Erat eodem tempore Cn. Piso adolefcens nobilis, summae audaciæ, egens, factiosus, quem ad perturbandam Remp. inopia atque mali morum stimulabant. Cūm hoc Catilina & Antronius circiter Nonas Decembris communicato consilio, parabant in Capitolio Calendis Ianuar. L. Torquatū & L. Cottam consules interficere: ipsi facibus correptis Pisonem cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita, rusus in Nonas Februarias consilium cædis transtulerunt. Iam tum non consulibus modō, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturasset pro Curia signum socijs dare, eo die post conditam urbem Romam pessimum facinus paratum foret. Quia nondum frequentes armati conueniant, eas consiliū diremit. Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est, adnidente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognouerat. Neq; tamen Senaturs provinciam inuitus dederat, quippe scdm hominē à Rep. procul esse uolentem: simul quia boni complures præsidium in eo putabant, & iam tum potentia Cn. Pompeij formidolosa erat. Sed is Piso in prouincia ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Sunt qui ita dicūt, imperia eius iniusta, superba, crudelia, Barbaros nequiuille pati: alij autem, equites illos Cn. Pompeij ueteres fidos quæ clientes, uoluntate eius Pisonem aggressos: nunquam Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sua multa antea perpeffos. Nos eam rem in medio relinquemus. De superiori coniuuratione satis est dictum.

VAL.

Designati, i. creati consules, illi quidem consules erant, L. Tul. & M. Lepi. sed hi, P. An. & P. Sylla, creati erant, ut succederent illis, cum se magistratu abdicassent. Ambitus. ] Lex ambitus erat, ut qui consulatum uel magistratum quempiam largitionibus corrupto populo consecuti essent, ipsi punirentur. Legibus. ] eius ambitus. Pecuniarum. ] quia prouinciam pecunia expoliasset, ille dicebatur reus pecuniarum, qui prouinciam, cum magistratum gereret, pecunia spoliasset diceretur. Prohibitus erat pet. con. ] nam nemo reus, magistratus candidatus petere poterat, dum lis & iudicium penderet. Legitimos di. ] i. comitiarum, i. inter legitimos dies qui ex lege habentur. Proferri. ] i. dare suum nomen, eō quod

reus erat: & reus, quicunq; petere magistratu nequibat. Eodem tempore. ] quo P. An. & P. Sylla damnati sunt ambitus, & Catilina pecuniarum repetundarum accusatus est. Nobilis patriciae gentis, intellige factiosus, uul. gus el perisiano dicitur, quem ad remp. P. Pisonem. Inopiam, &c. quia sibi sua dissihebant, ideo aliena appetebat. Malimores. ] quia semper cōsueuerat flagitijs & facinoribus se dedere, & ideo cōsuetudine mala ad temp. occupatam incitabatur. Hoc. ] Pisonem. Catilina. ] qui repetundarum rerum fuerat accusatus. Antronius. ] qui damnatus fuerat ambitus; hoc faciebāt, ut inuisus sua uindicarent. Circiter. ] i. circa. In Capitolio. ] cum Senaturs eos conuocasset consules. Corruptis. ] raptime captis.

capit. Eschibus. ] in quibus consilium. Pisonem. ] cum egestate & audacia paratum esse ad facinora. Ea re cognita. ] explorata, quod struxissent cōsulum cadem. Consilium cædis. ] de cadē consulum, eō quod in Capitolio non uenissent re cognita. Pessimū facinus. ] quod interfecit iussent consules, & pars magna senatus. Pro curia. ] ante curiam. Signo dato. ] quō omnes concurrerent ad cadem. Patrum. ] commissum. Socijs. ] coniuuratoribus. Post cond. Rom. ] ex quo urbs condita fuerat. Diremit. ] dissoluit consilium. Ea res. ] scilicet quod non cōueniant. Postea Piso. ] Vidimus superius, quomodo res fieri nō potuit: eō quod Catilina properasset signum ante curiam dare coniuuratoribus, cum armati homines nondum cōuenissent: itaq; ut consilium illud dissolutum fuisset, Piso, qui eius coniuurationis princeps erat, quæstor missus est in Hispaniam pro prætore. Postea. ] postquam dissolutum est consilium cōiurationis: quia in tempore non conueniant armati cum Catilina, signum dedit Piso, eius coniuurationis princeps. Citeriorē Hisp. ] Duplex est Hispania, scz Hispania citra Hiberum flumiū, quæ citerior appellatur: & Hispania ultra Hiberum, quæ ulterior appellatur. hic autem Piso in citeriorem Hispaniam missus est pro prætore: cumq; quæstor esset in urbe, pro prætore, loco prætoris. Adnidente. ] ut hæc sibi prouincia daretur. Quod. ] pro quia. Infestum. ] cōtrarium & aduersum. Cn. Pompeio. ] cuius opes nimis, plijquam uellet, crescebat. Neq; tamen. ] pro quamuis Crassus amicus fuisset, ut in prouinciam mitteretur Piso, tamen senatus non contra uoluntatem suam concesserat. Inuitus. ] contra uoluntatem suam. Fædum. ] perniciosum & crudelem. Procul à repu. ] remotum à repub. Pompeij, à quo aliqui perniciosum metuebat reip. Puenia. ] namq; Pompeius ultra opes ciuicas ex creuisse uidebatur: itaq; timebatur, nec periculum aliquod reipub. inferret. In eo. ] Pisonem. Etia tum. ] iam tum, usque eo tempore. Erat formidolosa. ] timebatur, & ideo sibi aduersarium parari uolebant. Quos ductabat. ] quos ipse duxit in exercitū suo. Iter faciens. ] agmen exercitus ducens in Hispaniam, occisus est. Sunt. ] scilicet aliqui, qui dicunt causam cædis fuisse, quod nimis crudeliter Piso imperabat Hispanias: & propter eam crudelitatem eum interfecisse. Eius. ] Pisonis. Iniusta. ] ultra iusticiam. Superbia. ] id est arrogancia. Crudelia. ] plena crudelitatis. Barbaros. ] Hispanos. alij dicunt, non tam fuisse crudele imperium Pisonis causam, q̄ ebaritatem Pompeij: qua milites illi commoti, qui quondam sub Pompeio militauerant, uoluntate ipsius Pompeij Pisonem interfecerunt. Veteres. ] antiquos. Fidos. ] fideles. Clientes. ] qui sub clientela Pompeij antea fuerant. & hæc causa est, cur dicit hoc facinus causa Pompeij factum fuisse. Nunquam Hispanos. ] Hispani aut nunquam hoc facinus commiserunt, ut imperatores suos interfecerant, ergo credendum est, nec nunc ausos fuisse, nisi iū Pompeio obsequerentur. Præterea. ] præterquā quod Pisonem interfecerent. Sæua imperia antea perpeffo. ] Ergo arguit auctoritate Pompeij factum fuisse, ut Piso interficeretur. Eam rem in m. re. ] Hoc aliorum uoluntus esse iudicium. Superiori coniuuratione. ] cuius princeps erat Piso.

OMNIB.

Designati consules. ] Duo comitia erant in anno, æstiualia & hyemalia. æstiualia erant Calendis Iulij, in quibus designabantur & elgebantur consules: hyema-

lia erant Calend. Ianuarij, quando in sedē maiestatis uel dignitatis eleuabantur. Isti autem duo antequam admitterentur, damnati fuerant. Interrogati legibus ambitus. ] Vna est dicitio. Lex ambitus erat, quæ eos qui per pecuniam ad honorem uenerant, damnabat. Vel sint due dictiones, Interrogati legibus, id est secundum leges. Dederant, id est sustulerunt pœnas, repulsam: quæ nihil grauius. Ambitus, id est ambitiois fuit: isti qui pecuniam dederant, repudiati. Sed Catilina qui reddere non poterat quæ debuit, prohibitus est petere. Paulo post causam subdit, quare prohibitus: quia reus repetundarū, eō quod intra legitimos dies proficere nequiuert, mox erat Romæ. Quod si quis deposuisset pecuniam alicui, nec posset habere: uenebat ad prætorem. prætor uero mandabat debitori, & constituit terminum quandam, præcipiebat ei, ut infra terminum illum pecuniam profiteretur. Et tunc (ut ita dicam) dicebantur petende. si iurō debitori terminum non proficeretur, item depositor ueniens ad prætorem pecuniam repetebat: unde dicebantur repetundæ. Tunc uero debitor, damnante prætore, reus erat repetundarum. Fælijus. ] Concordia est inter bonos: factio uero inter malos, à fauendo. Cum hoc. ] scilicet Pisonem. Ipsi. ] scz Cotta, Torquatius: uel Catilina & sui. Corruptis socijs. ] id est arreptis honorum insignibus. Ea re cognita. ] Sic occulte cōsiliū communicauerat, quod necio quo modo prolatus est, ea re cognita. Non modō. ] id est tantummodō, ita machinabantur: sed & perpeffissent, nisi maturasset. & hoc est, Quod, id est sed. Pro curia. ] id est ante curiam. Pessimū post urbem Romanā conditam. ] quia ex quo Roma fuit condita, non fuit adeo pessimum facinus. Ea res. ] quod tam citō incepit Catilina, antequam conuenirent socij. Quæstor pro prætore. ] q. d. quæstor erat, sed pro prætore missus, id est ad hoc ut esset prætor: quæ dignitas, scz prætura, maior est quæstura. Quæstor dicitur, qui quærit tributa. Annidente Crasso. ] id est fauente. Quod eum infestum. ] Causa est, quare adniteretur Crasso. Tamen nec inuitus senatus. ] Liptote, bene uolens. Quid pe. ] Causa est, quia senatus uolebat. Fædum. ] in moribus. Simul. ] Alia causa: quia boni complures putabant præsidium in eo, id est Pisonem, cōtra Pompeium, quæ timebant. Nam etiam tum &c. ] ita missus est Piso à senatu: sed ibi interfecit. Sunt qui ita dicunt. ] Diuersus mortis eius ponit opiniones. Barbaros. ] Hispanos. In medio. ] indiscussum.

BAD.

Lucio Tullo, &c. ] Docet quomodo Catilina ad cōiurationem procliuor fuerit, cum etiam antea coniuurasset, dicens: Lucio Tullo & Marco Lepido consulibus, id est, quo anno illi erant consules. Publius Antronius & Publius Sylla designati, id est declarati consules: interrogati, id est inquisiti & examinati legibus ambitus, id est latis in ambitū & ambitiosos: dederant pœnas, scz ambitus, hoc est puniti fuerant & repulsi. nam qui per ambitum, id est largitionibus capiosus, aut alia uia sinistra ad magistratus peruenisse conuincuntur, & pœnas dederant, & à magistratu abire cogebantur. Et Catilina reus, id est accusatus: repetundarum, sup. pecuniarum, id est de pecunijs quas à prouincia furio aut inuisitulerat, repetundis, & ob id restitendis: erat prohibitus petere cōsulatum, quod, id est quia: ipse nequiuert profiteri, id est dare suum nomen, eō quod reus erat: intra dies legitimos, id est constitutos ex lege, ut quicunq; magistratum petere-

rei, nomen suum imminere daret. Eodem tempore erat Caius, aut Cneus Piso, adolescens nobilis, quia patris avaricia generis. Scio regulis Grammaticis exigere ut ordo sit, Caius Piso erat eodem tempore adolescens nobilis: sed utriusque sententiarum sic dissoluantur. Existens adolescens summa audacia, i. habens summam audaciam. egens, scilicet rerum: factiosus, i. seditiosus, discordiarum factor: quem inopia atque mali mores (quia paupertas sine malis moribus non obisset) stimulant, i. urgebant (sicut boues & asini stimulo urgentur) scilicet ad propeperanter exequendum facinus. Catilina & Antonium, scilicet Publium: parabant cum hoc, scilicet Pisonem, circiter nonas Decembris: consilio communicato, scilicet inter ipsos: interficere in Capitolio, id est in arce Tarpeia: calendis Ianuariis, scilicet anni futuri. Cottam & Lucium Torquatum consules, scilicet anni futuri. repulsi superioribus, ambitus damnatis. Ipsi, scilicet consules ad caedem destinati: scilicet in insigne consulari: correpti, i. celeriter rapti, quasi ante tempus: mitere, i. mittebant, Pisonem, scilicet factiosum, ut seditiosum federeur: cum exercitu, scilicet electo: ad obtinendam duas Hispanias, scilicet superiorem & inferiorem. Ea re cognita. id est postquam ea res esse cognita: ipsi coniurati transulerunt rursus consilium caedis, scilicet faciendam: in, i. usque ad: nonas Februarias, quae sunt quinto die eius mensis: & machinabantur iam tum, id est ad nonas Februarias: perzoniam, i. peremptionem & interitum: non modo, id est non solum consulibus: sed, scilicet etiam: plerisque senatoribus. quod nisi Catilina maturasset, i. accelerasset, dare sociis signum, scilicet patrandae caedis: pro curia, i. ante curiam, id est nisi nimis cito signum dedisset: pessimum facinus, i. pessimum factum post urbem conditam, id est quod unquam fuit post Romam conditam, Romae factum foret, i. esset patris, id est effectum & consummatum: eo die, scilicet nonis aut nonarum Febru. Sed quia coniurati, cum ille signum daret, nondum conuenerant satis frequentes, i. satis multi: ea res, id est ea praecipitatio Catilinae, & tarditas aliorum: diremit, i. dissoluit & dissipauit consilium, scilicet eorum de caede faciendam. Piso missus, supple est postea in Hispaniam citeriorem, i. uiciniorem Italiae: pro praetore, id est loco praetoris, aut ut ibi sit praetor: & hoc Marco Crasso adnitente, id est uehementem operam ut id fieret adhibente. quod, i. quia ipse cognouerat: eum, scilicet Pisonem, inimicum infestum, id est uim impatienter inferre uolentem. Cneo Pompeio, scilicet Magno: qui Crasso iniustus erat, ut alibi dicitur. Neque tamen senatus dederat Pisoni prouinciam, id est officium praetoris in Hispania: inuitus, i. nolens, aut non libenter: quippe, i. utpote qui uel quippe, id est quod ipse senatus uolebat hominem foedum, i. impurum, scilicet Lentulum, esse procul republica: & simul quia complures boni, i. strenui uiri, putabant praesidium, id est defensionem & custodiam rerum Romanarum: in eo, scilicet Pisonem. Et quia potentia Pompeij erat etiam tum, i. tunc, nedum postea: formidolosa, i. cum formidine de occupando imperio perpetuo suspecta. Sed si Piso faciens inter, id est pergens in prouinciam, uidelicet in Hispaniam citeriorem, occisus est ab equitibus Hispanis, quos ducebat in exercitu. Sunt qui dicunt, i. interpretantur, causam necis eius, ita: utpote barbaros, id est externos illos & feroces populos: nequiuisse pati imperia eius, scilicet Pisonis: iniustus, scilicet superba & crudelia. In quibus uerbis auefusus est. Nam minus est iniustus esse, quam superba: quando cumque enim imperator aliquid ultra iustum exigit, tunc imperia

eius iniusta sunt, sed non continuo superba: nisi per fastidium & contemptum id faciat. minus item superba, quam crudelia: quia licet omnis superbus fastidiosus est, non tamen continuo crudelis atque immanis. Alij autem, sup. dicunt, illos equites a quibus interfectus erat Pisonem existentes ueteres & fidos clientes, i. cultores, qui se fidei & praesidio commiserant. Cneo Pompeio, scilicet Magno: aggressos, sup. esse, i. inuasisse per uim: Pisonem ex uoluntate eius, scilicet Cnei Pompeij: & praeterea dicunt Hispanos nunquam fecisse tale facinus, ut imperatorem suum occiderent, sed, i. & tamen perpeffos, id est ad finem usque passos, & tolerasse: antea, id est ante illud tempus, multa imperia. Nos autem, inquit auctor, ueliquimus eam rem, scilicet de nece Pisonis, a quibus facta est in medio, id est in potestate cuiuslibet arbitrandi ut uult. Satis autem dictum est de superioribus, id est priore coniuratione. Vnde pergit ad secundam. Nunquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse. Notanda hic uox ista Praeterea, quae hoc in loco tempus praeteritum significat: quod annotauit Aegretius. id quod rarissime inuenies.

L. Iulio, & M. Lepido Coss. De horum consulum nomine inter scriptores non conuenit. Cicero pro P. Sylla, legit, Lepidum & Tullum. sic enim inquit: Duae coniurationes abs te Torquate constituntur, una, quae Lepido & Tullo coss. patre tuo consule designata, facta esse dicitur: altera, quae me Consule. harum in utraque Syllam fuisse dicit. P. Aedianum uero legit, M. Lepidum, L. Volcatium Coss. quo anno praetor Cicero fuit. P. Antonium & P. Sylla designati coss. Cicero pro Cornelio de Maiestate. Vt, inquit, spectaculum illud duorum designatorum consulum calamitate, re & tempore salubre ac necessarium, genere & exemplo miserum ac funestum uideremus. P. Aedianum illum locum exponens dicit: P. Syllam & Antonium significat, quorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatum, qui, cum haec Cic. dicebat, Coss. erant, ambitus damnauerant, id est in eorum locum creati erant. Idem in Toga candida, de horum damnatione tradit. Tranquillus in Dictatore scribit, Caesarem cum his duobus, & M. Crasso, noua quadam coniuratione conspirasse. Item inquit: P. Sylla, & L. Antonio, post designationem consulatus, ambitus condemnatis, ut principio anni Senatui adorerentur, & trucidatis quos placitum esset, dicitur a Crasso inuaderet, ipse ab eo magister equitum diceretur: constitutaque ad arbitrium Republ. Syllae & Antonio Consulatus restitueretur. Idem eodem libro: Tanusius adiecit, Crassum penitentia uel metu diem caedi destinatum non obisse: & iccirco ne Caesarem quidem signum, quod ab eo dari conuenerat, dedisse: conuenisse autem, Curio ait, ut togam de humero deiceret. Liuus libro 101. Coniuratio eorum qui in petitione consulatus, ambitus damnati erant, facta de interficiendis consulibus, oppressa est. Legibus ambitus. Longo tempore post urbem conditam, nullam de ambitu legem fuisse legitimam, quod ad magistratus & ad honores praesidi Romani non largitione & ambitu, sed uirtutis uia nitentur: propterque egregia domi militumque facinora, eius quastura, adluta, praetura & consulatu, & alijs honoribus honestabantur. Prima lex contra ambitum illorum qui magistratus appetere, a Petilio tribuno plebis lata fuit, quae largitiones illorum qui magistratus pecunia emerent, graui poena multauit. aliae deinde latae fuerunt & a Calpurnio Pisonem, & a Cicerone. Lex autem Ciceronis ad hanc sententiam erat, si mer-

I. BON.

ZANG.

Q.

si mer-

A si mercede corrupti obuiam candidatis essent, si conuelli scelerentur, si gladiatoribus uulgo locus tribuendus, & item si uulgo data praedia, contra legem Calpurniam facti uideri: ut ipse in oratione pro Murena ait. & ambitus quidem recuperandae dignitatis gratia, reos eiusdem criminis detulerunt: ut Quintilianus libro 11. cap. 1. scribit. Legibus interrogari. Cum enim in uentum erat, dicebat accusator apud praetorem reo: Aio te contra leges magistratum obtinuisse, si tacuisset, lis aestimabatur ut uiciorum: si negasset, petebatur ad magistratum dies inquirendorum criminum, & instituebatur accusatio. Post paulo poena dederant. Post, scilicet damnationem, & non designationem: ut quidam in Commentarijs suis in Epistola ad Atticum exposuit, existimans hunc locum mendosum esse, sed male: non animaduerterens, bis habita fuisse comitia, Lepido & Volcatio coss. primum cum P. Antonium & P. Sylla creati fuerunt coss. & paulo post, cum hi legibus ambitus damnati fuissent, iterum habita fuerunt, in quibus Cotta & Torquatus declarati fuerunt, in quibus Cotta & Torquatus declarati fuerunt. Catilina, cum ex Africa redisset, professus est se petitorum esse: sed prohibitus est, quia querebatur repetundarum, ut ait P. Aedianum. Catilina pecuniarum repetundarum reus. Catilina ex praetura Africam prouinciam obtinuit, quam cum grauius uexasset, legati Asii in Senatum iam tum absente illo questi sunt, multaque graues sententiae in Senatu de eo dictae sunt: eiusque nomen L. Iulio & M. Claudio coss. a P. Clodio delatum est, ut ex hoc loco apparet. & mendum in P. Aediano esse arbitror, qui in Toga candida ait, eum L. Torquato & L. Cotta coss. a P. Clodio repetundarum accusatum fuisse. & librarum mendum esse existimo: quia paulo post dicit, L. Volcatium Tullum coss. consilium publicum habuisse, an ratione Catilinae habere deberet, si peteret consulatum. nam querebatur repetundarum, & Catilinae ob eam causam destituisse a petitione. Absolutus autem fuit, accusatore prauaricante: ut Cicero in oratione de Auisp. responsis, & P. Aedianum tradit. in hoc enim iudicio, Cicero pro P. Sylla scribit, Torquatum coss. aduocatum Catilinae fuisse. Haec tres absolutiones Catilinae: prima de incestu, secunda de repetundis, tertia uero de sicarijs. Sed dicit alio quis: Quid est quod Cic. in L. Pisonem, & in primo Epistolarum ad Atticum dicit, Catilinae bis tantum absolutum esse? Hoc ideo dicit, cum uellet tantum duas proximas absolutiones significare, scilicet de repetundis, & de sicarijs: de prima uero tacuit, ne in memoriam reuocaret labem, qua affecta fuit Fabia uirgo Vestalis, Terentia Cic. uxoris soror. Repetundarum. Lex de repetundis primum lata fuit a L. Pisonem Frugi, in eos qui aerarium, uel prouinciarum pecunias deceptiati essent. Cicero 6. in Verrem: Fecit enim L. Pisonem erat, eius qui primum de pecunijs repetundis legem tulit. Idem libro Offic. 2. Nondum centum & decem anni sunt, cum de pecunijs repetundis a L. Pisonem lata est lex, nulla antea cui fuisse. Aliam postea M. Aelium Glabrio de pecunijs repetundis seuerissimam tulit, quae ne comprehendiari quidem liceret reum: ut P. Aedianum scribit. Idem alibi: Repetundarum causa ita se habet, ut si conuictus reus sit, atque damnatus, pecuniam reddat, aestimata lite: hoc est, in pretium reddat illius furta, quam summam pecuniam, proscriptis eius bonis, sectores curant. Reus. Reus, auctore Iulio, nunc dicitur, quae causam dicit: & item qui promissis, spondit uis, ac debet. & Gallus & Liuus 2. significationum uerborum

quae ad ius pertinent: Reus est, qui cum altero litem contestata habet, siue is egerit, siue eum eo actum est, & quae apud ipsum leguntur. Probubus erat petere consulatum. Nemo enim reus magistratum petere poterat, dum iudicium penderet. Catilina, cum de prouincia Africa decessisset petitorum consulatum, & legati Asii questi de eo in Senatu grauius essent, repetundarum a P. Clodio accusatus fuit, professus uiciorum est Catilina, petere se consulatum. L. Volcatium Tullum consul consilium publicum habuit, an rationem Catilinae habere deberet, si peteret consulatum: nam querebatur repetundarum. Catilina ob eam causam destituit a petitione: nam & Cicero ait: Te uero Catilina consulatum sperare, aut cogitare, non prodigium est, atque portentum: a quibus enim petiti principibus ciuitatis: qui tibi, cum L. Volcatius coss. in consilio fuisset, ne petendi quidem potestatem esse uoluerunt. Quod intra legitimos dies. id est, inter dilationes ordinarias. Profiteri nequirit. id est, se hac accusatione purgare non potuerit. Alijs profiteri est, iubere nomen suum inscribi. nam mos erat, ut qui magistratum petere, omnes ante profiterentur: id est, iuberent nomen suum inscribi, ut magistratum in comitijs petere possent, quae in significatione usus est & Velleius Paternulus libro 2. N. inquit, & quaesturam petens, quos indignos iudicauit, profiteri ueluit. Cicero quoque in oratione pro Plancio, in hac significatione uisus: Simul ut qui sunt professi, uideo quod dicam. Est etiam profiteri, fateri ut, Profiteor me Grammaticum & Philosophum, dicimus. Cicero libro Tusculanarum quaestionum 2. inquit: Si Grammaticum se professus quisquam, barbare loquatur, aut si absurde canat, si qui se ille haberi iustitiam, hoc turpiter facit, quod in ipso peccet, cuius profiteri scientia: sic Philosophus in ratione uitae peccans, hoc turpius est, quod in officio, cuius magister esse uult, labitur, artemque, ut professus, deliquit in uita. Erat eodem tempore. scilicet quo P. Antonium & P. Sylla ambitus damnati sunt, & Catilina repetundarum reus erat. Cn. Piso adolescens nobilis summa audacia, egens, factiosus. P. Aedianum pro Cornelio: Cneus quoque Piso, adolescens potens ac turbulens, familiaris erat Catilinae, omniumque consiliorum eius particeps, & turbarum auctor. Portius Latro: Pisonem meministi, egregia uirtute adolescentem, nisi & isdem cupiditatibus uobis peccare consueuisset, calamitosam sibi ac multis in urbe seditionem excitasse. cuius insigni familiaritate atque amicitia Catilinae usum fuisse, nemo est qui nesciat: nec modo coniunxisse se temerario iuueni, uerum etiam illum de successu rerum suarum non mediocriter trepidantem, in audacia simul ac sententia confirmasse, cum se illi uigilantissimum socium, ac fideleissimum fidelissimum regendae gubernandaeque coniurationis fore polliceretur. Cicero pro Murena: Omnia quae per hoc triennium agitata sunt, iam ab eo tempore, quo a Lucio Catilina & Cn. Pisonem initium consilium Senatui interficiendae scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Cn. Piso adolescens nobilis. Pisonem appellati sunt, quod in pinfando frumento, longo usu fuerant exercitati: uel a piso legumine. hi enim Calpurniorum profapia, a Numa originem duxisse feruntur. Cum hoc Catilina & Antonium. Huius quoque rei meministi Cicero in oratione pro Sylla: Scilicet, inquit, is sum, qui existimem Cn. Pisonem, & Catilinae, et Vargunteum, & Antonium, nihil scelerate, nihil audacter ipsos per sese, sine P. Sylla, facere



privatim ipsi clientibus eorum dicebantur. Dionysius libro secundum, dum de officio patroni erga clientes exposuisset, ait Clientes autem e converso opus erat, patronis suis ad filiarum dotem contribuere, si pecuniam indigerent earum parentes proque redemptione hostibus pecunias persolvere, si quis eorum esset, vel filiorum captus causas quoque prebensorum ipsorum, aut multas debentium publicis, quae quidem pecuniariam estimationem haberent, proprio aere dissolvere, non mutuo, sed gratis dantes. In magistratibus etiam, et deductioibus, et alijs in Republica sumptibus participes, tanquam genere proximos, adesse. Communiter autem utriusque, neque pium neque fuis erat, accusare se iniucem, nec aduersus testimonium dicere, nec suffragium aduersum ferre, nec cum inimicis annumerari: et si quis horum aliqua fecisse argueretur, lege cum teneri prodictionis, quam Romulus sanxerat: deprehensum autem si quis uellet occidere, pium erat, tanquam Ionis inferni hostiam, magnamque erat ipsi laus, qui ex domibus claris erant, clientibus habere quam plurimos, certamenque de benevolentia, ne alter alterum gratia priuaretur, nimium utriusque inerat clientibus quidem dignum censentibus, omnia pro uiribus patronis subministrare: patronis uero contra uolentibus molestiam clientibus suis afferre, neque donum pro uisum uel pecuniarium admittere. Cicero in Diuinatione: Clarissimi uiri, nostrae ciuitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimum paleherrimumque ducebant, ab hostibus clientibusque suis, ab externis nationibus, quae in amicitia Populi Romani ditionemque essent, iniurias eorum propulsare, eorumque fortunam defendere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum uirum, et prudentissimum, cum multis graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, iniurias. Praeterea, id est, propter quam quod Pisonem interfecerant. Praeterea, hoc in loco temporis praetereum significat: quod rarissime inuenies. Nos eam rem in medio relinquimus. Id est, hoc aliorum esse iudicium uolumus.

CAS.

L. Tullio. Sic uocat etiam Dion libro 36. cuius uerba haec sunt: *ἀντιπάλῃ τῆς ἐλάτῃ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἡσυχαστῆς*. Ego tamen libentius legerem L. Tullio, ut est apud Cicero in orat. prima in Cat. item pro Sylla: praesertim cum etiam Asconius in orat. in Toga candida hunc L. Volcatium Tullium appellet. Apud Caesarem uero quidam eiusdem gentis, modo Volcatius Tullius, modo Volcatius Tullus dicitur. Sed affirmat uocum librarios de cepit. M. Lepido. Memini frequenter Asconius de hoc M. Aemilio Lepido, in expositione orationis pro Milone. Interrex enim primus post Clodij caedem proditus est. Nec est qui postea triumphauit cum Antonio et Caesare fuit. hic enim ante triumphatum mortem obiit, ut constat ex Cicero Phil. 2. L. Volcatius et M. Lepidus consules fuerunt anno post Urbem conditam 687. Legibus ambitus interrogati. P. Antonius accusatus fuit de ambitu a L. Cotta, qui postea consul in eius locum creatus est. P. uero Sylla a L. Torquato illius filio, qui consul cum L. Cotta in locum Syllae est factus. quod docet Cicero libro 2. de Fin. bon. et mal. hisce uerbis: Quid enim te ipsum dignissimum maioribus uis, uoluptas ne induxit, ut adolescentulus eriperes P. Sylla consulatum quem cum ad patrem tuum retulisses, uirum fortissimum, qualis ille uel consul uel cuius cum semper, tum post consulatum fuit quo quidem auctore nos ipsi ea gessimus, ut omnibus potius quam ipsi nobis consuluerimus. Hinc percipiuntur er-

ror Asconij, et aliorum, qui scribunt L. Torquatum patrem accusasse P. Syllam. locus ubi dicit Asconius, est in commentatione in orationem pro C. Cornelio. Legibus ambitus. De ambitu (ut refert Lilius lib. 7. ab Urbe condita) a C. Petilio tribuno plebis, auctoribus patribus, C. Fabio Ambusto, C. Plautio Proculo Coss. primum ad popululum latum est. Deinde leges aliae latae sunt, ut idem lib. 40 et 47 memoriae tradidit. Anno praeterea ab Urbe condita 687. C. Calpurnius Piso consul legem et ipse tulit de ambitu, in qua praeter alias penas, pecuniaria quoque poena erat adiecta: ut Asconius in orat. pro C. Cornelio scriptum reliquit. Hac igitur lege P. Antonius et P. Sylla damnati fuerunt: quod idem testatur Asconius in orationem in Toga candida. Cicero postea Consul (ut pluribus ipse locis tradidit) legem tulit, quae de ambitu condemnatos in exilium mitti iubebat. quod etiam significat in oratione pro Murena hisce uerbis: Quae noua poena legis et domo et parente, et omnium suorum consuetudine constituta: priuata. Sed haec de re haec ueniam non enim est necesse omnes hic leges Ambitus, quae plurimae fuerunt, recensere. Post paulo Catilina pecuniarium repetundarum reus, prohibitus erat petere consulatum, quod intra legitimos dies proficere nequeerat. Nonnulli uero corrigere uoluerunt: Legibus ambitus interrogati post paulo poenas dederant, Catilina pecuniarium, etc. ut post paulo intelligatur, paulo post designationem: quonia (inquit) constat ex Asconio, quod Sylla et Antonius condemnatis, in eorum locum Cotta et Torquatus facti sunt. Quando igitur prohibitus est Catilina petere consulatum? nam ut insequenti anno petere uoluerit, intelligere non possumus: tum quia comitijs, quae Lepidus et Volcatius, non quae Cotta et Torquatus habuerunt, petere Catilina prohibitus erat: tum quia Sallustius post paulo non dixisset, si spaciolum annuum intelligeret. Nos autem nihil immutandum esse contendimus. nam postquam Sylla et Antonius coss. designati, iudicio consulatum amiserunt, necesse fuit iterum consulibus creandis comitia fieri. Tunc igitur Catilina petere uolebat: quod satis declarat locus ille Cic. in orat. pro P. Sylla: De quo etiam si quis dubitasset antea, num id, quod tu arguis, cogitasset, interfecto patre tuo consule, descendere Calend. Ianuarijs cum libertoribus. Sustulisti hanc suspicionem, cum dixisset, hunc uel Catilinam consulem efficeret, contra patrem tuum operas et manus comparsisse. Quod si tibi ego confiteor, uel mihi concedas necesse est, cum Catilina suffragaretur, nihil de suo consulatu, quem iudicio amiserat, per uim recuperandum cogitauisset. Haec ille. Tunc igitur Catilina, cum petere uellet, prohibitus fuit a L. Volcatio tum consule, ut infra dicitur. Et renuntiati sunt consules Cotta et Torquatus: quos postea Sylla, Antonius et Catilina, ad id dolere, quod consules esse nequeerant, Cal. Ianuarijs interficere uolebant. Quam rem etiam Dion lib. 36. diligenter admodum scripsit. Petijt tamen postea Catilina cum Cicero, et repulsus est. petijt iterum anno sequenti cum Silano et Murena, et iterum repulsam tulit: ut ostendunt Sallustius, Plutarchus, Cicero pro Murena, et alij. Haec annotauit, quoniam sunt qui dicunt, Catilinam consulibus Cotta et Torquato petisse consulatum. Pecuniarium repetundarum reus. Catilina Africae prouinciam praetor obtinuit, quam cum diuexisset, diripiissetque, legati Afri in Senatu iam tum absente illo quaeestii sunt. P. igitur Clodius, qui postea cum Cicero inimicitias gessit, fecit eum reum repetundarum,

tundarum, non tamen perstitit. namque praenunciatus est, quare per insamiam Catilina liberatur: sed ita, ut senatum urna damnaret, equitum et tribunorum absolveret. Haec ex Cicero pro Calio: et Asconio in oratione pro C. Cornelio, et contra C. Antonium et L. Catilinam. Prohibitus erat petere consulatum, etc. Catilina statim ut ex Africa redijt, accusatus est, ut diximus, a Clodio de pecunijs repetundis. Quare cum professus esset petere se consulatum, L. Volcatius consul consulatum publicum habuit, an rationem Catilinae habere deberet. Decretum est igitur, Catilinam, cum reus sit, consulatum petere non posse. Auctores sunt Cicero, et Asconius in orat. in Toga candida. Profiteri. Id est nomen, denunciare uelle se petere. ita enim mos erat. Cicero pro Plancio: Simul ut qui sunt professi, uideo quid dicam, et quae sequuntur. Et hic Profiteri non significat simpliciter dare nomen, sed ita ut per leges recipi possit, quae reum profitemem non admittent. Quare Sallustius inquit, Catilinam repetundarum reum intra tempus legis constitutum proficere nequisset: id est, non potuisse dare nomen, ita ut admitteretur ad petitionem. nam quae uerbatur repetundarum. Profitebantur autem petiuri, apud eos (ut puto) qui comitia habebant. Lilius Dec. 3. lib. 7. Itaque si suum nomen dicitur accepit, se comitijs intercessuros Tribuni dixerunt: si aliorum praeterquam ipsius ratio haberetur, comitijs se moram non facere. Nequiuert. Aliter, nequiuert. Cn. Piso. Sic etiam appellat Cicero in oratione pro Murena, et pro L. Sylla: Asconius non semel et Tranquillus in Caesare. apud Dionem uero lib. 36. ita legitur: *ἰσχυρῶς καὶ ἀντιπάλῃ*. Sed *ἰσχυρῶς* uerborum legi debet, non *ἰσχυρῶς*: ut scripsit, qui in calce libri errata correxit. Nobilitas. Pisonem enim a Calpo Nume filio oriundum erant, ut testatur Plutarchus in Numa, Horatius in arte Poet. et Ouidius ad Pisonem his uerbis: — Nam quid memorare necesse est, ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat? Claraque Pisonis toleranti cognomina prima, Humida callosa cum piniferet hordea dextra? Ouidij autem opinionem, ut Pisonem a pinifendo, uel pinifendo dictum, confirmat Plinius Nat. hist. lib. 18. cap. 3. Calend. Ianuarijs. In principio anni. eo enim dictum innotuitur consulatus. uide Tranquillum in Caesare cap. 9. Mentionem fecit huius conuersionis etiam Cicero in oratione pro Sylla, quem locum supra citauimus, et in oratione prima in Catilinam obijcit illi, quod Lepido et Volcatio consulibus pridie Calen. Ian. steterit in comitio cum telo, manumque consulum et principum ciuitatis interficiendorum causa parauerit. adijcitque, sceleris et furoris Catilinae non mentem aliquam, aut timorem Catilinae ipsius, sed fortunam reipublicae obstitisse. L. Torquatum. L. Manlium Torquatum, qui (ut scripsit Cicero in Bruto) fuit elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus. Idem in oratione pro P. Sylla ait, hunc Torquatum uirum fuisse amatissimum patrie, maximi animi, summi consilij, singularis constantiae: et conuersionis tempore, cum esset aeger, tamen omnibus illis rebus interfuisse, nunquam a se digressum: iudicio, consilio, auctoritate unum adiuuasse plurimum. cum infirmitate corporis animi uirtute superaret. Habuit post consulatum Macedoniae prouinciam, et absens Cicero referente imperator est appellatus: ut legitur in oratione in L. Pisonem. Hunc esse existimo L. Torquatum, quem scribit

Cornelius Nepos condiscipulum fuisse Cicero: et Attici. L. Cottam. L. Aurelium Cottam, is fuit uisum ingenio, summaque prudentia: Cicero, quod patriam liberasset, supplicationes decreuit uerbis amplissimis: ut scriptum est in 2. Phil. fauisti: postea semper Cicero, ita ut cum in senatu de illo redudendo ageretur, rogatus sententiam dixerit, nihil actum fuisse de Cicero iure, nihil more maiorum, nihil legibus: et alia multa, quae scripta inuenies in oratione pro Scellio, et libro 3. de Legib. Torquatus et Cotta consules fuerunt anno post Urbem conditam 688. Illud etiam notandum, in libro Calamo scriptis uerborum ordinem esse diuersum. nam pro, Lucium Torquatum et L. Cottam consules, habent illi: Lucium Cottam et L. Torquatum consules. et sane ita ponuntur a Cicero in oratione 2. contra Rullum, et a Dionem libro 36 et 37. Nos enim fuit, ut qui priore loco consul reniciatus fuisse, et prior in oratione ponere reur. Quare dicimus Cicero et Antonio consulibus, potius quam Antonio et Cicero consulibus. Id tamen non semper ab auctoribus seruat. Supra enim uidimus, ubi de Tullio et Lepido consulibus loquebamur, a Sallustio et Dionem Tullum, a Cicero uero Lepidum praeponi, quin sexcenta alia exempla ex bonis auctoribus proferre possemus. Dicit Hispanicus. Citeriorem et ulteriorem. Sic enim diuidebant Romani. Plin. Nat. hist. libro 52. cap. 1. Orofus lib. 1. cap. 2. et Strabo Geogra. lib. 3. Ita uero ex nostris manuscriptis ommissa est dictio D V A S. Transfulerunt. Aliter Transfulerant. Sed leuicia haec in posterum omitterem. Maturasset. Iurasset. nam uisus obtinuit, ut maturare pro festinare, et properare quolibet modo contra ipsius uerbis sententiam poneretur: ut docet Gellius. Quod ni Catilina maturasset pro curia signum socijs dare. Hoc est id, quod obijcit Cicero Catilinae in oratione in Toga candida, cum inquit: Praeterea illorum nefarium conatum tuum, et penes aeternum et lucis aeternae Populo Romano aeternae, cum Cn. Pisonem socio, neque alio nemine, eadem optatum facere uoluisti. quae uerba Asconius sic interpretatur: Quos nominat, intelligitis. fuit enim opinio, Catilinam et Cn. Pisonem, adolescentem perditum, coniuersasse ad caedem Senatus faciendam, ante annum quam haec dicta sunt, Cotta et Torquato Coss. eamque caedem ideo non esse factam, quod prius quam parati essent, conuersionis signum dedisset Catilina. Quae stor pro praetore missus est. Id est, cum esset quaestor, tamen cum praetoria potestate missus est. Hoc significat Suetonium, cum inquit, Pisonem Hispaniam prouinciam ob suspicionem urbane conuersionis ultra extra ordinem datam fuisse. Et iam tum potentia Cn. Pompeij formidolosa erat. Nec iniuria: nam Pompeius, si uoluisset, tyrannidem occupare potuisset. uide Dionem lib. 37. Sed is Piso in prouinciam, etc. Lege Dionem libro 36. Asconium in orationem in Toga candida, et Porcium Latronem in declamatione in L. Catilinam. Sed imperia sua uel multa antea perperos. Aliter: Sed et saepe imperia sua antea perperos.

R. IV.

L. Tullio, M. Lepido consulibus, P. Antonius et P. Sylla designati consules, etc. Volumen Fabriciani L. Tullio, quae uerba de Scio, licet in duobus calamo descriptis L. Tullio repererim. Cicero pro Sylla, hunc L. Volcatium appellat, quae innotuit Asconius quos P. Aedannus et alibi L. Volcatium Tullium uocat. His igitur Coss. accepta prior conuersionis est. post hos L. Torquatus et L. Cotta.



Cotta, fuere consules, quos consulatum inuenteis interficere in Capitolio P. Antonius & L. Catilina parabant, sicut paulo post testatur Sallustius. Hi autem in P. Sylla & Antonij locum, quos ambitus ipsi damnarant, creati fuerant. Deum fuere L. Iulium Caesar, & C. Martius Figulus, quorum supra Sallustius meminit. His Coss. altera conuentione capta est. Post hos M. Cicero cum C. Antonio. His Coss. Mensis Octobris patet facta conuentionio est, & de conuentionis supplicium sumptum. Quod in Horatium Glareanus L. Iulium Tullium uocat, quem nos L. Volcatium Tullum, est haud dubie memoria lapsus nisi qui in urbe ascribere maluit. Sed & Haloander hunc ipsum in Catalogo consulum L. Torquatum Tullianum appellat: quam recte, alij uiderunt. Præterea Antonius, pro Antonius scriptum inueni in duobus manuscriptis. Sunt qui ita dicunt, imperia eius iniusta. In Fabriciano atq; alio quodam est, dicant idq; rectius atq; Latinius. Nisi quis trius uis modi esse uelit. Ex uoluntate eius Pisonem aggressos. In illa ex prepositio, non est in manuscriptis, licet in alijs ferretur. Nec exemplar eam Beroaldinum habet. Nos eam rem in medio relinquimus. Hic perperam quidam, Derelinquimus. Cicero pro Cælio: Neminem nominabo, tantum in medio relinquam. De superiore con-

uentione satis est dictum. ] r' Est, non reperi in manuscriptoribus. ac elegantius abesse poterit. ] L. Tullio, M. Lepido Coss. ] Hi Coss. fuere ab Urb. cond. anno 688. quo quidem anno designati erant, quam ad futurum annum, si recte perissent, P. Antonius & P. Sylla. Suetonius in Casare L. Antonium uocat, si codex non errat, non P. Eorum autem in locum Coss. creati sunt L. Cotta, & L. Torquatus: quos Catilina & Antonium occidere parabant, quemadmodum mox referet Sallustius. Quod in Catilina maturasset. ] Considerandū, seruari ne Sallustius illud enōtā hēdas in uerbo maturare, quo de tam anxie ac subtiliter disputat Gellius ex Nigidio. Certē historici Latini, maturare pro properare ac festinare identidem dicunt, quæquid dicit Gellius. Quia nondum frequentes armati conueniant, ea. ] Vide hic uerbū Quia, inceptum esse. Nam quæ sequuntur uerba, Barres consilium dixerit, ad priora sunt iungenda, nempe ad Quia nondum, &c. Postea Piso in ceterarum Hispan. quaestor pro prætor. ] Verbum Quæstor non est in omnibus codicibus. Et est planè ambiguitas, prius ne Quæstor, & iam factus Prætor, ac sic missus: an nūc Quæstor recens factus, & ut Quæstor missus, sed pro Prætor, i. loco Prætoris. Verū iudicet lector.

Catiline oratio. Beneuolentiam captat à laude eorū quib. cum agit.

Exclamatio.

Ad Lucullus circa Neapolim fecit. Plinius lib. 9.

Peroratio.

Catilina ubi eos quos paulo antè commemorauī, conuenisse uidet: tamen multa cum singulis sæpe egerat, tamen in rem fore credens uniuersos appellare, & cohortari, in abdita partem ædium secedit, atque ibi omnibus arbitris procul amotis, orationē huiusmodi habuit: Ni uirtus fidesq; uestra satis spectata mihi foret, ne quicquam opportuna res cecidisset, spes magna dominationis in manibus frustra fuisset: neque ego per ignauam, aut tana ingenia, incerta pro certis captarem. Sed quia multis & magnis tempestatibus uos cognoui fortes fidosq; mihi, eō animus uos esse maximum atque pulcherrimum facinus incipere: simul quia uobis eadem, quæ mihi, bona malaque esse intellexi. Nam idem uelle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego quæ mente agitam, omnes iam antea diuersi audistis. Cæterū mihi in dies magis magisq; animus accenditur, cum confidero quæ conditio uitæ futura sit, nisi nos metipsum uindictam in libertatem. Nam postquam Respub. in paucorum potentium ius atque ditionem concessit: semper illis reges, tetrarchæ, uicē regales esse, populi & nationes stipendia pendere: cæteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobiles, uulgus fuimus, sine gratia, sine autoritate, ijs obnoxij, quibus, si Respub. ualeret, formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ, apud illos sunt, aut ubi illi uolunt. Nobis reliquere pericula, repullas, iudicia, egestatem. Quæ quousq; tandem patiemini, o fortissimi uiri? Nōne emori per uirtutem præstat, quam uitam miseram atque inhonestam, ubi alienæ superbix ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Verumenimuerō per deū atque hominum fidem, uictoria in manu nobis est: uiget ætas, animus ualet: contrā illis, annis atque diuitijs omnia consenuere. Tantummodo incepto opus est: cætera, res ipsa expedit. Etenim quis mortalium, cui uirile ingenium est, tolerare potest illis diuitias superare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coequandis: nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse? illos binas aut amplius domos continere, nobis Larem familiarem nusquam ullum esse? cum tabulas, signa, toreumata emunt, noua diruunt, alia ædificant, postremō omnibus modis pecuniam trahunt, uexant: tamen summa libidine diuitias suas uincere nequeunt. At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multo asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Quin igitur expergificimini? in illa, illa quam sæpe oprastis libertas, præterea diuitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt. Fortuna omnia ea uictoribus præmia poluit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica, magis quam oratio mea uos hortentur. uel imperatore, uel milite me utimini: neq; animus neq; corpus aberit uobis. Hæc ipsa (ut spero) uobiscum unā consul agam: nisi fortè animus me fallit, & uos seruite magis quam imperare parati estis.

¶ Catilina

VALL, A

¶ Catilina eos quos. ] s. senatorij ordinis & equestris homines. Cum singulis multa. ] quamuis singulos sæpe alloquitur fuerat. In referre. ] i. in utilitate referre. Vniuersos apper. ] alloqui simul omnes. Cohortari. ] s. uiuere. ] In abditiū partem. ] i. in secretam partem, ne sua uerba perciperentur ab istis qui simul cum eo conuenerant. Ibi. ] in ea parte eorum secreta. Arbitris. ] id est omnibus expulsi, præter eos qui secum consenserant. Arbitri proprie dicuntur, qui aliena rei quasi testes interfunt. Nisi uestra uirtus. ] in hac oratione captat beneuolentiam ab auditoribus. laudat enim eos à fortitudine atq; fidelitate. captat enim beneuolentiam à re ipsa, per insinuationem. Nam cum rem sceleratam aggressurus sit, dicit se facinus pulcherrimum atq; honestissimum facturum esse. Nisi uestra. ] Cepit beneuolentiam ab auditoribus, quorum uirtutem à se laudat. Fides. ] est fortitudo animi. Spectata satis. ] foret satis probata. Nequaquā. ] frustra. Neq; ego. ] si uos ignaui & uani ingenui homines esse cognoscerem, ego non relinquere certis pro incertis. Ignauam. ] uulgo dicitur, uita de animo. Vana ingenia. ] leuia & inconstantia. Sed quia multis magnis. ] Ecce rem pro re. dicit enim cōmurationem, quam tractare cepit, facinus maximum atq; pulcherrimum esse. Tempestatibus. ] periculis. tempestas hoc loco significat periculum. Fortes fidesq;. ] fortitudine & fidelitate præstare ei, ideo maximum ad quantitatem, pulcherrimum ad qualitatem referens. Vult enim non solum magnam, sed etiam honestam esse hoc facinus, quod incipit: ut in sequentibus ostendit, simul quia aliis rationes afferre Catilina, cur bis iuuenibus confisus fuerit. dicit enim, præterea uobis confisus sum, quia nihil mihi utile est neq; perniciosum, quod non uobis quoq; sit. Simul quia uisus tantum & tam honestum facinus aggredi. Nam idem uelle. ] Præterea fidem maximum uobis adhibui, quia quod uobis utile atque perniciosum est, mihi quoq;. & ob eam rem sequitur, ut id uelitis quod ego: sed quia id uelle atq; nolle firma est amicitia, relinquunt, ut uobis fidem maximā adhibeam, quib. eadem sunt bona atq; mala que mihi esse uidentur. Agitam. ] concepi. Accedit. ] ad ea que uobis singulis aperui. Vindicamus. ] asserimus nosmetipsos. Nam postquam. ] incipit ostendere quæ nam sit eorum futura conditio, nisi se liberauerint à potentia paucorum. & arguit à iusticia. iustum est, ut nos cæteri iusto iure esse uelimus: quia nobis sua superbix superiores sunt. Paucorum. ] s. ciuū Romanorum. Ius. ] potestatem. Ditionem. ] dominationem. Concessit. ] redacta est, illis paucis s. Reges. ] qui multas prouincias habent. Tetrarchæ. ] Sic dicitur, qui quatuor prouincias præstant, i. q. quatuor prouinciarum habent imperium. Esse. ] pro erant. Populi. ] scilicet ciuitas. Nationes. ] scilicet prouinciarum: ut natio Italica, natio Germanica, natio Asiatica. Pendere. ] pro pendebant. Cæteri omnes. ] scilicet strenui, &c. Fuimus. ] uulgo reputati fuimus quasi uulgus ignobile. Obnoxij. ] subiecti. His. ] paucis potentibus. Formidini. ] terrori. Si respub. ] si respub. sum ius suamq; potestatem obmeret, subiecti his sumus quibus terrorem incuteremus. Potentia. ] quia si donare uoluerint honores, aut fauorem, id ipsi pro suo arbitrio faciunt. Diuitiæ. ] opes. Copia. ] quia donant honores atq; diuitias, quæ sunt reipub. munera, quibuscumq; ipsi uoluerint. Pericula. ] scilicet bellorum: quia cum

bella populo Rom. inferuntur, nos arma pro reipub. defensione capimus, in quibus sæpe trucidamur. Repullas. ] s. dignitatum uel magistraturarum: quia si uel consulatum uel aedilitatem petimus: repullas nobis parata est. Iudicia. ] condemnationes: quia ambitus alij, alij erit repretundarum penas dederunt. Egestatem. ] quæ ad extremum nos redigunt, iudicia nobis inferendo, & dignitates nobis negando. Quæ. ] scilicet pericula, iudicia, repullas & egestatem. Quousq;. ] ad quod tempus. Patiemini. ] quasi dicat, ulterius pati nullo modo debetis. Nōne emori. ] Argumentum facit: arguit enim ab honesto, si diuitem conditionem, scilicet uel strenuè mori, uel uoluptate uiuere, potius est strenuè mori, quam illa que ignauam afferunt: multo magis expergisci debemus, eo q. nihil tale timendum nobis est: nam nobis uictoria parata est. Præstat. ] melius est. Inhonestam. ] turpem & uituperosam. Aliena superbix. ] bis qui potentiores sunt, & præterea superbijsimi. Per dedecus. ] per uituperationem. Verumenimuerō. ] Superius uidistis quomodo argumentabatur etiam moriendum sit, potius esse per uirtutem uitam amittere, quam differre ut per dedecus postea amittatur. Nunc uerō argumentum uis corrobora, dicens: Non modò uobis non est moriendum, uerum etiam uictoria uobis parata est in manibus, &c. Verum enim. ] Superius argumentum sumpsit ab honesto. argumentabatur enim à iusticia, quæ est pars honesti nunc argumentatur à uirtute, i. altera parte deliberationis, quæ iura dicitur: hæc autem diuiditur in uim & dolium. Dolo uti se dicit Catilina contra incertos, ut contra inferiores. Verum enim uerō. ] sed profectò: & est completiue positum, rarissimum est apud omnes idoneos. q. si quis in epistola usus fuerit, uenia reprehensionis profectò carere non debet: sed est uerbum historiographorum. Prob deum atq; hominū. ] Dixit, nobis moriendū esse potius per uirtutem, q. per dedecus: sed non est moriendū, quia uictoria in nobis parata est. Prob deum, &c. ] Exclamatio est. Prob deum atq; hominū fide. ] s. testor, i. testē facio. Viget. ] uobis, quia iuuenes estis. Animus ualet. ] uobis, quia exercitati estis in rebus generatis, interficiendo homines, sacra atque fana spoliando. Contrā illi. ] Ecce prouidentiam. Ponit illi, scilicet aduersarijs nostris. Annis atq; diuitijs. ] Nam quia senes sunt, & diuites, consequitur imbelles esse, atq; imbecillos: nunc hæc duo solent homines effeminare, atq; molliores reddere. Annis. ] quia senes sunt. Diuitijs. ] quarum copiam nimiam habent, quibus homines solam negligentia res sunt. Incepto. ] pro incipere. Res. ] negocium ipsum. Expedit. ] perficit, sine nostro labore. Bitem quib. ] Rufus ad iusticiam redit, cum uti partes interposuerit, & honesti aut à fortitudine argumenti facit: dicit enim, strenuum hominem ista nullo modo posse pati. Cui uirile ingenium. ] qui naturalem habent intellectum. Superare. ] abundare. Profundant. ] quis ipsi prodigaliter consumunt. Extruendo mari. ] in edificandis aedificijs in ipso mari: quia sicut superius dictum est, in ipso mari aedificia condita sunt. Montibus coequandis. ] explanandis montibus, ut ibi aedificia faciant amcenitate plena. Ad necessaria. ] ad uictum nostris, & uestitum. Nam hæc duo necessaria sunt homini, uictus s. & uestitus. Et nobis, quis potest tolerare. Constatimare. ] continue, iugiter edificare diuis aut plures domos, cum una tantum egeant. Larem famil. ] Lar proprie



domi : et alicuius, id est debitor alicuius, est nobis foris res mala, id est dura conditio vite, est nobis spes, id est timor, est nobis multo asperior, quia deteriora aut peiora speramus, id est timemus. ut Aeneid. iij.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,

Et perferre soror potero. Vel ideo spes asperior est, quod non sortitur effectum, et etiam cum adest cruciat. unde inter philosophos multa controuersia est, boni ne an mali plus sit in spe. Denique, idem, ut uo no uerbo dicam, quid reliqui, id est relictis nobis habemus, praeter animam, id est uitam miseram. q. d. nihil. Igitur o fortissimi uiri, quin, i. cur non expurgemini, scilicet de sopo re socordia et torporis. En, id est ecce: illa libertas qua saepe optastis: praeterea, id est insuper: diuitiae, decus, gloria, sunt ista, id est postea in oculis, id est in conspectu uestro. Q. d. uidetis ea, si modo apprehendere non neglexeritis. Fortuna quae audaces inuadit, posuit uictoribus ea omnia praemia, scilicet libertatem, diuitias, decus, gloriam. Res, i. uultus aut necessitas: tempus, i. opportunitas, pericula, scilicet futurorum malorum: egestas, scilicet praesens: et magnifica spolia belli, i. ex hoc bello uobis obuentura: hortentur, i. incitant uos magis quam oratio mea. Utimini me uel imperatore, id est duce et principe exercitus uestri: uel milite, i. uo no ex commilitonibus. Neque animus meus, neque corpus meum aberit a uobis. Ego agam haec ipsa uobis uobiscum, existens cōsul, uel spero, scilicet me futurum esse: nisi forte animus fallit me, et nisi uos estis parati magis seruire, scilicet potestibus quam imperare. Et hoc dicto, in quo plurimum est uigoris, perorauit.

ANC.

¶ Catilina ubi eos. ¶ Digressione quadam, qua superatione conuinatione inseruerat, omiserat Sallustius narrationem de magna Catiline conuinatione: quae nunc profertur, afferens orationem, quam ad consilios sui consilij Catilina habuerat. Quos paulo ante memorauit. Lentulus, Cethegus et alij. Tame si multa cum singulis sepe egerat. Id est, quamuis singulos saepe allocutus fuerat. nam paulo ante dixit: Primo singulos appellare, hortari alios, et insinua. In rem fore. hoc est, ad utilitatem consilij sui pertinere. Vniuersos appellare. simul omnes alloqui. In abditam partem. in secretam partem domus, ut liberè cum ijs agere posset, et ne uerba sua percipi possent. Atque ibi. in ea parte secreta domus. Omnibus arbitris procul amotis. omnibus, expulsis, praeter eos qui sui consilij participes erant. nam Arbitri dicuntur, qui alienae rei quasi testes interfunt. alius arbiter, autore Festo, dicitur, qui totius rei habet arbitrium et facultatem. Nisi. Oratoris. n. est boni, et hominis in dicendo magni et eloquentis, historiam scribere. nam qui ordinè temporis digerit, regiones et loca describit, exactè consilia tractat, res gestas commemorat, suam de rebus sententiam rectè pronunciat: quique celebrat homines fama et nomine illustres, aptat conciones, exhortationes, accusationes, legationes, facta, dicta, malos cunctis, et haec omnia eleganti uelut oratione, magnus est orator: quae omnia persequitur optime Sallustius nosse. Haec oratio in Deliberatio et Demostratio gēne est. nam deliberat, se omnino uelle Rem publicam occupare, et obiter aduersariorum indignitatem ostendit. Nisi uirius. Beneuolentia captat a laude eorum, quibus cum agit. laudat enim eos a fortitudine atque constantia. Captat etiā beneuolentia a re ipsa, per insinuationem: quia cum rem sceleratissimam aggressus sit, se facinus pulcherrimum atque honestissimum facturum esse dicit. Fides. Fides est ditorum conuentorumque constantia et ue-

ritas: hoc est, ut uulgo dicitur, seruatio promissi. Antore Cicerone in libro Officiorum 2. nulla res uehemētius Rem publicam continet, quam fides: quae nulla esse potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Hanc autē fidem, ut ait A. Gellius libro 20. cap. 1. Romani ueteres in negotiorum contractibus sanxerunt, maximeque in pecunie mutua uectae usui atque commercio. admi enim putauerunt subsidium hoc inopiae temporariae, quo communis hominum uita indiget, si perfidia debitorum sine graui poena eluderet. Satis spectata mihi foret. Satis probata est. Neque uicini. Nisi uicini. Neque ego. hoc est, si uos ignauos et uani ingenij homines esse cognoscerem, ego non relinquere rem certa pro incertis. Per ignauos et uani ingenij homines. Aut uana ingenia. per homines leues et inconstantes. Tempelatibus. i. periculis. Tempelat in hoc loco periculum significat. Aulus Gellius libro 12. inter uocabula quae in utraque partem accepta enumerat, tempelatatem aduungit. Tempelatatem pro temporis seruitate Virgil. saepe ponit, ut in 1. Eneidos:

Nam uobis facis, tempelatamque potentem. Idem in eodem: Cili subridens hominum sator atque deorum, Vultu quo calum tempelatatesque seruat. Idem in quinto: Unde haec tam clara repente

Tempelat. Tempelatatem medium esse uocabulum Scriuius dicit: ideoque clara tempelatates dicitur. Fortes, fidosque mihi. hoc est, fortitudine et fidelitate praestantes. Ed. eb id. Incipere. Jaggerdi. Maximū. quantum ad rem ipsam. Pulcherrimū. quantum ad laudem. Simul quae uobis eadem. Alias afferit rationes Catilinae, cur his iuuenibus situm fuerit. dicit enim nihil sibi utile esse, neque perniciosum, quod idem ipsis quoque non sit et utile et perniciosum. Simul. Insum est, tamē et tam pulcherrimū facinus aggredi. Nam idem uelle, atque idē nolle, ea demū firma amicitia est. Quasi dicitur: cum nihil sit uobis utile, neque perniciosum, quod idē mihi quoque non sit: ob idque sequitur, ut id nelitis quod ego. Cicerō pro Plancio: Vetus enim, inquit, est lex illa iniuste ueraciter amicitiae, quae mihi cum tam diu est, ut idem amicitia semper uelint, neque est ullum certum amicitiae uinculum, quod consensu et societate consiliorum et uoluntatū. Idem in libro de Amicitia, L. l. Recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate uixisse uidear, quia cum Scipione uixerim, quo cum mihi conuicta cura de Re publicae de priuata fuit: quo cetero domus fuit et milita communis: et in quo est omnis uis amicitiae, uoluntatis, studiorum summa consensio. Idem lib. 1. Officij. Nihil amabile, nec copulatum, quam moris similitudo honoris, in quibus enim eadem studia sunt, eadem uoluntates, in his fit ut aequè quisque altero delectetur, ac seipso: est scilicet, id quod Pythagoras: in unum in amicitia perit, ut unus aequè sit ex pluribus. Haec autē necessitudines, sunt communes eorum utriusque, cum altero quoque deueniunt. Agitant. mente concepti. Diuersi. I separati. Accendunt. scilicet ad ea quae uobis manifeste ui. Nisi nosmetipsos uindictam in libertatem. I. nisi nos liberemus a seruitute in patria. Nam postquam Nunc ostendit, qualis futura sit eorum conditio, nisi se a paucorum potentia liberauerint: et redarguit eorum iniusticia, ait, et quomodo esse ut nos quoque pari iure sumus, cum nobis potentia sua superiores esse uolunt. Paucorum. scilicet cuius Romanorum. Ius. potestatis. Diuonē. dominationē. Tetrarchae. Quaedam regna in quatuor partes diuisa erant eorum quatuor partium praerant, Tetrarchae dicebantur.

Strabo

Strabo lib. 12. scribit, Galatas in tres gentes diuisos fuisse, et utramque gentem in partes quatuor, quas tetrarchias uocauerunt. Vectigales esse. Cic. in Verr. 5. uectigalium, quae imponuntur pronoucijs, duo esse genera dicit: unum quod certum est, quod stipendiarum dicitur, ut Hispanijs et plerisque Baenorum impostum: quasi uictoriae praemium, ac poena belli. id autē certum ideo dicitur, quod certum et definitum in annos omnes impostum est: et qui id pendebant, uectigales dicebantur. Alterū, quod censoria locatione constitutum est: ut in Asia, lege Semproniana. Censores enim locabant uectigalia, nec usquam locare licebat nisi Romae, nisi in Pop. Romani concione: ut scribit Cicero in diffusatione legis Rulli. Haec autē non certo, eodemque precio locabatur. Unde idem pro lege Manilia ait: Nam ceteris in rebus cum uenit calamitas, tum detrimentum accipitur. at in uectigalibus, non solum aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. nam cum hostium copia non longe absum, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conuiescitur neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura uectigal. conseruari potest. quare sepe totius anni fructus uo rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Ibidem ait, uectigalia esse

neruos Reipublicae. et in Philippi. infinitam pecuniam neruos accipit. et contra Rullum in senatu, substituta belli, et ornamenta pacis. Populi. ciuitatis. Nationes. scilicet prouinciarum: ut Galliae, Hispaniae, Asiae. Stipendia. Stipendium dicitur es militare, seu praemium quod militibus datur. Vlpianus putat a stipe dictum esse, quod per stipes modica era colligentur. alij a stipe et pendo dictum uolunt, quae stips ponderata sit. Unde stipendarij illi populi, qui a Pop. Romano damnati stipendia soluebant. qua in significatione Cicero in Diuinatione dixit: Populata, uexata, funditus euerse prouinciae, socij, stipendiarijque populi Romani afflicti, miseriam, non salutis spem, sed exiij solatium quaerunt. Idem de Prouincijs consularibus: Vectigales multos, ac stipendiarios liberauit. Pendere. pro pendebant, id est soluebant. quae significatio inde deducta est, quod antea quam signatus esset nummus argentens, cumque Romani graui aduoc. are uterentur, non numeratione, ut etate nostrae, sed pondere fiebat solutio. Ceteri omnes. scilicet, nos strenui. Vultus sumus. id est, habemus ut uultus ignobile. Sine gratia. sine fauore, et amicorum coepta. Obnoxij. subiecti. Si resp. ualeret. hoc est, si statum suum obtineret. Formidini essemus. timorem incuteremus. Itaque omnis gratia. Amplificatio a contrario, ad adducendū aduersarios in odium. Potentia. Nam adeo hi potentes sunt, ut si cuiquam magistratus aut fauorem praestare uolunt, id pro arbitrio faciant. Honoris. ut magistratus, uel sacerdotium. Diuitiae. opes, facultates. nam multi donant honores atque diuitias, quae sunt reipub. munera. Pericula. scilicet bellorum. nam cum populo Rom. bellum inferret, nos arma pro ipsis defensione capimus, in quo saepe mortem opprimus. Repulsus. scilicet magistratum: quia si praetor am, uel consulatum petimus, statim repulsam patimur. Iudicia. condemnationes. Egestatem. Egestas serē in mala re dicitur, quae homines ad maleficium impellit. Quae. scilicet pericula, iudicia, repulsas. Quousque. ad quod tempus. O fortissimi uiri. Interrogatio est, ad commouendos auditores. Non ne praestat. id est, melius est.

ab honesto argumentatur, et dicit: Honestum est potius mori per uirtutem, quam uitā differre, ut postea cum ignominia moriamur. Athenae superbie. id est, hi qui potentiores sunt, et ob id superbi. Verumenimvero. Nunc argumentum suum corroborat, dicens: non modo ipsi non moriendum, sed sibi uictoriam in manibus esse. Verumenimvero. profecto. haec geminatio uam maximam confirmandi habet. Victoria in manu nobis est. Argumentum a facili sumitur, facili enim nobis est uictoria, cum simus uo animo, et fortes, necnon et iuuenes contra illi senes, et molles. Viget aetis. iuuenes sumus. Animus ualeat. id est, quia exercitati sumus in interficiendis hominibus. Res ipsa. negotium ipsum. Expediet. perficiet sine labore nostro. Etenim quis. Dicit enim, strenuum hominem haec nullo modo pati posse. Profundant. Profundere diuitias est, porro per luxuriam effundere: id est, nimio sumptu pecuniam effundere. In extruendo mari. id est, in aedificandis aedificijs in ipso mari. Montibus coequantis. complanandis. Ad necessaria. id est ad uictum et uictum, quae duo homini maxime necessaria sunt. Larum familiarum. Larum hic accipit pro foculo, ubi familia stat. nam Larum proprie dicuntur dij domestici. Prisci enim Romani, in domibus, quas incolabant, dolijs aut uasculis mortuos sepeliebant. quae causa lares, quos domesticos uocant, deos colere coeperunt. Postea lege duodecim Tabularum cautum est, ne in urbe sepelirentur, neie uerentur, cuius haec uerba sunt: IN VRBE NE SEPPELLITO, NEVE VRIITO. Ossa tamen eius qui triumphasset, in urbem deferre, ac deponere licebat. Idem et alij ducibus, et qui bene rem gesserant, tribuerunt, ut non solum ipsi, sed posterij quoque in foro sepelirentur: iocuit Valerio, et Fabricio. Ferunt autē horum posteris mortuorum, et in forum delatis, ardentem faciem subijci, et statim at tolli, ut sine inuidia honore utantur, et tantummodo sibi licere confirmet. Autore Plutarcho in Probl. Ipsi que lares canum pelibus uelutuntur: causamque Plutar. in Probl. refert. Tabulas pictas. Tabulae proprie dicuntur, picturae in tabulis artificiosè formatae, quibus antiqui picuū delectabantur. Plinius libro 35. cap. 4. Dignatio autē praecipua Romae increuit (ut existimo) a Mar. Valerio Messala, qui princeps picturae, praely quoque Carthagenenses et Hieronem in Sicilia deicerat, proposuit in latere curiae Hostiliae, anno ab Vrbe condita quadringentesimo nonagesimo. Signa. status. Plinius libro 35. cap. 11. Anno, inquit, urbis sexcentesimo octauo, parua Achaia, signa et tabulas pictas inuenit, nequid deesset. Idem libro 34. cap. 4. Rome ex arte simulacrum factum Cerey primum reperio, ex speculo Sp. Cassij, quae regnum affertantem pater ipsius interemerat: transiit et ab dijs ad hominum status atque imagines. multis modis antiqui pingebat eas bitumine: quo magis mirū est, placuisse auro intingere. Idem eodē libro, cap. 7. in M. Scauri aedilitate Achaia repleuit urbem: ipse excoisit, non reliquitur filiae dotem, multa et Luculli inuexerat. Toreumata. Toreumatis nomine, quaequid artis elegātia exculptum est, comprehendimus. repus, i. sculpsit: torreticē, sculpsit: a qua torremata, huiusmodi opera dicitur, aut sculpsit, aut calata, ex quacumque materia, qua in delijs habebatur. Postremo omnib. modis. Cum enim profuderunt pecuniam in tabulis et signis emēdis, et domibus extruendis, demū necesse erat, ut per fis et nefas iterum cum accumulare studerēt.

Trac

Trabant. ] accumulans. Vexant. ] lacerant pauperes humiles. & est frequentatiuum a Vexo, ut respondeat ad Trabo. Summa libidine. ] id est summa luxuria, & profusione sua. Quin igitur. ] Peroratio, in qua breuiter enumerat, quae superius diffusè dixerat. Nota, Quin, cum pro cur non ponitur, semper interrogatiue, & per indicatiuum usurpari, ut hoc in loco: & Virg.

Quin in aliquid saltem potius, quorum indiget usus, Vimibus, mollisq; paras detexere iunco.

Expergiscimini. ] i. cur remp. non capessitis? En illa. ] En & ecce in eadem penè significatione, amant nominatiuum & accusatiuum: apud Comicos uerò Hem pro en, affectui seruientis, quo Oratores non utuntur, adiungitur autè En nominatiuo pariter & accusatiuo, tum indicandi, tum exprobandi, indicandi, ut hoc in loco, & Virg.

En Priamus, sunt hic etiam sua premia laudi. Exprobratio: En agros, & quã bello Troiano petisti, Hesperiam metire iacens.

Oratores sapientius exprobando, & sepius per nominatiuum. Quin ill. En improbitas. Cicero: En crimen, en causa cur Regem fugitiuum, dominum seruus accuset. Deuis. ] honores, & magistratus. Res. ] conditio nostra misera. Tempus. ] scilicet opportunum. Pericula. ] scilicet futurorum malorum. Egessas. ] summa inopia. Vel Imperator. ] Nunc priuatum de officio suo agit. Imperatorem hinc ponit pro duce & principe exercitus. nam principio nemo hoc honore dignabatur, nisi qui res amplissimas praclarissimasq; gessisset. Post ea si mos ita peruegatus atque peruegatus est, ut uel minimis rebus gestis nomen hoc multis tribueretur; neq; semel modo, sed iterum & sepius, hac autem appellatione decorabantur duces, aut exercitus declamations, aut (quod erat honorificentius) decreto Senatus, ut alibi scribemus.

CAST.

In rem fore. ] utile fore. Appellare. ] alloqui. Omnibus arbitris procul amotis. ] Remotis omnibus ijs, quos participes conuersionis esse uolebat. Nisi uirtus atq; fides uestra satis spectata mihi foret. ] In plerisque scriptis libri ita legitur: Nisi uirtus fidesq; uestra spectata mihi foret. Quae lectio est longe melior, quam uulgata. Spes magna, dominatio. ] Exemplar uetus, quod nos longe ceteris correctius esse experti sumus, item illud quod ex bibliotheca diui Saluatoris habuimus, habent, Spes magna dominationis: ut etiam in excusis quibusdam legitur. Temporalibus. ] periculis. Nam idem uelle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. ] Sic etiam Cicero in oratione pro Plancio: Vetus est, inquit, ista lex iustae ueraeq; amicitiae, ut idem semper uelint: nec est ulli certius amicitiae uinculum, quam consensus & societas consiliorum & uoluntatum. Ceterum (ut idem in Latio tradit) uera amicitia nisi in bonis esse non potest, cum uirtutum amicitia adiutrix a natura data sit, non uirtutum comes. Aristoteles etiam Moralium ad Nicomachum lib. 3 docet, proprie amicitiam bonorum hominum esse, quatenus boni sunt, reliquas uerò amicitias per similitudinem quandam ad ueram amicitiam dici. Sed Catilina conspirationem malorum hominum amicitiam uocat, suae seruientis causa. Tetrarchae. ] Tetrarcha dicitur, qui partem regni quanta habet non qui quatuor prouincias praest, quod aperte declarat Strabo lib. 12. ubi de Galatis loquitur, qui sunt in Asia. Est enim tetrarcha nomen Graecum. Quae quod usq; tandem patiemini o fortissimi uiri? ] In manuscripto exemplari non sunt tres postrema

illae dictiones, o fortissimi uiri: & ego libenter delerem, si non omnes, saltem prima, id est, o. non est enim in multis libris. Fueritis. ] Multo melius in ueteris codicibus, habent enim, pro Fueritis, Fueris. Per deum atque hominum fidem. ] In manuscriptis legitur, Per deum atq; hominum fidem. & haec est uera & uulgata lectio. Verba enim haec cum indignatione proferuntur. Sic Terentius in Andr. Pro deum atq; hominum fidem, quid est, si non hoc contumelia est? & in Heaut. Pro deum atque hominum fidem, quid uis tibi? Item Cic. Tuscul. 5. Pro deorum atq; hominum fidem, parum ne cognitum est, &c. Et aduerbas, rellè & usitate dici Pro deum, & Pro deorum: ut etiam Cic in Oratore docet, alij hanc interiectionem cum aspiratione scribunt, alij sine aspiratione, sed circumspectum. Atq; diuini omnia consenserunt. ] Diuitiae enim (ut inquit Latio lib. 12. de Legibus) animi delicijs corrumpunt. Larem familiarum. ] domum, ubi habitemus. De Laribus dei hic ipse nihil dicam. Te enim reicio ad Liliam Gyraldum de Dei gent. Tormenta. ] opera calata, reuera enim sculpo significat. Emunt, uetera negligunt, noua derunt, alia edificant. ] Aliter: Emunt, noua derunt, alia edificant. Quodam etiã ueteres codices habent: Emunt, uetera negligunt, noua edificant. Vnum. ] Aliter, Vtmini.

R. IV.

In abditam partem adiuu fecerit. ] Manuscripta duo, secedit, quomodo & alia pleraq; Nisi uirtus atq; fides uestra satis spectata mihi foret. ] Legendum è uelutis, Nisi uirtus fidesq; uestra spectata mihi foret: omis- sa particula illa Satis, quam nec Fabricianus habet codex, nec requirit magnopere sensus. Si quis tamen eam adiectam uelit, non admodum repugnabo, est enim in Merserburgensi. Sed & Terent. Satis iam Simo, satis spectata erga te amicitia est mea. Beroaldinum exemplar eam non habet. Ni, pro nisi ponitur, & sic numerus ipse exigit, cuius est obseruantissimus Sallustius. Nec uerò aliter Seruius in Georgica Virgilij citat. Iam illud, uirtus atq; fides uestra, uastum quid uescio atque immane sonat. Quanto modulatus, uirtus fidesq; uestra. Spes magna, dominatio, in manibus si uestra fuissent. ] Ita & manuscripta ferè, quae ipse uiderim. In recentioribus, Spes magna dominationis, legitur. Simul quia uobis eadem quae mihi bona malaq; esse intellexi. ] Et esse non est in Merserburgensi, neq; in Veneto, aut alijs impressis uentioribus, ac elegantius, & maiore cum gratia abesse uidetur. Mox, Nam idem uelle atq; idem nolle, ea demum firma amicitia est. ] Sic in Hieronymo Donato. In Fabriciano uerò, Idem uelle atq; nolle. Perperam autem est in exemplari Coloniensi adalium, Ea demum res. nec enim in uelutis reperitur. Quae conditio uita futura sit, nisi nosmetipsos uindictam in libertatem. ] Legendi arbitror, Ni nosmet ipsi. Id enim, praeterquam quod iuauis est, etiam ueteris consensu codicum magis comprobatur. Ceteri omnes strenui, boni, nobiles atque ignobiles, uulgus sumus, sine gratia, sine euctoritate. ] Quamuis eodem modo codices manuscripti: est in plerisque tamen, ut & Beroaldino, Vulgus sumus, ut ipse praesenti, pro, nullo numero habemur, hoc est, contemnimur & despicimur. Sed & Fuitus, non sane displicet, quod exemplaria ferè habent. Nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. ] In ueteris est, Repulsas nobis reliquere, pericula, iudicia, egestatem. Vtra uerborum series e concinnior esse uideatur, alij iudicent. Quae quousq; tandem patiemini o fortissimi uiri. ]

In Fa.

In Fabriciano & Beroaldino non est, O. ac mihi sane ab liberatore in falso additum uidetur. Est tamen in Merserburgensi atq; alijs. Nonne emori per uirtutem praestat, quam uobis miseram atq; inhonestam, ubi aliena superbia ludibrio fueritis, per deum auiteret? Voluerit Fabricianam habet, ubi aliena superbiae ludibrio fueris, id haud dubie cum rellè, tum elegantius esse uidetur. Et talis uerborum numerus, incredibilem quandam gratiam & uenustatem habet. Verumenimuerò per Deum atque hominum fidem, uictoria in manu nobis est. ] Priscianus legit, Pro Deum atq; hominum fidem: lib. 14. Pro, inquit, tiam interiectionis loco ponitur, & circumflectitur. Vt Sallust. in Catil. Pro Deum atq; hominum fidem. Neque secus interper, quicunq; is, legisse uidetur. In ueteris inscriptionibus ferè Prob reperitur, contra quam uel Priscianus ipse, uel alij quidam uelint. Nam & Festus cum Prisciano facit, inter alios enim significaciones huiusce

particulae Pro, quas multas lib. 14 recenset, etiã admirationi seruare eã docet: ut Pro Iupiter, nam hoc ipse exemplum subdit. Nisi forte animus me fallit. ] Manuscriptum habet, Nisi forte animus fallit.

GLA R.

Spes magna dominationis in manibus fuisse. ] Ita uetus codex: at Aldinus habet, Spes magna, dominatio in manibus fuisse: quam lectionem ego non probo, neque enim dominatio in manibus fuit, sed dominationis spes. Postremo omnibus modis pecuniam trahebunt, uexant. ] Post Vexant, distinguendum: quamquam Lectori considerandum, quid hic Vexant proprie significet: uidetur enim à uerbo hic etiam significatione frequentatiuum esse, ut respondeat ad trabo. Mala res, spes multo deterior. ] Vide ut acciperit spes, pro timore ne, an reuera pro spe sine effectu: ut uerè à philosophis dubitetur, plurae boni, an mali adferat spes mortalibus.

Postquam accipere ea homines quibus mala abundè omnia erant, sed neq; res, neque spes bona ulla: tamen illis quieta mouere, magna merces uidebatur: tamen postu lauere pleriq; ut proponeret quae conditio belli foret, quae premia armis peterent, quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas nouas, profectionem locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, aliaq; omnia quo bellum atque uictorum libido fert. Praeterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauritania cum exercitu P. Sittum Nucerinum, consilij sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominè familiarem, & omnibus necessitatibus circumuentum: cum eo se consulem, initium agendi belli facturum. Ad haec, maledictis increpabat omnes bonos, suorum unum quenque nominans, laudare: ad monebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, complures periculi aut ignominiae, multos Syllanae uictoriae, quibus ea praedae fuerat. Postquam omnium alacris uidet, cohortatus ut petitionem suam curae haberent, dimisit conuentum.

VALL.

Postquam accipere. ] Visum est superius, quomodo adhortatus est Catilina coniuratores ad rempublicam occupandum. Nunc autem dicit, quomodo se habuerunt qui Catilinae orationem audierant. Accipere. ] intellexere ea quae supra dicta sunt à Catilina. Omnes. ] coniuratores. Quibus abundè mala. ] qui abundant omnibus malis. & inopia rei familiaris stricti erant, & grande eas debebant: nec quomodo soluerent, ulla spes superpetebat. Superflud. ] abundè, plusquam satis. Sed neque res. ] id est, qui inopes erant, non sibi erant opes. Mala spes. ] nihil habebant: & nihil sperabant, quod de- cedere possent oculum & quietem reipublicae perturbare. Quietam Rempub. ] tranquillam & ociosam statum ciuitatis. Pleriq; ] coniuratores. Quae conditio belli foret. ] Si uictores euaserimus, quae nam nostra erit conditio? Quae praemia. ] quid praemij consecuturi sumus ex hoc, quod in rempublicam arma capimus? Quod ubiq; ] quibus nos periculis exponimus? Spei. ] quibus autem uiribus freti, tantum facinus aggredimur? Tum Catilina polliceri. ] ad id quod dixerat pleriq; coniuratores: quae conditio belli foret, quae praemia. ] conuictibus. ] admirandus tabulis, quae possidebantur à diuitibus. Sicut apud auctores comprehendi potest, erant preciosae huiusmodi tabulae, in quibus artificiose pingebantur imagines, ere uel argenteo & auro redimitae. Proscriptionem locupletum. ] publicationem bonorum, bonum diuitum. Nam proscribere nomen eius Romani, est nomen eius in tabula scriptum, in publicum extollere,

ut quisq; legere posset: & quicunq; legisset, in habebat in corpus, etiam in bona illius qui in tabula proscriptus erat. Proscriptionem locupletum. ] publicationem bonorum, quae possidebantur à diuitibus. Magistratus. ] primus & summus magistratus in urbe Roma erat Consulatus: secundus magistratus erat Praetura, tertius Aedilitas, quartus Tribunatus plebis, quintus Quaestura, sed Censura erat inter maiores magistratus enumeranda. Sacerdotia. ] id est, sacerdotij beneficia & honores: in quibus sacerdotes honorati primò officiebantur. Alia omnia, & cetera. ] ut puta alienis stuprare uxores, uirgines quas prius dilexerant uiolare. Fert. ] cupit. Praeterea. ] dicebat ad illud, quod ubique opis aut spei haberet. Pisonem in citeriore Hispania. ] Superius dixit hinc Pisonem interfectum: sed anequam interfecerunt, haec omnia facta sunt. Adhuc, praeterea dicebat, Fore, suorum esse. Speraret. ] Catilina. Hominem familiaris. ] hominem sibi familiaritate coniunctum. Omnibus necessitatibus. ] omnibus necessitatibus. Circumuentum. ] obfessum. Necessitatibus. ] quia rem familiarem inopes domi habebat: multum praeterea eas alienum debebat. Qui multa nefanda commisit flagitia, infamis est apud omnes: qui omnes necessitates, impulerat ipsam obsequi mihi ad quicquid sua opera uti uoluerit. Agendi. ] res cuius belli. Incepit bonos omnes. ] Nam mali semper in sensu sunt bonis. Vnumquemq; ] suorum nominatum appellat bonos suo nomine: ut, L. Vargun- tei, paratus sit, ut haec omnia facias quae mihi pollicitus est: tu Publi Antoni, cum tu illum interfecisti, animi tui

m 3

docit.







Paedanius in primo Commentario, Gellius lib. 4. cap. 20. & libro 9. cap. 22. Et si quis eorum decessisset, alterum in locum eius sufficere religio erat. Probrus.] dedecoris, erat enim dedecori reip. homo adulter, & a leator, & qui ob uitia damnatus fuerat. Paedanius in Toga candida Curius, inquit, hic notissimus fuit aleator, damnatusq; postea est. in hunc est hendecasyllabus Calui elegans, Et aleis Curius pereruditus. Amouerant.] remouerant. nam is propter uitia sua indignus erat, ut in Senatorum numero haberetur. Vanitas.] leuitas. erat enim hic Curius tam leuis, ut si quid audisset, id omnino reticere non posset. Prorsus neq; dicere, neq; facere. Id est, non habebat rationem neq; facti, neq; dicti. Penſi.] id est, sine consideratione: quia quicquid audierat & egerat, dicebat Curius. Conſuetudo.] usus, conuerſatio. Erat ei cum Fulua nobili muliere.] id est, nobili genere orta, non (ut interpres) clara & famosa. Plutarchus:] Sed hoc, inquit, Fulua nobili genere mulier, clam noctu profecta, Ciceroni detexit. hanc Florus uilissimum scortum appellat. Cum enim minus gratus esset, quod inopia minus largiri poterat.] Conſueuerunt enim meretrices, cum plurimum pecunia a nobis accipiunt, ostendere se nimio nostri amore teneri: sed ubi pecunia defuit, eorum in nos amor minuitur. id quod Curio quoque euenerat. Repente.] ex improſuſo. Glorians.] quia conſpirationis euentus cito sperabat, ideo gloriabatur se ei daturum ingentes pecunias, quo sibi magis obsequeretur. Maria & montes polliceri.] Prouerbiu est, quod uisum pare solemus, cum de ingenti alieuius pollicitatione dicere uolumus: idq; cum quadam irrisione dicimus. is enim dicebat: Cito maxima mihi erunt facultates, quarum tu quoq; eris particeps. Ferro.] gladio, per metonymiam, ut ex materia intelligas rem confectam. Tropus hic Metonymia communis est Poetis & Oratoribus, ut Cicero in oratione pro Cecinna: In aliquem uenientem cum ferro inuadere. de quo multa Quintil. lib. 8. cap. 6. Insolentia.] superbia insolita. Insolentia, est superbia supra humanum morem sese effrens. & insolentem hominem dicimus, praeferoem, & ultra modum uisitatam, hominem elatum. Tale periculum Reipubl. haud oculum habuit.] L. Florus: Tanti, inquit, sceleris indicium per Fuluiam emerſit, uilissimum scortum, sed parricidij innocens. Appianus libro 2. Quae omnia cum ocula adhuc essent, & incognita, Fulua parum pudica mulier, Ciceroni indicat. huius amator Q. Curius fuit, uir ob probrum consultiu amotus, & ob id consiliorum Catiline particeps: leuis admodum, & ambitiosus, ad mulierem omnia detulerat: & ueluti postitiam inſitum habiturus, eorum que in Italia agitabantur mentionem fecerat. & infra: Sublato autore.] non nominato Curio, a quo omnia audierat. Quae.] uerba. Quomodo.] scilicet sibi narrata fuerant. Compluribus.] scilicet hominibus.

CAS.

Populares.] participes, fautores. Addiceret.] adigeret. Humani corporis sanguinem, &c.] Florus: Additum est, inquit, pignus conſpirationis sanguis humanus, quem circumlatum patris libere. Quidam homines eos maculasse, & carnem gustasse ferunt. Plutarchus in Cicerone: in uerba abſoluta, & in uerba de re. Dion lib. 17. ταυτα αυτα τον καταβολου, & ταυτα ταυτα αυτα τον καταβολου, in uerba abſoluta, & in uerba de re. Post execrationem.] in eos qui fidem fallerent. Sicuti in solennibus sacris fieri consue-

uit.] Solennia sacra dicebantur, quae certis temporibus anni fieri solent. Verum non est credendum, Romanos in solennibus sacris humanum sanguinem degustare solitos fuisse, quamuis (ut multi scribunt) Saturnus & Laetialis Iupiter humana hostia placarentur. Dicemus igitur, uinum, aut quidpiam simile circumferri ac degustari solitum fuisse. Legimus apud Herodotum libro 1. & Solinum cap. 19. Scytharum quosdam populos, nec no Medos & Lydos, haustu multu sanguinis conſueuisse sancire facias. Sed Catiline immenitas omnem barbariam uicit. Dicitur aperuisse consilium suum.] Inducendum est uerbum Dicitur. nam neq; uetusta exemplaria habent, neq; Sallustiana elegancia admittit. Atq; eo dicitur, quo, &c.] Sine dubio ita legendum est: Atque eo dictam rem fecisse, quo. Nam si ita legis, sententia erit clara, nec a ueterum codicum auctoritate disſerſeris. Inuidia.] odio. Quae postea orta est.] Quod ciues Romanos indicta causa occidisset: quamobrem in exilium actus est. Quem censores senatu probri gratia amouerant.] Nec secus Appianus bellorum ciuiliu libro 2 tradit. quamuis interpres aliter uerbat: & in Graeco codice Spurius, non Curium legatur. Vanitas.] inantias, leuitas. Apollinaris apud Gellium lib. 13. cap. 4. asserit, Vanos proprie dici, no, ut uulgus deceret, desipientis, aut hebetes, aut ineptos: sed ut ueterum doctissimi dixissent, mendaces, & inſidos, & leuia inaniaq; pro grauib; & ueris altissimè componentes. Nos autem quid hic significet uanitas, ex ipsius Sallustij, quae sequuntur, uerbis facile cognoscimus. Prorsus neq; dicere, neque facere quicquam penſi habebat.] Huic, neq; quid diceret, neq; quid faceret, quicquam unquam penſi fuit: ut loquitur Lilius dec. 4. lib. 4. Cum Fulua.] Huius meminere Plutarchus in Cicerone, Appianus in uerbo libro 2, Papiinianus Digestorij libro 4. tit. 4. & Florus, qui uilissimum scortum eam appellat. Maria montesq; polliceri cepit.] Prouerbia hyperbolice. uide prouerbiu apud Erasmus, Montes aureos polliceri. Nisi sibi.] Aliter. Nisi sibi. At Fulua insolentia Curij causa cognita.] Aliter: At Fulua per insolentiam Curij causa cognita. Ego tamen libentius legerè cum Ritio, Badio, & alijs, Insolentia: etsi quidam scripti codices habent, Ex insolentia Curij. Sed sublato auctore de Catiline conſpiratione, quae quomodo audierat, compluribus narrat.] id est, Fulua non solum quae Catilina moliebatur, sed etiam modum & uiam, qua id facinus perpetrare decreuerat, ut ipsa audierat a Curio: superſo tamen Curij nomine, compluribus narrauit. In uo no ex nostris calamo exaratis codicibus, pro Quae & quomodo audierat, est, Quomodo audierat, sine dictionibus. Quae & alijs etiam aliter legunt: sed ego nihil mutuo.

RIV.

Inde cum post execrationem omnes degustassent, sicuti in solennibus sacris fieri consuevit, dicitur aperuisse consilium suum.] & dicitur, ex glossa irrepressibile uidetur. Neq; enim est in uetustis, & elegantior, citraq; detrimendum sensus abest. Merſeburgense, fieri conſuetum, sed eodem sensu. Atque eo dicitur, quo inter se magis fido fuerat.] Hic mire uariant exemplaria uetusta. Quid si legis, Atque id ea re, siue, uel fecisse (tamen si hoc uerbum quu in manuſcripto fit, in recentioribus desideratur) uel, atq; eo id ante fecisse, quo inter se, &c. quomodo legendum esse, coeſectura quadam ducor ad ſuſpicandum. Haec iam adnotaram, quum ecce in duobus manuſcriptis reperio, Atq; eo dictam rem fecisse, quae mihi lectio maxime omnium

omnium probatur. & habet eandem exemplar Beroaldinum. Nonnulli sic & hae & multa praeter ea existimabant esse.] & esse, non est in manuſcriptis, neq; in impreſſis uetustioribus, ac solum interdum per Belpſin a beſſe, ſumma cum ueniſſitate orationis, ut est ab alijs adnotatum. Nobis autem ea res.] & Autem non habent exemplaria manuſcripta, ac rectius omittitur. Quem cenſores ſenatu probri gratia amouerant.] Quid ſileas, mouerant? Nam ſic ſere dicimus mouere ſenatu, pro eijcere. Alterum illud, haud ſcio an ſit uſpſiam lectu, aut ſi eſt, rarum certe eſt. Fortaſſe illa uocalis, &, in anteaſe dictione extrema, eademq; in Amouerant prima, locum errori fecit. Haec nam ſcripſeram, quum inſpeſſo codice Fabriciano, Amouerant ibidem reperi. licet in alijs Amouerant. Ceterum (ut hoc quoq; obiter addam) cenſores ut in ampliffimum ordinem plerunq; quos com modo ſortet, legendis habebant ita & ſenatu mouere ſolebant, ſi quos honore ampliffimo indignos iudicaſſent. Itaq; & hic Salluſtius Q. Curium hominem ſtagitij, atque facinoribus cooperum, ſenatu a Cenſoribus motu dicit. Neq; reticere quae audierat, neq; ſua & ipſe ſeclera occultare.] Eſt in quibusdam, ut & Merſeburgenſi, neque ſuam ipſe ſeclera. Quomodo Lilius 3. ab V. C. Epoto medicamento, ſuam ipſe fraude interierunt. Sed & prior lectio placet. nam idem Lilius 7. belli Punici ſe cendi: ita inde Annibal (inquit) ſua & ipſe fraude capius abijt. & Prorsus, quod nox sequitur, ad ſequentia pertinet, ac perperam eſt ad Gymnico ſuperioribus additum, ut ſit, Prorsus neque dicere neq; facere quidquam penſi habebat. pro, nihil curabat. Lilius: Quis neq; quid faceret, quidquam unquam penſi fuiſſet. Erat ei cum Fulua nobili muliere ſuſprij uetus conſuetudo.] In alijs, muliere non ſub, quomodo & in manuſcriptis. elegantius autem ſequitur adieſtium. Maria montesq; polliceri cepit,

minari interdum ferro.] Perperam est in recentioribus addita illa Et copula, ad uerbu minari. Quod ut ad ſenſum nihil, tamen ad orationis ueniſſitate: facere haud parum uidetur. Ferrum pro gladio dixit per Metonymiam, ut ex materia intelligas rem confectam. Et quamquam haec figura Poetis familiarior ſit, uicit ea tamen & Cicero nonnunquam, uelut pro Cecinna: In aliquem aduenientem cum ferro inuadere. & Homines inſtructi & certis locis cum ferro collocati. At Fulua insolentia Curij causa cognita.] Legendum e uetustis, insolentia, pro, ubi causam cognouit insolentiae Curij. Nam apiculus ille, quo ſit diphthongus, perperam eſt in impreſſis omiſſus. Quae & quomodo audierat, compluribus narrauit.] Legendum, quae quomodo audierat. Nam eſt illa Et copula ab inſuſo forſan litteratore addita, neque in ullo manuſcripto reperitur. Niſi quis legere malit, quaeq; & quomodo audierat, nam ſic quoq; legendum, conieſturis quibusdam adducor ut ſufficer.

GLAR.

Atque eo dicitur quo inter se magis fido fuerat.] Codices alij habebant, atque eo dicitur fecisse, quo inter se, &c. Alij fecisse uerbum ſuſulerunt, quando intelligi poſſit. Badius legit: Atque eo dictam rem fecisse, quo inter se magis fido fuerat. quae lectio planior est, ſi modo ſit auctoris, quod ego uentura affirmarim. Uetustus codex habet: Atque eo dicitur fecisse, quo inter se, &c. At Fulua insolentia Curij causa cognita. Idem Badius insolentia, in gignendi caſu legit, & codex quoque uetustus: quod placet propter conſpirationem, etiam ſi alij ablatiuum exponant propter insolentiam. Illud autem, sublato auctore, uariè commentarij explicant: alius sublato auctore, id est, diſcedente: alius sublato, id est, tracto uel allentato: ego propemadum auſim ueram expoſitionem dicere, Sublato, id est, non nominato.

Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum Marco Tullio Ciceroni. Namque antea plerique nobilitas inuidia aestuabat, & quasi polli consulatum credebat, si eum quamuis egregius nouus homo adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit, inuidia atq; superbia potest uere. Igitur comitijs habitis, Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Quod factum primo populares conſpirationis conſuſſerant: neque tamen Catilina furor minuebatur, ſed in dies plura agitare: arma per Italiam locis opportunis parare: pecuniam ſua aut amicorum fide ſumptam mutuam, Fefulas ad Manlium quendam portare, qui poſtea princeps fuit belli faciendi. Ea rem peſtate plurimos ciuiliu generis homines adſciuiſſe ſibi dicitur: mulieres etiam alitummod, quae primò ingentes ſumptus ſupero corporis tolerauerant: poſt ubi aetas tantum uel adiuuere ſibi, uel interficere. Sed in his erat Sempronia, quae multa ſaepe uirilis audaciae facinora commiferat. Haec mulier genere atque forma, praetera uiro ac liberis ſatis fortunata fuit: literis Graecis & Latinis docta: pallere & ſaltare elegantius quam neceſſe eſt probae: multa alia, quae inſtrumenta luxuriae ſunt: ſed ei chariora ſem per omnia, quam decus atque pudicitia fuit. Pecunia an ſamè minus parceret, haud facile diſcerneres. Libidineque ſic accenſa, ut ſepius peteret uiros, quam pereretur. Sed ea ſaepe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat, cedis conſcia fuerat, luxuria atque inopia praecipua abierat. Verum ingenium eius haud abſurdum, poſſe uerſus facere, iocum mouere, ſermone uti uel modoſto, uel molli, uel prociaci. Prorsus multae facetiae, multusq; lepos inerat. His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in proximum annu consulatum petebat: ſperans, ſi deſignatus foret, facile ſe ex uoluntate Antonio uſurum. Neque interea quietus erat, ſed omnibus modis inſidias parabat Ciceroni: neque illi tamen ad cauendum dolus aut aſtutus deerant. Namque a principio ſui conſulatus

Qua occasione Catilina consulum frustra.

Mulieres in comitatu Catilinae.

Sempronia.

Luxuria sua instrumenta.



fulatus multa pollicendo per Fulviam effecerat, ut Q. Curius, de quo paulo ante memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antonium pactione provinciae perpulerat, ne contra Rempub. dissentiret: circum se præsidia amicorum atque clientum occultè habebat.

VALL.

¶ Bares. ] Felicit quam de coniuratione Catiline aperiuerat. Accendit. ] incitavit. Mandandum. ] ad tradendum. M. Cicero. ] quia ex omnibus civibus Romanis nullus magis videbatur idoneus, qui de perniciosis civibus Rempub. eripere possit, quam Marcus Tullius. & est maxima Cicerois laus, qui unus ex omnibus usus fuerit ad Rempub. recuperandam idoneus. Pleraq; nobilitas. ] maior pars nobilitum. Astuabat ] ardebat & stimulabatur odio: quia quodam odio populi maculari & fordinari videbatur. Cum consulatu novus homo. ] Novus homo dicitur, qui paulo ante ab infimo gradu ad summum officium ascenderit ut tribunatus & consulatus, ut Cicero fuit. Nam dicitur nonnulli, fabri firmarij fuisse filium: fuit autem, quod constat, ex municipio Arpinati. unde dicitur est Arpinas Cicero: sed cum patre simul pervenit in urbem Romam, & ibi factus est civis: & cum ipse prudentia simul & eloquentia esset referissimus, eadem princeps Romanus evasit: ergo novus erat. Sed ubi periculum. ] Ita quidem ante credebant consulatum maculari, si Cicero eum adeptus esset. sed ubi periculum coniurationis advenit, oblitus sunt invidiæ atque superbiæ. Post facere. ] posthabita sunt. Iguur. ] Superius ostendit, quomodo pleriq; nobiles antea existimauerant post se consulatum, si novi homines, quamvis egregij, eum adepti fuissent: postquam periculum omnes metuebant, libenter & promptè consulatum Marco Cicero mandaverunt, cui coll. gam adunxerunt Caium Antonij: quod nunc dicit. Igitur. ] Ergo, quando quidem iam non per invidiam homines nobiles nolebant, novos homines consulatum adipisci, & intelligebant periculum quod inflaret, omnes curabant patrociniis civitatis habere. Igitur. ] quia postposuerant invidiam atq; superbiam. Habitis comitijs. ] id est, congregationibus populi factis ad creand. consules. & dicitur Comitium a con. & itum, eo quod simul iret populus ad magistratū aliquem creandum, uel aliud peragendum, & in campo Martio cōueniebant: & significat Comitium populi congregationem, uel populi electionis magistratum, locum & tempus ipsarū electionum. Populares. ] fautores. Primò. ] in principio. Concusserat. ] metu terrerat. Neq; tamen. ] ceteri autem metuebant, sed Catilina magis metitabatur. Agitare. ] pro agitabat, i. cogitabat. Opportunis. ] bello. Sua. ] fide. Amicorum. ] qui pro eo proponderant fecerant oribus. Fefuls. ] Fefuls, oppidū est nunc diruptum, distans Florentia duobus milibus passuum, cuius Manlius fuit princeps, sicut videbimus. Tempestate ea. ] i. eo tempore. Cuiuscunq; generis. ] cuiuscunq; conditionis uel fortune, mediocris & infimæ & hoc est, liberos & seruos. Mulieres etiam. ] Non solum dicit sibi adiunxisse viros, sed etiam mulieres, que sibi videbantur idoneæ ad hanc rem. Que. ] mulieres. Supra corporis. ] quia nobiles erant, & forma insignes, ideo à multis petebantur: quapropter multam lucrabantur pecuniam. Etas. ] sex senilis. Quæstui. ] s. lucro. Neq; luxuria. ] Badè voluntas libidinis inerat eis, quæ in iuuentute fuerat: sed non erat idem quæstus qui fuerat in iuuentute. quia iam gradioris ætatis factæ, s. r. no-

se esse desistunt. Modum. ] finem. Solicitare. ] post se precibus scelerare, ut coniurationi fauerent. Urbem incendere. ] Hoc est potissimū in capiendis urbibus. Nam cum incendium fuerit incipit, omnes de concurrunt & ita moenia armatis deserta, haud difficile capiuntur. Interfici ere. ] si nolisset coniurationi fauere. Facinora audacie uirilis. ] ita multa facinora sepe perpetraverat non ad mulierem, sed ad viros pertinencia. Astuuisse. ] coniunxisse. nam Astucere, coniungere significat. Genere. ] quia nobili & patricio genere fuit. Forma. ] quia pulcherrima. Viro. ] quia senatorio viro coniuncta erat. Liberis. ] quia uirilem stirpem procreauerat. Satis fortunata. ] satis felix. Docta. ] perita, erudita. Psallere. ] canere, unde Psalterium. & est Psallere proprie fidibus, canere uero uoce. Saltare. ] est in choreis saltationes hominū imitari. Elegantius. ] excellentius, prestantius. Quim probe. ] quam pudice conueniret. Necessè est. ] opus est. probe, honestè & pudice mulieri. Instruente luxurie. ] Instruente sunt luxurie, canere, psallere, & saltare, quibus adolescentum animi ad libidinem incitantur. Probe mulieri. ] quia non est dedecus mulieri, si et saltare, & fidibus psallere, atq; uoce canere didicerit, dum modò id mediocriter faciat: sed si prestantius fecerit, hæc omnia iam dedecori sibi esse incipiunt. Dicit. ] honor. Pudicitia. ] castitas & pudor. Haud facile discerneres. ] non facile iudicares, uel dignoferes. An pecunia parceret magis quam famæ. ] id est, utrum minoris precij existimaret famam, an pecunia consumptionem. Antebac. ] ante hæc coniurationem. Prodidit. ] quia sepe promiserat aliquid se facturam, quod postea non fecerat. Prodidit fidem. ] id est, per fida fuerat, non seruando fidem suā. Abiurauerat. ] Declarat quomodo fidem prodidit. Creditum abiurauerat. ] depositam & cōmendatam ei rem iureiurando negauerat. nam Abiurare est, rem creditam perituro negare. Cædis conscientia. ] sibi communita fuit cædes hominum. Luxuria atq; inopia. ] nam quia luxurie & uoluptati operam dederat, ideo ad inopiam redacta erat, ut usus cupiditates expleret. Abierat præceptis. ] ruerat in ruinam. Haud absurdum. ] non inconueniens ut conderet uerfus. Iocum mouere. ] i. ridicula uerba proponere & iactare, quibus ad risum sodales moueretur. Modesto. ] moderato. Mollis. ] suauis. Procaci. ] lasciuo. Multa facietia. ] multa facta uerba. Et lepos. ] Inter facietia & leporem hoc interest, quia facietia sunt breuia quædam eloquia, quibus animi auditorum delectantur: lepos dicitur sermonis ex-politio, & lauiticia quædam. Nihilominus. ] quamuis omnia haberet sibi parata ad regnum. In proximum. ] in sequentem annum. nam Cicero & Antonius eo anno consules erant. Antonio. ] Nam Antonius multis egestatibus oppressus erat: quapropter credebatur Catilina obsecraturum sibi, si consul designatus foret potius, quam si priuatus desisteret. Ex uoluntate. ] in suam uoluntatem tracturum Antonium. Interea. ] donec ad consulatum perueniret. Quietus erat. ] non torpescerebat ocio. Omnibus modis. ] & foris & domi parabat in-

A. fidis consili Cicero. ] quibus ille omnibus modis sibi parare insidias. Illi. ] Cicero consili. Ad euitandum. ] ad euitandis insidiis. Dolus. ] est maligni ingenij cogitatio. Astutia. ] Astutia dicitur, astuti ingenij præsentia consilia: & ab astu, id est oppido dicitur, ubi erant homines uersuti, callidi & astuti. A principio sui consulatus. ] cum primū creatus esset consul Cicero. Effecerat per Fulviam. ] i. intercessionem Fulviæ, cuius illecebris captus tenebatur: ob eam rem nihil ipsi Fulviæ occultum esse poterat. Propulerat. ] impulerat. Pactione provincia. ] Nam cōuenerat inter eos, ut provincia extrema contingeret Antonio, que nobilior erat. hoc autem fecit Cicero, ut uoluntati Antonij morem diceret: & \* ipse urbi uel periculum coniurationis imminerebat. Nam mos erat, ut consules inter se provincias sortirentur. Circum se. ] Omnia exponit, que faciebant ad euitandis Catilinæ insidias. Circum se. ] ad tutelam sui. Amicorum. ] & maiorum & parium. Clientum. ] minorum, nam Clientes dicitur, qui sub maioris imperio sunt constituti.

OMNIB.

¶ Bares. ] i. illa manifestatio. In primis. ] i. inter prima, potissimum, ea res potissimū compulsi, quia antea multa inuidebant, & ita disturbabant. Homo nouus dicebatur, qui cum ignobilis esset, per probitatem nouæ acquirerebat nobilitatem. Quamuis egregius. ] moribus, prius astuabat inuidia: sed ubi periculum, &c. Inuidia atque superbia possidere. ] i. postposita fuerunt: & quia inuidia & superbia cessauerunt, igitur, &c. Comitijs. ] Comitium dicitur a cometa, que stella apparet mutationem aliquid principis demonstrat. ita in comitijs Consules declarati, mutabant statum Reipubl. Quod factum. ] scilicet declaratio istorum consulum: concussa erat, i. turbauerat. quidam turbati erant, tamen Catilina non. Fefuls. ] nomen est ciuitatis. Belli. ] sed coniuratus. C. Ant. tamen nobiles prius afficiunt Catiline. Ea autem tempestate, &c. Post ubi. ] i. postquam eas fecerat. Neq; modum. ] id est finem, Quæstui. ] i. lucro. quia in senio nihil lucrari poterant. Et nō luxuria. ] non ita minus luxuriose erant. Conflauerant. ] i. conuulserant. Per eas. ] Causa est quare eas afficiuerat Catilina. Solicitare seruitia urbana. ] i. seruitia urbanorum, qui meretrices solent desiderare. Sed in his. ] i. inter illis. Continatio est. Omnes quidem oportuna erant, sed præcipue Semproniam, quam describit ad tale negotium idoneam. Fortunata uiro. ] quia honestum uirum, s. Brutum habuit. Psallere. ] cantare. Saltare. ] tripudiare. Elegantius quam necesse est aliquid probe. ] s. mulieri. Elegantius. ] Nō decet enim probam mulierem psallere & saltare. Pecunie an fame minus parceret. ] i. indulgeret. Abiurauerat. ] cum per uirum abnegauerat. Præceptis. ] in precipitium ducta Luxuria. ] per luxuriā. Vel modesto. ] ut pudica matrona. Vel mollis. ] id est uel puella. Vel procaci. ] ut pessima meretrix. Facietie numeri pluralis tantum, i. urbanitates in factis: Lepos, i. suauitas ad dicta. His rebus comparatis, &c. Omnes supra dictos adiunxit Catilina sibi. Et his rebus comparatis nihilominus, q. d. quia consulatum petere uolebat. Ab infestatione reipubl. cessare debebat, sed non cessabat. Facile usurum Antonio. ] id est, fauore Antonij qui cum Ciceroe consul erat. Dolus. ] in uerbis. Astutia. ] in factis. Verè non decerat. ] dolus. Nam à principio, &c. Ad hæc. ] i. præ-

ter hæc. Ecce astutia. Pactione provincie. ] Dederat enim Cicero Antonio præter sortem suam reductis cuiusdam provincie. Ne respub. dissentiret eum esse. Ecce alia Cicerois, ita Catilina uoluit petere consulatum, &c.

BAD.

¶ Bares, id est, manifestatio coniurationis Catiline, hominis adeo nobilis: accendit in primis, i. præcipue iustitia hominum, scilicet Romanorum: ad mandandum, id est cōmittendum consulatum: M. T. Cicero. Namque nobilitas plerq; i. ferè totus ordo nobilium & patriciorum: astuabat, i. efferuebat: antea, scilicet q. tam nobilis uiri suspicio haberetur. inuidia, scilicet in ignobiles & nouos homines. & credebatur consulatum, i. maiestatem consularem: quasi polli, i. contaminiari: si homo nouus, i. qui nunquam in eo magistratu fuerat: nec quæquam in stemmate seu maiorum suorum corona consularem habebat: quibus, i. quantumuis egregius, id est præstanti uirtute præditus foret, i. esse adeptus, i. obtinisset eum, consulatum. Sed ubi, i. postquam: periculum, s. reipubl. subuertenda: uenit, inuidia atq; superbia nobilitum: possidere, i. minus ualuere quam uoluerat. Igitur habitis comitijs, i. cōiunctionibus & congregationibus populi Romanis, ad eligendos uos magistros, quod in campo Martio fieri solebat: M. Tull. & C. Antonius declarauerat, s. uoce præconis, qui puncta seu suffragia & uota populi pronunciabat: cosules, s. anni illius. Quod factum, id est quæ declaratio concussa, s. formidine, primò populares, i. factiosos illos, inter se fautores, consilio coniurationis. Neq; tamen fauor Catilinæ minuebatur: sed agitare, i. agitabat: in dies, in singulos dies: plura, s. ad bella facienda: quia parare, i. parabat arma, supple in locis opportunis per Italiam: & portare, id est portabat, eum portare fecerat: pecuniam sumptam, i. acceptam mutuo: sua fide, i. quam sibi habuerant, aut fide amicorum, i. quam mutuo dantes amicis fideiuentibus habuerant: Fefuls, ad opidum illud Hetruria, quod nunc deletum est, ueligia tamen uisuntur non longe à Florentia, in monte cui idem nomen est. Ad Manlium, s. principem eius oppidi: qui, s. Manlius fuit postea princeps belli faciendi. Catilina dicitur afficiisse, i. aduocasse & conuocasse sibi ea tempestate: plurimos homines cuiuscunq; generis, tam bonos quam malos, & nobiles quam ignobiles: & etiam aliquot, i. neq; multas ualde, neq; paucas mulieres, que tolerauerant, i. suppeditauerant ac pati poterant primò ingentes sumptus, ut dicitur expensis: s. supro, i. urpi quæstui ex uulgatione corporum, quia occultè meretrices erant. Post, id est deinde: ubi ætus, scilz senilis, fecerat tantummodò quæstui, i. lucro: neq; i. & non: luxuria, id est luxuriose uita in sumptu faciundo. Modum, i. finem, aut moderationem: ut s. neid. 4. Nam quis erit modus? — hoc est, dum minus ex supro propter annos lucrari ceperant: nolebāt tamen minus expèdere, ne uideretur minus requiri, conflauerant, i. contraxerāt: grande æs alienū, i. debitum ex pecunia mutuo sumpta, & absumpta per luxum. Catilina credebatur se posse sollicitare per eas, s. uoluntas: seruitia urbana, i. seruos urbanos. Notum est enim, seruitia & ministeria pro seruis & ministris accipi: & sperabat per seruos ab eis sollicitatos, incendere urbem, s. Romam: & adiungere sibi uiros earum, s. mulierum infamium: uel interficere, si recusarēt. Sed in his, i. inter his erat Semproniam, uel illa insignis petulantia: que commiserat sepe multa facinora, i. facta audacie uirilis, i. pertinencia ad audaciam uirilem, hæc mulier, s. Semproniam

Sempronia: fuit satis fortunata, i. prospera fortuna usat & felix genere, i. generositate & n. abibus: & forma, i. formositate. Præterea, i. insuper: viro, quem bonum & patricium sortita erat: & liberis, quos masculos & pulchros pepererat: existens docta, i. erudita literis Græcis & Latinis: & docta psallere, i. canere fidibus, & saltare, i. choreas ducere: elegantius, i. artificiosius & exquisitius: quam est necesse, i. conueniens & requisitum probæ, i. mulieri quæ proba & honesta sit: quia probæ mulieres potius rem familiarem quam choreas discunt. Quod contra perditos nostri seculi mores est, quo nulla chorearum rudis commendatur. Sciebat Sempronia, & i. etiam multa alia, quæ sunt instrumenta & incumenta luxuriæ, & ideo probis vitanda: ut excellenter cantare, Græcè loqui, psallere, saltare, ludere, videre, iocari mollior, sed omnia facere ei semper chariora quam deus, i. honestas vitæ atq; pudicitia, i. castitas corporis. Tu haud facile discerneres, i. nemo facile discerneret: an parceret minus sume, an pecunie, i. utram libentius amittebat. & prodigebat, existens sic accensa libidine, ut peteret sepius viros quam peteretur, s. ab eis: sed ideo forte non petebatur, quia prodiderat fidem, i. fidem non seruauerat, ac commissa fidei suæ prodiderat: sepe antehæc, i. ante hoc tempus de quo nunc loquor: & abiurauerat sepe creditum, i. mutuo aut commodato datum, ab his qui ipsi omnia credebant: & fuerat conscia cadis, i. necis hominum: & abierat præceptis, i. præcipitauerit, ut insana, in perditionem rueret. Luxuria atque inopia, quæ duo vitia incompatibilia videntur: & ideo cum proprijs bonis luxuriam fouere nequiret, aliena scetabatur. Verim, i. sed: ingenium eius, s. Sempronia: haud absurdum, i. aptum & conueniens: posse, i. poterat. (Sunt exemplaria quæ habent, haud absurdum fuit: & tunc explanandū est, haud absurdum, i. aptum & idoneum fuit: posse, i. ut possit) facere uersus, i. carmina: & mouere, i. excitare: iocos, i. iocularia & festiua dicta. unde locus propriè est in dicto, lusus in factu. & posse uti sermone uel modesto, i. pudico & casto: uel molli, i. lasciuioseculo aut placido: uel procaci, i. aspero & proteruè petulanti. Prorsus, i. porro uersus: hoc est, omnino inerant, sup. ei, aut in ea: multæ facetiæ, i. urbanitates & gratiæ in factor & nullus lepos, qui & lepor dicitur, multa urbanitas & festiuitas ac uenustus in dicto. & hæc de Sempronia Curij amica. Redit ad Catilinam, dicens: Catilina bis rebus, s. d. Etis de consulibus, quos timuerat, creatis: comparatis, id est, dispositis à populo Romano: aut collatis et cõsideratis à Catilina cum reliqua spe: ipse nihilominus, i. licet repulsam passus esset, tamen petebat consulatum in proximum annum. Aut sic bis rebus, sicut pertinentibus ad regnum: comparatis simul & obtentis, tam à uiris quam à mulieribus, à Catilina: nihilominus, i. quamuis omnia parata ad regnum haberet: tamen petebat cõsulatum in proximum annum: quod licebat, ut designati res suas disponderent ad consulatum decenter gerendum: sperans si foret, i. esset designatus, i. declaratus futurus cõsul: se usurum facile ex uoluntate, i. ad libitum: Antonio, quod is omnibus necessitatibus erat circumuentus & oppressus. & ita sperabat, quod cum ad factionem suam facile attraheret: Neq; ipse Catilina erat interea, s. antea quam dies comitorum adueniret: quietus, i. osctitabundus ac cessitans: sed parabat Cicero in insidias omnibus modis. Neq; dolus & astutia, i. calliditas & uersutia, dicitur

illi, s. Cicero: ad cauendum, i. prospiciendum sibi ab insidijs Catilinae. Namq; Cicero effecerat ad principio consulatus sui, per Fuluiam, pollicendo, i. ulro promittendo multa, ut Q. Curius, homo ille uanus & fuitilis, Fuluie amator: de quo, inquit Sallustius, ego memorauit, i. mentionem feci, paulo ante: proderet, i. indicaret & manifestaret per prodicionem: sibi, uidelicet Cicero, consilia Catilinae. Ad hoc, i. insuper propulerat, i. porro impulerat Antonium collegam, s. suum, id est, secum consulẽm designatum: & ita collegam, i. ad idem officium ac munus legatum, i. destinatum: pactione, i. per pactum, & concessionem ex pacto: prouinciam, s. regendam, unde plus emolumentum ac lucri, quam ex urbe, consulibus obuenerat. unde potuit Antonius inopia sue consulere, ne ipse Antonius dissentiret, i. aliter quam ipse Cicero sentiret cum Catilina: contra rem pub. i. salutem reipub. quia non plus commodi ex factione Catilinae, quam ex prouincia consequi posset. Cum ergo haberet quod uellet, in fide mansit: & Cicero habebat circum se occulte, ut pote domi, aut etiam in foro, sic tamen ut non comitarentur manifeste eum: ne uideretur etiam regnum affectare, aut seditionem fouere: & tamen ad orientibus obstraret. præsidia, id est, eorum & protectionem amicorum & clientium, i. eorum qui se colebant quod patronus eorum esset: nec est cliens uiator aut minister publicus, quæ seruiunt Gallus uocat. ¶ Ea res, i. detectio coniurationis. In primis, i. uocantè omnia. Accendit, i. incitauit. Studia, i. fauores & animos hominum. Plutarch. Hæc igitur est honorum pleriq; animis præuidentem, ad consulatum petendum Cicero nem crexere. qui cum à plebe promptè susciperetur, Catilina à spe decidit. Idemq; cum Antonio consul declaratur: quod nonnullis admirationi fuit, cum ex omnibus competitoribus suis solus Cicero, non Senatorius, sed eques stri ordine paterni genus duceret. Ad consulatū mandandum M. T. Cicero. J. L. Cæsare, C. Figulo Coss. Cicero consulatum petiit: quia in petitione sex competitores habuit, duos Patricios, P. Sulpitium Galbam, L. Sergium Catilinam: quatuor plebeios, ex quibus duo nobiles, C. Antonium, M. Antonij oratoris filium, L. Cassium Longinum: duos qui tantum non primi ex familijs suis magistratum adepti erant, Q. Cornificium, & C. Licinium sacerdotem. Solus Cicero ex competitoribus questris erat loco natus, atq; in petitione patrem amisit. ceteri eius competitores modestè se gessere, usiq; sunt Cornificius & Galba sobrij ac sancti iuri. Sacerdos nulla improbitate notatus, Cassium, qui in cori ac sto idus tum magis quam in probis uideretur, post paucos menses in coniuratione Catilinae esse apparuit, ac crucientissimum sententiarū fuisse autorem. Itaq; hi quatuor pro re iacebant. Catilina autem & Antonius, quanquam omnibus maxime infamis eorum uita esset, tamen multum poterant. Coierant enim ambo, ut Cicero consulatu decerenti auctoribus usi firmisimis, M. Crasso, & C. Cæsare. hæc Peditanus. Astuabat, i. ardebat. Et quasi pollii consulatum credebatur: Antequam enim quicquam de coniuratione notum esset, credidissent nobiles, si Cicero, quod homo nouus erat, consul factus fuisset, eum magistratum maculari ac sordidari: uerum ubi coniuratio detecta est, fre ti illius ingenio, summo omnium consensu consulẽm fecerunt. Steum, i. scilicet cõsulatum. Egregius, i. uirtute excellens. Nouus homo, i. Nouos homines appellat ignobiles, qui nullis maioribus nullaq; claritudine natali

ZANG.

A & ut autor est Appianus in 2. eos nouos Romani solent nominare, qui à senectipis nulla maiorum dignitate claruerunt. inde nouitas dicta, pro humilitate natalium. Idè in oratione de supplicio: Videmus, inq; quanta sit in inuidia, quantoq; in odio apud quosdam homines nobiles, nouorum hominū uirtus & industria. Plut. in Catonis Centurii uita: Cum aut ex more Romani, eos qui generis gloria carentes, à seipis initium caperent nominis sui, nouos homines, quemadmodum & ipsum Catonem, appellarent: ipse ad gloriam quidem ac magistratus se nouum esse, rebus uerò gestis ac uirtute maiorum uelutissimi prædicabat. Cicero in oratione Agraria ad Populū sic scribit: Mihi quidem apud uos de meis maioribus dicendi facultas nō datur, non quod non tales fuerint, quales nos illorum sanguine creatos, discipulisq; institutos uidetis: sed quod laude populari, atq; honoris uestri luce caruerunt. Et paulo post: Ne longo intervallo prope memoria temporūq; nostrorum, primum hominem nouum consulẽm fecisset: & eum locum, quem nobilitas præsidij firmatum, atq; omni ratione uallatum tenebat, me duce rescidisset, uirtutiq; in posterum patere noluisse: neq; me tantummodo consulẽ, quod est ipsum per se amplissimum, sed ita fecisset, quomodo pauci nobiles in hac ciuitate consules facti sunt. Nouus aut me nemo, & infra. ubi quoq; gloriatur, se consulem factum suo anno, & cum primum petiit. Idem in L. Pisonem facit. Et nouus homo dicitur, qui consul factus est, cuius ex familia nemo ante fuit consul, quamuis ex ea familia prætores fuerint. ut Cic. Murenam nouum hominem appellat, cuius ex familia nemo ante fuit cõsul, quāuis ex ea familia prætores fuerint. ut Murenae pater, auus & proauus, prætores fuerunt. ut Cic. in libello de petitione consulatus: Biam, inquit, nouos homines pretorios existimo, nisi qui tuo beneficio iuncti sunt, nolle se abs te honore superari. Post fuerit. i. postposita sunt. Comitij isdè auspicijs creabantur. Consul enim qui in urbe erat, comitia cõsularia habere solebat. Si aut uerq; consulum gerendis bellis ita occupati erant, ut neutri eorum Romæ comitorū causa uenire liceret, tum ipsi, alterue eorum Dictatorem comitorum prætor dicebat: uel Interrex creabatur. qui consulibus & prætoribus declaratis, abiebant magistratu. & autore Dionysio libro 9. centurias itas suffragiorū lationes oportebat, procedentibus Senatū consulibus, multitudine per centurias ferente suffragia, & post utraq; hæc signis à numine & augurijs nihil aduersantibus, tunc firmas esse. Tribules aut neq; Senatū cõsulito prius factu, neq; sacris neq; auspiciibus sanctiombus perfectos una die tantum habere finem. & hæc comitia in campo Martio habebantur: quid exercitus ad urbem præsidij parabatur, dum populus esset in suffragijs ferendis occupatus. Comitij igitur centuriatis populus Romanus in campū Martium sub centuriombus & signis cõueniebat: eratq; in populus in classes quinq; & deinde in centū nonaginta tres cõturias distributus, ut hæc classes secundum cõsulum essent. Prima classis erat hominū maximi census, in qua erant decem & octo equitum centuria, peditiū octoginta. Secunda classis erat eorū qui secundi census essent, in qua erant uiginti duæ cõturia. Tertia erat eorum qui inferioris census essent, in qua erant uiginti duæ centuria. Tot erant centuria in quarta classe: in qua, qui minoris erant census, numerabantur. his addita sunt duæ centuria Cornicini & Iulicini. Quinta aut classis erat

eorum qui minimi census erant, quorum centuria erant triginta. Post hæc classes erant pauperrimi ciuiū, non patriciores ipsi alijs omnibus quoru una erat centuria in ferdis suffragijs. Prime uerò classis centuria uocabatur, in ea si uariaret, quod raro contingebat, i. si multis candidatis suffragarentur: secunda classis centuria uocabatur, deinde alia ordine, quoad nonaginta septem centuria (quæ maior pars est centuriarū) alicui uni suffragate fuissent. autor est Dionysius lib. 7. Et in his comitijs (ut idem lib. 8. scribit) erat uobur in ferendis suffragijs penes illustriusimos, primosq; habentes census. eratq; uariam quiddam, quod medijs ordinis confirmarent. Ordo autem ultimus, in quo plurima pauperrimaq; pars plebis suffragium ferebat, unius suffragij potens erat. Et est sciendum, de maioribus magistratibus bina comitia haberi solita: s. centuriata & tributa. nam sepe legimus apud scriptores, Tribus fecisse consules & censors. Valerius Max. lib. 2. cap. 4. Salinator uerò, inquit, quatuor atque triginta tribus inter ætarios referre non dubitauit, quod cum se damnassent, postea Consulẽm & Censorem fecissent. Liu. lib. 49. Scipionem \* uigore, & Populum Romanum favore illum complexus erit, ut Comitij complurimè eum tribus consulẽm scriberent. Cic. de lege Agraria ad Populum: Itaq; me non extrema tribus suffragium, sed primi illi uestri cõcurfus: neq; singula uoces præconum, sed una uoce uniuersus populus Roman. consulẽm declarauit. Idem pro Milone: Gonuocabat tribus, se interponebat, & infra. Peditani in argu. Miloniano: petebatq; nihil deterius consulatum, apertè quoq; tributum in singulos millia astium dederat. Liuus lib. 69. profectò C. Marius seditionis autor, qui sextū uiginti cõsulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua & quibus homines pretorios existimo, nisi qui tuo beneficio iuncti sunt, nolle se abs te honore superari. Post fuerit. i. postposita sunt. Comitij isdè auspicijs creabantur. Consul enim qui in urbe erat, comitia cõsularia habere solebat. Si aut uerq; consulum gerendis bellis ita occupati erant, ut neutri eorum Romæ comitorū causa uenire liceret, tum ipsi, alterue eorum Dictatorem comitorum prætor dicebat: uel Interrex creabatur. qui consulibus & prætoribus declaratis, abiebant magistratu. & autore Dionysio libro 9. centurias itas suffragiorū lationes oportebat, procedentibus Senatū consulibus, multitudine per centurias ferente suffragia, & post utraq; hæc signis à numine & augurijs nihil aduersantibus, tunc firmas esse. Tribules aut neq; Senatū cõsulito prius factu, neq; sacris neq; auspiciibus sanctiombus perfectos una die tantum habere finem. & hæc comitia in campo Martio habebantur: quid exercitus ad urbem præsidij parabatur, dum populus esset in suffragijs ferendis occupatus. Comitij igitur centuriatis populus Romanus in campū Martium sub centuriombus & signis cõueniebat: eratq; in populus in classes quinq; & deinde in centū nonaginta tres cõturias distributus, ut hæc classes secundum cõsulum essent. Prima classis erat hominū maximi census, in qua erant decem & octo equitum centuria, peditiū octoginta. Secunda classis erat eorū qui secundi census essent, in qua erant uiginti duæ cõturia. Tertia erat eorum qui inferioris census essent, in qua erant uiginti duæ centuria. Tot erant centuria in quarta classe: in qua, qui minoris erant census, numerabantur. his addita sunt duæ centuria Cornicini & Iulicini. Quinta aut classis erat

metret

meret: Cum in dies infinitum malum in urbe serperet, idq; maneret in dies latius. hoc in loco additum est cum comparatio: plura inueniuntur etiam sine comparatio, sed tamen per uerbum significans incrementum. ut Lilius libro 1. Crescente in dies multitudine. Agitate. pro agitabat. Loci opportunitis. ex quibus facile bellum suscitaretur aduersus Rempub. Pecuniam sua fide. i. constituendo se sponsorem. Aut amicorum. scilicet pecuniam fide alicuius sumere, est non sua, sed aliena cautione sumere. Cicero pro Valco: Nam hunc Hermippum, hominem eruditum, cui debebat esse notissimus, percussit. eius enim fide sumptit a Fufijs. Securus Hermippus Terminus proficitur, cum ille sese pecuniam, quam huius fide sumperat, a discipulis suis diceret Fufijs persolaturum. Idem in Epistol. Famil. Et si quid datum erit, amplius eo nomine non peti cures, ut satideur fide mea. id est, fidei ditione et sponsonem mea. Fesulas. Fesulus ab Atlantic conditus, cuiusq; ab eius filia Fesula appellatus esse, Politianus contendit libro 1 Epistoliarum. Multus autem colonis huc a Sylla deductus, significat: Campos eos qui inter Fesulas et Aretium iacent, maximè opulentos esse frumeti, pecoris, omniumq; reru copia, Lilius scribit. Manlium ad quemdam portare. Quidam addidit, tanquam obscurum hominem. hunc centurionem Catilina elegit. quod rei militaris peritissimus, et precipue audacia homo erat. Interpretes aut, Fesule principem iussit, sed male, ex Salsusq; uerbis non intellexit. Cicero in Catilinam: At enim credo Manlius iste centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo Romano suo nomine indixit, et Plutarch. de militibus Syllanis, qui per Hertrufcas urbes sparsi erant, sic scribit: Manlium hi sibi ducent nati, uirum qui sibi Sylla quondam strenue militauerat, ac splendide. Dion li. 37. τὰ αὐτῶν τοῖς παροῦσι, ἵς αἱ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τοῖς παροῦσι, γὰρ τὸ μάλιστ', τῶν τε πολέμων ὑπερποτα. (μάλιστα τῶν τοῖς παροῦσι ὑπερποτα) καὶ τῶν ἀποστῶν, καὶ τῶν ἀποστῶν, καὶ τῶν ἀποστῶν, καὶ τῶν ἀποστῶν. Qui postea. i. f. cōgregatio exercitui. Haec sepe, i. eo tempore. Plurimos cuiusq; generis hostes ascensisse sibi dicitur. Cic. in Catil. ad Quirites: Ita; ego illum exercitui ex Gallicanis legionibus, cum hoc delectu, què in agro Gallico Q. Metellus habuit, ex his copijs quæ a uobis hodie cōparantur, magnepere cōtemno, collectu ex senibus desperatis, ex a gressi luxuria, ex rustici mediculis et decoctiorib. ex his qui uadimonia deferere q̄ illum exercitui aduerunt: quibus ego nō modo si aciem exercitus nostri, uerum etiā si e. diditū pretoris ostendero, concident. Mulieres etiā aliquot. In solum Catilina sibi hostes asiuit, uerum etiā eas mulieres quæ sibi ad perturbandā Rempub. idoneæ uidebantur. Quæ mulieres primò. i. dum earū ætas uiridis erat. Ingētes sumptus stupro corporis tolerauerāt. i. cum enim nobiles essent, et forma insignes, multos in sui amorē alliciebant, et hoc pacto nullum pecuniae lucrabantur. Quæstui. i. lucro nummario. Nam lucrum uocamus, etiā non nummariū; uelut amicitia, gloria, scientia, ceterorumq; huiusmodi. Neq; luxuria. i. immoderate tam in uestitu, q̄ in uictu. Modum. i. finem. Et alienum grande cōstauerat. i. Conflare et contrahere et alienū, idem est quod fieri debitor pecuniae aliena. Cicero Phil. 2. Breggia fuit forma, ardenier a Curionis filio dilectus: qui ut obnoxium magis sibi redderet, Antonii in amores,

libitines, uariosq; sumptus impelabat: quare grāde et alienum cōstauit. Solicitare. i. ad capiendā arma cōtra Rempub. Seruitia urbana. i. seruos urbanos. Scriptores seruitia pro seruis, et ministria pro ministris frequenter ponunt. Urbem incendere. i. Statuerant cōiurati duodecim urbis opportuna loca incidere, ut cum pop. ad extinguendū incendiū occupatus esset, ipsi facilius, quos uel leni, interficerēt, et hoc pacto rempub. occuparent. Vel interficere. i. sed nisi uoluissent cōiurationi satiare. Appianus: Pecuniā quippe a plerisq; mulieribus undiq; conquirens, quæ uiros ipso in tumultu occisum iri putauerūt, cum nonnullis Senatorij ordinis, equitibusq; iureiurando conuenit. Sed in his erat Sempronij. i. Mulieribus non fuisse prenomina, docet Plut. in C. Marij uita. appellabatur autem uel genis nomine, ut Licinia, Cornelia, Sempronij: uel cognomine, ut Metella, Lepida. Festus uerò ait: Prenominibus feminas quoq; esse appellatas, testimonio sunt Cecilia et Tarratia, quæ ambe Caiæ solite sunt appellari: pari modo Licia, et Titia. Quæ multas sepe uirilis audacie facinoræ commisit. i. id est, quæ multa facinoræ sepe perpetrauerat, non ad muliebrem sexū, sed ad uiros pertinente. Hec mulier. i. Sempronie personam ualde eleganter describit. Historicus et orator cōmuniter uiuunt personarum et rerum descriptionibus. nam et Cicero describit personam L. Pisonis, et M. Antoni luxuriam, Genere. i. quia nobili et patricio genere orta est, scilicet ex nobilissima Semproniorum familia. Forma. i. nam pulcherrima fuit. Viro. i. quia ipsa Senatori uiro coniuncta erat, uidelicet D. Bruto: qui postea, ut ait uir, non ex interfectioribus Cæsarijs fuit: sed huius facinoris omnino expertus erat. Liberis. i. quia uirilem stirpem generat. Liberos quoq; pro unico filio, unicus filia dicit, Gell. libro 2. cap. 15. Scribit. Satis fortunata. i. satis felix. Docta. i. perita, erudita. Psallere. i. id est, fidibus canere, unde psalterium. Et saltare. i. Macrobius libro 3. cap. 14. Saturnalium, ubi de cantandi et saltandi apud ueteres ratione scribit, sic ait: Ecce enim (ut ab illo ordiar) tempore, quod fuit optimis moribus, inter duo bella Punicā ingenij, quid dicam ingenij filij Senatorum in ludum saltatorium conuebant, et illa crotala gestantes saltare dicebant, ita quoque matrone etiam saltatione non inhonestem putabant, sed inter probos quoq; earum erat saltandi cura, dummodo nō curiosa, usq; ad artis perfectionē. quid. n. ait Sallustius: Psallere et saltare elegantijs q̄ necesse est probæ. adeo et ipse Sempronij reprehendit, nō quod saltare, sed quod optime sciret: et infra. et milis uerò Probus in uita Epaminidæ scribit, quod Romæ turpe erat cantare et saltare, quæ in Græcia laude digna erant. Unde et L. Murene et Seruius Sulpitius in maledicti loco obiect, q̄ esset saltator. In cuius defensionē, Ciceronis uerba sunt hæc: Nemo. n. fere saltat solus, nisi forte in insani: neq; in solitudine, neq; in cōiuitio moderato atq; honesto in tepe sui cōiuij, amem loci, multarū deliciarū, et ceterarū saltatio. Idē lib. 3. de Oratore. saltationis duo esse genera significat: alterā scenicam et histrionicā, quæ inuicem et uiro indigena est: alterā uirile, quæ ab armis aut palestra sumpta est, quæ forti ac uirili laterū inclinatione fiat. Hanc Quirites tiliā. lib. 1. cap. 11. ueteris. Romanis dedecori fuisse negati esseq; argumēto, saltationē sacerdotū, nomine ac religione usq; ad tempora sua aduerso. Lacedæmonios quoq; saltationē quandā annuis ad bella uirilē habuisse inter exercitantes,

tationes, scribit. hanc tamen saltationem, qua oratorem futurum institui uelit, ultra pueriles annos retinendans non cenet. Elegantijs. i. excellentijs, præstantijs. Quam necesse est probæ. i. id est, quā conueniret honeste et pudicæ mulieri. Quæ instrumenta luxurie sunt. i. nam canere, psallere et saltare, sunt instrumenta luxurie, quibus adolescentium animi ad libidinem incitantur. Unde Horatius libro 3. ode 6: Motus doceri gaudet Itonicos Maturæ uirgo, et fingitur artibus Tam nunc et incestos amores De tenero meditat ur ungui. Mox imiores querit adulteros Inter mariti uina, neq; eligit Cui donet inuiprosia raptim Gaudia luminibus remota. Decus. i. honor, honestas. et decus est illa (ut id dixerim) honorificentia ex bene gestis rebus. Unde decora militia, laudes, honores, bestamentum militi in bello comparata, cuius contrarium est dedecus, proprie ignominia quædā, aut ignominia genus, et infamis turpitudine. Pudicitia. i. castitas et pudor. Pudicitiam Cicero de Prouincijs consularibus appellat rem sanctissimam. Haud facile discerneres. i. non facile discerneres, uel dignosceres. Pecunie an fame minus parceret. i. id est, urum minoris fanam, an pecunie profusionem faceret. Fame. i. honori, hoc nomine fama significatur, sermo in populo, sine certo autore, de re aliqua recentis, siue bona, siue mala. et ponitur pro laude, et pro celebritate nominis: ut fama Camilli, fama Metelli, sicuti apud Horatium legitur. Ante hæc. i. ante hanc cōiurationem. Fidem prodiderat. i. perfidia fuerat. nam sepe promiserat se aliquid facturū, quod postea non fecerat. Creditū abiurauerat. i. i. pecuniam, uel aliquā aliam rem ei creditam iureiurando negauerat. Unde abiurare est, iureiurandū negare. Cædis conficia. i. necis hominū. Luxuria. i. quia luxuriose, ut erat solita, uiuere, et suis exple re cupiditates uolebat: i. deo ad inopiā redacta erat. Inopia. i. nam parum lucra batur quæstu conuerat, q̄ senile ciuitatem. Abierat præceps. i. ierat in ruinam. Haud absurdum. i. non inconueniens: uidelicet quia uersus facere posset, qui probaretur. Iocū mouere. i. ridicula proponere, et ea promouere quæ homines ad risum facile excitarent. Iocum. i. locū, auctore Quintiliano lib. 6. cap. 4. accipimus, quod est contra riuū serio. nam et fingere, et terrere, et promittere, interdū iocus est. Modesto. i. moderato. Mollis. i. suauis. Prociacis. i. lasciuiae unde quoq; meretrices prociacis dicitur: quæ mulis Bacchis Terentiana, ceteraq; impudicæ mulieres, quæ pudor suo, ne uerbis quidem mordacibus et turpibus parcent. Multæ facitæ. i. multæ urbanitatis et gratiæ. Quintilian. ait: factum quoq; non tantum circa ridicula opinor consistere: neq; enim diceret Horatius, faciem carminis genura concessum esse Virgilio. Decoris hanc magis et exultæ cuiusdā elegantiæ apellatiōem puto. Ideoq; in Epistolis Cicero, hæc Bruti uerba refert: Ne ulli sint pedes facitæ, ac delicijs ingredientium mollus. quod conuenit cum illo Horatiano: Mollæ tunc factum Virgilio. Nihilominus. i. quamuis omnia in promptu haberet Catilina ad occupandam Rempub. tamen petijt consilium in sequentem annum: quia sperabat, quod si consilium desi-

gnatus esset, C. Antonium Ciceronis collegam secum conaturatum. In proximum annum. i. insequenti anno, quo scilicet Cicero et Antonius consules erant. Si designatus foret. i. scilicet consul. Facile se exuoluntate Antonium suum. i. Cum Antonius multis necessitatibus circumuentus esset, Catilina credebat eum facile sibi opē præstaturum, si consul designaretur, potius quam si priuatus esset. nam et in priore consilatus petitione, sicuti alibi uisimus, Catilina sperabat, si cum Antonio consul factus esset, cum eo se initium belli gerendi facturum. Exuoluntate. i. pro uoluntate, secundum uoluntatem suam. Interea. i. dum consul designaretur. Quieris erat. i. quiescebat. Sed omnibus modis infidius parabat. i. Cicero in a. inuect. in Catilinam: Ego, inquit, sum ille consul P. C. cui non forum, in quo omnis æquitas continetur, non campus consularibus auspicijs consecratus, non curia summum auxilium omnium gentium, non domus commune persequium, non lectus ad quietem datus, non denique hæc sedes honoris, sella curulis, unquam uacua mortis periculo atq; infidijs fuit. Et in prima: Quieris tu me designatum, quoties tu me consulem interficere uoluisti: quot ego tuas petitiones, ita coniectas ut uitari posse non uiderentur, parua quadam declinatione, et (ut aiunt) corpore effugi: nihil agis, nihil assequeris, nihil molis, quod mihi latere ualeat in tempore, neq; tamen conari ac uelle desistis. Quoties iam tibi exorta est fida de manibus: quoties uerò excidit casu aliquo, et lapsa est: tamen ea care re diutius non potes, quæ quidem quibus abs te initiata scris ac deuota sit necio, quod eant putas confidit in corpore posse defigere. Ad cauendam. i. ad euandam pericula. Dolus. i. Dolus est, mali ingenij cogitatio. Doli, ait Festus, uocabulo nunc tantum in malis utimur, epud antiquos etiam in bonis rebus utebantur. et adhibet Cicero sine dolo malo, ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam eius iudicij formidant. Astutus. i. Astus apud poetæ astutiam significat, cuius origo ex Græco, ab oppido est deducta, in quo qui conuersi sunt astutis, cauti atq; acuti esse uidentur. Astutus, arie tuus: auctor est Festus. Nancq; a principio sui cōsulatus. i. Cicero ut priimum consulatum inuit, nam quam desistat inquirendo, uigilando, prouidendo, quoq; manifestam ac comprehensam cōiurationem habuit. Cicero in oratione quam habuit ad Quirites in Catilinam: Semper, inquit, iugulaui, et prouidi, Quirites, quemadmodum intantis et tam absconditis infidijs salui esse possemus. Idem paulo post: In eo omnes dies neq; consumpsi, ut quid agerem, quid molirentur, sentirem ac uiderem: ut quoniam auribus uestris, propter incredibilem magnitudinem sceleris, minor fidem faceret oratio mea, rem ita comprehendere, ut tum demum animis saluti nostræ prouiderem, cum oculis maleficium ipsum uiderem. Per Fuluiam efficeret. i. interfectione Fulvia, cuius amore Citrus captus erat, ob idq; ei omnia manifestabat. Ad hæc præterea. Collegam suum Antonium. i. Antonius. n. ipse, Ciceronis collega, suspitione cōiurationis ualde laborauit, de qua suspitione Cicero pro Sest. ait: Sic: Atq; ego de Antonio nihil dico, præter unum, nunquam illum in illo summo timore ac periculo ciuitatis, neq; communem metum omnium, neq; propriam nonnullorum ac ipso suspitionem, aut insidando tollere, aut dissimulando sedare. Hunc postea accusauit M. Cælius, ut est in oratione pro eodem Cælio: Accusauit C. Antonium collegam meum, cum mi-













ingunt rarissime, easq; cum contingunt, sepe rem malam portendunt. itaq; ostenta, portentosa, monstrata, prodigia appellata esse. Cicero dicit libro primo de Divinatione: quod ostendunt, portendunt, monstrant & prædicunt. Atque prodigia. ] Prodigia, autore Festo, quod prædicunt futura, permutatione & litera. nam quæ nunc Cappellatur, ab antiquis G uocabatur. unde prodigatores, auspices, prodigiorum interpretes, ut Idem scribit. Alij obuentus. ] hoc est, congregationes hominum fieri. Conuentus, autore Festo, quatuor modis intelligitur. uno, cum quemlibet hominum ab aliquo conuentum esse dicimus: altero, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum: tertio, cum à magistratibus iudicij causa populus congregatur: quarto, cum in aliquem locum frequentia hominum, supplicationis aut gratulationis causa colligitur. Arma portari. ] Arma sunt, gladij, hastæ & fronsæ, hoc est romphææ, & alia huiusmodi. Capue. ] Capuam, autore Festo, urbem in Campania, quidam à Capy appellatam ferunt, quem à pede introitus curiatio nominauerunt antiqui, Fabionem nostri uocant alij à planicie illius regionis. hæc ille. Hæc urbs fuit & perflata & insolentia delicijsq; nobilis, cum Punico bello à Romanis destiterent, Annibalemq; intra sua moenia receperent. ubi tantum loci uoluptas potuit, ut delicijs in caperetur, qui Romanis Imperatoribus summo terrori erat. Atque in Apulia bellum ferule moueri. ] Meminerat enim, quanto olim Seruile bellum terrori populo Romano fuerit. nã Capue olim ex ludo Lentuli, septuaginta quatuor gladiatores profugerunt, & feruorum atq; ex gassulariorum tantam multitudinem coegerunt, ut ad sexaginta milia armarentur eorum duces Chirjus, Granicus, & Spartacus fuerunt. hi Romanos Imperatores sepe uicerunt, sed anno tertio quam bellum exortum est, cum à Q. Arrio, tum maxime à M. Crasso de uicti sunt. ] Igitur, ] cum tot pericula & conuersiones imminerent Reipub. statim dimissi sunt imperatores, qui, scilicet tempus & pericula posularent, exercitum parare possent. Senatus decreto. ] Non. Marcellus de declinatione demutata agens, Senati decreto legit. nam Senati, uel Senatus, pro Senatu antiqui dicebant. L. Calpurnius Piso: Ex Senati consilio duas nouas tribus. Terentius quoq; in Andria ait: Nihil ornati, nihil tumuli. Donatus exponens locum illum, ait: Nihil ornati, & xiv. Sic Salustius: Ergo Senati decreto seruendum ne sit. Senatus decreto. ] Senatus decretum à consulo Aelius Galus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse Senatus consulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum Senatus consulti est. autor Festus. Q. Martius Rex. ] Rome fuit Martiorum familia, qui cognominati sunt Reges, propterea quod ab Anco Martio, quarto Romanorum rege, erat oriundi. Tranquillus in Dictatore Nam ab Anco Martio sunt Martij Reges, quo nomine fuit mater: & infra. & Clodij sororis uir Martius Rex appellatus est, ut scribit Plutarch. in Ciceronis uita. Est ergo cognome familia, non autem sacerdotij officium comprehendit, ut interpres exponit. Sed magis demiror Petrum Mollanum, qui in Annotationibus in Noster Atticus Gellij libro 13. cap. 18. ubi Rege, scilicet sacrificulo exponit. Hic enim Q. Martius consul fuit cum M. Catone Nepote, ut ibidem Gellius scribit, & Plinius libr. 2. cap. 31. Lilius ait: Q. Martius Rex Consul Sarnio gentem Alpinam expugnauit. Si enim consul fuit, qui fieri po-

test ut Rex nomen sacerdotij comprehendat, quia, autore Plutarch. in Problem. Regi sacrificulo (is enim est rex sacrorum, ac religionum) nec magistratum gerere, nec concionem habere licet. ibidem. Romani autem regibus penitus exactis, alium rebus diuinis præsecrunt, cui nec magistratū habere, nec iure cum populo agere permiserunt: ut in templis solum consulare uideatur, & regum propter deos sustinerent. Est igitur in comitio quoddam sacrificij genus, quod ubi rex peregit, ex foro se proripit. Q. Metellus Creticus. ] Creticus cognomen est à deuicta Creta. Plures enim Q. Metelli uno tempore fuerunt ex quibus duo consulares, Pius & Creticus: duo autem adulescentes, Nepos & Celer. Padianus. ] Hi utriq; ad urbem imperatores erant. ] Autore Padiano, omnis magistratus qui in urbe transiit non est, nec urbanus, etiam si administrator eius Romæ est, ad urbem esse dicitur. Salustius libr. 2. Vtri que ad urbem imperatores erant. Cicero in actione quarta in Verrem: Ad urbem cum esset, audiuit, Dionii cuidam Siculo permagnam uenisse hereditatem. Idem in actione secunda: Ipse deniq; Gn. Pompeius, cum primū concionem ad urbem Consul designatus habuit. Hunc locum exponens Padianus: Ad urbem inquit, id est in urbe. Sic dici solet de iis, qui cum potestate provinciali aut nōdum profecti sunt, aut in urbem redierunt. Cicero pro consul ad Cæsarem libro 9. Epistolæ ad Atticum: Ut legatus literas, quas à Fannio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem, te uelle uiri consilio & dignitate meam minus sum admiratus. Impeditur ne triumpharet. ] Duo genera triumphorum erant apud Romanos. alterum dicebatur Triumphus, de quo sic breuiter Cicero ait: Verteres te ad alterum scholam, disceres de triumpho, quod tandem habet iste curruis quid uictis ante curru ducit: quid simulachra oppidorum: quid auronū quid argenteū quid legati in equis, & Tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa: inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum, captare plausus, ubi per urbem, conspici uelle quoq; Plutarch. in uita Aemilij. Alterum dicebatur ouatio: & in hoc, autore Dionysio, differat à triumpho, primū quod pedes ingrediuntur, cum exercitum productus, qui orationem triumphum ducit, nec in curru, sicuti ille. Deinde etiam, quia non plecta, neq; aurei elauis ueste induitur, nec ornatur trabeca, qui peculiaris est Consulium Ducumq; ornatus. corona autem imponitur ex laurea: inferior autem est altero, gestatione sceptri, alia habens omnia. Calumnia. ] falsa excusatione. unde calumniari est, falsa crimina intendere: & calumnia à caluendo, id est decipiendo, ut Priscianus ait, dicta, à Cicerone libro de Officiis. i. definitur, ut sit callida & maliciofa iuris interpretatio. uide calumniatores dicuntur, falsi accusatores. Quibus omnia honesta atq; in honesta uendere mors erat. ] id est, qui per se & nefas pecuniam comparare studebant. Sed præterea. ] Cum inter patres & plebem diu certatum esset, ut alter ex Consulibus plebei crearetur, uicti tandem patres id plebi concesserunt, plebsq; nobilitati concessit de prætorie uno, qui in urbe diceret, ex patribus creando concessit: deinde cum undiq; peregrinorum multitudine in urbem conflueret, nec unus prætor causarum multitudini sufficere posset, alter creatus est: qui, quoniam inter peregrinos ius dicebat, peregrinus appellatus est: Crescentibus postea negocijs, tantum auctus est numerus, ut decem prætores in urbe iudicerent. demum, autore Dione libr. 43. imperatæ C. Cæsare

sexdecim

sexdecim creati sunt. ac deinde, ut idem libro 53 scribit, in pristinum numerum Augustus redegit. Postea secundo bello Punico completo, quatuor prætores creati fuere: ut Lilius libro 2. Dec. 4 scribit. & hic numerus mansit ad primum ferè Macedonicum bellum, quibus & bella sepe demandata fuerunt, & horum auspicijs sepe Respub. optime administrata est. Cum deinde aucta fuissent prouincie, & prætores indies magis uiles esse uiderent, numerus auctus est, ita ut sex crearentur: ut idem Lilius libr. 3. Dec. 4 scribit. Prætori regia insignia, & consulares ferè apparatus, sella curulis, & trabeca, ceteraq; huiusmodi tractata sunt: & prætori in urbe non duodecim, ut consuli, sed sex tantummodo licetores apparere solent: extra uero urbem, aliquando cum securibus apparuisse legitur. Paulo tamen Aemilio, autore Plutarch. in prætura, priuilegio honoris duodecim licetores apparuerunt, ut consularem maiestatem in prouincia præ se ferret. Et inter prætores, is qui urbanus dicebatur, ceteris dignitate præstabat. Plutarch. in M. Bruti uita: Habebatq; summam potestatem iudiciorum, & præerat iudicum sortitioni, reiectio: quibus uisus librorum, in locum reiectores: ipsiq; pro tribu uale sedebat, cum interim iudices in suis sedibus essent. Officium autem prætoris erat, bonorum possessionem dare, & ad falsum bona hereditatem admittere, nonnumquam ius constituere, & uetus abrogare poterat, seruis manumittere, iudices delegare, tutoris pupillis nominè iusq; constituere, dolo uel metu lapsis aut uidectis subuenire: de fide, deq; iureiurando, iudice, mædanti pro socio, deq; empto, uendito, locato, condicto ius dicere, sive cognitionis erat: lesus quoq; immatura ætate uel sexu in integrum restituere, edita proponere, legem ad populum ferre, ne uis prohibitis aut innocentiæ si audia cuiquã esset casere. Q. Pompeius Rufus. ] Rufus à colore dictus est. Q. Metellus Celer. ] Celeres dicti sunt ueloces, à quodâ Celere, ex Romuli comitibus, qui Celer in Hetruriam secessit. Unde Metellum tradunt, quod mortuo patre singulari certamine pugnantium ludium ad paucos dies inhiuisset, Romanos admiratos apparuit celebrat, Celerem appellasse. Plutarch. in Romuli uita. In agrum Picenum. ] Cicero in 2. inuectiua: Q. Metellus, quem ego, proficiens hoc, in agrum Gallicanū Picenumq; præmissi, aut opprimit hominem, aut omnes eius motus conatus prohibebit. Plutarchus: Ea ergo potestate fringens Cicero, Q. Metello externa mandat, ipse urbis curas assumit, sui non incautus & infidus. Agri Piceni in quinta regione Italiae ponit Plinius, libr. 3. cap. 13. quem quondam uberrime multitudinis fuisse dicit. Pro tempore. ] ut tempus posulabat. Pro periculo. ] iuxta periculi magnitudinem. Ad hoc. ] præterea. Si quis indicalet. ] manifestasset. Seruo libertatem. ] id est ciuitatem. Attendere, cuium Romanorū seruos, tum ciues fieri, cum libertate à prætorie publicè donarentur. Cicero in Topicis: Seruorum libertate donari licet testamento, aut censu, aut uindicta. Testamento, ut inquit Boethius, si qui suprema uoluntate in testamento serie serui suum liberum scripserit: censu, si qui consentiente domino, uel iubente nomen in censum detulisset. soli enim ciues Romani antiquis censentur: uindicta, id est uirgula quadam, quæ prætor capiti serui manumittendi imponens, cum in libertatem uindictabat, dicendo quadam uerba solemnia, atq; ideo illa uirgula uindicta appellabatur. Lilius tamen libro 3, à uindice appellatam esse uin-

dictam putat, cui premium ex arario liberis & ciuitas data. ille dicitur primū uindicta liberatus. Quidam uindictæ nomen tractum ab illo putant, post illum seruatum: ut qui ita (id est bene de re publica merendo) liberati essent, in ciuitatem accepti uiderentur. De manumissionibus amplius tradit nobilissimus Consiliarius Lando, Complani Comes Placentinus, iuuenis quidem optimè indolis, & in iure ciuili, & in his literis, quas nos humaniores literis uocamus, non mediocriter uersatus, in bello enim, quem in ius ciuile composuit, cap. 19, ita scribit: Manumittebatur olim serui multis modis aut ex sacrosanctis constitutionibus, aut in sacrosanctis Ecclesijs, aut uindicta, aut censu, aut testamento. de quibus, cret tantummodò attingit poeta Ausonius, illo in uersiculo: Triplex libertas, capitūq; minuto triplex. Dnas tamen species manumittendi ponit & Cornelius Tacitus libro decimo tertio, cum dicit: Non frustra maiores, cum dignitates ordinū diuiderent, libertatem in comitum posuisse: quoniam manumittendi diuis species instituit, ut relinquere uel penitentia aut nouo beneficio locus. Quos uindicta patronus non liberauerat, uel uinculo seruutis teneri. Fiebat & alio modo diuisio, quæ Boethius in Topica Ciceronis tradit: eos qui prius seruissent, tribus modis ad libertatem peruenire, censu, uel dicta, uel testamento: eosq; interpretatione proficuntur. ad quos forte alligit Plaut. in Casina, cum dicit: Tribus conducti non possum libertatibus. Per licetorem fieri silitam manumissionem, ostendit Hermogenianus ff. de manumissionibus uindicta. & Persij uersiculus ille inuit: Non in festuca licetor quem iactat inruptus. Videtur etiam confirmare hoc Vlpianus iureconsultus in ff. eod. titulo, de manumissionibus uindicta: Sine etiam licetoris presentia, cum in uilla esset prætor, eū manumitti possunt sum. & hæc quidem ille in dicto libro Enarrationum in ius ciuile scriptor, quo loco multa genera manumissionum commemorat. Et scribitur centum. ] Hæc summa efficit nummi nostrati, iuxta Budei supplicationem, duo milia & quingentos coronatos. Libero. ] ciui festeriorum ducenta milia, id est, quinq; milia coronatorum, iuxta Budeum. Itemq; ] similiter. Gladiatoria familia. ] Mos erat apud Romanos, ut lanista, gladiatorum magistrus, seruos compararet, passeret, doceret, ut eos mox uenderet numerarijs, id est ludorum edictoribus. Multa enim genera erant gladiatorum, & nominat quidam retiarj, alij sectatores, nonnulli Tiberis appellabantur. sunt & Andabate, qui clausis oculis depugnantes sunt & Myrmillones, & alij, quorū exempla apud autores crebra sunt. Pro cuiusq; opibus. ] secundū uiniscuiusq; facultates. Minores magistratus. ] scribit Gell. ex uerbis Messalæ cap. 14. libr. 13. maiores magistratus esse, prætores, cōsules, censores, quod maioribus fiant auspicijs: reliquos uero minores, quia minoribus auspicijs creentur. Maiora auspicia haberi, quia horum magistratum auspicia magis rata sunt, quam aliorum: & minores tribuitis comitijs, maiores uero ceteriarijs. Idem de maioribus magistratibus ita scribit: Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem auocare potest: prætor & comitiatum et concionem usquequaq; auocare potest. nisi à consule, minores magistratus usquequaq; nec comitiatum nec concionem auocare possunt. Per mota. ] i. percussa. Ciuitas. ] ipsi ciues. Urbis facies. ] aspectus. nam homines uestes mutant, ut Dion inquit,

autem



ba scripsisset, Triumviris capitalibus mandatum est, ut uigiliis disponerent per urbem, seruentiq; ne qui no-

RIV.

Senatus decreuit, ut darent operæ consulat, ne quid respub. detrimenti caperet. ] vi Vi, in exemplaribus manuscriptoris non est. Ac elegantius omitti, quam addi uideatur. tale illud Lini, Prescribit moneiq; Lilybeum firmo teneret presidio. Casar. i. b. li. Ciuilis. Cuyatenfconque fit decretum, darent in registratū operam, ne quid resp. detrimenti caperet. pro. de. retum ut darent. Aliter si ne populū uisū, nulli eorum rerum consuli ius est. ] Manuf. ripta duo, N. Illus eorum rerum. Nisi quis Nulli uelutē postum mali, pro Nullus. quomodo Comicus dicit, Tam iners, iam nulli consili. ] in Truculento Plautus, Coloris ulli, pro ullus. Nec enim rō Consuli addendū pato. Sed ut hoc ubiter addam, Aliter Sallustius, pro a loqui posuit. us, pro potestate. Igitur senatus decreto, Q. Martius Rex Fesulus. Q. Metellus Creticus in Apuliam, circumq; ea loca misit. ] Non. Marcellus de mutata declinatione agens, Senati decre. to hic legendum ad notauit. Quam ueram esse lectionem reor. ] sic in altero manuscripto fuerat, sed erasum erat, i. Habet eodem modo exemplar Florentinum. Hi utriq; ad urbem imperatores erant, impediti ne triumpharent calumnia paucorum. ] n uelutis quibusdam est, Vtrique enim, sed in manuscriptis est uulgata lectio. Afonius Pædianus, U utriq; legis uidetur. Nam perperam ibi quidam Secundo legunt, quasi ij numerum notet, ac non potius nomen sit. Hoc eos, qui locum citant, non obseruasse miror. Hicq; permissum est, uti pro tempore. ] Legendum, Hicq; permissum, omisso uerbo substitutio, quomodo Merseburgense exemplar, ] alia quaedam habent. Ad hoc si quis indicauisset de coniuratione. ] Metellus in alyis, indicasset, per synecopam. Præmium, seruo libertatem. ] Sic in Fabriciano. In cæteris ferè, præmium decreuere, &c. quomodo item in impressis uel uisitoribus. N si quod in his ferè præmia legimus, numero plurali, id quod minus proba. Neque loco, neque cuiquam homini satis credere. ] Legendum, Neque homini cuiquam, ut est in manuscriptis. Atque hic in bisce uocibus ordo ferè semper apud alios quoque reperitur.

GLAR.

Et potestas per Senatum more Rom. ] Et potestate, legere malim, hoc sensu: Et maxima potestate per Senatum more Romano data magistratui permissum exercitum parare, bellum gerere, &c. quamquam alteram lectionem per nominandi casum nequaquam reij-

Ciceronis oratio luculenta, & dissimulanda

\* ne

At Catilinæ crudelis animus eadem illa mouebat, tamen præsidia parabantur, & ipsa Plautia lege interrogatus erat ab L. Paulo: postremò dissimulandi causa, aut sui expurgandi, sicuti iurgio lacescitur foret, uenit in Senatum. Tum Marcus Tullius consul, sine præsentiam eius timens, siue ira commotus, orationem habuit luculentam, atque uerilem Reip. quam postea scripserat edidit. Sed ubi ille assedit, Catilina (ut erat paratus ad dissimulanda omnia) demisso uultu, uoce supplicis postulare à Patribus cœpit, ne quid de se temerè crederent: ea familia ortum, ita se ab adolescentia dicebat uitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet: neque existimarent sibi patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Ro. essent, perdita Repub. opus esse, cum

eam

Post paucos dies L. Senius senator. ] Aly, L. Seruuius, legum: sortasit, L. Sergius legendum. At id partim momenti. illud potius cogitandum, cum mox subiungitur: Ante diem sextum Calendas Nouembres Manlius cepisse arma: num ipsum sextum Calendas, an septimum, hoc est, num uicesimum Octobris diem, an uicesimum sextum intelligamus. In prima Ciceronis aduersus Catilinam oratione, similis dicendi modus est: In ante diem VIII. Calendas Nouembres. quamquam codices uariant: quasi diceret, in diem qui uocatur Octauus ante Calendas. Commentarij uariè hoc exponunt. Item continuo post: Arma portari, Capuæ atque in Apulia seruire bellum moueri. Quidam Parari legunt, pro uerbo portari, ac post Capuæ disinguntur hoc modo: Arma parari Capuæ. ut intelligamus, Capuæ parari arma, cæterum seruire bellum in Apulia moueri. Præmium seruo libertatem & H. S. centum. ] In alijs codicibus adicitur uerbum Decreuerunt, ad hunc modum: Præmium decreuerunt seruo libertatem. Quod nescio num consilius intelligatur, an ponatur. Venustus uerò codex habet, Præmium decreuere. In L. Lino autem non uno duntaxat loco, Serui præmium est 25. millium æris, liberi C. millium. Hoc est Eudæana supputatione serui 250. Coronati, liberi mille. Hic igitur serui præmium decuplo maius, liberi quintuplo. Nam centum H. S. faciunt Coronatos 2500. Ducenta uerò 5000. Coronatos. Vtrum quia seculum hoc ditius illis apud Liniū, an ueritulum reip. hoc maius usum magistratibus ac senatui? Vti gladiæ toriæ familie Capuam. ] Hic Commentatores nihil ad rem dicunt. Alii quidam ita exponit, uti gladiæ toriæ familie, id est, ipsi gladiatores in familiis distributi, per municipia distribuuntur, ne Romæ tumultum mouerent, ut antea sub Sparibaco factum est, atque hoc pro ciuica que municipij opibus. Quæ sententia non nullum abest a uero. Illud Cuiusque Badii exponit, scilicet familie. Sed C. Casaris uerba in oratione, que postea sequitur, ostendit de municipijs intelligendum. Ea ita habent ad finem eius orationis, ubi de Captiuis sententiam definit: Sed ita censeo, inquit, publicandas eorum pecunias, & ipsos in uinculis habendos pro municipia, quæ maxime opibus ualent. Hæc ille. Quibus pro reipub. magnitudine belli timor. ] Hoc à quibusdam & inuersè legitur, & peruersè exponitur. Non est dubium Sallustium dicere uelle, cum tam magnam ac tam potens esset Romanum imperium, ut non facile quisquam Romanis bellum inferret, infictum ac insolitum fuisse omnibus, maxime uerò mulieribus belli timorem. Paulo post, Rogitare deos: quidam accusatiuum Deum susulerunt, uetus autè codex habet. Cæterum cum sit cuiq; uerbo eo in loco sint casus, ego Deos non tollere, etiam ad admirationem gesiculantium mulierum habeat.

eam seruaret M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romæ. Ad hæc maledicta, alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque patriciam uocare. Tum ille furibundus: Quoniam quidem circumuentus (inquit) ab inimicis præceps agor, incendium meum ruinam restinguam. Deinde de ex curia domum proripuit. Ibi multa secum ipse uolens, quod neque infidiæ Consuli procedebant: & ab incendio intelligebat urbem uigilijs esse munitam: optimum factu credens exercitum augere: ac prius quam legiones scriberentur, multa antecapere quæ bello usui forèt, nocte interpesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego atque Lentulo, cæterisq; quorum cognouerat promptam audaciam, mādāt, quibus rebus possent opes factionis confirmari, infidias Consuli maturent, eedem, incendia, aliaq; belli facinora parent: sese propediem cum magno exercitu ad urbem accessurum.

VALL.

Eadem illa, ] que incoperat prius. Præsidia parabantur, ] aduersus coniurationem suam. Lege Plautia. ] i. lege Plautij: qui legem tulit aduersus coniuratores, ut ipsi responderent, si quis coniurationis accusatus fuisset, omnibus que sibi obijcerentur. L. Paulo. ] scilicet tribuno plebis. Postremo. ] deniq; deinceps ne responderet lege Plautia his criminibus, sibi obijcerant. sed tandem uocatus in senatum uenit. Dissimulandi. ] Dissimulare, est tegere quod est: sicut Catilina, qui tegere uolebat coniurationem quam parauerat. Sicut iurgio. ] qui si foret prouocatus conuicio, quod sibi M. Ciceroni inuisè obijcisset. Tum. ] cum in senatum uenisset Catilina. Eius presentia. ] imens ne sua uicia atq; flagitia Patribus conscriptis incognita essent: & ipsi Catilina præstaretur opportunitas, ut ipsum Ciceronem grauis consuleret. Luculentam. ] splendidi & magnificam. Perutilem. ] que multū profuit reipublicæ, que in maximo discrimine uersabatur eo tempore. Quam postea. ] primo quidem eam recitauit coram senatoribus: sed postea eam scriptam edidit, ut omnes legere possent. Sed ubi. ] iste mox erat, ut cum de aliqua re consulendū esset, unus interrogaretur, & ita ille primus sententiam suam diceret: deinde dicta sententia sedebat. postea secundus idem faciebat: & omnes illi per ordinem respondebant ei, inde sedebat ita Cicerone perorata oratione sedit. Ille. ] M. T. Cic. Ad omnia dixit que uenerat paratus: ut omnia dissimularet que sibi obijcerentur. Voce supplicis. ] i. oratione plena commiserationis. Temere. ] inconsulte, sine causa. Vitam instituisse. ] bonis institutionibus uitam suam prouexit, ut de ipso bona omnia sperare possent. Patricio. ] nobili, cuius ipsius Catilinæ opus esset perutile sibi fore reipub. prodi. Inquilinus. ] peregrinus, nam inquilinus, cuius dicitur, qui de peregrina ciuitate in aliam urbem astitus fuerit, sicut de Arpino municipio in urbem Rom. astitus fuerat Marcus Tullius Cicerone, ad hoc quod dixerat ciuem esse peregrinum Ciceronem, sed mihi magis placet, ut legatur hominonous. Adderet. ] bis supradictis. Maledicta. ] in Ciceronem. Obstrepere. ] conclamabant. f. Catilinā patriciam, qui patriam perdere uellet. Furibundus. ] furore plenus. Agor. ] agitur. Incendium meum. ] id est, uos ruere faciam, & ita odium & incitationem quam de me suscepistis, deponere cogam: & est translatio sumpta ab ædibus, nam cum ædes accensa fuerit, si fuerit continuo incendiū, extinguitur. Ibi. ] domi sue. uolens. ] cogitans. Consuli. ] scilicet facto, quem interficere parauerat. Munitam. ] defensam. Vigilijs. ] custodijs nocturnis. Optimum factu. ] optimum est consilium. Exercitum. ] Manlij. Legiones. ] mi-

liter, nam legio continet sex millia, sexcentos & sexaginta sex milites. Scriberetur. ] à Romanis casis suppleudi suos exercitus. Antecapere. ] præuenire, præoccupare. Vsur. ] utilitati multa consilia commutare uolebat Manlio, & postea decernere, qua ratione postimum gereret bellum. Nō te interpesta. ] in media nocte. Nox interpesta, dicitur media noctis pars, quo tempore nihil geritur. ideo siue tempore esse uideatur quæ propter intempesta, i. sine tempore dicitur. Manliana. ] i. Manlij, nam à Manlio suo Manlianus, hana, num, possessum. Sed antequam recideret ex urbe Cethego Lentulo coniurationis huius consijs. Cæteris. ] quorum cæteris qui audaciores erant. Mandat. ] committit. Operi. ] uires. Confirmat. ] corroborant. Maturent. ] properent, festinent, accedant. Cedem. ] scilicet senatorum. Incendia. ] scilicet urbis. Alia facinora. ] scilicet rapina, adulteria, supra, procriptiones ciuion.

OMNIB.

At Catilinæ crudelis animus, &c. Tantus erat metus in urbe. At Catilina crudelis eadem mouebat. ] que antea, id est, ita perturbabat sicuti prius, dum res fuit in occulto. Tamen. ] id est, quamuis præsidia parabantur à Romanis contra ipsum, unde deberet cessare lege. Plautia. ] lex Plautia erat, ut siquis suspectus esset aliquid machinari contra reipublicam, aliqua nobilis & præpotens persona ipsum super hoc interrogabat: & cogebatur uenire in Capitolium, & ibi negare uel affirmare. Dissimulandi causa. ] scilicet negandi: sed quia multa negantur, que non purgantur, ideo subiungit, aut pro sui expurgandi. Presentiam eius. ] scilicet Catilinæ. Orationem habuit luculentam. ] id est, lucidam à luce. Temere. ] i. falso. Patricio homini. ] Patricij uocabantur, qui erant patres ciuitatis. Perditam reipub. opus esse. ] i. perditionem reip. presentiam cum habenti bonæ custodiæ. & hæc est ironia, cum si ueret eā, q. d. Inquilinus ciuitatis. ] Inquilinus, ciuis dicitur quilibet aduenicius, astitudo tamen & frequentem incolatu ciuis efficitur. Obstrepere. ] i. obstrepentibus. Patricidæ. ] i. proditorē patriæ, & hostem inimicū publicæ. Præceps agor. ] id est, cogor & compellor: & est mentis, & non corporis. Extinguam incendium uestra ruina. ] Vel translatum est ab igne, qui cum premitur, uires amittit: & cum eleuatur, uires resumit. Procedebant. ] i. ad bonum euentum proueniebant. Consuli. ] i. contra consulem, scilicet Ciceronem. Antecapere. ] præparare. Nocte interpesta. ] intempesta dicitur nocte: quia nō ita tempora dici discernimus. Opes factionis. ] auxilia coniurationis. Catilio dicitur malorum consensibus in aliquo scelere. Propediem. ] una die, id est, cito.



fuerat, familia autē in liberis hominibus dicebatur, quorum dux & princeps generis uocabatur pater, & mater familie: unde familie nobilitum Pompeiorum, Valeriorum, Corneliarum, & familiares ex eadem familia: postea hoc nomine etiam famuli appellari ceperunt, permixta i cum u ltera: Vestus. Ita dicebat ab adolescentia uita insituisse. ] hoc dicit Catilina, ne Senatores quicquid mali de se suspicarentur, ex ante factis uitam hominis spectandam esse, ut res fiat probabilis, in lib. Rhetor. ad Herennium traditum est. Ut omnia bona in spe haberet. ] i. ut omnia de ipso bene sperare possent. Sibi patricio homini. ] Autore Luito libro 1. centum Senatores, qui à Romulo constituti sunt patres ab honore, eorum progenies Patricij appellati sunt, quibus uerbis significare uidetur, eos patricos esse, qui ab illis primis Senatoribus originem duxerunt: per adoptionem tamen postea fiebant, aut desinebant esse patricij. Corn. Tacitus lib. 11. de Claudio principe loquens: isdem diebus in numeru patriciorum ascitit Cæsar uetustissimum quemq; è Senatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum, quos Romulus maiorum, & L. Brutus minorum gentium appellauerant, excauissis etiam, quos Dictator Cæsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegete. Tranquillus in Augusto: Ea gens à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta in Senatu, mox à Seruio Tullio in patricias tradita procedente tempore, ad plebem se contulit, ac rursus magna ui per duum uirum in patriciatum redijt. Cuius ipsius. ] quod autē Catilina bene meritus fuerit de plebe Romana, nusquam memini me legere. Atq; maioris suorum. ] multi enim ex familia Sergiorum de Repub. bene meriti sunt, ut passim apud scriptores legitur. Sed hoc loco unico exemplo contenti erimus. Plin. lib. 7. cap. 28. Super omnia, inquit, de Manlio Capitolino loquens. Capitolium, summamq; rem in eo solus à Gallis serauerat, si non regno suo seruasset. Verum sunt in his quidem uirtutis opera magna, sed maiora fortuna. M. Sergio, ut quidem arbitror, nemo quinquam iure preterit, licet pronepos Catilina gratia nomini derogauit: & infra. Perdita repub. ] Perditum est, auctore Festo, quod interijt, ac recuperari nō potest. Pacianus perditum adolefcentem, qui sic uitij ferat preceps, ut nullis speretur ad uirtutem reditus. M. Tullius in quibusdam ciuis urbis Romæ. ] App. hospitalitatem prætere a urbis irridens, in quibusdam cum nominat: quo uerbo dicitur illi, qui alienus edes incolunt. Cic. Vbi lib. 2. At uerō in inquilino (non enim domino) personabant omnia uocibus ebriorum, natabant pauimenta uino, mædabant parietes, ingenii uerbi cum meritorijs scorta inter matresfamilias uersabatur. Vest. uerō ait: inquilinus est, qui eundem colit focum, uel eiusdem loci cultor. Ad hæc maledicta. ] i. conuicia in Ciceronem, quem per contemptum in quibusdam ciuem appellabat, proprie est enim maledictum, id quod ab accusatore obijciunt reo, præter crimen, quod cause proprium est, quod nihil habet propositi, præter contumeliam. Sed si petulantius iactatur, eductum: si facitius, urbanit. nominatur: ut ait Cicero pro Cælio. Adderet. ] scilicet superioribus. Obstreperere. ] obstrepebant. Parricida, auctore Festo, non utiq; is est, qui parentem occidisse dicebatur, sed qualemcumque hominem. Idem aut fuisse indicat lex Numæ Pompilij regis, hū composita uerbis: Si quis hominem liberum dolo sciens dicit, parricida esto. Egritudinis. ]

fuerat similis, furore percitus. Incendium meum. ] id est incendium, quod me dicitis in patriam moliri. Ruina restinguam. ] i. uos omnes perdam, & hoc pacto o dium, quod in me concepsistis, restinguam: & est sumpta translatio ab incendio in urbe factō, ubi, cum domus aliqua incensa est, ne & edes uicine incendiantur, solent de moliri. Florus consul, inquit Cicero, habito Senatu in præsentem parricidam perorauit sed non amplius profectū, quam ut hostis euaderet, seq; palam professo incendium suum restincturum ruina minaretur. Cicero pro Murena scribit, Catilinam id respōdisse Catoni: Tum erupit è Senatu triumphans gaudio, quem omnino uiuum illic exire non oportuerat, cum ille in eodem ordine paucis diebus ante Catoni fortissimo uiro iudicium munitatis, ac denunciati respondisset, si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. Ruina restinguam. ] Quintilianus lib. 3. cap. 10. Sed inquit, dandus illis de formibus color, idq; etiam apud malos. nec enim est quibusdam tara malis, ut malus uideri uelit. Sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem sceleratissimam, non maledicta, sed indignatione uideatur audere. Sic Atrius apud Varonem in sermo, inquit, infandissima iam facere cogor. Excuria. ] ex Senatu, nam curia & Senatus, idem sunt non autem differunt, ut ait quidam in Scholijs Epist. fam. 15. Festus: Curia locus est, ubi publicas curis gererent. Abi. ] domi sue. Uolens. ] cogitans. Consili. ] Ciceroni, ac cum in his modis infidias parauerat. Procedebant. ] effectum habebant. Ab incendio. ] ne incendium fieret. Munitam. ] defensam. Vigilijs. ] custodij nocturnis. Optimum factū. ] optimum consilium esse. Exercitum. ] scilicet quē Manlius parauerat. Legionis. ] Legio auctore Festo, sex millium militum ferebat, que antea quadartaria dicebatur, de legione nos alibi plura. Scriberetur. ] scilicet à magistratibus. Multa ante capere. ] id est, multa preuenire, præoccupare. Vsi. ] utilitati. Non est intempesta. ] Nox intempesta dicitur ea pars noctis, in qua nihil agitur. M. Var. lib. 5. de Lingua Latina: Inter, inquit, uesperuginem & inbar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassij, quod dicebat L. ueretia, nocte intempesta nostram deuenit donum. intempesta Aelius dicebat, cum tempus agendi est nullum, quod alij concubium appellauerunt. quod fere omnes tunc cularetur alij ab eo quod sileretur, silentium noctis, quod idem Plautus tempus conticinium. Cum pauci in castra Manliana. ] i. Manlij, nam à Manlio, sit Manlianus possessiuum nomen. Cicero pro Murena: Vsq; eo, inquit, L. Catilina Rempub. aspexit atq; contemptis, ut ea copia, quā fecum eduxit, se hanc ciuitatem oppressurum arbitrareretur. Ibidem: Si Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum adduxit, de hac re possit iudicare: & infra. Idem in Catilinam unum etiam nunc concedam, exeant, profectentur, ne patientur desiderio sui Catilinam miserum tabescere, demonstro iter Aurelia uia profectus est: si accelerare uolent, ad uesperam consequentur. Sed Cethego atq; Lentulo, caterisq;. ] Linius libro 102. cum Lentulo prætor, & Cethego & pluribus cōiurauit de eade consilium & Senatus, incendij urbis, opprimenda Repub. exercitū quoq; in Hetruria comparando. Mandat. ] committit. Ope. ] uires. Conserment. ] correborent. Eadem. ] scilicet Senatorum. Incendia. ] scilicet urbis. Aliq; belli facinora. ] id est, alia que ad belli

CAST.

belli utilitatem spectent. Propediem. ] ad paucos dies. Lege Plautia. ] Brat lex Plautia, siue Plotia (utroque enim modo dicitur, ut Caupo copo, Auricula oricula) de ui: ut docent Cicero in Oratore pro Milone, Ascōnius, & Cælius ad Ciceronem. Fit etiam mentio huius lege apud Iureconfultis Institutionum lib. 1. titulo 6. Digestorum libro 41. titulo 3. Sunt qui existimant, M. Plautium Silanum, qui etiam legem de iudicijs tulit, huius lege fuisse auctore. Sed quisquis is fuerit, satis constat, hanc Plautiam legem de ui fuisse. Dion etiā lib. 37. de bac (ut puto) accusatione scribit: τὸ δὲ ἴν τὴν ὑπολοδοῦν ἔγγυλιεθρα, τὸ τὴν ἀδελφὸν ἰσχυροῦν, καὶ ἵατ ἰν ἀδελφὸν ὑπαφὸ τῶν νεωτέρων ὑπονοδοδοῦν. Ab L. Paulo. ] ab L. Emilio Paulo, qui postea cōsul fuit cum C. Claudio Marcello: ut ostendit Dion lib. 40. quo in magistratu Tranquillus in Casare cap. 15. & Plutarch. in Pompeio, à Cesare ingenti pecunia corruptum fuisse tradunt. Cicero Bepistolaram famul. (ut uocant) lib. 15. ad hunc L. Paulū scribens: Sed moleste, inquit, sero, me consulem stadum tuum adolefcentis persequi: te meum, cum id etatis sim, persequere non possi. Quibus uerbis Cicero accusationem hanc inuere uidetur. hinc intelligimus, quater Catilinā accusatum fuisse, inest, reuocatum de ui: que omnes accusationes probatione non egent. uem inter scarios factus est reus à L. Lucullo, cuius rei auctor est Ascōnius in expositione orationis in Toga candida. Sed si ita res habet, necesse est Catilinam ter absolutum fuisse, quomodo igitur Cicero in Oratore in L. Pisonem ait: At contra his Catilina absolutus? Ego exillimo Ciceronem non dixisse, Catilinam ter per infamiam absolutum, ne Fabiam Vestalem, que fuit soror Terentia (ut diximus) nota-ret, itaque Cicero ut suis parceret, in Oratore quam habuit contra C. Antonium & L. Catilinam in Toga candida, sic locutus est: Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnis ac despicis: an eam, quam reliqua uita es consecutus: cum ita uixisti, ut non esset locus tam sanctus, quod non aduentus tuus, etiam cum culpa nulla subisset, crimen afferret. Cum nunquam igitur obijciat Catilina Cicero iudicium illud inest, quo absolutus est, ignominiosum fuisse: sine dubio in Oratore in Pisonem duo reliqua iudicia significauit. nam quartum, de quo hic Sallustius loquitur, peractum non est. ante enim iudicium in Manliana castra sese contulit Catilina. Venit in Senatum. ] In eodem tonis Statoris, ut Plutarchus & Cicero tradunt. Sed huius uerba hæc sunt ex Oratore 2. in Catilinam: Quid quod hesterni die, cum domi mee penē in-terfēctus essem, senatum in eodem tonis Statoris uocauit: rem omnem ad patres conscriptos retuli: quod cum Catilina uenisset, quis eum senator appellauit quis salutauit? quis deniq; ita aspexit, ut perditum ciuem, ac non potius ut importunissimum hostem quā etiā principis eius ordinis partem illam subleuorum, ad quem ille accesserat, nudam atq; inanem reliquerunt. Edidit. ] extat. Ad simulanda. ] Rectius in antiquis, Ad distimulanda. Ut omnia bona in spe haberet. ] Ut in bonis rebus omnibus spem haberet. Sunt qui legant, Haberet. quam lectionē non rejicio: tunc enim subaudiemus patres. Maiorū. ] maxime M. Sergij, Plin. Nat. hist. lib. 7. cap. 28. Inqui- lino. ] si fuerit uacillans: ut uacillans in adolefcentis ciuitate, inquit Appianus. Incendij meum ruina restinguam. ] Sallustius nosse absq; dubio hoc loco memoria lapsus est. Si enim tunc in senatu id Catilina dixisset, Cicero postera

R. I. V.

die cum orationem haberet ad Quirites, nō iacisset tam immane dictū. Verum (ut ex oratione pro Murena discimus) Catilina ante comitia cōsularia Catoni iudicij munitatis ac denunciati respōdit: Si quod esset in suas fortunas incendij excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. Nec est dubium quin Cicero, hac in re præsentem, maior sit adhibenda fides, q̄ quem sequuntur, Valerio & Floro. Cum paucis: ] cū trecentis. Plutar. profectus est. ] Aurelia uia. Cicero Oratore 2. in Catil. Et ipse Plautia lege interrogatus erat. ] Manuscripta, lege Plautia, ut sequatur adiectum, ita ut in talibus fere solet. nam dicimus, lex Iulia, lex Manilia. Tale aliquid quodā in loco Sex. Pompeius annotauit. Sicuti iurgio lacebitus foret, in senatu uenit. ] In alijs est ordo uerborū mutatus, licet manē sensu. Sed ad hæc & similia est nobis cōueniendum, ne minutis in rebus occupari, ut p̄p̄i uerbo ens ad se peruideamur. Catilina ut erat paratus ad simulanda omnia. ] Manuscripta, Ad distimulanda omnia. Sic itē ex impressis, quæ d. uelut Beroaldini & Venetum. Distimulamus ait que sunt, simulamus que non sunt. Sed & paulo ante de eodē Sallustius, Postremo distimulandi causa. Quamquā uulgatam lectionē non rejicio, quæ & Meyseburgensē habet. Ita ab adolescentia uita instituisse, ut omnia bona in spe haberet. ] Alij habent, pro, ut omnia bona de ipso speranda & expectanda forent. Perperā & Gymnicus & alij, dicebat uitam instituisse, quod uerbum ex glossa addita (ut opinor) irrepsit in contextum. Nam maiore cum gratia & uenustate abest. Ita Cicero, habendus esse quem laxissimè habenas. caput enim esse ad bene uiuendum securitatem. & Vergilius libro nono Aeneidos: — Tunc Nisus & unā

Eurialus confectim alacres admittit orant, Rem magnam preciumq; moræ fore. supple, dicunt. Tale illud quoque in Iugurtha: Postero die cum Aulo in colloquio uerba facit. tametsi ipsum cum exercitū fame ferroq; clausum teneat, tamen se rerum humanarum memorem, si secum sedus faceret, incolumes omnes sub iugum missurum. Vbi perperā est in Veneto quodam, tamen se dicit memorem. quod uerbum ex glossa adiunctum in locum alienum uenit. Ne existimarent. ] Perperam Gymnicus, Neq;. Cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem Ro. erant. ] Legendum Essens, quomodo est in uetustis. Atq; ita & sensus ipse postulat, & elocutionis ratio. Ad hæc maledicta alia cum adderet. ] In manuscripto ceterisq; uetustioribus est: Ad hoc, atque ita fere Sallustius, nunquam aliter. Incendium meum ruina restinguam. ] In manuscriptis est, Extinguam: quomodo & in alijs quibusdam. Nec secus legit Felicius Durantinus, hæc uerba citās. Verum mihi prior lectio magis arriat. nam & Cicero pro L. Murena, Catilinam ait Catoni iudicium munitatis respōdisse. Si quod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. Sed & Florus eodem modo. nam Sallustij uerbis uentis, Consul (inquit) habito senatu in præsentem parricidam reum Cicero perorauit, sed non amplius profectum, quam ut hostis euaderet, seq; palam professo incendium suum restincturum ruina minaretur. Val. Maximus uerbo Extinguere utitur. L. uerō Catilina (inquit) in senatu M. Cicerone incendij ab ipso excitatum dicente: Sentio, inquit, & quidē illud si aqua non potuero, ruina extinguam. lib. 9. ca. De dictis improbis,

improbis, aut factis sceleratis. Deinde se ex curia domum proripuit. In quibusdam est, in templo proripuit. priorem lectorem in Aldino quoque reperitur, et in manu scripto. Sed est idem sensus, utroque modo legitur. Cicero in Catilinam obiter ostendit, senatum ab se fuisse in eodem Iouis Statoris uocatum, remque omnem ibi ad P. C. delatam: eodemque Catilinam uenisse, fuit (ut hic Sallustius ait) purgandi causa. Sed et Plutarchus in uita Ciceronis uocatum ab eo senatum ait, et in eodem dicitur, in eadem purgandi causa. Sed et Plutarchus in uita Ciceronis uocatum ab eo senatum ait, et in eodem dicitur, in eadem purgandi causa. Sed et Plutarchus in uita Ciceronis uocatum ab eo senatum ait, et in eodem dicitur, in eadem purgandi causa.

chus, et in eodem dicitur, in eadem purgandi causa. Sed et Plutarchus in uita Ciceronis uocatum ab eo senatum ait, et in eodem dicitur, in eadem purgandi causa. Sed et Plutarchus in uita Ciceronis uocatum ab eo senatum ait, et in eodem dicitur, in eadem purgandi causa.

Et ipse lege Plautia. Legem Plautiam exponit, qua coniurati accusati respondere cogentur ad omnia apud Tribunos: quod eadem Lectori discutiendum relinquo. Nam ego originem eius non memini me legere. Itaque ne hoc quidem mihi planum, num recte hic expositum in Commentario, cum Sallustius ait, a L. Paulo, id est (ut Commentarius exponit) a Tribuno plebis. M. Tullius inquilinus civis urbis Romae. Ita habent Alii et Gothi codices. Alij uero pro quatuor ultimis uerbis habent duo haec: Nouus homo. Sed utrumque, legi potest. Paulo post: Incendium meum ruina extinguiam. Alij codices, et nominati Gothi habent: Ruina uestra extinguiam. Quod quibusdam nimis audax dictum apud Senatum Romanum uideri uolunt. Verum quid puduit desperati hominem? Ideoque nihil desino.

GLAR.

Legatorum oratio.

Dum haec Romae geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Q. Marium regem mittit cum mandatis huiusmodi: Deos hominesque testatur, Imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quod periculum alijs faceremus: sed uti corpora nostra ab iniuria tua forent, qui miser, egentes, uiolentia atque crudelitate foeneratorum plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus. Neque cuiquam nostrum licuit more maiorum legeuti, neque amisso patrimonio liberum corpus habere. tanta seueritate foeneratorum atque praetoris fuit. Saepem maiores nostri miseri plebis Romanae, decretis suis inopiae eius opitulati sunt. Ac nouissimè memoria nostra propter magnitudinem aeris alieni, uolentibus omnibus bonis, argentum aere solutum est. Saepem ipsa plebs aut dominandi studio permota, aut superbia magistratuum armata, a Patribus fecelsit. ac nos non imperium, neque diuitias petimus, quarum rerum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt: sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit. Te atque Senatum obtestamur, consularis miseris ciuibus, legis praesidium (quod iniquitas Praetoris eripuit) restituatur: ne ue nobis eam necessitudinem imponatis, ut quaeramus quoniam modo maximè ulti sanguinem nostrum, percaemus. Ad haec Q. Marius respondit: Si quid a Senatu petere uellent, ab armis discedant, Romam supplices proficiantur: ea mansuetudine atque misericordia Senatum et populum Romanum semper fuisse, ut nemo unquam ab eo frustra auxilium petuerit.

\* In mentem Sacrum, et Auentinum.

VALL.

Geruntur. scilicet a Catilina, et etiam a consule. Ex suo numero. Iuxta hominibus sui exercitus. Martium regem. I qui imperator erat in agro Piceno. Regem sacrorum. I sacerdotes, qui sacrificiis reges appellabantur. Deos hominesque. I Haec est epistola, quam legatis misit Manlius, ad Martium sacrorum regem: sed tunc erat Imperator. Per deos nostros. I per deos et homines iuramus. Neque quo alijs. I ut nos aliorum salutem impugnaremus: sed ut nos iniuria eriperemus. Nostra. I nostrum, qui, etc. Miseri. I calamitosi. Egentes. I rebus omnibus necessarijs carentes. Patria. I Nota constructio: quia dicere solemus, Expertes butus rei. Sallustius hoc loco aperte dicit Expertes patria, fortunibus, etc. Fama. I pro fortuna: quia infames habiti sumus, et rebus nostris expoliati. Cuiquam nostrum. I non licuit ut causam nostram diceremus apud iudices. Patrimonio amisso. I amissis rebus nostris: nam patria

monium dicitur ea pecunia, quae a patre filijs traditur: unde a patre patrimonium est appellatum. Saepem maiores. I Probat exemplis, se id petere a patribus, quod superiori tempore plebi concessum fuerat. Miseri. I ecce misereor cum genituro. Decretis senatus consilii. I Nam decretum et consilium senatus idem sunt. Opitulati sunt. I subuenerunt. Ac nouissimè nostra memoria. I hoc factum est, quod iste dicit. Nam propter bella ciuilia Marij Sylla plebs Rom. adeo pecunia exhausta erat, et aere alieno grauata, ut foeneratoribus satisfacere non posset. Igitur Senatores miseri inopiae eius decreuerunt, ut ex aerario publico persoluerentur foeneratoribus. Nouissimè. I paulo ante. Ex communi aere. I ex aerario solutum, scilicet foeneratoribus. Omnibus bonis. I ex uoluntate omnium bonorum argentum, quod solui non poterat a priuatis hominibus. Saepem. I ipsa facit argumentum, si plebs a patribus fecelsit, ut imperium ipsa habere

beret simul cum patribus, cur id quoque nobis facere non licet libere uiuendi causa. Superbia magistratuum. I quia ipsi insolentiam consulum pati non poterant. Secesit. I sicut in sacrum montem, quod habetur plane apud Tit. Liliam primo libro. At nos. I ecce argumentum: Si plebs dulcedine a patribus secelsit, idem nobis facere causa libertatis liceat. Quarum rerum. I scilicet diuitiarum et imperij. Bella. I quae publice inter populos et ciuitates sunt. Certamina. I quae inter ciues suscitantur. ergo bellum propter imperium, certamina propter diuitias: ut sunt certamina fori, non petimus. Nemo bonus. I nemo strenuus patitur libertate carere, nisi uiam amiserit. Te Martium Regem. I imperatorum. Obtestamur. I rogamus. Consulatis. I prouideatis. Legis praesidium. I ut postimus causam nostram agere, uindictae dandae erant secundum libertatem: hic modo fidei iuramentum facio huic, ita ut liber sit, donec usum fuerit an ille solvere debeat an non. Quo nunc modo. I Cui multum antea exitio sumus, postea pareamus. Ab armis discedant. I arma deponant, deinde supplices senatum petant. Ut nemo. I ut nequam incassum auxilium et opem a Senatu populique Rom. quisquam petierit.

OMNIB.

Cum haec geruntur, etc. C. Manlius, quem Catilina ad parandum exercitum Vesulius miserat. Ex suo modo. I ex his quibus fuit. Ad Manlium regem. I de quo superius dixit, quia senatum eum Vesulus miserat contra Manlium: quem cum primum Manlius intellexit aduenisse, misit ei literas, quas ibi posuit auctor dicens: Deos hominesque testamur. I Haec oratio C. Manlij pariter est excusatoria, et pariter supplicatoria, in primis enim se excusat, quod arma non cepit aduersus publicum. repugnationem, sed ad corporis sui defensionem. postea supplicari intendit, ubi ab ipso consilium requirit statim, et in principio captat beneuolentiam, dicens: Imperator, etc. Quod. I. ut. Corpora nostra. I. nostrum. nostrum dico. Qui miseri, etc. Violentia atque crudelitate foeneratorum. I Hic captat beneuolentiam a persona aduersariorum, dicendo eos in festinationem et odium. et per hoc dicit eos uiolentos et crudeles. Vtrumque probat. uere uiolentia est nobis illata. Quia plerique patria expertes sumus. I. exilio damnati, quod plerique patriam, etc. Sed omnes expertes sumus. I. priuati fama. nam bonam famam perdidimus. Et fortunis. I nam res nostras amissimus. probata uiolentia probat crudelitatem, dicens: Cuiquam nostrum, etc. uere non licuit in lege, quia non licuit corpus habere liberum amisso patrimonio. Lex siquidem erat, quod si aliquis ad tantam paupertatem rediret, quod a debitum persolvere non posset, factio clamore a praetore bona ipsius publicabantur. modo uero ad tantam deuenit auariciam uel crudelitatem, quod multi a patria priuabantur, multi in seruos redigebantur seueritate foeneratorum, qui conqueruntur: et praetorem, per quem coguntur. Saepem maiores. I. ecce ostendit, quod dixerat. Nam ante uidetur remouere quod dixerat, saepem subiungit. Ac nouissimè memoria nostra aere communc. I. id est, de communi aerario. Omnibus bonis uolentibus. I. annuentibus. Saepem ipsa. I. Posset aliquis dicere: Non est mirum si maiores nostri succurrebant, quia nobilitate plebs erat in omnibus obsequens et subiecta. hoc remouet dicens: Saepem ipsa plebs, etc. Ut quaeramus quoniam modo percaemus. I. i. interficiamur. Sed tamen

ulti sanguinem nostrum. I. q. d. De morte patris pendimus, si tantummodo nos ulescamur. Ad haec. I. ad has literas Manlij. Q. Martius respondit, etc. ut ab armis discedant. I. i. ut arma deponant, et ideo nobis supplicent.

B AD.

Dum haec quae dicta sunt, geruntur, id est publice sunt Romae: Caus Manlius ductor ille exercitus Catilinarij, mittit ad Q. Martium imperatorem, missum in agrum Picenum ad regem, scilicet cognomento proprii sacrificia (ut dictum est) solis regibus facienda: ex suo numero, i. ex ijs quos sibi populares et fautoris nouerat: cum mandatis, i. significationibus et scriptis huiusmodi. Mandare enim, non semper est imperiose praecipere: sed interdum certiorum facere uel significare per scripta, quae charit, dum scribuntur, mandari dicuntur, ut Accidit. 3. Fata canit, folijsque notis et nomina mandat. Mandata itaque erant huiusmodi: O imperator, nos te testamur, i. teste facimus, et protestamur deos et homines, nos cepisse arma neque contra patriam, neque quod, i. ideo ut nos faceremus alijs periculum, i. discrimen uitae aut alijs, scilicet ciuibus: periculum, i. experimentum et audaciam sumendi arma: sed uiti, i. ut corpora nostra forent, i. essent iuta ab iniuria, scilicet potentius: corpora dicit nostra, hoc est, quod antiqui dicebant nostrum: qui, scilicet, nos existentes miseri, i. miserandi, quia calamitatis pleni et egentes, scilicet necessarijs uiolentia et crudelitate, i. propter aut per uiolentiam et crudelitatem foeneratorum, id est usurariorum, qui aere alieno eos oppresserant: sumus expertes, id est priuati et plerique, i. plurimum nostrum patria: sed omnes sine exceptione expertes sumus, i. caeremus: fama atque fortunis, i. diuitijs. hic puer duo animaduertat praecipua, quorum unum est: Relatiuum atque antecedens uelle conformari in persona: sed saepe ad possessiua ferri relationem propter primitiua intellexit, licet in nullo conueniant: et primitiua quia in usu non sunt, in ea significatione exprimi nequeant. ut in Andria Terentij: Fortunam meam, qui haberem filium tali ingenio praeditum. ubi non liceret dicere, Fortunam meam: quia mei non possessiue nec adiectiue, sed tantum possessiue significat et nec mihi, quia in usu non est, et tamen ad illud refertur: qui cum additur, Qui haberem. Et hic: Corpora nostra qui miseri, id est, corpora nostrum (non nostrorum) qui, scilicet, nos, etc. Secundum est: magni referre quod ad se sum, quia ui regantur casus: quia hoc loco ablatiui uiolentia et crudelitate, reguntur ab egentes, non ut cause materiales, circa quos, non enim egebant uiolentia foeneratorum, tanquam ue circa qua uersetur egestas: sed ut cause efficientes, quia propter uiolentiam egebant, et egeni seu egentes facti a uiolentia foeneratorum, etc. Neque licuit cuius nostrum uti lege, i. impunitate concessa per legem facta cessione bonorum: more maiorum, id est ut maiores, i. priuati Romani fecerant comperta ciuium egestate. neque licuit habere corpus liberum, i. extra uincula et carcerem: amisso patrimonio, id est, postquam amissimus patrimonio, a maioribus nostris partus, quod inuiti amittebant: tanta, i. tam uehemens fuit seueritas foeneratorum, qui nos in uincula conijci petebat: et praetoribus qui petita concessit. Probat, quod contra morem maiorum id fieret, quia maiores, i. priuati Romani, miseri plebis Romanae opitulati sunt, i. open attulerunt: suis decretis, i. publicis constitutionibus inopiae eius, scilicet plebis, ac nouissimè, i. recentissimè: memoria nostra, i. cuius memores adhib sumus: argentum est solum communi aere, i.

et

ex arario publ. seu fisco: propter magnitudinem aris alieni, id est debiti. hoc omnibus boni uolentibus, id est nemine contradicente. id quoque in his postea factum a se, gloriatur Cicero Officiorum 2. titulo, Auaricia uacare debent, etc. Ipsa plebs Romana sepe fecerit, id est scorsum sedem cepit, ut in monte sacro & alibi, ut in prima Decade Liuij uidere est: a patribus, id est senatoribus. existens armata & permota, aut studio dominandi, ut etiam magistratus & plebs fierent, unde facti tribuni plebis: aut superbia magistratum, id est potentatum, eorum qui rempub. gubernabant. At nos, scilicet miserum non petimus imperium neque diuitias: causa quarum rerum, id est ob quas res, scilicet imperium aut diuitias: omnia bella atque certamina sunt inter mortales, sed fupple petimus (quod tamen non uenisse repetitur) libertatem quam nemo bonus, id est fortis & strenuus amittit, nisi simul cum anima, id est cum uita. Nos obtestamur te atque senatus, ut consulatis, id est, consilio prospiciatis, & provideatis miseris ciuibus: & restitutas praesidium legis, quae scilicet tenere grauat: aut disfortunio prestis opem publicam uultis, quod scilicet praesidium legis iniquitas praetoris fauentis, diuitibus cripuit, scilicet nobis: ne ue, id est uel ne imponatis eam necessitudinem uo queramus quoniam modo pereramus, id est interficiamur: ulli scilicet prius maxime sanguinem nostrum. quasi dicat, Ne ex desperatione salutis cogamur in republica gubernare uisus egere: quia ut dixi, postmodum Maro Aeneidos secundo:

Vna salus uicis nullam sperare salutem. & quondam etiam uicis rediit in praecordia uirtus, Vicioresq; cadunt Danaï, &c.

Ad haec, scilicet scripta, & ut dixi mandata Manlij. Quintus Martius respondit: Si ipsi qui in armis erant, uellent petere: quid, id est aliquid ab senatu: discedant ab armis, & proficiantur supplices Romani: & respondit senatum P. Q. R. id est populumq; Romanum, fuisse semper ea mansuetudine atque misericordia, ut nemo petuerit inquam iustitiae auxilium ab eo. Et ita prudenter eos admonuit: sed illi imprudenter in armis persistere.

ZANCO.

¶ Dum haec Romae geruntur. id est, dum Catilina mandata Lentulo & Cethego dat. Ex suo numero. legatos. ¶ legatorum in federibus faciendis, uel legibus pacis, bellisq; dicendis, sancta corpora iure gentium atque inuiolata seruantur. Peditanus Dionysius libro ultimo: Est enim, inquit, omnium sacratissimum & honoratissimum apud Romanos legatus, potestatem & uim habens imperantis, inuolabilitatemq; & uenerationem sacerdotis: id est, legatorum uo lare impium erat, & idcirco hi non timuerunt hanc legationem obire. Ad Quintum Martium. ¶ qui in Hetruria erat dux. Regem. ¶ cognomen familiae est, ut superius docuimus, & non sacerdotis nomen, ut ait interpres. Deos hominesq; ¶ obtestatione deorum ac hominum uere & recte suadendi libertatem sibi confirmat, remouetq; suspicionem omnem, ne qua alia causa, nisi depellendi periculi, arma suscepisse uideantur. Testamur. ¶ testes uocamus, ut & Cicero pro Flacco: Hic ego iudices, si uos Aemoneis decretis, si ceterorum Phrygum literis permoueri putarem, uociferarer, & quantum maxime possem, contenderem, testarer publicanos, excitarem negotias

tores, & iniuria ueluramus. Idem pro C. Rabirio: Quapropter equidem & C. Marij, & ceterorum uirorum sapientissimorum ac fortissimorum mentes, quae mihi uidentur ex hominum uita, ad deorum religionem & sanctimoniam demigrasse, testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secus ac pro patrijs, fanis atq; delubris propugnandum putare. Imperator. ¶ Refert Appianus lib. 2. nomen Imperatoris, maximae esse apud milites auctoritatis, quem honorem praetores, reijq; militaris praefecti in maximis belli operibus sibi antiquitus uendicabant: nunc aut, ut uerbis Appiani utar, eum, sub quo decem millia concidissent, hac appellatione dignum haberi audio. Cic. pluribus in locis gloriatur, quod Imperator sit appellatus ab exercitu, ob Pindoneses atq; Amanenses profugatos. Idem Philip. 10. scribit consuetudinem increbuisse, ut ei nomen Imperatoris a Senatu, quod honoratius erat, concederetur, qui mille aut duo tantum millia occidisset. at, inquit, si quis Hispanorū, aut Gallorum aut Thracum mille aut duo millia occidisset, non cum hac consuetudine, quae increbuit, imperatorē appellauit senatus. Neque quo alijs periculum faceremus. ¶ i. ut aliorum salutem impugnaremus. sed ut nos ab iniuria liberaremus, facere periculum, bellū, praedium, pugna, eadem, castra, caena, concionem, sinem, fraudem, gratulationem, largitionem, lucrum, morā: pro, salutē impugnare, bellare, praedari, pugnare, occidere, castrametari, cenare, concionari, finire, fraudare, congratulari, largiri, lucrari, morari, aliaq; generis eiusdem apud Cic. & alios non malos linguae Latinae auctores inuenire licet. Tutā forent. ¶ quia ex his alijs exules, alijs ere alieno obstricti erant: & ideo additi, ut ex lege paulo post ostendemus. Miseri. ¶ egentes, rebus omnibus necessarijs carentes. Feneratorum. ¶ Gell. lib. 16. cap. 12. ex lib. 4. Clodij Verris, ait: Fenerator appellatus est, quasi quae est res, a qua fenus dicitur, & quoniam id genus hominum speciem ostentat humanitatis, & comodi esse uidetur, inopibus nummos desiderantibus. & paulo post: Fenerator enim, sicut M. Varro in lib. 3. de Sermone Latino scripsit, a fenero est nominatus: Fenus autē dicitur a feno, & quasi fetura quadā pecunia parientis & incrementis, & idcirco & M. Caionem, & ceteros etatis eius feneratorem sine a litera pronunciasse tradit, sicuti fetus ipse, & secunditas appellata. Pleriq; patria. ¶ Notandum hic, Sallustium dicere Expertes patrias, fortius: quod raro legitur, frequenter uero Expertes huius rei inuenitur. Fama. ¶ honore. Fortibus. ¶ diuitijs. Neq; cuiquā nostrum licuit more maiorū legē uti. ¶ M. Varro scribit in lib. 6. de Lingua Latina, quod nonnulli pro pecunia, quā debebant, operas in seruitutem dabant, dum soluerent. id Sylla dictator sustulit, uoluitq; ut ij bonam copiam euirarent: id est, ut inuarent se non posse praestare, & soluendo nō esse. ad id alludit Cicero in Epistola ad Petum: Tu aut, quod mihi bonā copiam euire, nihil est. Neq; amisso patrimonio. ¶ i. amissis facultatibus nostris. nam Patrimonium id dicitur, quod a patre filijs relinquatur. Unde a patre patrimonium dicitur. Librum corpus habere, tanta felicitate feneratorum, atq; praetoris fuit. ¶ Gell. lib. 20. cap. 1. Adimi, inquit, putauerunt subsidium hoc inopie temporariae, quo comitant hominum uita indiget. Si praesidia debitorum sine graui poena cluderet, confessi igitur aris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati, conquirenda pecuniae causa, quam dissoluerent: eosq;

cosq; dies decem uiri appellauerunt, uelut quoddam iustitium: id est iuris inter eos quasi interstitutionem quamdam & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset: post deinde, nisi dissoluerent, ad praetorem uocabantur: & ab eo, quibus erant iudicati, addicebantur: neruo quoq; aut compedibus uinciebantur. Sic enim, opinor, uerba legis eris confessi, rebusq; iure iudicatis triginta dies sunt: post deinde manus iniectio esto, & in tus ducito, nō iudicatum facit, aut qui pseudo eo in iure uim dicit, secum ducito, uincito, aut neruo aut compedibus, quin decem pondo, nec minore: aut si uolet, maiore uincito. si uolet, suo iurito: nō suo iurito, qui cum uinctum habeat, libram farris in dies dato. Si uolet, plus dato. erat autem interea ius pacifcendū, ac nisi pacta fierent, habebantur in uinctulis dies 60, inter eos dies trinis mundinis cotinuis ad praetorem in comitium producebantur, quanteq; pecuniae iudicatis essent, predicabatur: tertijs autem mundinis capite poenas dabant, aut trans Tiberim uenium ibant: sed cum capitis poenam sancienda, sicuti dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu nouisq; terroribus metuedam reddiderunt. nam: plures foret, quibus reus esset iudicatus, securi: si uelleat, atq; partiri corpus additi sibi hominis permiserunt. Sape maiores nostri. ¶ Gellius lib. 20. cap. 5. censte hic legendum maiores nostros, quia hoc pacto in pleijs: Salustij exemplaribus, scriptum fuisse refert: quem Valla lib. 2. carpit, contentitq; legendum esse maiores nostrae. Sed fortasse immerito, sicuti ex Commentarijs Budei in lingua Graeca a nio maduertimus, in quibus multa super ipsijs pronominib. pri mitiuis exempla contra Vallam asserit. Decretis suis. ¶ fenatis subsulis. ¶ Decernere, proprie est Senatus: unde decretum & Senatusconsultū, idem est. Inopia eius. ¶ Inopi dicitur is, qui solus est, qui nec amicos, nec propinquos habet: quorum ope, i. auxilio tutari se possit. unde Inopia ferē in eadem re dicitur. Opitulati sunt. ¶ Auctore Liui lib. 7. Dec. 1. coff. P. Valerio Publicola, & C. Martio Rutilio quincunuri creati fuerunt, quos mensarios ad dispensationem pecuniae appellauerunt: quorum nomina haec sunt: C. Duellius, P. Decius Mus, M. Papirius, Q. Publus, & T. Aemilius, qui rem difficillimam tractatum, & plerunq; parti utriq; semper certē alteri grauem, tum alia moderatione, tum impedio magis publico quam iactura sustinerunt. Tarda enim nomina & impedimentiora, interita debitorū, quam facultatibus, ararium, mensis cum ere in foro positū, dissoluit, ut populo prius caueretur, aut estimatio, aequis rerum precijs, liberauit: ut nō modo sine iniuria, fed citam sine querimonijs partis utriusq; exhausta uis ingens erit alieni fit. Ac nouissimē. ¶ Demiror enim Gellium scripsisse, quod Cicero nūm quē ut uoluerit ijs uerbis nouissimē et nouissimē, tanquā parum Latine, quibus alijs sape usi sunt cum & ipse Cic. nullis in locis utatur, ut in lib. Epistoliarum familiar. 10. Quo, inquit, ego interprete nouissimē ad Lepidum sum usus, idem lib. 11. Ad nouissima auxilia descendemus. Idē in Epistola ad Oebanum: Nouissima conferemus primis. Idem pro Roscio: Qui ne in nouissimis quide erat bistriomibus, ad primos perueniri concedos. Euoaldus in dictatore contra hanc Gellij sententiam locum hunc adnotauit, in Oratore, quae duo sunt ad iudicandum nouissima: sed & ipse hallucinatus est, non considerans uerba Cicero nis: quia ibi legi debet Leuissima, ut sensu ipso patet, & omnia exemplaria, quae ego uiderim, legunt, Memoria

nostra propter magnitudinem aris alieni. ¶ De hac solutio non memini legere. Volentibus omnibus bonis. ¶ decernentibus optimatibus. Argentum. ¶ debita. Arre. ¶ ex arario. ab arre ararium dicitur, ubi publicae seruabantur pecuniae: quod Romae fuit in aede Saturni. Solutum. ¶ Nonius Marcel. hunc locum citans, ait: Soluere, est debitum reddere. Mar. Tull. in Diuinatione: Pro quo frumento pecunia omnis soluta non est. Unde dicimus, sol uere pensionem. Idem pro M. Fonteio: Cum altera pensio soluenda esset. Sape ipsa plebs, aut dominandi studio permota, aut superbia magistratum a patribus secessit. ¶ Tres enim secessiones factas legimus. Florus lib. 1. Prima, inquit, discordia ob impotentiam feneratorum, quibus in terga quoq; scruiliter seculentibus in sacrum montem plebs armata secessit, agrisq; nec nisi tribunos impetrasset. Mentem Agrippae facundi ac sapientis uiri auctoritate reuocata est. Cic. in Bruto, & Valer. Max. scribunt, hanc seditionem sedatam fuisse a M. Valerio dictatore. Secunda facta est in Auentinum montem, propter luxuriam Ap. Claudij decemuir. Tertiam seditionem excitauit matrimoniorū indignitas, ut plebeij cum patricijs iungerentur. Qui tumultus in monte Ianiculo, duce C. Caenulo tribuno plebis exarsit. At nos. ¶ Argumentum a minori ad maius, dicens: Si plebs a patribus secessit, ut uia imperaret, cur idem nobis non licet libertatis causae quarum rerum causa. ¶ Ies imperij ac diuitiarum. Bella. ¶ quae publice sunt, sicuti & superius dixit. Post uero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonij & Athenienses capere urbes atq; nationes subigere, libidinem domandam causam habere, maximam gloriam, in maximo imperio putare. Certamina. ¶ contentiones, & inter ciues in fit bellum propter imperium, certamen uero propter diuitias. Sed libertatem. ¶ quamuis inuicti sit omnibus hominibus libertatis desiderium, tamen adeo libertas dulcis est, ut olim legati Spartanorum praefecta Persarum dederint hoc responsum dignissimi memoras: Serus tu quidem esse nosti, libertatem autē nondum expertus es, utrum sit dulcis, an non: quae si tibi experta foret, non ut hastis, sed ut securibus pro ea dimicare uisus, nō bis suaderes, ueteres Romani coluerit deam Libertatem: ut Cicero lib. 2. de Natura deorum scribit, & auctore Liui lib. 24. Sempronius Gracchus pater in Auentino ex multitudine pecuniae eadem Libertatis faciendam curauit, dedicauitq;. Nemo bonus. ¶ quae si dicat: Ne barbarus quidem patitur libertate priuari, nisi una cum anima. Te. ¶ Martium Imperatorem. Consulatis miseris ciuibus. ¶ i. provideatis, nam dicimus, Consule uite tuae, ualetudini, rebus tuis: pro eo quod est, Provide uita tuae, ualetudini, rebus tuis: Consulere uero cum accusatio, significat consilium petere: cum datio uero, consilium dare. Legis praesidium. ¶ scilicet Syllanae, de qua superius. Quo nam modo. ¶ cum nullis ciuibus exitio fuerimus, postea pereamus. Vlti. ¶ Vltior, & punitio significat et uindicta, ut ait Peditanus, nunc iudicati intelligamus. Ad haec. ¶ scilicet mandata Manlij. Ab armis discedant. ¶ deponant arma. Ea mansuetudine. ¶ clementia, ut illud in Offic. indicat: & tamē ita probanda mansuetudo atq; clementia, ut adhibeatur Reipub. causa seuca ritio, sine qua administrari ciuitas non potest. De mansuetudine ac misericordia populi Romani sentent libri exemplis. Ut nemo. ¶ non memini legere, quoniam frustra a populo Romano auxilium implorasse.







modo in cunctis ferē, quae ipse uiderim, exemplaribus: nec male, ut opinor. Ceterum Seruius in 4. Aeneid. Recognoscis legit, nisi sint mendosi codices. Sed memoriam lapsus, an quod sic legendum putarit, haud equidem scio. Porro si sic legas, inuit hoc uerbo Catilina, Catulum quoque aliquid ea de re scuisse, de qua ipse sese purgat, nam recognoscimus ea ferē, quae scimus. Cicero: Nō uidetur haec multitudo cognoscere ex me causam uoluisse: sed ea quae scit, mecum recognoscere. Idem: Declarat se non tum illa didicisse, sed reminiscendo recognoscere. Ergo uulgatam hodie magis probo. Quamquam Felicius Durantinus, Agnoscas legisse uidetur. Non quin et alienum meis sumptum nominibus. ] rō sumptum non est in ullo manuscripto quod sciam, nec id sententia magnopere exposcit. nam Meis nominibus, ad uerbu Soluere pertinet, pro, quibus ipse debeo, nō satisfacere. Sed quod non dignos homines honore honestos uidebam. ] Ita ferē in recentioribus, et in Mersburgensi, quibus cum facit Felicius Durantinus. Sed Fabricij codex habet, consentientibus manuscriptis duobus, Honore honestos, pro De coratos et amplificatos. Nec est in impressis quibusdam fecis. Verum hoc lektoris iudicio, ut et alia ferē, permittimus. Dum ciuitatem antea sollicitatam armis exorant. ] Codices in pergamenis descripti, Dum uicinitatē. Illud, ab eo, quod Gymnicus habet, non reperitur in mas-

manuscriptis, ac ne in codice quidem Beroaldino. A GLAR. ¶ Non quod et alienum meis sumptum nominibus. ] Pro Quod, alij Quin legunt, et negationē sequente uerbu ante uerbum Possunt, iustulerunt. Quin enim cum subiunctio, pro Ut non effertur solet, ut in hoc 3. Aeneidos: Hic tibi ne qua morae fuerint dispensata tanti, Quin adeas uatem, precibusq; oracula poscas. Annotauit hoc Valla quoq;. Ceterum illud sumptum nō habent omnia exemplaria. Vetus codex ita habet: Nō quia et alienum meis nominibus sumptum, ex possessionibus soluere non possum. Sed quod non dignos homines honore honestos uid. ] Alij, ut Gothi codex, Honore honestatos legunt, quod item placet. Ceterum quod sequitur: Neq; falsa suspitione alienatum esse sentiebam, hoc nomine satis honestus pro meo casu spes reliquae dignitatis cōseruanda sum secutus. Oppidū obscurus hic est sensus, Commentatoribus autem facilis. Ciceronem hercle uehementer notat Catilina de falsa criminatione ad Populum, per quam uideri uult repulsum passus, non conscientia de culpa, ut paulo ante ipse loquitur. Ergo innocenti sibi id ab inimico factum Catulo conuenitur, ea spe, si quando populus resciret ea innocenti facta, res siturus sit eum in integrum. Hoc igitur nomine honestas spes secutus sum, inquit, reliquae dignitatis cōseruanda.

Excursus quo illorum tempora et statum deplorat.

Seditionum seminaria.

Nam Sylla cauerat, ne ad magistratus admitteretur filij proscriptorum.

\* specie reipub.

Hæc ubi Romæ comperta sunt, Senatus Catilinā & Manlium hostes iudicat: cæteræ multitudini diem statuit, antequam sine fraude liceret ab armis discedere, præter reum capitalium condemnationis. Præterea decernit uti Consules delectum habeant: C. Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet, Cicero urbi præsidio sit. Ea tempestate mihi Imperium populi Romani multo maximè miserabile uisum est, cui cum ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent, domi ocium atq; diuitiæ (quæ prima mortales putant) affluerent: fuere tamen ciues qui se Remq; publicam oblitatis animis perditum irent. Namq; duobus Senatus decretis, ex tanta multitudinis neque præmio in ductus coniurationem patefecerat, neque ex castris Catilinae quiscquam omnium discesserat. Tanta uis morbi, atque uti tabes, plerofque ciuium animos inuaserat. Neque solum illa aliena mens erat, qui conscij coniurationis fuerant: sed omnino cuncta plebs nouarum rerum studio Catilinæ incepta probabat. Id aded uidebatur more suo facere. Nam semper in ciuitate quibus opes nullæ sunt, bonis inuident, malos extollunt: uetera odere, noua exoptant: odio suarum rerum mutari omnia studet: turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniã egestas facilè habetur sine damno. Sed urbana plebs, ea uerò præceps erat, multis de causis. Primum omnium, qui ubiq; probro atque petulantia maximè præstabant: item alij qui per dedecora patrimonijs amissis, postremo omnes quos flagitium aut facinus domo expulerat: hi Romam, sicuti in sentinam, confluxerant. Deinde multi memores Syllanæ uictoriæ, quod ex gregarijs militibus alios Senatores uidebant, alios ita diuites, ut regio uisū atq; cultu ætatem agerent: sibi quisque, si in armis foret, ex uictoria talia sperabat. Præterea inuentus quæ in agris manuum mercede inopiam tolerauerat, priuatis atque publicis largitionibus excita, urbanum ocium ingrato labori prætulera. Eos atque alios omnes malum publicum alebat. Quo minus mirandū est, homines egestes, malis moribus, maxima spe, Reipub. iuxta ac sibi consuluisse. Præterea, quorum uictoria Syllæ parentes proscripti, bona erepta, ius libertatis imminutum erat, haud sanè alio animo belli euentum exspectabant. Ad hoc, quicumq; aliarum atque Senatus partium erant, conturbati Rempub. quam nimis ualere ipsi malebant. Id aded malum multos post annos in ciuitatem reuerterat. Nam postquam Cn. Pompeio, & M. Crasso consulibus Tribunitia potestas restituta est, homines adolentes summam potestatem nacti, quibus ætas animusq; ferrox erat, cœpere Senatum criminando, plebem exagitare, deinde largiendo atque pollicitando magis incendere, ita ipsi clari potentesq; fieri. Contra eos summam ope nitentur pleraq; nobilitas, Senatus sub specie pro sua magnitudine. Namq; (uti

A (uti paucis uerum absoluam) post illa tempora quicumque Rempub. agitauere, honestis nominibus alij sicuti populi iura defenderent, pars quo Senatus auctoritas maxima foret, bonum publicum simulantes, pro sua quique potentia certabant: neque illis modestia, neque modus contentionis erat. Vtrique uictoriam crudeliter exercebant. Sed postquam Cn. Pompeius ad bellum maritimum atque Mithridaticum missus est: plebis opes imminuta, paucorum potentia creuit. Hi magistratus provincias alijque omnia tenere, ipsi innoxij, florentes, sine metu ætatem agere, ceterosq; iudicijs terrere, quo plebem in magistratu placidius tractarent. Sed ubi primum dubijs rebus nouandis spes oblata est, uetus certamen animos eorum arrixit. Quod si primo prælio Catilinā superior, aut æqua manu discessisset, profectò magna clades atq; calamitas Rempub. oppressisset: neque illis qui uictoriam adepti forent, diutius ea uti licuisset, quin de seffsis & exanguiibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret. Fuere tamen ex cōiurationem complures, qui ad Catilinam iniriò profecti sunt. In his erat Fuluius Senatoris filius, quem retractum ex itinere parens iussit necari.

VALL.

¶ Ceteris insig. ] uidelicet cum prætexta, que erat uestis imperatoria. Indicat hostem. ] Indicare hostē est, quod uulgò dicitur, elbandizado per ribello. Statui. ] de liberat antequam dicat. Sine fraude. ] sine perna. Condemnati rerum. ] præter eos condemnati erant capite, antequam iniret coniurationem. Priscianus adducit hunc locum, lib. de Constr. cum ostendit, Præter interdum cum ablatiuo coniungi. Ea tempestate. ] Hic patriæ casum miseratus Sallust. Ciui. ] i. populo Rom. Ab ortu solis. ] i. ab occidente ad orientem, i. uniuersus orbis ab eo subactus est. Domita. ] uicta. Parerent. ] obedirent. Affluerent. ] abundarent. Que. ] scilicet ocium et diuitias. Prima. ] præcipua et excellentia. Perditum. ] ad perdendum se. Namq; reddit rationē cur miserabile sibi uisum fuerit imperium pop. Rom. ea tempestate. Duobus. ] factis duobus decretis, quæ supra memorauimus. Vnum, si quis coniurationem indicasset, maxima sumpturum esse præmia. Alterum, quod intra certum diem, qui in exercitu Manlij et Catiline erat, impune ab armis discedere liceret. Tanta uis. ] Causa erat, cur neq; quisquam coniurationem patefaceret, neq; ab armis discesserat. Tanta uis. ] tantus impetus. Ut tabes. ] ueluti quedam confectio atq; contagio. Plerofque ciuium animos. ] i. animos multorum ciuium. Aliena. ] aliena erant à reipub. statu, qui conscij coniurationis fuerunt causati. Cuncta plebs. ] omnes sine exceptione. Probabat. ] laudabat. Incepta. ] proposita Catiline. Studio enim rerū. ] uoluntate nouarum rerum. Aded. ] i. certat: quia sibi suæ displicent. Bonis inuident. ] quia boni nullo sibi malis adiumento sunt: sperant ex magnificentia malorum aliquid boni consequi. Vera. ] que sunt præter utilitatem eorum. Noia. ] quia sperant sibi commoda fore. Turba. ] turbatione. Seditionibus. ] discordijs. Aluntur. ] nutriuntur. Sine cura. ] rerū suarum, quippe quia nihil possunt perdere. Facile. ] quia facile est pauperem fieri. Habetur. ] possidetur. Sine damno. ] quia qui nihil habet, nihil amittere potest. Urbana plebs. ] erat præceptum. Verò. ] pro, sed ea erat præceps. Vbiq;. ] in omnibus Italiae locis. Præstabant. ] uincabant, excellentiores erant probro. Obsecrante. ] rem obscenam intelligit, ut sunt supra adulterii, incestus. Petulantia. ] superfluitate, nam Petulantia proprie est loquacitas, i. superfluitas in uerbis: sed conuenit ut nō solum uerborum superfluitas dicatur, sed etiam superfluitas bibendi, edendi, et ceterarum rerum.

Item alij conflauerant Ro. qui præstabant pa. i. qui rem à patribus relictam auferunt uel conuius sumptuosos, uel amoribus illicitis, uel condemnationibus, cum paucis pecuniarias soluere conati essent, propter scilicet aliquid perpetratum. Patrimonijs amissis. ] perditis diuitijs, quas eorum patres testamento reliquerant. Per dedecora. ] per uisuperia et opprobria. Flagitium aut facinus. ] Flagitium dicitur omne uitij, flagratione, i. reprobensione dignū, et potest in uerbis considerari, nam flagitium est, si quis periuus fecerit. hoc enim cōstitit in uerbo, non re. Facinus aut, est uitium, quod in facto cōstitit: ut furium, homicidium, adulterium committere. Hi Romam sicuti in sentinam. ] quemadmodum aqua uitiosa per rimas in fundo nauis ingreditur, ita uitiosus homines et perditus se Rom. contulerunt. Sentinam. ] Sentina est aqua uitiosa, per rimas in fundo nauis ingressa, putrida, et mali odoris: unde Sentina etiam dicitur à sentiendo, eo q. odore suo, i. maribus nauarū sentiarū: et propter malum odore dicitur nauis facere, i. uomiti. Memores Syllanæ. ] Meminerat quantum ex memoria Syllæ conquisiti essent, ut sunt qui militibus feruitia præstāt, quos appellamus agafones, lixas, calones, uel qui pabulati uel lignati eunt. Uicta regio. ] epulis regijs. Cultibus. ] uestibus regijs. Si in armis foret. ] i. si ille præstantior esset, qui fortior esset in armis. Qui mercede. ] huiusmodi homines appellabantur operarij, in epistolis Cic. ad Atticum. Veruntamen in sacra pagina inuenitur: Misit operarios in uineam suam: et intelligi de huiusmodi hominibus. Mercede. ] ut ligonizare agros, putare uites. Priuatis. ] quas ferri uidebat, et superiori tempore factas esse audierat. Ingrato. ] molestis, nō placido sibi. Eas. ] agrestes operas. Quo. ] propter quod. Egentes. ] pauperes in maxima specie utilitatis proposita. Sibi ac reipub. ] iuxta quod sibi uile esse, id etiam reip. uile uideretur. Præterea inuentum. ] alios commemorat, qui parati erant ad rempub. perurbandam, quorum omnes erant ciues Rom. uictoria. ] propter uictoriam Syllæ. Peremptos. ] qui fuerant secuti partes C. Marij. Proscripti. ] capite damnati à Sylla. Bona erepta. ] Quia quicumq; proscripti fuissent, unusquisq; bona eorum diripere poterat. Ius liberitatis. ] unum sequitur ex reliquo, nam quanto magis op-

profi

presiderant, tanto minus libertatis erat eis. Alio animo. ] quam illo quos supra memoravi. Euentu belli. ] s. ut respub. perderetur. Aliarum. ] i. qui partes sequebantur senatum adversus, quam ipsi uellent. Semi. ua. ] sceleris: quod Senatus plus ualebat: ipsi uero optabant rempub. perturbari, eo quod nemo uellet alios auctoritate plus ualere, quam seipos. Id malum. ] quod tribuna tus restitutus fuerat. & recte malum dicit: nam ut etiam T. Lilius dicit, potestas tribunicia in senatu erat. Reuerterat in ciuitatem. ] nam intermissa fuerat tribunicia potestas, cum senatus uires suas auxisset, tribunatiumq. pl. deposuisset. Cui. Pompeio. ] qui bellum civile contra Caesarem gessit: sed nondum tempus huius belli ciuili uenerat. Cuius trib. pl. in urbe reuerit, tribunicia po. Pomp. ut sibi fauorem populi conciliaret, rogationes ad populum tulit: ita ut & trib. crearetur qui magistratus semper in senatu erat ordinis senatus. Actus. ] quia iuuenis. Animusq. ferax. ] quia incitatus erat aduersus patrem, crimine idem senatum. Largiendo. ] legimus Caesarem populo fecisse conuiuium. Fieri. ] pro fiebant. Pleraq. ] maior pars. Ope. ] possibilitate. sic Verg. Non opis est nostrae Dido. — Nos adolecentes sub specie simulantes se defendere Senatus auctoritatem: sed tamen hoc faciebant, ut magis senatum defendere rent, quam ut suas opes auerent. Pro sua magnitudine. ] i. pro defendenda sua magnitudine. Quicumq. ] i. omnes ciues. Alij certat. ] declarat quomodo honestis nominibus partes certabant modesta, ut se continerent. Modus. ] finis uterq. & plebis & patricij. Cui. Pomp. ] qui semper popularis, i. populo gratus fuerat: & plebem, quibuscumq. poterat rationibus sibi uendicauerat. Bellum maritimum. ] contra piratas: qui itinera obsiderent, & transuentibus bona diriperant. Mithridaticum. ] Nam deinde piratis missus est contra Mithridatem regem Ponti, quem Pompeius tandem coegit ad mori. Plebis oper. ] duce amisso Pomp. uidebat plebis in parnis euenit. Paucorum. ] s. nobilium. paucorum dixit: quia plebs maior in numero est quam nobilium. Hi. ] s. nobiles. Imoxij. ] Innoxij dicitur non solum qui nemini nocet, sed etiam cui a nullo nocetur: sicut hoc loco accipiendum est. Florescentes. ] opibus. Sine metu. ] a plebe. Iudicij. ] condemnationibus. Terrere. ] ipsi qui in magistratu erant, alios nobiles terrebant iudicij. Quod placidius tractarent plebem. ] ut si plebs subiecta teneretur, ipsa facilius ferret, cum uideret alios iudicij terri. Dubijs. ] cum res dubie essent. Nouentis rebus. ] i. nouitate rerum. Vetus certamen. ] quod inter nobiles & plebem fuerat. Primo praelio. ] quod gestum est inter Catilinam & Antonium consulem. Aequa manu. ] aequo Marte. Clades. ] pernicies. Calamitas. ] miseria. Cui. ] pro ut non. Defessis. ] s. uictoribus, de uictis belli lassis. Exanguibus. ] languidus, uulneribus acceptis in bello. Extorqueret. ] ut auferret. Qui plus posset. ] significat aut magnum Pompeium sive Crassum, quorum ope maxime erant in urbe Ro. Extra coniurationem. ] qui coniurationis consij non erant. In quibus. ] s. qui coniurationis ignari ad Catilinam proficiscerentur. Quem. ] s. Fulvium. Retractum ex itinere. ] domum reductum. Necari. ] suffocari sine iudicio: eo quod ad conuincendos patrie se conficere uolisset.

¶ Catera multitudinij. ] quae erat cum eis. Statu

diem antequam. ] i. infra quam diem. Sine fraude. ] i. sine poena. Praeter condemnationis. ] Priscianus de hoc addit in exemplo. quia Praeter figuratiue ablatiuo adiuunxit, cum accusatiuo tantum aduungi debeat. Praeterea decernit senatus, ut consules delectum habeant. ] i. electionem quid uniuersisq. faciat. Et ecce delectio. Antonius persequitur Catilinam, Cicero conseruat urbem. tantus metus erat in urbe, &c. Ea tempestate. ] Nullo maxime augmentum augmento addidit. Perditum i. rent. ] i. perdere. Obstinatis. ] i. malignitate pertinacibus & induratis & obstinatis uere. Namq. duobus senatus decretis. ] Si quidem senatus duo decreta dederat, ut si quis seruus conuinationem indicasset, libertatem primum pro praemia haberet: Et si quis ab armis discedere uellet, infra diem statutum discedere liceret. Sed propter illa decreta neq. quisq. &c. Vti. ] i. sicut tabes. Tabes morbus est porcorum, qui de uno transit ad alium. Ita illi qui coniuati erant, Catilinam fauebant. Neq. solum illis erat aliena mens a Repub. sed studio & propter studium nouarum rerum. Nouis res conuinationes uocat odio suarum rerum, quae aduersae sunt & ferre nulle. Turba. ] i. turbatione. Sine cura. ] Quia cum habeat nihil, de nihilo curant sine damno: cum pauper non habeat quid amittat. Ita cuncta plebs fauebat inceptis Catilinae. Sed urbana plebs maxime erat proceps. ] id est, praecipitata in malum. Quare praecipitata esset, uarias causas assignat. Primum omnium. ] i. prima causa est haec: illi qui ubiq. praestabant, i. ubiq. praestantes erant. Probrio. ] i. approbro ad uerba. Atque petulantia. ] i. lasciuia, ad facta appeto: petulentes enim superflua appetunt, & illi qui erant amissis patrimonijs, i. qui patrimoniam amiserant Per dedecora, & quia longum esset commemorare, Omnes dicit. Postremo omnes quos flagitium. ] Flagitium in factis, facinus in dictis: hi inquam, omnes fordidi. Confluxerant Romanam, ueluti in sentinam fluunt sordes. & dicitur sentina a sentiendo, eo quod grauitur sentitur fetor eius. deinde est alia causa corruptionis. Bx militibus gregarijs. ] i. qui erant de gregis, i. de plebe nobiliores. Quisq. sibi sperabat talia uentura ex uictoria, ita tamē si foret in armis uictor sperandi. Vel si in armis foret. ] i. in armis Catilinae. Praeterea. ] i. praeter istas causas, erat & ista. Excitata. ] commota ad bellum donis precij in animo. Urbanum iocum. ] quod per bellum sperabant adipisci. Grato labori. ] quem exercebant in agris. Quo. ] i. propter quod. Miris mirandum est homines egentes, ] utpote qui talia sibi sperabant, quae Syllanis contigerant iuxta, & aequaliter. Consuluisse Reipub. ac sibi. ] quia sibi & reipub. male consuluerunt. Praeterea. ] i. praeter hos qui erant aliarum partium atq. i. quam senatus malebat contra rempub. ut i. maxime ualere quam ipsi uellent minus ualere rempub. non turbata: & quia animus adeo obstinatus erat, ideo malum istud reuerterat. Antiquum est, & bene dico Reuerterat. nam prius exierat, ad quod ostendendum auctor facit digressionem. Si quidem tribunicia potestas maxime esse solebat. Tribunus enim quotiens uolebat, plebem contra nobilitatem ex. uare poterat: sed iam longo tempore deperierat. Cōgigit aut C. Pompeium & M. Cras-

sum

A. Iam eodem tempore tribunos & consules esse: qui quodam modo neglecto consulatu tribunatum uoluerunt in pristinam suam reuocare, & ita plebem contra nobilitatem grauitur excitare, & tunc a plebe grauisime attrita est nobilitas. postea conuigit Pompeium contra Mithridatem regem Ponti missum iussu: & tunc ope plebis maxime sunt immutata, & sic conuincit plebis grauisima attrita est a nobilitate. Et hoc exequatur auctor, dicens: Nam postquam, &c. Tribunitia potestas restituta est in pristinam statum. Isti duo homines adulescentes. ] Tales eos ostendit, quod citò quid tale facerent: ita ipsi, s. consules. Fieri. ] i. fiebant clari in fama. Et constantes in populo sub specie senatus dicebant enim causa & de senatus senatus facere, sed tamen id faciebant. Pro sua magistratate. ] i. secundum posse suam: & bene dixit, sub specie senatus. Namq. ut. ] i. ut desiderarent uerum i. ueritatem. Quicumq. agerent rempub. sub honestis causis. ] i. agerent, honestis semper praetendebant causas, & uere honestis. Nam alij qui in senatu nobilitate, id faciebant sicuti desiderent uerum populi, se enim id facere debebat, pars uero plebem in se habebat. Quo. ] id est, ut auctor uis senatus ferret maxima: bonum publici simulantis quod non erat. Neq. modesta in uerbis, nec modus in factis. Vtriq. tamen qui fauebat senatui, tum quo plebi uictoriam crudeliter exercebat. Id est, per crudelitatem uincere intendebant. Sed postquam G. Pompeius ad bellum maritimum. ] i. iuxta mare. Potentia paucorum creuit. ] s. nobilium: & quia nobiles omnia teuebant, ipsi erant. Innoxia in postula significatione, i. quibus nemo nocet, ideo florentes, i. in prosperitate sua gloriantes. Terrere. ] i. terrebant ceteros iudicij. Quo. ] i. ut existentes in magistratu, id est, ut ipsi facti magistrati. Tractarent plebem placidius. ] i. magis iuxta placitum suum. Sed ubi ita plebs attrita est, & ut, id est, postquam primum potui surrexit. & hoc per Catilinam. & hoc quod superius dixit: Reuerterat uetus certamen, quod fuerat inter nobiles & plebem eorum, qui erant ex parte plebis. Quod. ] i. propter quod, quia e-recti sunt, ut eorum si primum praelium non fuerit, fuerit secundum. Catilina decessisset superior aut uictor, aut saltem aequa manu, id est, aequaliter potentes fuere. Redit ad nouationem facta digressionem, continuatio. dixi illos qui de conuinatione erant, projectos esse ad Catilinam: & quidem qui non erant, ad eam projecti sunt. & haec est. Fulvius, quamuis extra conuinationem. Retractum exitinere. ] Per hoc ostendit, quantum ab omnibus diligenda sit respub. quia etiam pater contra rempub. filio non peperit: ita Catilina se & suos extra Romanam urbem praeparabat.

B. A. D. ¶ Haec ubi Roma sunt. ] Ordo est, ubi, i. postquam (quia aduerbia loci & temporis ferè coniuuantur: ut, Hucusq. in hunc usq. locum, uel in hoc tempus, sicut etiam nomina loci & tempus. ut dicendi locus, i. opportunitas.) haec, s. Catilinam cum insignibus se recepisse in castra Manly. Comperta, i. immod explorata, & uera inuenta sunt: Rome, s. in senatu qui aliter non iudicasset, senatum iudicat Catilinam & Manlym hostes: & statuit ceteros multitudine, s. exercitus diem, ante quā, s. diem, i. ante cuius aduentum liceret multitudini discedere ab armis: sine fraude, i. impune, sine poena. fraus enim capitur non semper pro dolo, sed frequentius pro fraudatione, i. diminutione rerū & bonorū. liceret dico omnibus, praeter

quam condemnatis rerum capitalium, subaudi sententia aut iudicio, in quo coput exposculabatur. Hoc est, Omnes qui praeter illud factum non meruerant exitum, poterant impune ab armis discedere: quod prudentia senatus factum est, ut sine periculo reipub. principis conuinationis punirentur. Praeterea senatus decretum, ut consules habeant delectum, s. deligerent milites ad bellum. Et ut Caius Antonius mature persequi Catilinam cum exierat: Cicero sit profidius, i. proreclis ubi. Ea tempestate. ] Plurimum statum imperij Romanus eo tempore, dicens: Imperium populi Romanus usum est milia ea tempestate, eo tempore quo talia fierent: multo maxime, i. maxime omnium miserabile. Cui imperio cum omnia ab ortu solis usq. ad occasum parerent, i. cederent & obedirent: domita, i. subacta & mita facta armis, s. Romanis: & sup. oceanum atq. diuitem: quae, s. duo: aut quae, i. quae res mortales, i. homines putant prima, i. praecipua bona: affluerent, i. abundarent, aut abunde quasi per asfluxum aduenirent: tamen, i. nihilominus fuere ciues, s. conuati: qui in ut perditum, s. i. seipos & rempub. animis obliuati, i. primis ciuis in malo & induratis. Namq. duobus decretis senatus, quibus decreuerat contra pertinaces bella gerenda, & ab armis discedentes sine fraude suscipiendos: quosquam omnium ex tanta malisitudine, i. ex omnibus centuratis & fautoribus, qui plurimi erant: neq. indubius precio supraposito, patet: erat conuinationem, neq. discesserat ex castris Catilina. Vanata, i. tam uehemens uis, i. copia & uigor morbi, i. praunitatis inuaserat plerq. i. ferè omnes animos ciuim: ut, i. quemadmodum tabes, i. corruptio lenta pronans ex sanguinis infectione. Neq. mens aliena a salute resp. solum illis qui fuerant consij conuinationis: sed omnino cuncta plebs probabat studio, i. propter studium & affectionem nouarum rerum: capta, id est, incepta Catilinae. Cuncta aut plebs Romana uidebatur ad egerē obedi. i. omnino: suo more, i. ex ueteri consuetudine. Nam q. quibus mille sunt opes, i. facultates, inuadent semper in ciuitate bonis, s. uis: ubi & exstant, id est, exstant in malis: & odere, i. odio persequuntur: ueteres, s. uis inuadent & facta etiam bona: exoptant nona, i. nouas res: & illudent, i. studiose uolunt omnia mutari ad suam uerum, quae illis displicent: & alantur turba, i. turbatione resp. atq. seditionibus: sine cura, i. sollicitudine amittende rei suae: quoniam egestas habetur facile sine damno, i. sine iactura. Sed plebs urbana, ea erat uero, i. ad uerum: & sine dissimulatione proceps, i. ad ruinam scilicet: de multis causis, i. ob multas causas. Primum praecipites ibi hi qui praestabant, i. eminebant maxime omnium: & ubiq. probro, i. dedecore atq. petulantia, i. insolentia uita, qua unumquemq. petulantiter lacebabant: item hi qui uagabatur, i. discurrerant per dedecora, i. per omnem infamiam: amissis patrimonijs, i. postquam amiserant patrimoniam suam. postremo hi quos flagitium, i. enorme scelus aut facinus, i. enorme factum: expulerat domo, i. patria sua: hi inquam, omnes confluerant, i. impetuose & abunde confugerat Romanam: sicut in sentinam, i. collectorium omnium fordium: sicut sentina in nauis fordidas aquas recipiat. deinde multi memores uictoriae Syllanae, i. licentiae obtenta per uictoriam Syllae: quod, i. quia uidebant alios, i. nonnullos ex militibus gregarijs, i. uulgarijs & infimis: qui gregatim ut pecora sine honore ab imperatore aguntur, senatores, i. patres conscriptos: &





quosq; patri in filium potestatem, quam domino in seruu...

GAST.

Sine fraude. ] impune, nam pecnam veteres uocabant...

rent, et priuatum & publicè largiebantur, suffragia cor...

Plutarchus, Orofius. Et Mitbridaticum. ] Contra Mitbridatem...

RIV.

Namq; ex duobus senatus decretis. ] In manuscriptis...

Deinde largiendo. ] Manuscripta, Dein. Contra eos summa ope...

GLAR.

Mercaturam olim Romae equites exercabant.

Iisdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina praeceperat, quoque...

tum Brutus ab Roma aberat. Præterea Gabinius accersit, quod maior auctoritas sermo ni inesse. Eo præsentem coniurationem aperit, nominat socios, præterea multos cuiusque generis innoxios, quod legatis animus maior esset. Deinde eos pollicitus operam suam, domum dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere quid nam consilij cape rent: in altera parte erat æs alienum, studium belli, magna merces in spe uictoriæ. At in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe certa præmia. Hæc illis uolentibus, tandem uicit fortuna Reipub. Itaque Q. Fabio Sangæ, cuius patrocini plurimum ciuitas utebatur, rem omnem uri cognouerât, aperit. Cicero per Sangam consilio con gnito legatis præcepit, ut studij coniurationis uehementer simulent, cæteros adeant, benè polliceantur, dentque operam, uti eos quàm maximè manifestos habeant.

VALL.

¶ *Hisdem temporibus nonnulli extra coniurationem profecti sunt in castra ad Catilinam. Sicut ex Catilina præceperat. Nam ut superius dixi: Cum decessit Catilina, tradidit negocium Lentulo, ut omnia diligenter ageret, quæ ad coniurationis opes pertinerent. Idoneos. ] aptos. Nouis rebus. ] ad nouandus res. Moribus. ] quia malis moribus uicebant, & uixerant. & ideo per diores erant ad flagitia. Fortuna. ] quia pauperes erant & inopes. Per alios. ] per interuencios. Cuiuscunq; modi genus hominum. ] i. omne genus hominũ. Viti. ] utilitati. Bello. ] ad bellum. Igitur. ] quia præter ciues Rom. etiam cuiuscunq; generis homines sollicitabant, qui bello usuri forent. Allobrogum. ] sunt populi Gallie transalpinæ. Ad societatem. ] neque contra patriam publico, neque propter solutum tributum populo Rom. priuatum per singulos personis, quæ alieno ere erant adstrictæ. Bellicosus. ] quia semper Galli delectati in bellis. Negociatus erat. ] i. negotiationem fecerat in Gallia. Nouerat eos inuicem, sicuti ipsi eum noscebant. Sine mora. ] quasi dicit: Non opus fuit longa salutatione, cum ipse legatis esset notus, & ipse eos nouisset. Dolens dicebat. ] Scio uos usque adeo oppressos, ut soluere non possitis tributum, quod populus Romanus imposuit ciuitatibus, atque priuatis hominibus. Magistratum. ] iudicet consilium prætorum, præfectorum prouinciarũ, & cæterorum qui imperium populi haberent. Accusare senatum. ] quia conquestus ad senatum ipse, nec quidem sibi quicquam opis attulisset. Et me in eam necessitatem adductum esse dicebat, ut calamitatibus suis nullũ sibi remedium relinquatur præter mortem. Dixit. ] Vmbrenus. Afferum. ] durum. Ea res. ] quam facerent. Decij Bruti. ] hic erat uir Sempronius, quam dixit coniurationis conscientia esse: ideo in domum ipsius duxit legatos, quod ipse coniurationis conscius, eo quod amantissimus exit reipubl. sed Sempronius eius uxor in coniuratione erat. Tum. ] eo tempore. Bruti deduxit. ] quæ f. domus coniurationis erat conscia propter Sempronium Gabinum. Nam Gabinius senatus erat. Eo. ] Gabinius. Socios. ] potentissimos ac nobilissimos huius coniurationis socios. Cuiuscunq;. ] tam ordinis senatorum quæ equitibus: ut erat Cæsar, Pomp. Cras. Innocuos. ] innocentes, qui nihil penitus de coniuratione sciebant. Applicuisse. ] ut alacriori animo rem aggrederentur legati. Pollicitos. ] quia promiserunt se quoque ipsius coniurationis partes adiutores esse. In incerto. ] in dubio, in ambiguo. Quidam consilij. ] quidam consilij potissimum sequeretur, an coniurationem, an reipubl. statum inuarent. In altera parte. ] uidelicet ut sequerentur coniurationis partes. Studiũ belli. ] quia gens illa bellicosissima fuit.*

Magna merces in spe. ] quia si obtinerimus, ciuitati dominabitur. In altera parte. ] in parendo reipub. contra coniuratos. Maiores opes. ] nam plus posse posse uidebatur totis reipub. statum, quàm pauci contra reipub. coniurassent. Tuta consilia. ] quia nihil erat periculi coniurationem patefacere. Certa præmia. ] Nam senatus consilium factum est, quo præmia dabantur his qui coniurationem uindicassent. Illis. ] Allobrogibus. Fortuna reipub. ] ut reipub. magis fauerent quàm coniuratoribus. Cuius. ] Q. Fabij. Cuius eorum. ] Allobrogum. Nam ut uidimus fieri, unaqueque ciuitas suum habet patronum. Studium. ] uoluntatem coniurationis. Cæteros. ] socios præter hunc Vmbrenum & Gabinum. Bene polliceantur. ] uidelicet se paratos esse ad inuadendam coniurationem. Quam maximè. ] ut ita ab eis conuentionis consilia excipiant, ut ipsi postea negare non possint.

OMNIB.

¶ *Hisdem temporibus Romæ Lentulus sollicitabat, quoscunq; credebatur idoneos rebus. id est coniurationis. Moribus. ] i. per malos mores. Aut fortuna. ] i. egestate: & quia non solum & per se, sed & per alios, igitur ciuidam dat negotium. f. Publico Vmbreno. Legatos. ] qui uestigia Romam ad Gallis obtulerant. Oppressos alieno ere publicæ. ] i. propter publica tributa. Priuati. ] propter sua propria. Præterea negociũ deo dit Vmbreno, quod, i. quia Vmbrenus erat negociatus, i. negocia sua procurauerat, inquirendo tributa Romanæ ciuitatum Gallicarum. Eos. ] legatos. Vmbreno datum est negocium. Itaque Vmbrenus, & c. Ciuitatis, f. suæ: dolens casum eius, f. quod ita erat tributaria. Tantis malis. ] i. seruituti illi, & alijs. Auaricia magistratum. ] quia illi sua auferrebant. At ego, nos quidem. Mortem expectatis. ] præmium uel solatium uestris miseris. at ego aliud ostendam rem edium uobis, dum ea res, quam f. facerent. Liberaret eos ab alieno ere. ] i. a tributo, quod solvebant, & ita de se alienabatur. Ille eos in domum Decij Bruti ducit. ] his duabus de causis, quod domus erat propinqua foro, & quia Sempronius uxor Bruti erat de coniuratione. Diceret aliquis, quomodo au deret eos ducere illic, cum Brutus non esset de coniuratione bene. Nam tum Brutus a Roma aberat. Innoxios. ] i. innocuos opera quidem pollicebantur, sed tamè adhuc dubitabant quid facerent: & ponti uiramque partem deliberationis, & uirtus comoda dicens: In altera parte, f. Catiline erat æs alienum perfolendum. Et studium belli, quia eos bellare oportebat, uel erat æs alienum habendum: sed per studium belli, & magna in spe uictoriæ. At in altera parte Ciceronis, f. erant maiores opes. promiserat, i. magna præmia, si quis coniurationem aperiret tuta consilia: quia dicit, antequam a militibus impune diceretur, pro spe incerta præmia ex parte*

¶ *te Catilina, erant præmia certa ex parte Ciceronis. Tandem. ] post longam deliberationem. Vicit fortuna reip. ] quia legati reipub. fauerunt. Itaque Q. Fabio Sangæ. ] trinominis erat. Ciuitas. ] i. Roma. Simulanti studium, quod lamen non habebant. Cæteros. ] coniuratos manifestos, i. omnino decretos in coniuratione. Ita Romæ agebantur.*

BAD.

¶ *Isdem temporibus. ] Docet quid ab his coniuratis, qui Romæ derelicti fuerant, interea actum sit, dicens: Lentulus sollicitabat Romæ isdem temporibus, quibus ea que dicta sunt, foris fiebant: sicuti, i. quemadmodum Catilina præceperat: quoscunq; credebatur idoneos moribus, id est propter mores prauos, & ob maleficia: aut fortuna, id est propter inopiam: rebus nouis, id est in nouandis. hoc est, ad res nouas faciendas in reipub. Sanè Moribus & fortuna, ablatiui sunt casus: Rebus nouis, datiuus. sollicitabat dico, aut per se aut per alios: neque solum sollicitabat ciues, sed genus hominum cuiuscunq; modi, i. qualescunq; esset: quod modo, i. dummodò illud foret usuri, i. utilitati bello, i. ad bellum. Igitur Lentulus dat negocium cuidam Publico Vmbreno, ut requiratur, i. diligenter inquiratur legatos Allobrogum, i. populorum illorum in Gallia Italica transalpina. iuxta Rhodanum, ut inquit Strabo lib. 4. quorum metropolis est Vienna ciuitas in Delphinatu, suntque Heluetij proximi. Nam sunt qui ad Gebennam eos dicant Brixianos seu Bressanos hie, & Delphinates illis proximos. Declinatur autem hic ad accersiuo facit Allobroga, unde uenerat. Saty. 7.*

BAD.

¶ *Rursus qui totiens Ciceronem Allobroga dixit. Brant autem tunc legati Romæ & ut impellerent eos, scilicet legatos ad societatem belli, f. contra potentes sumpti: ex xistimans, i. arbitraris & consens eos oppressos: publicè & priuati ere alieno, id est, debito tam publico quàm priuato, præterea existimans eos posse facile adduci ad tale consilium, i. ad consensum talis consilij: quod, i. quia gens Gallica esset bellicosa: natura, i. per naturam. Vmbrenus, f. Publicus ille, de quo iam dictum est: erat notus perisq; id est pluribus: principibus, i. primoribus ciuitatum: quod, i. quia ipse erat negociatus, i. negocia & mercatum fecerat in Gallia, f. Lugdunensi, ubi nunc celebrare esset imperium: sed tunc Lugdunum aut iam recens, aut nondum conditum erat. Itaque Vmbrenus ubi primũ, i. cum primũ conspexit legatos Allobrogum in foro percunctatus, i. interrogatus: aut ubi interrogauerat de statu ciuitatis, f. Allobrogum potius quàm Romanorum: & quasi dolens casum eius, f. ciuitatis: cepit sine mora requirere, quem exitum sperarent tantis malis: Vt plurimum qui grauius nocere prætendunt, se se prodesse uelle simulant. unde Saluator noster: Attendite ad falsis prophetis, &c. Postquam uidet illos, f. legatos: queri, i. conquiri de auaricia magistratum, scilicet Romanorum, per quæ ciuitas ipsorum Allobrogum exhausta fuerat. & uidet illos accersisse senatum: quod, i. quia nihil auxilij esset in eo: & uidet eos expectare miseris suis remedium morte, i. per mortem: quia mors ultima linea rerum est, inquit, scilicet Vmbrenus. At ergo ostendat uobis (modo, i. dummodò uultis esse uiri, id est, uirtutes, & animosi) ratione, id est medium & uiam: qua effugiatis, id est uitetis ista, i. uestra tanta mala. Vbi Vmbrenus dixit hæc, Allobroges adducti in maximam spem orare, supple ceperunt: aut orare, pro orabant, aut pro orauerunt (quia præmi-*

¶ *si, dixit non dicebat) ut misereretur sui, f. Allobrogum. unde pluralis numeri est Sui, respiciens reciproce principale suppositum, f. Allobroges: & sup. dicere, i. dicebat, aut dicere ceperunt (sed ex more uerbum dicere subintelligitur) nihil esse tam difficile: quin, i. quod non ipsi essent facturi cupidissime, i. auidissime: dum, i. dummodò: ea res liberaret ciuitatem, f. Allobrogum, unde miste erant: ere alieno, id est debito. Ille, f. Vmbrenus: perdidit eos in domum Decij Bruti, mariti Sempronie, qui erat unus ex conscijs coniurationis: quæ, scilicet domus erat propinqua foro: neque aliena consilij, id est, a consilio coniuratorum: propter Semproniam uxorem eius famosam, de qua prius usum est. nam Brutus aberat tum ab Roma. Præterea Vmbrenus arcessit, id est, aduocat in domum illam Gabinum, unum ex coniuratis: quod, i. ideo ut: maior auctoritas inisset sermonis, f. habito cum legatis ad bellum gerendum. & aperit coniurationem eo, f. Gabinio uiro patricio præsentem: nominat socios, f. coniurationis præcipue nobiles: præterea, i. præter ueros socios nominat multos innoxios, i. innocuos et infontes cuiuscunq; generis, i. conditionis uite: quo, i. ideo ut animus amplior, i. copiosior esset legatis, deinde dimittit eos domũ pollicitus, i. postq; pollicitus erat operã suã, i. opem et diligentiam suã. Sed Allobroges habuere diu in incerto, i. in dubio: quidnam consilij caperent. æs alienũ, i. debitũ eorũ: & studium belli, i. quo ad bellum a natura propensi sunt: & magna merces in spe uictoriæ: erat in altera parte, scilicet quam Vmbrenus consulerat. At, i. sed maiores opes, i. facultates, f. potentium & reipub. fauentium: & consilia tuta, f. eorum que saluti reip. consulebant. hoc est, quod uulgo dicitur, bone querela & cause: i. certa præmia, f. a senatu pro indicio coniurationis iam proposta: aut pro declinatione ab ea, pro spe, f. quæ Vmbrenus proposuerat: incerta, i. incerta mercedis: erant sup. in altera parte, f. contra coniuratos pro reipub. hæc illis uolentibus, i. dum illi hæc uoluerent: fortuna reip. i. fauens reip. uicit tandem, id est, post longam consultationem difficulter concedat Italus externis integram beneuolentiam: quasi non ex uirtute Allobrogum, sed forte sua uicerit reipub. Itaque legati aperunt Q. Fabio Sangæ, cuius patrocini, i. defensione, & (ut dicitur) aduocatione: i. ciuitatis, f. Allobrogum utebatur plurimum: omnem rem uti, i. quemadmodum: cognouerant, supple eam ex Vmbreno. Cicero cognita consilio, scilicet Vmbreni: per Sangam præcepit legatis, ut simulent, i. fingant, & similitudine exteriore indicent, se uelle prosequi uehementer studium coniurationis: & adeant cæteros, f. coniuratos, quo eos noscant: & polliceantur, i. promittant de se bene, f. se optare: & dent operam: uti, i. ut habeant eos, f. coniuratos & conscijs: quàm maximè, i. quantum maximè possit fieri manifestos.*

ZAN.

¶ *Isdem temporibus. ] scz cum hi, qui coniurationis ignari ad Catilinam proficiebantur. Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat. ] Discedens enim Catilina Lentulo & Cætebro negocium dederat, ut ea diligenter agerent, quæ ad coniurationem pertinere arbitrarentur. Idoneos. ] aptos. Nouis rebus. ] ad mouendas res. Moribus. ] scilicet malis, nam hi ad flagitia facillius impelluntur. Fortuna. ] quod pauperes essent, & inopes. Cuiuscunq; modi genus hominum. ] i. omne hominum genus. Viti. ] utilitati. Bello. ] ad bellum. Vti legatos Allobrogum requiratur. ] Plutarchus in Cice-*







Nocturnis consilijs. ] nam nocturno tempore catus congre-  
 gabant, & inter se de coniuratione tractabant. Ar-  
 morum atque telorum portationibus. ] quia nunc hic,  
 nunc illuc arma portabant. Plus timoris, quam pericu-  
 li effecerant. ] i. omnibus magnum timorem incusserant,  
 cum tamen nullum ferè periculum esset. Ex eo nume-  
 ro. ] qui motus fecerant. Ex Senatusconsulto. ] ex de-  
 creto Senatus. Cognita causa. ] qua hi motus fecissent.  
 In uincula. ] in carcerem. Scribit Cicero, carcerem uindi-  
 cem esse nefariorum scelerum. Sentient, inquit, in hac ur-  
 be esse consules uigilantes, esse egregios magistratus, esse  
 fortem Senatum, esse arma, esse carcerem, quem uindicè  
 nefariorum ac manifestorum scelerum maiores nostri esse  
 uoluerunt. Item. ] similiter, nam quemadmodum Me-  
 tellus in Gallia ulteriore, ita C. Murena in citeriore mul-  
 tos in carcerem coniecit. In citeriore Gallia C. Mure-  
 na, qui ei provincia legatus præerat. ] non conuenit Sala-  
 lustio cum Cicero, nam Cicero pro Murena, hunc Mu-  
 ranam in Gallia transalpina collocauit, ut inquit Gallia  
 transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissi-  
 me uiderit, eundem lugentem, merentem exilem uideat,  
 in ea porro provincia quo animo C. Murenam fratrem  
 suum aspiciat Murena. ] Macrobius libro 3. cap. 15.  
 Saturna. Sed inquit de saltatione ueterum, ad præda ma-  
 rina transire luxum. Liciniorum me admonuit, quos Mu-  
 ranus cognominatos, quid hoc pisce effusissimè delectati  
 sunt. Satis constat, huic sententiæ M. Varro asripulatur,  
 afferens eodem modo Licinius appellatos Murenas, quo  
 Sergius Orata cognominatus est, quod ei pisces quæ aurata  
 uocantur, charissimi fuerint. Legatus. ] legatum hic  
 pro præfide ponit, quem uulgo dicunt locum tenens. Ap-  
 piane, lib. 1. Fonteus post illum legationis causa dimissus,  
 & ipse interfectus est. Sic enim illos, qui gentibus præ-  
 sunt, & à Senatu ad subsidia mittuntur, legatos solent ap-  
 pellare. At Roma. ] nunc affert consilia perdendæ ur-  
 bis, & inferendi belli, ita conuati inierant. Paratis,  
 ut uidebatur copijs. ] nam Cautilina iam ad uiginti millia  
 hominum contraxerat, & Lentulus multo Romæ sollicita  
 uerat. L. Bestia trib. ple. ] dissentit Appian. à Sall. de  
 nomine huius tribuni. L. uero, inquit, Sextium trib. ple.  
 concionem subinde aduocare, palamq; de Cicero con-  
 queri, qui astidit bellum quereret, & urbem nulla ex  
 causa in discrimen poneret: post Sextij orationem nocte  
 insequentis reliquos ex coniuratis duodecim in locum urbem  
 incendere, prædari omnia, optimos quosque interimere.  
 Concione habita. ] conuocata concione. Gell. libro 18.  
 cap. 7. docet concionem tria significare, locum, sugges-  
 sumq; unde uerba fierent: item significare cæcum popu-  
 li absentis. Item orationem ipsam, quæ ad populum di-  
 ceretur. Sic M. Tullius in Oratore, quæ inscripta est cõ-  
 tra concionem Q. Metelli, docet: Ascendi, inquit, in con-  
 cionem, concursusq; populi factus est. Sicut idem M. Tul-  
 lius in Oratore ait: Conciones sepe exclamare uidi, cum  
 aptè uerba cecidissent: id autem quod potissimum expe-  
 ctabant, concionem esse dictam pro uerbis, & oratione  
 docuit Titulus Tulliani libri, qui à M. Cicero in scriptus  
 est, contra concionem Q. Metelli: quo profectò nihil ali-  
 lud significatur, quam ipsa quæ à Metello dicta est ora-  
 tio. & concionem habere, est uerba facere ad populum  
 sine ulla rogatione, ut idem libro 13. cap. 14. scribit.  
 Quereretur. ] pro conqueretur. Belliq; grauisimi in-  
 uadia optimo consuli imponerent. ] non uideo quomodo

hic imponeret pro deciperet accipiendum sit, sed quasi di-  
 ceret, in humeros ipsius odium belli imponeret, & quod  
 coactum fuerit arma contra patriam sumere, idq; Cicero-  
 nis ipsius causa: utpote qui ipsum urbe exire cogerit.  
 Optimo consuli. ] nonnulli Salustium carpunt, quod ni-  
 mium parcè Cicero laudet: sed ipsi utpote, qui opti-  
 mè terminos historiarum nosset, in qua modè de laudandum  
 est, ne qua molestia afficiantur, qui in posterum hæc le-  
 gent, satis fuit ipsum passim, & iuo loco laudare. qui es-  
 nim putant rectè in duo diuidi historiam, utpote in io-  
 cundum & utile, & ob hoc encomium in eam inducunt,  
 tanquam quod & iocundum sit & delectet legentes, hi  
 enim à uero nimium aberrant, quod diuisione mala &  
 adulterina utuntur: quia unum est opus historie, & unus  
 finis utilitas, quæ ex sola ueritate conciliatur. Eo si-  
 gno. ] concionis habitæ à L. Bestia. ita enim constitue-  
 rant, quo die L. Bestia de actionibus Cicero conquestus  
 esset, nocte sequenti, quæ unicuiq; mandata essent, impie-  
 gre exequerentur. Proxima nocte. ] sequenti nocte.  
 Ea. ] negotia. Statulus & Gabinus uic cum magna  
 manu. ] Dissentit hoc in loco Salustius à Cicero. nam  
 ipse scribit in 3. Inuict. in Catilinam, L. Cassium, quem  
 Salustius infra in Galliam profectum esse scribit, sibi pro-  
 eurationem incendendæ urbis depoposisse, & in 4. Hic,  
 inquit, ad euerenda fundamenta Reipub. Gallos accer-  
 suit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos  
 trucidandos Ceibego: ceteros ciues interficiendos Gabi-  
 nio, urbem inflammandam Cassio, totam Italiam uolsan-  
 dam, diripiendamq; Catilina. & pro P. Sylla: Hoc tem-  
 pore, cum arderet accerimè coniuratio, cum Catilina e-  
 grederetur ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueret-  
 ur, Cassius incendijs, Ceibegus cædi præponeretur: An-  
 tronio, ut occuparet Hetruriam, præscriberetur, cum o-  
 mnia ordinaretur & infra. ] Duodecim simul loca op-  
 portuna urbis incenderent. ] Dissentit Plutarch. à Sallu-  
 stio & Appiano de numero locorum, ita enim in Cice-  
 ronis uita scribit: Ad hæc paranda noctem primam Sa-  
 turnalibus designauerant, enses, supæ, sarmenta, & sul-  
 phur clam in domo Ceibegi abdita: centum deinde uros  
 struxerunt totidem urbis loca, sortitos, ut statim sibi  
 quilibet partem urbis incenderet, quo paucorum officio  
 urbs undiq; flammis conflagraret: alij aquarum dictus  
 obsessuri, eorum iugulationi collocandi fuerant, qui extin-  
 guendis incendijs incubissent. Appian. duodecim & is-  
 pse urbis loca ponit. Quo tumultu. ] quo incendio. ]  
 incendio enim tumultus solet excitari. Facilius aditus  
 ad Consulium. ] quem in primis trucidare uolebant. Cæ-  
 terosq;. ] bonos uros, uel Senatores, quos interficere sta-  
 tuerant. Ceibegus Ciceronis ianuam obsideret, cumq;  
 ui aggrediretur. ] ipse enim Cicero in 4. Inuen. ait, Altri-  
 buit trucidandos Ceibego. Alum. ] Senatorem, & o-  
 ptimum uirum. Erumpent. ] uno impetu exierunt.  
 Inter hæc parata atque decreta. ] incendia, & cædes.  
 Ceibegus semper quærebatur de ignauia sociorum. ] Cic.  
 in Catil. Hanc autem, inquit, cum cæteris controuersiam  
 fuisse dicunt, quod cum Lentulo & cæteris, Saturnalibus  
 eadem fieri, atque urbem incendi placeret. Ceibego ni-  
 mium id longum uideretur. Proletando. ] prorogan-  
 do, proferendo. Corruptere. ] destruere. Magnas  
 opportunitates. ] magnas occasiones. Fæcto. ] pro fa-  
 cere. Consulto. ] pro consulere. Pauci adiuaerunt. ]  
 pauci ex socijs. Languentibus alijs. ] torpescuntibus.

A Langwere herbas dicimus, cum humore defecit & casse  
 flaccescunt. Verg. Æneid. 9. de morte Buryali loquens:  
 Voluitur Buryalis leibo, pulchrosq; per ar-  
 uos Iteruor, in humeros ceruix collapsa recumbit.  
 Purpureis ueluti cum stros succijs aratro,  
 Languescit moriens, laiso uo papaueræ collo  
 Demiser caput, plausa cum forte grauantur.  
 hinc Langwere homines dicimus eos, qui animi & cor-  
 poris amissione uigore debilitantur, ut ebrj esse solent.  
 In curiam. ] in Senatum, apud Cicero, L. Murena, Tran-  
 quillum curiam pro Senatu accipi uideamus, & Tertul-  
 lianus in Apologetico, quæ proprie dicitur Curia, his uer-  
 bis declarat: Cum probi, cum boni coeunt, cum pij, cum  
 casti congregantur, non est factio dicenda curia. Na-  
 tura ferrox. ] natura indomitus. Cicero in Catilinam:  
 Nec mihi esse P. Lentuli somnium, uel L. Cassij adipem,  
 nec C. Ceibegi furiosam teneritatem pertimescenda. Ve-  
 hementi. ] acer. Promptus. ] ad pulsandū & occidendū.  
 CAST. ] Armorum atq; telorum. ] Cum hæc coniuncta sunt,  
 Arma intelliguntur, quæ corpus tegunt: Tela, quæ ad fe-  
 riendum apta sunt. L. Murena. lib. 1. Arma his impa-  
 rata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære: hæc ut  
 tegumenta corpore, essent tela in hostem, hasta & gla-  
 dius. In citeriore Gallia C. Murena. ] Cicero in O-  
 ratione pro L. Murena in Transalpina Gallia eo tempo-  
 re C. hunc Murenam fuisse scribit, quare nonnulli existi-  
 mant, hunc locum esse corruptum. ego tamen nihil mu-  
 tare audeo, præsertim cum uideam sepe Salustium à Ci-  
 cerone in historia dissentire. C. hic Licinius Murena fra-  
 ter fuit L. Murena, de quo dicemus infra. Licinij cogno-  
 minati sunt Murena, quod hoc pisce effusissimè delecta-  
 rentur, ut ait Macrobius Saturnal. lib. 2. cap. 10. L. Be-  
 stia tribuni plebis. ] Plutarchus in Cicero hunc Bes-  
 stiam anno sequenti, id est, Silano & Murena consulibus  
 tribunum plebis fuisse tradit, quo modo igitur Bestia tri-  
 bunus plebis de Ciceronis tum consulis actionibus conque-  
 ri potuisset? Vt rem hanc intelligamus, sine oportet, quod  
 Saturnalibus, hoc est 14. Calen. Ian. (ut perhibent Plu-  
 tarchus & Cicero) eadem facere, & urbem incendere  
 decreuerunt. Itaq; pridie eius diei Bestia concionem ha-  
 biturus erat, cum paulo ante magistratum initurus esset:  
 quod Plutarchus ostendit, cum ait, Bestiam magistratum  
 inisse paucis diebus ante Cal. Ian. quo die consulatus inio-  
 batur. Appianus Alex. cuius lib. lib. 2. hunc tribunum  
 L. Bestium uocat. Dicebatur. ] aliter, Dicebatur: ut  
 Ba sit singularis numerus, id est, ea coniuratio. Stati-  
 lius & Gabinus, & c. ] Cicero (quod et supra diximus)  
 in 3. & 4. oratione in Catilinam, item pro Sylla scribit,  
 L. Cassium incendijs præposuim fuisse. Ceibegus Ci-

ceronis ianuam obsideret. ] Cicero Orat. 4. in Catilinā,  
 Attribuit nos, inquit, trucidandos Ceibego, ceteros ci-  
 ues interficiendos Gabinito. & pro Sylla: Ceibegus cædi  
 præponeretur.  
 Ex eo numero complures Q. Metellus Celer præ-  
 tor, ex S. consilio, cognita causa, in uincula coniecerat. ]  
 Sic Gymnicus, ac rectè. Cæterum est in quibusdam, in  
 & Mersburgensij, & Florentino, ex socijs causa cog-  
 nita, quæ res miserè interpretem torst. Compendiaria illa  
 per notas scribendi ratio, ansam errori præbuit. Item  
 in citeriore Gallia C. Murena, qui ei provincia legatus  
 præerat. ] Felcius Durantinus putat librariorum culpa  
 hic mendosè legi, C. Murenam citeriori Gallie legatum  
 præfuisse, quod ea tempestate Gallie transalpina Cicero  
 Murenam præfuisse tradat. Fuit autem C. Murena lega-  
 tus, frater L. Murena consulis designati. Bo signo da-  
 to, proxima nocte. ] Dato, non est in manuscriptis, nec in  
 impressis uetustioribus. Sed nec Felcius Durantinus ado-  
 dit, addit tamen Arretinus. Cætera multitudo coniura-  
 tionis, suum quisq; negotium exequeretur. ] Est quidem  
 in manuscriptis duobus, suum quisq; negotiū, sed in meo  
 Quisq; legitur. Refertur enim ad sensum, non ad uocem.  
 estq; id tã apud historicos quam apud Comicos frequens.  
 Statilius & Gabinus uti cum magna manu duodecim si-  
 mul opportuna loca urbis incenderent. ] Cicero in 3. In-  
 uictiua in L. Catilinam, testatur L. Cassium quem Sallu-  
 stius infra in Galliam profectum scribit, sibi procuratio-  
 nem incendendæ urbis depoposisse. & in 4. trucidan-  
 di senatus partes à Lentulo datas Ceibego, ceteros ciues  
 interficiendos Gabinito ( quem incendijs præponit Sallu-  
 stius ) urbis inflammandæ Cassio, totius Italiae uastandæ  
 diripiendæq; Catilinae. Itaq; non per omnia consentiunt  
 Cicero ac Sallustius. Sed & pro Sylla Cicero: Quum  
 Catilina (inquit) egrediretur ad exercitum, Lentulus in  
 urbe relinqueretur, Cassius incendijs, Ceibegus cædi præ-  
 poneretur: Antronio ut occuparet Hetruriam, præscribe-  
 retur, & reliqua.  
 Paratis, ut uidebatur, magnis copijs constituerat. ]  
 Commentarius qui Vallæ adscribitur, supplet, Paratis à  
 Catilina. Sed ego ambigè tamen id dictum existimo.  
 Lector iudicet. Et paulo post: Belliq; grauisimi inui-  
 dia optimo C. O. S. imponeret. Alij codices, & nomina-  
 tim Gothi habent Inuidiam in accusandi casu, quasi di-  
 ceret, in eius humeros imponeret belli grauisimi inui-  
 diam. Sanè non uideo, quomodo Impono pro Decipio  
 hic locum habeat. Natura ferrox, uehementis animo. ]  
 Illud Animo, omissum fuerat quibusdam in codicibus:  
 sed cum alia adiectiua suos habeant ablatiuos, uideur  
 hic quoq; ponendus.

Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium ceteros continentium, ab Lentulo, Ceibego, Statilio, item Cassio postulant inuisurandū, quod signatū ad ciues perferat:  
 aliter haud facile eos ad tantum negotiū impelli posse. Ceteri nihil suspicantes, dant.  
 Cassius semet eo uenturū breui pollicetur, ac paulo ante legatos ex urbe proficiscitur.  
 Lentulus cum his Titum Volturcium quendam Crotoniensem mittit, ut Allobroges  
 prius quam domū pergerent, cum Catilina, data atq; accepta fide, societate confirmarent.  
 Ipse Volturcium literas ad Catilinā dat, quarum exemplū infra scriptum est: Qui  
 sim, ex eo quæ ad te misi, cognosces. fac cogites in quanta calamitate sis, & memineris  
 te uirum esse. Consideres quid tua postulent rationes. Auxilium petas ab omnibus,  
 etiā ab infimis. Ad hæc mada data uerba dat, cum ab Senatu hostis iudicatus sit, quo cõsi-  
 lio seruitia repudiet in urbe parata esse quæ iusserit, ne cūctetur ipse propius accedere.

EX præcepto Cice. ] quia Cicero consul præceperat introductione habere per intercessores Gabinium: quia uenerunt & petierunt à Gabinio, ut sibi copia fieret colloquendi ceteros coniuratos. Postulat iusurandum. ] Ita Gabinus eos duxit ad ceteros coniuratos. Lentulo Cethego. ] scilicet Castio, qui omnes erant coniuratos. iusurandum. ] scilicet societatis facta inter Allobroges & coniuratos. Quod signatum ad ciues. ] ad suos, uidelicet ut possimus factus iusurando factum, ostendere ciuibz nostris: ut scripto apparet nos iusurando facto, in hac cõiuratione eos accipere. dicebat enim aliter suos ciues sibi fidẽ non esse daturus. Quod. ] iusurandum. Signatũ. ] sigillatũ. nam scripta rata & firma solẽt sigilla habere, quibus magna fides adhibetur. nam aliter scripta corrumpi possent. Eos ciues. ] suos Allobroges. dicebat enim: Nisi nobis iusurandũ sigillatũ dederitis, non facile persuadere poterimus ciuibz nostris hoc uerum esse. Nihil eis. ] credebant enim hoc uerũ, non simulatẽ dici à legatis. Eo neq; ad Allobroges. ] Breui tẽpore, quapropter non est opus iusurando meo. Lentulus. ] aliter coniurationis princeps. His. ] Allobrogibus. Crotonensem. ] de Crotona ciuitate. Domũ pergerent. ] priusquam domum conuenterentur. Volturno dat cetera. ] i. literas committit ulterius, quas ad Catilinam deserat. & est usitatus dicendi modus: Do tibi literas ad Antonium, i. committo tibi literas quas deseras ad Antonium. Qui sim, &c. ] Noluit ponere nomen suum, ne scriptum cognosceret. Vir. ] sortis. Estiam infimorum. ] non solum à ciuibz, sed etiam à seruis, si forte ita opus esse uidebatur. Ad hæc. ] id est præterea, id est præter has. Dat. ] uidelicet Lentulo & Volturno, & legatis. Quo consilio, &c. ] quia Catilina repudiabat seruos, ne uideretur contra dignitatem facere, si uellet seruos ciuibz Romanis immiscere. Cum ab senatu hostis. ] ob quam causam iam non potes tuam dignitatem tueri. Seruitia. ] i. seruos. nam seruitia pro seruis ponit, sepe uidimus. Propius. ] uidelicet ad urbẽ.

OMNIB. ] Sed Allobroges hoc modo impediẽt, quia ex præcepto Cicero, &c. Per Gabinium. ] qui erat ex Catilinaris. Ceteros. ] participes coniurationis. Iusurandum. ] scriptum intelligi aliter, nisi det iusurandum. ad hæc non profectur mandata, quæ dedit bis qui literas portabant. Quod signat. ] i. sigillo suo confirmatum. Perferant ad ciues suos. ] scilicet Gallicos. Cetera in his literis intendit Lentulus Catilinæ persuadere, ut cum iudicatus sit hostis Romanus, auxilium petat ab omnibus, etiam ab infimis. Audierat enim ipsũ resutare seruorum auxilia. Noluit autem ponere nomen suũ, ne literis inuenientis eas misisse argueretur: dicit itaq; Nomen meum non posui: quia satis per legatum cognosces, qui sim, &c. Qui sim, &c. ] Fac ut cogites, in quantã calamitate sis, & ita tibi provideas: & memineris te uirum esse, ne à proposito desistis. Ad hæc. ] i. præter hæc prædicta, quæ mandauit literis, mandauit & hæc sequentia uerbis.

BAD. ] Sed Allobroges. ] Docet quomodo diligentia Cethegi non sortita sit effectũ, propter uigilantiã Ciceronis per legatos coniurationem patefacientis, dicens: Sed Allobroges, Galli illi Romã legati conueniunt, i. colloquendi gratia aduent: ex præcepto Ciceronis, i. ut Cicero illis præceperat: per Gabinium, interueniunt: ceteros, scilicet coniuratos: & postulant iusurandum à Lentulo, Ce-

thego, Statio, item & Castio: quod scilicet iusurandum de liberanda eorum ciuitate ere alieno ipsi perferant ad ciues, scilicet Allobrogẽ signatum. f. signo coniuratos: dicentes, supple aut dicunt eos, scilicet ciues suos: aliter, i. sine iusurando signato possi impelli haud facile ad tantum negocium, quantum erat suscipere bellum contra senatũ Romanum. Ceteri, scilicet coniurati dicit: nihil suspicantes, scilicet doli: dant scilicet iusurandum signatum. Castius pollicetur semet uenturum breui, scilicet tempore: eò, i. ad ciues Allobrogen. ac proficiscitur ex urbe paulo ante legatos, i. antequam legati. Lentulus mittit Titum Volturcium quendam Crotonensẽ, id est, oriundum de Crotona ciuitate Calabrie saluberrima, & ut Strabo lib. 6. asserit, athletarum fertilissima: ita ut in prouerbis sit, Qui Crotoniarum postremus est, i. reliquorum Græcorum primus est, & Crotona saluberrima asserit. Et ut Lilius inquit: Murum habuit patentem 12. milia passuum ante aduentum Pyrrhi in Italiam: sed post illius bellum usitatem uix dimidia pars habitabatur, unde Ouidius Metam. 15.

Et inhospita te Cratonis. ] Militit ergo Crotonensem cum his scilicet legatis, ut Allobroges priusquam pergerent domum, confirmarent societatem cum Catilina: & hoc fide, i. sancta promissione de fidelitate seruanda, data & accepta. Ipse Lentulus dat Volturno literas ad Catilinam, scilicet perferendã: quarum exemplum est scriptum infra, id est quod sequitur. Qui sim, &c. Ordo est: O Catilina, tu scies qui sim, scilicet qui has scripsi (noli legere quis sim: quia sequenti s dicitur qui, ut in Bicol. — Nec qui sim queris Alexi) ex eo scilicet Volturno, quem misi ad te. Cura ut sis uir, i. uirilis & animosus, & cogita in quem locum sis progressus, unde scis regredi nequeas: & uide, i. considera, quid sit necesse tibi. Cura ut adiungas tibi auxilia omnium etiam infimorum. Ad hoc. i. insuper: dat mandata uerbis, scilicet non scriptis, dicens: supple cum sit hostis iudicatus ab senatu: quo consilio, i. qua conscientia: repudiet, i. repellat à se: seruitia, i. seruos, & eorum auxilia, quibus opus habeat: & dicens, Omnia quæ iusserit esse parata in urbe: ne ipse cunctetur, si differat accedere propius, scilicet ad urbem.

Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis. ] Cicero, cum quid coniurati cum legatis egissent, per Sangam comperisset, statim eis præcepit, ut studium coniurationis simularent, darentq; opera, ut ceteros quam maxime manifestos haberent: quare hi paulo post Gabinium conuenerunt, & ab ipso petierunt, ut sibi potestas fieret alloquendi ceteros, qui coniurationis participes erant: à quibus literas ipsorum manibus signatas petierunt, ut sui ciues rem esse certam intelligerent. Iusurandum. ] Iusurandum uulgus minus uitate iuramentum uocat, & est iusurandum, ut Cic. in 3. de Officiis ait, Affirmatio religiofa de obseruata & custodita apud Rom. iurifurandi sanctimonia. Gell. lib. 7. cap. 13. scribit. Dionys. ait sacramentum Romanis gentilitium fuisse, iurare per bonam suam fidem. Signatum. ] sigillatum, f. annulis ipsorum. nam scripta rata & firma sigilla solebant habere, quibus magna fides adhibebatur, alioqui adulterari possent. Eos impelli posse. ] i. ciues suos Allobroges, quasi dicerent, Nisi nobis signatas tabellas dederitis, non facile ciuibz nostris persuadere poterimus, rem esse uerã. Ceteri nihil suspicantes dant. ] nam id ex animo à legatis dici credebant, & non simulatẽ. Cicero in Catilinam: Ac, inquit,

Ac, inquit, ne longum sit Quirites, tabellas proferri iussimus, quæ à quoque dicebantur data. Primum ostendimus Cethego, signum cognouit, nos linum incidimus, legitimus, erat scriptum ipsius manu Allobrogum Senatui & populo, scilicet, quæ eorum legatis confirmasset, esse facturum, orare ut item illi facerent, quæ sibi illorum legati præcepissent. Bò. ] ad Allobroges. Cum his. ] legatis. Titum Volturcium quendam. ] Appian. Legati Allobrogum eorum prætores apud Senatũ accusaturi Roman uenerant, Galliam quoque ad bellum concitare cum Lentulo, ceteriq; unq; consenserant: hos Lentulus ad Catilinam ire iussit, & cum his Volturcium Crotoniensem emittit, quæ ex Crotone ciuitate. Crotona est ciuitas Apulie maritima, nõ procul à Tarento, tanta salubritate acris, ut inde ortum sit prouerbium, Crotona salubris. Hæc urbs à Diomede condita fertur, cum pleriq; alij in eodem littore: fuitq; hæc ciuitas rei bellicæ peritissima, nec parum exercendis athletis operam dedit. in uno igitur Olympico certamine septem uiri, qui ceteros stadio superauerunt, Crotoniense fuerunt omnes: iure itaque dici usum est, Qui Crotoniarum postremus est, i. reliquorum primus est. Strabo lib. 6. Ipse Volturcio literas ad Catilinam dat. ] Cicero in Catilinam: Itaque, inquit, ut cõpeteri legatos Allobrogum belli Transalpini, & uimulens Gallicis excitandi causa à P. Lentulo esse sollicitatos, inquit, in Galliam ad suos ciues eodem itinere cum literis, mandatisq; ad Catilinam esse missos, comitemq; bis adiunctum Volturcium, atque huic datas literas esse ad Catilinam. Quarum exemplum. ] id est forma. Qui sim, ex eo cognosces, quem ad te misi. ] Cicero in 3. Inuesti. Volturcium uero subito proferri literas, atque aperiiri iussit, quibz sibi à Lentulo ad Catilinam datas esse dicebat: atque ibi uehementissimè perhibebat Lentulus, tamen signum cognouit. erant autem scriptæ sine nomine, sed ita: Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces. Cura ut uir sis, & cogita, quem in locum sis progressus, & uide, quid iam tibi sit necesse: cura ut omnium tibi auxilia adiungas etiam infimorum. Qui hæc in Aldino codice emendauerunt, in tertia Ciceronis Inuestiua non mutauerunt, ubi ea uerba haud aliter atq; hic præscriptis (excerpta prima periodo, Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces) leguntur. Verum ita nostra ætate emaculantur codices. Ceterum hæc ultima uerba: Cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum: planè ostendunt proxime dein sequentia hæc uerba, Quo consilia seruitia repudiet: Repudiabat enim seruos Catilina, ne uideretur contra morem maiorum facere, si seruos ciui-

bus Romanis immisceret. non enim seruit, nisi prius libertate donati ad militiam admittentur. Propius scilicet ad urbem. ] Titum Volturcium. ] Vide Plutarch. in Ciceronis uita, Ciceronem in Oratione contra Catilinam 3. & Florum lib. 4. qui Volturcium huic præperam uocat. in Appiani quoque Græcis codicibus nuper impressis, corruptè legitimus, & præterea ad præterea: cum scribere debeamus, præterea. Qui sim. ] Exemplum literarum Lentuli postulat etiam Cicero in Orat. 3. in Catilinam hoc modo: Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces: cura ut uir sis, & cogita, quem in locum sis progressus: & uide, quid tibi iam sit necesse: cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum: in manu scriptis tamen idem reperitur literarum exemplum, quod in hisce recentioribus, numerum hoc: Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces. Fac cogites, in quantã calamitate sis, & memineris te uirum esse. Consideres, quid tuæ rationes postulent, auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Ad hæc mandata uerbis dat. ] Legedum, Ad hoc. ex uetustis: quomodo semper Sallust. pro, præterea. In urbe parata esse quæ iusserat. ] Melior in uetustis, Quæ iusserit. Sic enim eloquendi ratio postulat. Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces. ] Mirũ in omnibus codicibus hæc uerba alia atq; alia inueniri. Aldinus codex, & Gothi nostri habent, ut uulgo legitur. At in alijs quibusdam uetustioribus hæc uerba codicibus ita leguntur: Qui sim scies ex eo, quem ad te misi: cura ut uir sis, & cogita quem in locum sis progressus: & uide quid iam tibi sit necesse: cura, ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum. Qui hæc in Aldino codice emendauerunt, in tertia Ciceronis Inuestiua non mutauerunt, ubi ea uerba haud aliter atq; hic præscriptis (excerpta prima periodo, Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces) leguntur. Verum ita nostra ætate emaculantur codices. Ceterum hæc ultima uerba: Cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum: planè ostendunt proxime dein sequentia hæc uerba, Quo consilia seruitia repudiet: Repudiabat enim seruos Catilina, ne uideretur contra morem maiorum facere, si seruos ciui-

bus Romanis immisceret. non enim seruit, nisi prius libertate donati ad militiam admittentur. Propius scilicet ad urbem. ] Titum Volturcium. ] Vide Plutarch. in Ciceronis uita, Ciceronem in Oratione contra Catilinam 3. & Florum lib. 4. qui Volturcium huic præperam uocat. in Appiani quoque Græcis codicibus nuper impressis, corruptè legitimus, & præterea ad præterea: cum scribere debeamus, præterea. Qui sim. ] Exemplum literarum Lentuli postulat etiam Cicero in Orat. 3. in Catilinam hoc modo: Qui sim, ex eo, quem ad te misi, cognosces: cura ut uir sis, & cogita, quem in locum sis progressus: & uide, quid tibi iam sit necesse: cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum: in manu scriptis tamen idem reperitur literarum exemplum, quod in hisce recentioribus, numerum hoc: Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces. Fac cogites, in quantã calamitate sis, & memineris te uirum esse. Consideres, quid tuæ rationes postulent, auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis. Ad hæc mandata uerbis dat. ] Legedum, Ad hoc. ex uetustis: quomodo semper Sallust. pro, præterea. In urbe parata esse quæ iusserat. ] Melior in uetustis, Quæ iusserit. Sic enim eloquendi ratio postulat. Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces. ] Mirũ in omnibus codicibus hæc uerba alia atq; alia inueniri. Aldinus codex, & Gothi nostri habent, ut uulgo legitur. At in alijs quibusdam uetustioribus hæc uerba codicibus ita leguntur: Qui sim scies ex eo, quem ad te misi: cura ut uir sis, & cogita quem in locum sis progressus: & uide quid iam tibi sit necesse: cura, ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum. Qui hæc in Aldino codice emendauerunt, in tertia Ciceronis Inuestiua non mutauerunt, ubi ea uerba haud aliter atq; hic præscriptis (excerpta prima periodo, Qui sim, ex eo quem ad te misi, cognosces) leguntur. Verum ita nostra ætate emaculantur codices. Ceterum hæc ultima uerba: Cura ut omnium tibi auxilia adiungas, etiam infimorum: planè ostendunt proxime dein sequentia hæc uerba, Quo consilia seruitia repudiet: Repudiabat enim seruos Catilina, ne uideretur contra morem maiorum facere, si seruos ciui-

CAS T.

RIV.

GLAR.

His rebus ita actis constituta nocte qua proficiscerentur, Cicero per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco & C. Promptinio prætoribus imperat, ut in ponte Miluio per infidias Allobrogũ comitatus deprehendant. rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. Cætera, ut factum opus sit, ita agant. permittit illis homines militares. Sine tumultu præsidij collocati, sicuti præceptum erat, occultè pontem obsident. Postquam ad id loci legati cum Volturcio uenerunt, & simul utrinque clamor exortus est, Galli citò cognito consilio, sine mora prætoribus se tradunt. Volturcius primo cohortatus ceteros, gladio se à multitudine defendit. deinde ubi à legatis desertus est, multa prius de salute sua Promptinium obtestatus, quod ei notus erat: postremò timidus, ac uita diffidens, uelut hostibus sese prætoribus dedit. Quibus rebus confectis, omnia properè per nuncios Consuli declarantur. At illum ingens cura atque læticia simul occupauerunt. Nam lætabatur, intelligens coniurationem patefacta ciuitate periculis ereptam esse. Porro autem anxius erat, dubitans in maximo scelere tantis ciuibz deprehenfis quid factum opus esset. Pœnam illorum sibi oneri, impunitatem perdendæ Reipublicæ.

Futurum ut se magna inuidia oneraret, si de tantis ciuibz suspensisset super.

placium. id quod postea consul Piso, profcripto Cicerone in interrogatus sententiam respondit, sibi nimium crudelium uideri in ciues.

VALL.

Hic rebis actis. Nunc dicit quo consilio usus fuerit consul, cum hac omnia sibi nunciata essent. Hic rebis. Supra memoratis. Actis. Gessis. Constituta. Determinata, diffinita nocte. unde ad Catilinam Cicero cuncta. qui Allobroges cuncta patefecerant Ciceroni. Prætoribus. nobis. Miliuo. Ipsi possit esse in urbe. Per insidias. uidelicet ipsi delicerent insidijs. Comitatus. Societatem Allobrogum. Aperit. declarat, manifestat prætoribus. Cetera. præcepit, ut agant prætoribus. Facto. i. facere permittit, et ut hoc facere possent, dat sibi milites, qui sibi parati essent ad imperium. Sine tumultu. sine motu, ne si hoc cognoscere, per aliam uiam proficiscerentur. Collati. dispositi in ponte Miliuo. Occulte. latenter, ne sentirent. Obsident. occupant. dicimus et Obsident et obsidunt: obsident, ex ob et sedeo: obsidunt, ex ob et sideo, sidi. Si aut erat præceptum. à Cicerone. Cum Volturcio. qui duxerat eos ad Catilinam. Viri. scilicet à dextra et à sinistra. Cohortatus ceteros. uidelicet ne timeant, sed et ipsi fortiter dimicent cum hostium multitudine, quæ obsederat eos. Promptinum. hic Promptinus prætor cognitus erat huic Volturcio, ideo sperabat ab eo posse impetrare salutem. Obtestatus. cum deprecatus esset multa. Quod ei erat notus. quia cognoscebat eum. Diffidens uitæ. quia diffidebant se posse uitam seruare in tanta multitudine: et quia iam coniuratio detecta erat. Propter. extemplo, confestim. Consuli. Ciceroni. Nam letabatur. Declarat ereptam libertatem. Anxius erat. sollicitus, et cura plenus. Tantis ciuibus. i. deprehensis optimatibus. In maximo scelere. uidelicet in cõiuratione. Impunitatem. scilicet eorum. Perdendæ reipub. ad perdendam reipub. spectare. Igitur. quas doquidem ambiguus et anxius erat Cice. quid faceret, utrum pœnam ex perditis ciuibus sumeret, an eos impunitos relinqueret. Confirmato animo. bene confirmato. nam primò incertus erat animus Ciceronis, utrum puniret, an non: sed tandem animum confirmauit, puniendos esse cõiuratos. Animo. scilicet puniendi eos. Qui. Ceparus. Ad concitanda seruitia. i. commouendos seruos, ut Catilinam aduersus reipub. sequerentur. Ceteri uocati. scilicet Lentulus, Cethegus, Statilius, et Gabinius: sed Ceparus rebis suis fugam cõsultit consilio Ciceronis. Consul Lentulum. Consul Cicero honoris gratia, quod prætor erat, manu cepit Lentulum, et ipsum in curiam introduxit. Custodibus. i. cum militibus armatis, qui custodirent, ne è manibus elaberentur. Adem. templum. Eo. scilicet in æde Concordiæ. Frequentia. multitudine. Bis. ordinis, scilicet senatorij. Legatis. Allobrogum. Prætoribus. Iurbanum. Scrinium. capsum, uasculum, ubi erant literæ condite literis, ex quibus coniuratio patefaciebatur. nam in his cõinebatur, quomodo Catilina ad-

moneretur, quod omnibus quæ iusserat in urbe peractis, ipse propius cum exercitu ad urbem proficisceretur. Quæ proficiscerentur. militibus armatis. Quod. i. eo quod erat ei notus. Cura. i. anxietate, pœna illorum tantorum ciuium credebat sibi fore oneri, et inuidiæ et odio. Impunitatem. nisi eos puniret, credebatur fore esse perdendam reipub. i. perditione reipublice, et cetera. Igitur confirmato animo, et ceteri à Ceparo, eo quod ipse Lentulus prætor erat: in ædem Concordiæ, i. in Capitolium. Scrinium. in quo erant literæ. Hic rebis ita actis. i. cum hæc res ita essent actæ: nocte qua proficiscerentur constituta, scilicet inter eos: Cicerone edoctus cuncta per legatos, imperat (quia consul) Lucio Valerio Flacco et Caio Promptino prætoribus: ut deprehendat, i. capiant per insidias in ponte Miliuo, qui est Romæ, qua in Hetruriam itur: comitatus, i. conuictos et missos eorum qui erant in comitatu Allobrogum: et aperit omnem rem, ut diligentius id faciant: cuius, et rei gratia ipsi mittebantur, et imperat ut agant cetera: uitæ, i. quemadmodum sit opus factu: et permittit illis, id est illos secum ducere homines militares, i. armorij scios: et ita supple obsident pontem, scilicet Miliuum: et hoc præsidij locatis, i. dispositis per loca: sine tumultu, sicuti præceptum erat à Cicerone. Postquam legati uenerunt cum Volturcio ad id loci, ubi insidiæ erant, et clamor est exortus simul utriusque, i. ab utraque parte, ut sit ab inuadentibus: legati cognito consilio, scilicet consulis tradunt se citò prætoribus, ne per errorem offenderentur. Volturcius cohortatus ceteros, defendit se primo gladio, scilicet suo: multitudine cohortis pratoriana: deinde ubi desertus est à legatis, obtestatus, i. precatu per attestationem fidei et meritum suorum, prius multa Promptinum, scilicet socium coniurationis de salute sua, scilicet curanda: quod, i. quia ipse erat notus ei ipse postremo timidus, i. ut timidus: quia timens ac diffidens uitæ, i. desperans de uitæ: dedit, i. in potestatem demittit, sese prætoribus uelut hostibus. Quibus rebis confestim omnia declarantur propter, i. festinanter: cõsuli, scilicet Ciceroni per nuncios. At ingens cura atque læticia simul occupauere, i. inuasunt: illum, scilicet consulem. Nam letabatur intelligens ciuitatem esse ereptam periculis, scilicet incendiis et stragibus, et hoc cõiuratione patefacta. Porro autem, i. sed e contrariis ipse erat anxius, dubitans quid esset opus factu, i. ut faciat tantis ciuibus, quia ex patricijs et equestribus deprehensis in maximo scelere, scilicet coniurationis in patriam: credebatur pœnam, i. punitionem illorum, scilicet coniuratorum fore sibi oneri: quod nequiret inuidiam sustinere, præsertim homo nouus et municipalis: et credebatur impunitatem illorum, quam dimitteret eos impunitos: fore culpam reipub. perdendæ: quia uerebatur ne iterum eadem molirentur. Igitur post longam disceptationem animo eius confirmato, iubet scilicet uiatoribus et licitoribus Lentulum, Cethe-

OMNIB.

BAD.

B.

C.

Cethe.

Cethegum, Statilium, Gabinium, et item Ceparium Terrentium, qui parabat proficisci in Apuliam: ad concitanda seruitia, id est seruos in reipub. administratores concitandos iubet (dico) uocari ad se. Ceteri, scilicet omnes præter Ceparium, ueniunt sine mora. Ceparius egressus paulo ante, scilicet quam uiatores ad ipsum uenerunt: domo, scilicet: hoc indicio cognito, profugerat ex urbe. Consul ipse, id est non dicitur, in propria persona tenens Lentulum manu, id est per manum, eo quod Lentulus erat prætor: perducit eum in senatū, et iubet reliquos uenire in ædem Concordiæ, scilicet deæ: cum custodibus, scilicet publicis. Cicero aduocat eum, scilicet in ædem Concordiæ: senatum, et inuoducit Volturcium cum legatis: et hoc existente magna frequentia eius ordinis, scilicet senatorij: et iubet Flaccum prætorē afferre eodem scriniū, et ibi cistam: cum literis, quas acceperat Flaccus, scilicet à legatis in ponte Miliuo: quo sciunt eos conuenturos: sane eodem aduerbium est ad locum, significans ad eundem locum. ANCI. Hic rebis. Supra memoratis. Actis. Gessis. Constituta nocte. Determinata, definita nocte. Quæ proficiscerentur. scilicet ad Catilinam. Cicero cuncta per legatos edoctus. Legati enim omnia Ciceroni patefecerant. L. Valerio Flacco, et C. Promptino prætoribus imperat. Cicero in Catilinam: itaque hesternò die L. Flaccum, et C. Promptinum prætores fortissimos atque amanatissimos Reipub. uiros ad me uocauit, rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi, exposui illi autem, quod omnia de Reipub. præclara atque egregia sentirent, sine resolutione ac sine ulla mora negotia susceperunt: et cum adactus erasceret, occulte ad pontem Miliuum perueniunt, atque ibi in proximis uillis ita bipartiti fuerunt, ut Tiberis inter eos et posset interseret. Vi in ponte Miliuo. hic pontis Miliuius distat ab Urbe ultra primum lapidem, quo in Hetruriam itur. mementi et L. uisui huius pontis, lib. 7. Decad. 4. Ad, inquit, Miliuum usque pontem continens agmen peruenit. Deprehendat. capiat. Comitatus. Volturcium et Alios coniuratos, qui in Allobrogum comitatu erant. Rem omnem aperit. cuius rei gratia mittebantur, ut diligentius, quod ipsis mandatum erat, efficerent. Facto. pro facere. Permittit. concedit illis. prætoribus. Homines militares. Cic. in Catilin. Bodem autem et ipsi sine cuiusque suspitione multos fortes uiros eduxerunt, et ego de præfectura Reatina complures delectos adolecentes, quorum opera uitor assidue in præsidio, cum gladijs miseram. Sine tumultu. i. motu et strepitu. et tumultus proprie, ut ait Cicero in Philip. 3. nihil aliud est, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur, unde etiam nomen ductum est tumultus: itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticum: tumultum Gallicum, quod erat Italie finitimum, præterea nullum tumultum nominabant. Collocatis præsidijs. dispositis militibus in ponte Miliuo. Occulte. latenter. Obsident. occupant. Postquam ad id loci legati cum Volturcio uenerunt, et simul utriusque clamor exortus est, Galli citò cognito consilio, sine mora prætoribus se tradunt. Cic. in Catil. Interim, inquit, tercia serè uigilia exacta, cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, utaque Volturcius: sit in eos impetus, educuntur et ab illis gladij, et à ministris res erat prætoribus solis nota, ignorabatur à ceteris, tum interuentu Pontini atque Flaccipugna quæ erat commissa,

sedatur: literæ quæcumque erant in eo comitatu, integrè signis prætoribus traduntur: ipsi comprehensi ad me, cum iam dilucesceret, deducuntur. Cohortatus ceteros. scilicet ne timerent, sed fortiter dimicarent contra hostes, qui ipsi insidias struxerant. Quod ei notus erat. i. quod ipsum Volturcium nouerat Promptinum. Ac uita diffidens. nam diffidebant se posse uitam suam seruare in tanta hostium multitudine, cum et coniuratio iam detecta esset. Velut hostibus se prætoribus dedit. Plutar. Igitur his cognitis insidias noctu collocari iussit, et quibus in ipso itinere Crotoniensis circumuentus cum ipsis literis deprehenditur, ac in potestatem consulis actus. Harum rerum Allobrogum legatos baud ignorauisse non antecepta fama fuit, quinimò clam consensisse. Propter. extemplo, confestim. Consuli. Ciceroni. Ingens cura. i. quia futurum erat, ut de multis ciuibus supplicium sumeret. Plutar. Eam ergo domum cum intrasset Cepario admodum comitatu præfens secum agit, quid de comitatus ciuibus statuendum esset. Supplicium quippe ut timum, quod illi dignissime latenti erat, expectabat: partim pro miti eius ingenio, partim, ne uideretur potentia efferris, et crudeliter in tantis cense rebus, qui et genere præcipui erant, et in urbe amicitia ualida fruebatur, contra, si molliter in eos animaduertere, horrebat discrimen ingens, quod hinc emanare posse uidebatur. si enim lenis morte mulceretur, exilium ab eis non modo non quieturos, sed in omnem audaciam inflammandos, ueterisque nequitia iracundiam adiuuatos: præterea, ne in dem ipse mollis aut iners censeretur, qui tamen à plerisque audacissimus saluti publicæ habebatur. Occupauerit. inuasert. illum. Ciceronem. Nam letabatur intelligens, et cetera. Porro Cicero letabatur, quia cum patefacta fuisset coniuratio, uidebat ciuitatem ereptam esse periculis incendiis, eadē rapinarum, et altorum calamitatum, quæ ex coniuratione Reipub. imminerebant. Porro autem anxius erat. id est, e contrariis plenus erat sollicitudinis, dubitans quid faceret de tantis ciuibus. nam futurum erat, ut si magna inuidia oneraret, si de tantis ciuibus sumpsisset supplicium, quod et euenit, nam postea Pisoni consul profcripto Cicerone, interrogatus sententiam dixit, sibi nimium crudelium uideri in ciues. Tantis ciuibus. qui partim patricij, partim ex equestri ordine erant. Facto. pro facere. Pœnam illorū sibi uocari. Credebatur enim Cicero, quod si de coniuratis supplicium sumpsisset, fore ut nequiret inuidiam sustinere, quæ sibi ex supplicio istorū concitaturus erat. Impunitatē. hoc est, si eos impunitos dimitteret, fore ut Remipub. perderent. nam uerebatur, ne postea eadem molirentur in patriam. Igitur. i. post longam dubitationem. Confirmato animo. stabilito. et bene confirmato. nam primò incertus erat Cicero, puniret ne conuictos, an non: sed tandem animū confirmauit, puniendos esse. Vocari ad se iubet Lentulū, Cethegum, Statiliū, Gabiniū. Cicero in Catilinam, atque horum omnium scelera improbitissimorum machinatorum Cimbrum Gabiniū statim ad me, nihil dum suspicantem uocauit: deinde etiam accessit P. Statilius, et post eum Cethegus et tardissimè autē Lentulus uenit, credo quod in literis dandis præter consuetudinem proxima nocte uigilauerat. Itemque. similitur. Quintum Ceparium. cui ad sollicitandos pastores Apuliam esse attributum, erat indicatum. Ad concitanda seruitia. ad commouendos seruos. Ceteri.



mones, si quidem scriptum erat in libris Sibyllae, totum imperium debere haberi a tribus Cornelis: quorum duo Cinnam & Sylla fuerant, qui imperio iam potuerant: se ergo tantum dicebat futurum. Fatatum foret potiri urbe. ] i. imperio urbis potior illius rei, antiquitus dicebatur. Præterea. ] Alia est coniectura, ipsum uelle urbem incendere. Quem sepe ex prodigijs aruspices respondissent. ] Aruspices enim sepe dixerant, quia ex uigesimo anno, ex quo incensum fuerat Capitolium, maximum futurum bellum civile. & hoc solebat dicere Lentulus. Vnde enim arguebant, ita literis perleclis. Senatus decreuit. ] i. dydicauit. Abdicatus a magistratu. ] i. de positus, non enim licebat aliquem honoratum punire, nisi prius depositio honore. In liberis custodijs. ] in custodijs liberorum & potentum. itaq; traditur iste isti, & ille illi. & est partitio.

BAD.

Volucius interrogatus de itinere. ] i. de causa profectiois ex urbe cum legatis: & de literis, i. quin literas illas ipse dedisset: & interrogatus postremo, quid consilij haberet, & qua de causa haberet tale consilium ita proficiscendi, sup. cepit: aut fingere, i. fingebat primo omnia alia, i. aliter quam erat: & dissimulat, i. dissimulabat de conuersione, i. per dissimulationem ostendebat nihil esse, aut se nihil scire de conuersione. Post, i. postmodum: ubi iussus est de fide publica, i. interuentu fidei publicae, qua ei impunitus promittebatur: dicere, i. indicare rem: ipse aperit omnia uti, i. quemadmodum erant gesta: & docet se accitum, i. aduocatum socium, scz conuersionis aut cepti belli: accitum dico, a Gabinio & Cepario: nihil scire amplius quam legatos, i. quam legatisciant: tantumodò solium audire ex Gabinio uno ex principibus conuersionis: Publium Antronium, Seruium Syllam, Lucium Verguntium: & præterea, i. præter eos multos alios esse in ea conuersione. Galli, scz legati, & qui cum eis erant fatentur idem, scz quod Volucius. At coarguunt, i. simul reprehendunt Lentulum: dissimulatem, scz conuersionem se scire ( ubi mira est breuitas. Nam per hoc significatur Lentulus interrogatus dissimulasse ) coarguunt dico præter literas, etiam ab eo signatas: sermonibus, i. per sermones: quos, scz sermones ille, scz Lentulus erat solitus habere, uidelicet regnum Romanæ, i. Romanum: portendi, i. porro addici & adiudicari: ex libris Sibyllinis, de quibus ad principium sexti Eneid. & Epistolarum familiarium Ciceronis multa adnotari solent: tribus Cornelis, i. tribus de gente Cornelia. Cinnam atque Syllam, qui de gente Cornelia erant, supple fuisse reges Romæ antea, & se esse tertium: cui foret fatatum, i. fatale: potiri urbe, i. imperio & dominatione urbis. Potitur autem rebus, quarum tandem compotes sumus. Præterea solitus erat dicere, illum annum, scz quo illa inceperat aut speraret: esse uigesimali ab incendio Capitolio, i. postquam Capitolium fuerat incensum: cuius incendium, ut Cicero in lib. de Diuinatione dicit, dicebatur ab aruspices portendere conflagrationem urbis, ac seditionem in urbe post uigesimali annum: quem, scz annu uigesimalium, haruspices qui exta & oblationes ad aram inspiciunt, atq; inde futura prædicunt, respondissent sæpe: ex prodigijs, i. propter prodigia, aut ex scientia de prodigijs & portentis ab ipsis habitis fore, i. futurum esse euentum: bello civili, i. effusione sanguinis ciuium ab intestino bello. Igitur literis, scz ad Catilinam missis: perleclis, scz publico ministro, ut ab

omnibus audirentur: cum omnes cognouissent sua signa, i. signilla aut chirographa & signa manualia: senatus decreuit uti, i. uti: Lentulus esset abdicatus, i. per sententiam publicam amotus a magistratu, scz prætorio: & quod item ceteri, scz conuerti: haberentur in custodijs liberi, i. in quibus solebant asseruari liberi & nobiles nondum iudicati. Et ita Lentulus traditur in custodia: Publio Lentulo Spintberi scz cognominato ( ubi Spinter ad discrimen appellatiui in genitiuo crescit: suntq; qui Spinter scribant ) Ceibegus traditur Quinto Cornificio: Statilius traditur Catio Casari: Gabinius traditur Marco Crasso: Ceparius, qui aufugisse dictus est, traditur Cn. Terentio Senatori. & quia aufugisse dixerat, addit: Nam is, scz Ceparius retractus, i. ad urbem aut iudicium tractus erat paulo ante ex fuga.

ZANC.

De itinere. ] cur hoc tempore ex urbe discederet. Et de literis. ] hoc est, quibus sibi illas literas dedisset. Quid. ] rei sibi esset cum legatis. Alia. ] hoc est, alius res de conuersione dicebat, que falsæ erant. Post ubi fide publica dicere iussus est. Cice, pro Cn. Rabinio: Consuli fidei publicæ licere sine auctoritate Senatû dare negat, nec uoluita fides publica est, eade L. Saturnini, cui eam C. Marius cos. sine Senatus, dederat. Idem in 3. Inucl. Introduxit Volucium sine Gallis. fidei publicæ iussu Senatus dedit, hortatus sum, ut ea que sciret, sine timore indicaret: cum se ex magno timore recreasset, a P. Lentulo se habere ad Catilinam mandata & literas, ut seruium præsidio ueretur, & ad urbem quamprimum cum exercitu accederet: id autem eo consilio, ut cum urbe omnibus ex partibus, quemadmodum descriptum, distributumq; erat, incendissent: ceterosq; infinitam ciuium fecissent, præsidio ille esset, qui eos fugientes exciperet, & se cû bis urbanis ductibus coniungeret. Dion: *ωρασανοναυτοβουλοσ δὲ τῶν ὑπερβίαι καταπύουσα τὴ τριὰς ἢ τετρακτὰ ἡγχοσάμεν μὲτὰ τὴ ἄλλω τὴ συνουμνῶντων, καὶ ἰσὺν ἀλλήλοισιν ὡς μετὰ τὸ πρῶτον περιεστῆσ ἀνίστασθαι συμπεροσῶσ τὰ κῶσῆσ καὶ εὐλαβῶν τὸς ἰσὺν ἀνῶντοσ ὁμῶντας ( τὸ τὸ βασιλευσῆσιν ἰσὺν τὴ γερμῶντων ) ὁσῶσῆσ, καὶ ἄλλω κῶσῆσ ἀδς πῶσῶν, ὅτῶν τῶσ συνουμνῶν ἄλλωσ ἔσ.* Omnia uti gesta erant, aperit, docetq; ] Plutarch. in Cice. uita: Publica, inquit, tandem fide data. Titus uti conuersionis omnis esse haberet, aperuit. Paucis ante diebus. ] per paucos ante dies. Accitum. ] uocatum. Seruium Syllam. ] de hoc meminuit Cicero pro P. Sylla: *Quis nostrum, inquit, Ser. Syllam? quis P. Lentulum? quis M. Leccam? quis Cornelium defendendum putauit? Præterea. ] præter hos quos nominauit. Badem Galli fatentur. ] Cicero in Catilinam: Introducti autem Galli iussurandum sibi, & literas a P. Lentulo, Ceibego, Statilio ad suam gentem datas esse dixerunt, atq; ita sibi ab his, & L. Cassio esse prescriptum, ut equitatum in Alaliam quamprimum mitterent, pedesq; sibi copias non desaturis. & pro Sylla: illum Allobrogos maximam rerum uerisimi indices, illum Allobrom literæ ac nuncijs arguerunt. Coarguunt. ] conuincunt. Cicero in Catilinam: Tum ostendi tabellis Lentulo, & quæsiui, cognosceret ne signum, annui. est uerò, inquam, signum quid notum, imago aut tui clarissimi uiri, qui amant uicè patriam & ciues suos, que quidem te a tanto scelere etiam muta reuocare debuit. leguntur eadem ratione ad Senatium Allobrogum, populumq; literæ. Sed quid de his rebus dicere uellet, feci potestatem: atq; ille quidem primo*

negat

negauit, post autem aliquanto, toto iudicio exposto atq; edito surrexit, que sicut a Gallis, quid sibi esset cum bis, quamobrem domum suam uenissent: itemq; a Vulturcio, qui cum illi breuiter constanterq; respondissent, per quem ad eum, quotiesq; uenissent, que sicut essetq; ab eo, nihil nec secum esset de fati Sibyllinis locutus: tum subito ille scelere demens, quanta uis conscientie esset, ostendit. nam cum illi posset inficiari, repente præter opinionem missis oracula: uiuuntur autem eis, quando Senatus decernit, seditione occupante ciuitatem, aut infidelitate magna aliqua, bello incidente, aut prodigijs aliquibus, & magis & inexplicabilibus ipsis appaerentibus, que sæpe eueniunt, hæcq; permanserit oracula usque ad bellum Marcijs, bello terra posita in templo Capitolini Iouis, in arca lapidea ab hominibus decem custoditis, post centesimam autem & septuagesimam tertiam Olympiadem incendio templo, sicut ex insidijs ( ut putant aliqui ) sine casu, simul cum alys Deo repositis ista quoq; corrupta atq; igni. nam que nunc sunt, ex multis collata sunt locis: alia ex uerbis Italiae, al a ex Britibus, in Asia Senatus consulto uerbis legatis tribus ab eorum descriptione: alia uerò ex alys urbis ab hominibus quoq; rudibus transcripta, in quibus aliqua reperitur inserta Sibyllinis. quomodo enim a muliere ad Tarquinium libris delati fuerint, id eodem in loco refert, & Gelli, libro 1. cap. 19. Tribus Cornelis. ] id est tribus, qui ex Corneliorum familia sint. Portendit. ] prædici, significari. Cinnam atque Syllam antea. ] Cornelius Cinnam cum perniciosis leges per uim ferret, pulsus urbe a Gn. Octauium collega cum sex tribuibus plebis: imperioq; ei abrogato, corruptum Appij Claudij exercitum in potestatem suam redegit, & bellum urbi intulit, accessit C. Marius cum alys: exulibus ex Aphricis: quibus uincentibus, cum nulla omnino spes esset optimati- bus resistendi propter segnicem & perfidiam & ducum & militum, qui corrupti aut pugnare uolebant, aut ad diuersas partes transibant: Cinnam et Marius in urbem recepti sunt, qui uelut captam cedibus & rapinis uastauerunt, Gn. Octauium cos. occiso, & omnibus aduersæ partis nobilib. trucidatis, inter quos M. Antonius eloquentissimus uir, & C. Cesar, quorum capita in rostris posita sunt. autor est Liui. li. 79. & 80. de Sylla alibi scripsimus. Se steritij esse. ] Plut. in Cicer. uita: Hunc itaq; huiusmodi ingenij uirum a Catilina incitatum inani etiam spe falsi magi & arioli elusuranti, sicla quadam carmina & Sibyllinis libris canentis, quibus portendebatur fato tres Cornelios Romanæ monarchas deberi: horis quippe duo uaticinia cõ- plecterentur Cinnam & Syllam, tertium uerò ac reliquum sese fore sperabat, qui regnû esset potiturus. Fatû. ] fatum i. a fatiis dati, fatû dictum putat Aristote. quod per ipsum omnina sint finita, & certa quadam lege statuta, & quasi ad finem perducta. ὁσῶσῆσ enim termino significat, & ὁσῶσῆσ τῶσ, quod τῶσ, & uicissim cedat omnibus rebus consequentibus. de Fato uide Gell. lib. 6. cap. 2. & lib. 13. cap. 1. & Macro. de som. Scipio. Præterea ab incendio Capitolio. ] L. Scipione & Norbano cos. ante Sylla de- minationem. Capitolium, quod a Regibus plus quadringentos annos manserat, exulium est, cuius incendij causa omnes latuit. Scribit App. lib. 1. & paulo post: Hisdem diebus Capitolium igne conflagrauit, quod opus nouum

Carbonis fuisse dicebant, alij consulum, aut Sylla mittente patratum: ueruntamen incerta nec ipse de ea re, a quo confecta fuerit, satis habeo quid dicam. ter enim Capitolium euersum est, & iter instauratum. Plut. in Publicole uita: Primum, inquit, ut diximus a Tarquinio ex edificatum dedicauit Horati. bellis autè ciuilibus igni consumptû est. at secundum instaurauit Sylla. Dedicatio autè Catulus inscriptus est, Sylla morte intercepto: hoc autè uerum in Velleij seditionibus euersum ac dirutum. Tertio Vespasianus ea, qua in cæteris fidelitate usus, de integrò reficere aggressus opus perfecit: sed instructi deinde a se templi euerstionem non uidit. sed tanto Sylla fortuna præstio- tit, quod illum mors ante consecrationem eripuit, hic ante desolationem decessit. una enim cum Vespasiani interitum inflammatum Capitolû, incensumq; est. Hoc autè quærit a Domitio perfectis & consecratum est. Dicitur autè Tarquinio in fundamentis templi quadraginta milia argenti librarum impendisse, & in ultima refectione 12. milia talentorum impensa excessit. Idem in uita Syllæ: in Syluio seruum pontij nomine afflatum, sibi obuiam uenisse scribit, qui dicit se, & Syllam missum, ut belli potentia atq; uictoriam nunciaret. Quod si non maturaret Capitolium incendio perisse, quod ipsum, & qua die prædictum ab homine fuerat, obuenit: ea uerò fuit prida nunc Quintilis, quas nunc Iulius uocamus. uide & Cornelium Tacitum lib. 9. Illi esse 20 annû. ] Cie. in Caut. Lentulû autem sibi confirmasse ex fati Sibyllinis, haruspicumq; responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnû huius urbis, atq; imperij peruenire, esset necesse: Cinnam autè se, & Syllam fuisse, euidenq; dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitû huius urbis atq; imperij, qui esset decimus annus post uirginum absolutonem, post Capitolij autem incensorem uigesimalium. Quem. ] i. uigesimalium annum. Ex prodigijs. ] in prodigijs habentur animalia ea que cæteris sui generis similia nò sunt, ut Liu. lib. 27. inter prodigia enumerat insantem quemdam ambiguo inter marem: & foemina sexu natum, iterq; alii cum elephanti capite nati. Haruspices. ] Haruspex dicitur qui ab harugis, id est hostijs ijsq; ecclis futura prædicat. Terent. in Phormione: Haruspex uenit ante brumâ aliquid noui negocij incipere. Hunc locum exponens Donatus, inquit: Haruspex ab haruga deriuatur, que est hostia: et hara, in qua concluditur & seruatur. Haruspices, autore Augustino, lib. de Cuiate Dei, sunt, qui exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt: & haruspices quoq; illi nuncupantur, qui bars in agendis negocijs operibusq; custodiunt. Haruspicium primus inuenit Delapbus, ut ait Plinius lib. 8. cap. 56. Haruspiciam irrides Cicer. in 2. de Diuinatione, ubi dicit alios alio modo exta interpretari, nec esse omnium unam disciplinam. Cato mirari se aiebat, quod non ridebat haruspex haruspice, cum uidisset. Igitur perleclis literis. ] scilicet quas Lentulus ad Catilinam dabat. Signa sua. ] id est signilla ipsius Lentuli, ut nunc uulgò dicitur in annulis uirorum clarissimorum capita insculpebantur, hisq; literas ob signabat. Vales. Maxim. lib. 2. cap. 5. scribit, & manu Scipionis detra- ctum esse annulû, in quo caput Africani patris insculptum erat. Cicer. in Catilinam: Est uerò, inquam, signum quid notum imago aut tui clarissimi uiri, qui amant uicè patriam & ciues suos. Tranquillus in Augusto: in diploma- tibus libellisq;, & epistolis signandis sponge usus est: mox imagine Magni Alexandri, nouissime sua Dioceta-

ris manu







Senatores. hunc modum dicendi frequenter apud Ciceronem legitimus, ut pro P. Sestio; Senatusque frequenter vestem pro mea salute mutandam censuit. Neque amplius potestatem faciendam. Scilicet dicendi nonnulla. sic Glareanus somniat. Tantam rem esset mentius. Gellius lib. 11. cap. 11. ex uerbis P. Nigidij inter mendacium dicere et mentiri differentiam ponit: Qui mentitur, inquit, ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur. item hoc addit: Qui mentitur, fallit quantum in se est: et qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.

GAST. Quippe cui, etc. Quippe que nihil habebat aliud, preter que ad quotidianum usum cultuque corporis pertinebant: ut sunt, supellex et uestis. Alij rem incredibilem, etc. Vide Plutarchum in Crasso, et Dionem libro 37.

RIV. Quo et ceterorum animos rescierent, et illi facilius et periculo eriperentur. Sic est et codice Fabriciano legitum. Quibus in uerbis hec a uulgata lectione differre potest, facile est uidere. Primum addendum est, Et, quo et ceterorum. Deinde et periculo, legendum. Magis lenienda. In manuscriptis leniunda. Alij, de coniura

Simile uero etiam fingi posse, quod in magno ere esset Catus Caesar.

\* nobilitate

VALL. Erant eo tempore. Superius scripsit Sallustius, quo decretum est Tarquinium falsum esse indicem, quod Crassum nobilissimum uirum maxima potentia, atque maximis copijs presstantem nominasset: nunc autem dicit causam, cur nominauerit in coniuratione Crassum. Tarquinium eo tempore, quo ista gesta sunt, in iudicium illud, scilicet Tarquinij machinatum esse factum, inuectum atque fabricatum. Apud Anto. qui fauebat coniurationi. nam Antonius uolebat saluos esse coniuratores. Quo facilius. i. ut facilius. Appellato Crasso. i. nominato Crasso contra iurationis consilio. Societatem periculi. i. cum in eodem periculo esset Crassus, quo et ceteri coniuratores. Tegeret. i. defenderet. Reliquos. i. ceteros coniuratores. Potentia illius. i. Crassi. Aiebant. i. dicebant. Patrocinio conturbauit Rempub. i. i. defensione. Ipsum Crassum. i. Huius sententia etiam fuit Crassus, quod hanc iniuriam contra se factam esse crederet. Ego. i. Sallustius. Prædicantem. i. dicentem. Contumeliam. i. iniuriam,

tionem deprehensit. Exemplaria calamo descripta, ex coniuratione. sed est idem utrobique sensus, et utrumque Latine dicitur. Plerique Crasso ex priuatis negocijs obnoxij. Legendum, ex negocijs priuatis, ut adiectiuum sequatur. Sic enim est in manuscriptis, et in impressis uetustioribus. Frequens senatus decreuit. In istis, Decernit.

Quippe cui omnes copie in usu quotidiano et cultu corporis erant. Senus præcedens manifestus est: ratio autem que subiungitur, non item. Quidam exponunt, Omnes copias in usu quotidiano, de supellectili: Cultum autem corporis, quod illis nulla alia essent diuitie. Que expositio non displicet, maxime quod nesciam meliorem. Neque amplius potestatem sui faciendam faciend. Ita habet codex Aldinus. Verum ut ingenue fatear, ego uerba hæc non intelligo. Fieri potest, ut sit ex aliquo uulso aut thore, et quibus Sallustius pleraque habet: unde et furore accusatus est, haud absque causa, ut putant. Uetustatis indicium colligo, quod nemo hæc uerba integre habet, quin aliquid suppleat. Vetus codex habet: Neque amplius potestatem faciendam, nisi de eo, etc. Statim post, P. Antonio, legendum: non, P. Antonio, quod antea etiam adnotauimus.

Sed istis temporibus. Videtur hoc loco quasi defendere Ciceronem. Sallustius dicit enim: Non uidetur uerisimile falso à Cicerone accusatum fuisse, cum nobilissimum Rom. ciues cum nulla conditione inducere potuerint, ut Casarem in coniuratione falso nominari facerent. Q. Catulus et C. Piso. i. nobilissimi Romani. Precibus. i. suppliciter agendo. Gratia. i. uidelicet favore, quo plurimum ualebant. Precio. i. uidelicet ostendendo premia. Alium indicem. i. uel Volurcium uel Tarquinium. Vterque. i. Piso et Catulus. Piso ostendit iniuriam, quibus affecti erant à Casare. Oppugnatus est. i. damnatus est à Casare pecuniarum repetundarum. Ea uerba, que pertinent ad accusationem uel defensionem uel absolutionem, cum genitiuo construuntur, uel cum ablatiue: ut, Damnatus furio, oppugnatus repetundarum, absolutus adulterij. Propter cuiusdam Transpadani supplicium: quia Piso cum presens esset in Gallia Transpadana, quendam Gallum Transpadanum iudicio

GLAR.

B

C

inius cõdemnauit, et accusatus est, postquam magistratu se abdicauit: ut res qui satisfacere deberet, iniurijs sibi illatis iniussit ab eo Casar iudicio Pisoni oppugnauit, et obtinuit ut cõiureretur iniurijs illius satisfacere: sed res proprie pecuniarum repetundarum dicebatur, ille qui sociorum pecunijs explasset: et accusatus satisfacere debebat, quod iniurijs surripisset: sed abusu tam en res iniuriarum dicitur, qui accusator satisfacere debet iniurijs: ut hoc loco. Incensus. scilicet erat. Pontificatus. scilicet maximus, cum Catulus et Casar competitors essent in pontificatu maximo, qui præerat omnibus templis sacris, et etiam omnibus facerdotibus: Catulus autem iam grãdi etate auctoritate maxima rebus gestis præuolens superatus est à Casare adolefcentulo: quod Catulo fuit molestissimum. Nam Casar admodum ambiuerat populum Romanum, largitionibus et precibus, quod die petitionis domo discedens matri dixerat: Vel me pontificem hodie uidebis, uel mortuum. Discesserat. ex campo Martio. Opportuna. i. commodata ad persuadendum hunc partem conuinationis. Et Casar. Egregia. i. excel lenti quadam liberalitate animi muneribus maximis, que populo distribuerat. Nam constat, Casarem populum Romanum accepisse conuio. Ipsi. scilicet Piso et Catulus. Conflauerant. i. fecerant iniuriam et odium. Illi. Casari. Circumueundo singulatim. quomodo cõflauerant, scilicet circumueundo, ambiendo. Singulatim. i. per singulos. Mentiendo. i. falso dicendo, uidelicet facinora Casaris. Que. i. audisse dico. Nam falso dicebant, eum ueteris et Allobrogis de conuinatione narrent, dixerunt et huius conuinationis participem esse Casarem. Impellere. contra Casarem. Aedem. i. templi Concordiæ, ubi senatus frequens habebatur. Circum locum stabant armati. i. ne uis aliqua senatus et cõsili inferretur. Nam quia Cicero timebat, ne coniuatores in se atque in senatum impetum facerent, armatos milites semper secum habebat. Seu impulsus periculi magnitudine. i. quia uiderat in quanto periculo respu. esset per hos coniuatores. Mobilitate. i. leuitate quadam animi. Quo. i. ut. Studij. i. uoluntatis. Clarius. i. manifestius et nobiliter gladio. cum gladijs. Egre dient et senati. i. et ita fuit. Nam cum Casar egredere tur, hi equites qui credebant eum conuinationis esse participem, propter uerba Pisonis et Catuli, irruerunt in eum: Cicero periculum uidens Casaris, complexus est eum: ita ut equites Casarem uulnerare non possent, nisi Ciceronem prius transfixissent. et hoc modo eum ex curia deduxit incolumem.

OMNIB.

Et tempore, etc. Quo. i. id est ut, appellato, id est non minato more suo: solitus erat enim defendere malos. Quendam dicebat, Tarquinium missum à Cicerone, et ipse Crassus cepit hoc dicebat: sed falsum erat, quia Cicero nunquam ad hoc potuit impelli, ut Casar nominaretur. Piso oppugnatus causam utriusque inimicitie reddidit. Oppugnatus. i. id est damnatus: si quidem quidam Transpadanus, id est ultra Padum natus, Pisoni commiserat pecuniarum quam cum ipse requiret, et Piso reddere nollet, uerberabat eum Piso, unde Casar damnandum iudicauit: Catulus uero iam antea maximis honoribus usus est, et cum in extrema etate esset, pontificatum requisitum: nec habere potuit, quem Casar adhuc adolefcentulum obtinuit. Dicit enim Suetonius, Casarem maiorem fauorem habuisse ex omni tribu, cum xxv. tribus essent Romæ, quam Catulus

ex sua propria tribu. Res autem opportuna uidebatur nominandi Casarem, quod id est eo: quam is, scilicet Casar, illi Casari conflauerat, id est intulerat, etc.

Erant eo tempore qui existimarent illud iudicium esse machinatum. i. falso instructum: à P. Antonio uno ex coniuatis: quo, id est ideo, ut Crasso appellato, scilicet ad iudicium: potentia illius teget. i. protegeret facilius reliquos per societatem periculi, id est, cum Crassus uideretur in parti periculo. Alij aiebant, Tarquinium immisissum, id est dolo ad iter pro tali iudicio faciendum missum à Cicerone, ne Crassus conturbaret remp. et hoc patrocinio, id est defensione malorum: suscepto, scilicet à Crasso: more suo, id est sicut ipse Crassus solitus erat facere. Ego audiui postea ipsum Crassum prædicantem, id est publicè affirmantem, illam conuentionem esse impostam sibi à Cicerone. Sed ut non putentur impedita à Cicerone, argumentum affert, quod idem Casari imponere uolebat: et prius idem inuuit, ex eo quod iudicem in uinculis asseruari conuuluerat. Igitur, sed, id est e contrario: Quintus Catulus et Cn. Piso, neque precibus neque gratia, id est, si fauere aut grauito beneficio, neque precio: potuerunt ipsidem temporibus, id est per eadem tempora impellere Ciceronem: ut, id est ut Casar nominaretur, scilicet inter coniuatores: falso, quia non erat per Allobroges, scilicet legatos aut alium iudicem, id est rem occultam, cuius ipse cõsilius aut particeps esset, indicantem: quod uocabulum ab Vindicio seruo, qui Brutum filios indicauit, Luicium impostum putat. Nam utriusque Piso quam Catulus exercebant graves inimicitias: cum illo, scilicet Casare: Piso super eas exercebat: oppugnatus, id est quia à Casare oppugnatus fuerat in iudicio repetundarum, id est ubi iudicatus erat Piso repetundarum, super pecuniarum aut rerum que petebantur ab eo, cui iniussit ablatæ fuerant. Et non sunt plures casus quam repetundarum et repetundis in usu: quia crimina et damna seu pœne in genitiuo aut ablatiue reguntur: ut uero speciale noscatur, crimen non dicitur repetundarum (quod per omnes casus declinatur, sed repetundarum) propter supplicium iniussu cuiusdam Transpadani, id est quod dederat Piso contra quendam Transpadanum, id est habitantem aut natum trans Padum fluium, præcipuum in Italia, Catulus, super, exercebat inimicitias cum Casare: incensus odio ex petitione pontificatus, quod ipse Catulus existens in extrema etate, et usus maximis honoribus: discesserat, scilicet ex comitijs, uictus à Casare adolefcentulo, res, autem, id est ut Casar præferretur, uidebatur opportuna: quam is existis priuatum egregia liberalitate, dederat publicè maximis muneribus grandem pecuniam. Sed ubi Piso et Catulus nequeunt impellere consulem, scilicet Ciceronem ad tantum facinus, ut Casar falso nominaretur: ipsi singulatim, id est singuli propria auctoritate circumueundo atque mentiendo de Casare ea que dicent se audiuisse ex Volurcio, scilicet indicem, aut ex Allobrogibus: conflauerant illi, id est in illum, uidelicet Casarem magnè iniuriam: usque adeo, ut equites Romani, qui erant causa præsidij, id est custodie urbis circuei ad eum, id est templum Concordiæ, scilicet decesserit, id est sine magnitudine, id est ob magnitudinem periculi: seu impulsu nobilitate, id est egeritate animi (quia ut de generis animos timor arguit, ita fortitudo generosus probat) quo, i. ideo ut studium suum in remp. esset clarus. i. euentus aut magis perspicuus: militaretur Casari egredienti ex senatu gladio, scilicet suos subaudi, necent.

BAD.

et iudicium







Schema, quo eleuat auctoritatem aliorum, qui contra conuictos dixerat sententias liberiores.

VALL.

Ab odio. Nam odium quod habetur contra rem, non finit ueritatem discernere; quia odio habetis conuictos, non recte iudicabitis quam propter iustitiam. Amicitia. Nam gratia moti hominis fauore iudicare solent contra iustitiam rectam. Ira. Referas ad odium. Misericordia. Referas ad amicitiam, nam odio irascimur. Verum. Ueritate illa supra memorata, scilicet odium: ita amicitia atque misericordia. Officiunt. nocent in iudicando. Quisquam omnium. Nemo. Libidini. uoluptati suae. Vt. utilitati. nemo est qui animo suo morem gerere possit, et utilitatem publicam sequatur. Vbi. quando intenderis ingenium ad odium, ualet ad damnandum: si uero ingenium intenderis ad misericordiam, ualet ad absoluitorem. Intenderis. intentionem habebis, ubi, quando intenderis ad aliquam rem: quia intentum fuerit, et non erit inflexum ab aliqua passione, uidelicet neque ab odio neque ab misericordia. Ea. suis propriis habet uires, nec sibi ab huiusmodi auferuntur, et ob eam rem recte iudicare poterit: sed si remissum fuerit ingenium, et inflexum aliqua passione, raro recte iudicabit. Possidet. ingenium. Ea libido. appetitus animi. Animus. ingenium. Magna copia. Nunc incipit uti insinuatione, qua rem pro re ponit: pro conuictione ponit externarum ciuitatum defectionem. Recte. iuste et honeste. Ordine. modesto: quia ordo praecipue uersatur in modestia. Bello Macedonico. Per exempla probat, quod dixerat: non posse simul eos parere libidini et utilitati suae. Bello Macedonico. in quo omnes quae alij reges et populi inconsulte fecerint, ea peccata quae maiores nostri modesto et ordinate fecerunt, recitat. Macedonico bello. quod contra Macedones gestum est. Cum rege Persa. Scimus quomodo extra ordinem Paulus Aemilius in eam provinciam imperator missus, debilitauit hostes, et regem ipsum Persam in triumpho Romam duxit. Rhodiorum. Rhodos, insula est: et in ea ciuitas eiusdem nominis. Magna, ampla, magnifica, praepotens. Infida. perfida. Diuersa. contraria. Bello. Macedoniae: rege Persa uicto. Consulatum de Rhodis. quid nam placeret fieri de Rhodis, qui defecerant ad hostes. Bellis Punicis. sicut uideri potest apud Liu. Per inducias. cum induciae essent inter Romanos et Penos, Carthaginienses classem Romanam in uasere, et partem eius maris summisserunt: partem autem traxerunt, et Romanos legatos uerberibus cadere ausi sunt: et tamen cum legati Carthaginienses uenissent ad scipionem, eos reliquit intactos: sed cum legati Romanorum eos Romam misit, senatus simul Romanus eos Carthaginiem tuto remisit. Quod etiam Valer. Maximus libro 6. de fide pu. tangit: Speciosa illa quoque Romana fides ingenti Penorum classe circa Siciliam deducta, duces eius fractis animis consilia petendae pacis agitabant,

Quorum Hamilcar igitur se ad consulatum negabat adire, ne eodem modo catibae sibi iniicerentur, quo ab ipsis Cornelio Africano fuerat iniecta. Hanno autem certior Romani animi aestimato, nihil tale timenda ratus, maxime cum fiducia ad colloquium eorum tetendit: apud quos cum de fide belli ageret, et tribunus militum ei dixisset, posse illi meritis euenire, quod Cornelio accidisset: uerba quae consul tribuno tacere iussit. Vto (inquit) metui timens no fides ciuitatis nostrae te liberat: clarum fecerat tantum hostium duces uincere potuisse, sed multo clariores fecit uoluisse, aduersus eosdem hostes parae fidei legationis iuendo. P. C. exhibere. Per occasionem. per opportunitatem, quam per fidam hostium sibi dederat. Quid foret dignum sequi. quid ad dignitatem suam pertineret; hoc item, uidelicet ut suis attentiores ad salutem conuictorum, quam ad obseruandum, quid ipsi commisit serint. Ire uestrae consulatus. ne magis iram uestram expleatis. Nam si dignam, etc. si tanta poena reperiretur, quanta fuit magnitudo scelorum suorum. Pro factis. pro magnitudine scelorum suorum. Nouum consilium. si non stetur legibus, sed alia maiora supplicia inueniantur. His. consilijs. Parua sunt legi. nam leges non permittebant eum Ro. uirgis caedi, nec capite puniri: sed si deprehensus esset, perpetuo carcere teneretur: sin autem extra urbem fuisset, ita ut deprehendi non posset, exularet. Rapi. i. stuprari. Patii. i. stuprare et adulterari.

OMNIB.

Omnes homines, etc. In hac oratione C. Caesar intendit illis interceptis misericordiam impetrare apud Patres conscriptos: et hoc facit improbando et destruendo sententiam Decij Syllani, qui eos iudicauerat interfecti dignos. Agit autem Rhetoricè, et uult insinuatione. multis enim in locis eos damnat, et grauiter puniendos iudicat, ut ita facilius ueniam et misericordiam impetrare ualeat. Ne autem uideretur aperte eos uelle defendere, hoc remouet, dicens se ab amicitia et misericordia, et ceteris cum affectibus uacuum esse, à quibus omnes iudices uacuos esse decet. et ab hoc puncto incipit, dicens: Omnes homines, etc. patres conscripti. Ibi patres eos appellat, ad misericordiam multum incuruat. Quomodo bonus pater super filios, si quid peccauerint, misericorditer debet commoueri: sic et ipsi super ciuibus suis miseris, qui sunt quasi filij conscripti. Si quidem Romulus secundum quosdam xxx. secundum alios centum, scilicet senatores, qui n. p. prouiderent, elegit: et eorum nomina in aenea tabula, et aureis literis scripsit. in aenea tabula, propter designandam imperij perennitatem: literis aureis, propter ipsorum dignitatem. Qui consulant. i. consilium dant de rebus dubijs, i. asperis et periculosis. res uocat dubias, de quibus lex non dum data est: uel si est data, non dum peruulgata est et cognita.

cognita. Omnes, inquam, homines debere esse uacui ab istis quatuor affectionibus: quarum duae sunt de presenti, duae de praeterito: duae nouitiae, duae uelutiae: duae de bono, duae de malo. Odium, est quaedam animi passio uetus, ad malum prona subitò: sed ex deliberatione progenita. Ira, est quaedam animi passio nouitia, ad malum prona, non ex deliberatione: sed repentino animi impulsu progenita affectio. Misericordia, est quaedam animi passio nouitia, ad bonum prona, non ex deliberatione, sed subito et repentino animi impulsu progenita. Verè ab his affectionibus oēs iudices uacui esse debent, quia ubi sunt, officium, et non facile ueritas prouidetur. et hoc est, haud facile, etc. Ista officij, nec simul esse possunt: quia nec quisquam libidini, i. proprie uoluntati. Vt, i. utilitati. uerè nemo utriusque paruit: quia ubi intenderis animum, scilicet ad quamcumque affectionem applicaueris, ubi ingenium ualet: tunc ingenij ualet ad consilium, scilicet utile ad inueniendum uerè, ubi intenderis ualet ingenium. Quia si libido possidet, i. si uoluntatis te ad aliquam affectionem applicet, animum nihil ualet, i. ratio succumbit. Magna mihi copia, etc. Olanderat, sua ratione passiones illas ad bene iudicandum officere: modò uerò dicit, se ex persona multorum, qui passionibus occupati, malè iudicauerunt, illud idem posse offendere. et hoc est: Magna ubi copia, ingenium inquam magna est copia: sed malo, i. magis uolo memorare ea quae bene iudicauerunt, quam quae malè. Contra libidinem. i. contra aliquam affectionem. Bello Macedonico. Ecce exemplificat de bono maiorum iudicio: si quidem Perses rex fuit Macedoniae, qui Romanos diuitius inquietauit. Rhodij autem, qui sensu per ex p. Romanorum exercebant, contra Romanos sumperunt bellum, postea à Romanis deuicti sunt. Romanis uerò eos punire noluerunt: sed ne amplius insurgerent, prohibuerunt. et in hoc bene iudicauerunt: et hoc est bello Macedonico, etc. Ciuitas Rhodiorum magna in se, et magnifica per famam. Item bellis, etc. Aliud exemplum est, in quo Romani bene iudicauerunt. Punicis. i. Africanis. In pace. quia praedas rapiebant. Per inducias. quia confederati fidem promiserant, nec obseruabant. Nunquam ipsi. i. maiores nostri. Talia fecerunt. scilicet uicinas necandos iudicauerunt. Per occasionem aliquam. quia magis quod foret dignum: et hoc ad suam famam prouiderationem. Hoc item. i. si similiter est nobis prouidentum uerè, ne magis consulere istis: sed non puniendi, quia digna poena non potest inueniri: ideo puniendi non sunt. à simili per contrarium. et hoc est: Nam si digna poena, etc. Nouum consilium, ubique interfectionem ciuium. Sin. i. pro si. Si magnitudo scelorum superat omnium ingenium, quod nemo sit adeo ingeniosus, qui poenam possit aequaliter sceleris inuenire: his quae legibus sunt comparata, ad simile parata: plerique, etc. Compositè. ad rethoricam. Magnificè. ad uerborum exaggerationem, et sententias eorum qui auctoritatis se dixerat improbare et destrueret aggredierit, dicens: Vbi uelutia. Haec magnificentia et exaggeratio uerborum sui perorauerunt.

BAD.

Omnes homines. Haec oratio in genere demonstratio, et crebris et eius graues habet sententias, plerumque

suspensa et pronuntiatio, ut intelligantur, iuuanda sunt: unde elucet acrimonia et uis ingenij ipsius Caesaris, qui se et historiariarum peritissimum, et uiris non ignarum ostendit. Ordo est: O. P. C. id est, patres conscripti, hoc uos Senatores decet, omnes homines (sicut in principio Operis huius. Sane haec uerba non sunt auctoritatis nostri, sed Caesaris ab auctore nostro inserta) qui consulant, i. consilia ceptant: de rebus dubijs, i. incertis et formidolosis: esse uacuos, i. euacuatos et immunes ab odio, ira atque misericordia. Sentit idem quod Cicero in Tusculanis, in quem cadit unum patibos seu una passio, posse et reliquas affectiones cadere: ideoque ut Maro de uiro bono dicit, — Quod non miseratur egentem. et de forti agricola ad finem 1. Georg. — Neque ille Aut doluit miserans inopem aut inuidit habentem. Ita Caesar excludit à bono consultore misericordiam, non quod sententia non sit ferenda in mitiore partem, sed ne ob miserationem unius fiat alteri iniuria. Sane peius est odium quam ira, et ira quam misericordia, unde ordinem seruauit. auxilij enim negatiua maiora prius negat, quae negata maiora sunt: minus enim est, non habere posse odium quam misericordiam: cum odium nunquam sit bonum, misericordia saepe. Hic autem intelligit de misericordia, quae rectum iudicium pertrahat. Animus, scilicet consulantis: prouidet, i. prospicit reipub. haud facile, immò difficillime: ubi illa, i. illa passiones: officiant, i. contra faciunt: nec nocent: neque quoniam hominum praeret, i. inseruit, consulti aly habent Parui: simul libidini, i. praue affectioni sua: et uisui, i. utilitati, intellige quantum per illum sit: quia ex casu posse libidinem habere, quae plurimum profus uera tamen libido sit, ut si pertineat libidine persequatur eum quem innocenter puat, cum tamen dominationem affectet: ingenium ualet, sup. illic ubi intenderis, i. applicueris ipsam: ergo si ad odium, mors poterit recte consulere. Si libido possidet ingenium, ea, scilicet libido dominatur: et animus, i. ratio et perspicacitas ingenij nihil ualet. Magna copia, i. facultatis memorandi, i. recitandi coram nobis, o patres conscripti, aut narrandi, qui regis atque populi impulsu ira aut misericordia consulerint malè, i. perniciose et in consilio: quod Caesari ipsi postea contigit. Nam per clementiam illis pepercit, à quibus postea interfectum est. Sed ego malo dicere ea quae maiores nostri, i. praecessores (ut uulgo dicunt) fecerunt contra libidinem animi sui, i. contra inclinationem naturae malè effectae: fecerunt dico: rectè et ordinate, id est secundum ordinem rectum, quo ratio dominatur libidini. Ciuitas Rhodiorum magna atque magnifica, ita est et potens et pomposa: quae creuerat opibus populi Romani, id est, ablatis à populo Romano: bello Macedonico, id est tempore belli Macedonici, quod nos gestissimum cum Persa rege Macedoniae: quem Paulus Aemilius Macedoniae deuictum in triumphum duxit: fuit nobis infida atque peruersa: cum tum adoriretur, cum Romanos alieno bello inuicem uideret. Sed postquam consultum est de Rhodis, id est, quae ultio deberet fieri de Rhodis, et hoc bello Macedoniae: cōfēto, i. ex sententia imperatoris peractis: maiores nostri dimiserunt eos impunitos, i. nullā uindictam expecterunt: ne quis diceret bellum, super esse ceptum contra eos magis causa diuitiarum, i. ut ab eis diuitias auferat Romanis: et inuicias, i. ut de iniuria uiciscantur. Item hominibus bellis Punicis, i. gestis cum Carthaginiensibus, cum quibus tria praecipue gesta sunt: cum Carthaginiensibus

genenses (dicitur etiā Carthaginienses) fecissent multa facinora nefaria, i. detestanda & contra omnes, in pace & per iudicium: sub quibus classem Romanam iniuaserunt: quos ceperant, uirgines ceciderunt, & tamē ad legem ad Scipionē missi intaēt ab eo ad senatū remissi: in de incolames & indemnes Carthaginiem reuersi sunt. ut etiam Valerius Maximus lib. 6. de Fide pub. tangit. unde hic dicit: Tamen, id est quamuis fecissent multa nefanda: tamen ipsi, scilicet maiores nostri, nunquam facere pro faciebant (alij legunt Facere: sed quia sequitur Querebant, placet ut facere legatur) per occasionem, i. tametsi habebant summam occasionem: talia, scilicet detestanda que odium aut libidinem uindictę prę se ferrent: quia ipsi querebant magis quod foret dignum se, i. maiestate Romana, quā quod posset fieri iure, id est iusdē & saluo iure gentium: in, i. contra eos, scilicet Carthaginienses, hostes perfidos. Hoc item est prouidendum uobis, o Patres conscripti, ne scelus P. Lentuli & ceterorum, scilicet coniuratorum ualeat plus, i. impellat uos potius ad acrem uindictam, quā uestra dignitas, sup. ualeat: reprimendo iram & temperando aut differendo supplicium. Ne, i. ne, seu uel ne: cōsulatis, i. inferuatis magis ire uestrę quā fame uestrę. Nam si pœna digna, i. condigna & satis magna, pro factis eorum reperitur. Alij legunt reperitur: sed tunc adderet Approbarem) ego approbo nouum consilium, i. ut non steur legibus, scilicet maiora supplicia inferantur, ut Decius Iunius inuenerat, i. sed si magnitudo sceleris exuperat, i. transcendit ingenia omnium hominū ad excoquenda digna supplicia: ego censeo, i. iudico utendum his supplicijs: quę sunt comparata, i. inuenta et probata legibus: ut, i. cuius non caderet uirgins, nec capite plecteretur: sed in perpetuo carcere, si deprehensus fuerit, teneretur: aut si euaserit, perpetuo exularet pro graui flagitio. Fleriq; i. complures eorum qui dixerunt sententiam ante me (quia cum esse adhuc adolescens post seniores rogabatur sententiam) miserati, i. plangentes prouocando ad miserationem: casum, i. ruinam reip. compositę, i. oratione composita & bene disposita & magnifice, i. apparatu uerborum magifico & grauitate summa. enu merauere, i. quasi per numerū recensuerunt: que, i. quę lis esset scilicet belli: & que, f. mala acciderent, i. accideret solent uictis: uipote uirgines rapti, pueros liberos, i. legitime natos duelli a complexu parentum, scilicet utroque, sed precipue matrum. Unde Horat. Bellęq; matrib. detestanda: matres familiaris, id est honestas matronas pati e que collibissent uictoribus, uidelicet supra & spoliationes ac uerbera. Phana, i. e. des sacrarum domos, f. priuatis spoliari: cadem, i. occisionem & stragem ac incendia ferri: postremū omnia compleri armis, cadaueribus, atque luctu.

ZANCO.

« Omnes homines. ] haud enim scio, an hæc ipsa sit oratio, quam habuit Cęsar. scribit enim Plutar. in Catois uita, uti cum de coniuratorum pœna ageretur a Cicerone, celerissimos quosdam scriptores dispositos, qui signis quibusdam & notis breuibus multarū literarum uim habentibus dicta omnia colligerent, unde factum initium est notariorū eorum qui in foro iudiciali scribebant quādam celerissime: a quibus postea acceptam breuē Ciceronis defensionem Nilonis, Pedianus auctor est. Sed solum Catois orationem, ut ait, seruata ferunt: mibi uerō non uideatur, cur Catois potius quā Cęsar's, aliorumq; seruata sit sententia, cum ipse Cicero pro P. Sylla dicat:

Cum de conuentionis indicio superiore Senatu ageretur, constitutos a se Senatores summa uirtute, memoria, scientia, consuetudine & celeritate scribens facillime, que dicerentur, qui omnium iudicium dicta, interrogata, responsa perscriberent: id iudicium in tabulis publicis relatum, ab omnibus librarijs idem describi iussit, peruulgauit, ediditq; P. R. toti Italiae: atque in omnes prouincias diuisit, ut eius iudicij nemo ignarus esset. idem de Senatorum sententia factum arbitror. Sed contra, me mouet, ut non credam, hanc Cęsar's orationem esse: primum, quod ē Repub. uisum non sit, illam orationem seruari, & Catois solius seruatum, cuius exsententia in conuentionis animaduersum est. Deinde, quod nonnulla Cicer. in 4. inuict. in Catilinam, quę non sunt in hac Cęsar's oratione, dicit. Omnes homines. ] In sinuacione uiti, qua simul suspicionem conceptam de se purgat, & ad acquitatem iudicij animos defleuit. P. C. ] scribit Fest. patres conscriptos uocatos, qui ex equestri ordine patribus scripti sunt, ut Senatorij numerus expleretur: cuius sententia stipulatur Liu. lib. 2. Deca. 1. Deinde inquit, quo plus uirum in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis, diminutum patrum numerum, prioribus equestris gradus electis, ad rectorum summam exempli traditumq; inde fertur, ut in Senatu uocarentur, qui patres, quiq; conscripti essent: conscriptos, uidelicet nouum Senatum appellabant lectos. Ab odio. ] nam odium plerumq; impedimento est, quo minus reclusi iudicium proferatur: & tantum odium ante cœceptum ualeat, ut, auctore Laertio in uita Socratis, iudices quoque Platonem audire noluerint, cum Socratem defensurus in suggestum ascendisset. Ira. ] ira enim, ut a Cicerone diffinitur in 4. Tusculana. est libido puniendi eius qui uideatur lesisse iniuria. Plutar. in lib. de Seranumine uindicta, inquit: Non enim cum passionis uindictę proxima, ut Thucydides dicebat: sed cum admodum essent remotę, honestum ac reclusum diuersi posse esse debet. Quę admodum enim (iuxta Nicanoribium, ) cum mentem occupat turpia, indecoraq; perpetrata: ita ratio cum furorem, animiq; egritudinem penitus ē pedibus sustulisset, iuxta & moderata pergit. quare auditors quoq; humanioribus mansueti redduntur exempli, ut de Platone fertur: qui cum contra ferum baculum sustulisset, longo sic constitit tempore: iram, ut ipse aiebat, puniens & coercens. P. Archytas cum domesticorum ac feruorum negligentiam ac ignauiam deprehendisset, inde concitatorij asperioriq; affectu erga illos se fieri intelligeret: Valetę, inquit, quoniam uobis irascor. Quint. lib. 9. cap. 1. iudicij irę pudorem in iudicium esse dicit. Hęc est profecto ratio, & certissimorum acceptorum genus, illius uiri obseruatio, cum aliquid deirahere salua gratia uelis, concedas alia omnia: in hoc solo uel minus peritum, quā in cæteris, adiecta, si poterit fieri etiam causa, cui sit irę: uel paulo pertinaciorē, uel credulū, uel iracū, uel impulsū ab alijs. Amicitia. ] idem lib. 4. cap. 1. Accidit autem interim hoc quoque, ut aut nobis inimicus aut aduersario sit amicus, qui iudicat que res utriq; parti tractanda est, ac nescio an ei magis, in quam uidetur propensior. Atque misericordia. ] Quintilianus libro 6. cap. 1. Plurimum, inquit, ualeat miseratio que iudicem flecti non tantūm cogit, sed motum quoq; animi sui lachrymis confiteri. Idem lib. 5. cap. 1. Namq; affectus duplici ratione excludendos putabant: primum, quia uitium esset omnis animi perturbatio:

latio: unde ira, quia iudicem a ueritate depelli misericordia uel ira, similibusq; non oportet. Vacuus esse decet. ] Unde Cicero in oratione pro P. Sylla: Testor, inquit, integro me animo, ac libero, P. Syllę causam defendere: & infra. Haud facile animus uerum prouidet, ubi illa officium. Quint. lib. 6. cap. 3. Nā cum irasci, fauere, odisse, miserari cœperit, agi iam rem suam existimant. & sicut amantes de forma iudicare nō possunt, quia sensum oculorum premit amor, ita omnem inquirendę ueritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus: astu fertur, & ueluti rapido flumini obsequitur. & Demosthenes in oratione de Ementia legatione: ἀλλ' ἔτι μὲν ἐν τῷ πρῶτῳ ἀπέχεσθαι τῶν παρὰ τὸν ἴδιον πρῶτον ἔστιν, ἔστιν ἔτι μὲν ἀλλὰ καὶ τῶν. Officiunt. ] impediunt in iudicando. Nec quisquam omnium. ] id est nemo. Libidini. ] uoluptati sue. Et iussu. ] utilitati. fieri enim non potest, ut aliquis ius morem gerat uoluntati, & utilitati sequatur. Intendens. ] id est propēsum animum habens. Valet. ] id est iussus propriis habet uires. Libido. ] uoluntas, appetitus. Magna mihi copia. ] id est, magnus mihi dicendi locus offertur. Qui reges. ] uti de Tyrane, Armenie rege legitur: ad quem cum Mithridates rex Ponti, qui a Lucullo multis preijs prostrigatus erat, confugisset, ob idq; misericordia motus arma cetera Romanos mouit, a quibus deinde multis preijs uictus, ac regio spoliatus fuit, ut late patet apud Plutar. in Pompeij & Luculli uita, & apud Appianum. Reclē. ] iussē & honeste. Ordinate. ] modeste. nam uerō precipue uersatur in modestia. Bello Macedonico, quod cum rege Perso gestimus. ] Causam huius belli Lianus libro 42. sic refert: Eumenes rex Asia in senatu de Perso, Macedonia rege questus est, cuius iniurie in populum Romanum referuntur: ob quos bello ei indidit, P. Licinius Crassus cœui Macedonia decreta erat, in Macedonia nam transiit, leuibuscq; expeditionibus equestribus prelijs in Thessalia cum Perso feliciter pugnaui. Rhodiortū ciuitas. ] Rhodos insula est in mari Carpathio: & Soli hæc insula sacra est, qui puella nomine Rhodæ amore captus, Rhodum ab ea nominatus. Aurum Rhodi pluisse, ob felicitatem insule, uocem Pindarus, ubi iussu liberalium arrium, & in primis oratoria facultatis floruerunt. Unde Quintilianus tria oratorum genera fuisse memoria tradit: Atticum, Asianum, & Rhodium, quod uelut modicum erat, & ex Attico Asianosq; commisitum: & olim fuit portibus, uis, mœnibus & reliquis ornamentis tam celebris, ut nulla putaretur illi æqualis, legum prestantia, & naualis rei peritia adeo ualuit, ut annos multos maris imperio potiretur, & piratarum latrocinia sustulerit. Quę pop. Roman. opibus creuerat. ] Lianus libro 37. uide deinde Antiocho ab L. Cornelio Scipione, adiuuante Eumene rege, Attali Pergamensis filio, pax data ea conditione, ut omnibus prouincijs citra Taurum montem cederet Eumeni: quo iuuante Antiochus uictus erat, regnū amplitatum: Rhodij quoq; qui & ipsi iuuerant, quadam ciuitatis concessę. Infida atq; aduersa nobis fuit. ] Lianus lib. 44. C. Martius Philippus per salus penetravit in Macedonia, compluresq; urbes occupauit. Rhodij misere legatos Roman. amicitia, ut Perso essent auxilio, nisi pop. Roman. cum eo pacem atq; amicitiam conium geret: indignē id latum, cum id bellum L. Aemilio Paulo sequenti anni consuli iterum mandatum esset, Paulus in concione precatus est, ut quicquid diri pop. Roman. immineret,

supra domum suam conuerteret: & in Macedonia profectus Persum uicit, inuicisq; in Macedonia in potestatem redegit, Persumq; Roman. in triumphum duxit. De hoc bello plura Plut. Bello confecto. ] id est finito. Dicitur conficere bellum, pacem, exercitum, pecuniam, stipendia, tabulas. exempla apud Cicero. crebra sunt. De Rhodij consulum est. ] Lian. lib. 4. Legationes, inquit, gratulantium populorum ac regum in senatu admisse. Rhodiortum, quia eo bello contra pop. Rom. fuerant excelsa, postero die, cum de eo quæreretur, ut ijs bellum indiceretur, causam in Senatu patria sue legati egerunt: nec tanquam hostes, nec tanquam socij dimissi. Gellii uerō nō refert, ipsos Persum in bello uicisse: sed id tantum in cæteris uis egisse. At, inquit, ubi Persus uictus captusq; est, Rhodienses pertimere ob ea que complures in cæteris populi acta dicebat: erant: legatos Roman. miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecaretur, & fidem consiliumq; publicum expurgarent. Legati postquam Roman. uenerunt, & in Senatu intronisi sunt, uerbis pro sua causa suppliciter factis, de curia excesserunt: sententięq; rogari cœpit, cum parum senatorum de Rhodiensibus quæretur, male eos fuisse amatos, bellumq; illis faciendum censerent. tum M. Cato exurgit, & optimos fideissimosq; socios (quorum opibus diuiciendis possidendisq; non pauci ex summatis uiris intempestisq; erant) defensum cōseruatumq; pergit. Itē. ] similiter. Bellis Punicis omnibus. ] Trium enim Roman. cum Carthaginiensibus bella gesserunt. Primum bellum susceptum fuit, quia Messina, Sicilię ciuitas pop. Rom. socia quæretur de impotentia Pœnorij: quare pop. Rom. Appio Claudio cōsprimum frētum ingressus est, jabulo- sis infame monstris, astumq; uiolentum: sed adeo non exterritus est, ut ipsam uentis astus uiolentum pro uimere amplecteretur: statimq; ac sine mora Hic onem Syracusanum regem tanta celeritate uicit, ut ipse ille se prius uictis, quā hostem uidere fateretur: & deinde Duilius consul in Sicilia aduersus classem Pœnorum pugnaui, primusq; Romanorum ducum naualis uictorie duxit triumphum. ob hanc causam ac perpetuo bonos habuit, ut reuertenti ad cœna tibicines canerent, & funale præferretur. Pœlyb. lib. 1. scribit, L. Lucretium consulem in Sicilia quoq; pugnaſſe contra Carthaginienses, duce Amilcare, Carthaginiensiumq; naues quinqueaginta fractas uel submersiss septuaginta plenas captas fuisse, reliquis fugisse ferunt. & Carthaginiensibus uicit capti, præter eos qui inter certandum perierant, ultra decem milia hominum. inde ab L. Etatio cum Amilcare fodus percussus est. de quo late Pœlybius eod. lib. Durauit id bellum annos quatuor & uiginti, quod & Lianus lib. 9. prima Decada testatur. Secundi uerō belli Punicij causa, Annibal Pœnorum ducis contra frædus per Iberum transitus fuit, a quo Saguntis sociorū pop. Rom. ciuitas, octauo mense capta est: de quibus iniurijs missi legati ad Carthaginienses, qui quærentur, cum satisfacere nollent, bellum eis indiditum est. Annibal superato Pyreneo salu per Gallias fuis, qui obistere ei conati erāt, ad alpes uenit: & laborioso per eos transitu, cum montanos quoq; Gallos obuios aliquot prælijs repulisset, descendit, ubiq; sexdecim annos contra Romanos pressore pugnauit: tandem a Scipione Africano, qui primus uictus a se gentis cognomen inuenit, finis impositus est. de quo multa Lianus, Plutar. C. Florus tradit. Tertij Punicij belli initium altero & sexcentesimo anno ab Vrbe cō-

dit, intra quintum annum, quam erat ceptum, cōsumma-  
tum omnino est, inter M. Porcium Catonem, & Scipio-  
nem Nasicam: quorum alterum sapientissimum virum in  
ciuitate habebant, alter uir optimus à Senatu iudicatus  
erat, diuersis certatum est sententijs, Catone suadente bel-  
lum, & ut omnino deleteret Carthago, Nasica dissuaden-  
te, placuit nihilominus, eo quod contra fœdus naues habe-  
rent, & extra fines exercitum duxissent, quodq; socio P.  
P. Roman. amico Masanisse arma intulissent: & quod  
filium eius Gulsiam, qui cum legatis Romanis erat, in op-  
pidum minimè recepissent, bellum eis iudici, priusquam  
ulle copiae in naues imponerentur. Vtienses legati Ro-  
mam uenerunt, se suaq; dedentes: ea legatio ueluti maxi-  
mum belli omen grata patribus, acerba Carthaginiensibus  
fuit. Legati triginta Romam uenerunt, per quos Cartha-  
ginenses se dedebant. Catonis sententia periclit, ut de-  
creto persisteretur, & ut Consules quamprimum profici-  
scentur ad bellum. Maecino igitur consule, terra mari-  
q; seruebat obsidio operis, portus nudatus: & primus  
sequens iam murus, tantum Byrsa, quod nomen arci fuit,  
quasi altera ciuitas resistebat, quamuis profugato urbis  
excidio, tamen fatale Africa nomen Scipionum uidebat-  
ur, igitur in alium Scipionem conuersa Respubl. finem  
belli repositabat. Hunc Paulo Macedonico procreatum  
Africanum illius magni filium in decus gentis assumpserat,  
hoc scilicet fâto, ut quam urbem conculserat auus, nepos  
euerteret. Et per inducias. ] Lilius: Cn. inquit, Cor-  
nelius eos à classe Punica circumueniens, per fruem uel-  
luti in colloquium euocatus, captus est. Nunquam ipsi  
per occupationem talia facere. ] Autore Valerio Max. lib.  
6. cap. 6. Speciosa illa quoq; Romana fides ingenij Poro-  
rum classe circa Siciliam deducto, duces eius fracti ani-  
mo consilia petende pacis agitabant. Quorum dux Ham-  
licar ir se ad consules negabat audire, ne eodem modo  
catbene sibi injicerentur, quo ab ipsis Cornelio Asina cō-  
suli fuerant iniectæ. Hæmo autem certior Romani animi  
estimato, nihil tale timendum ratus, maxima cum fidu-  
cia ad colloquium eorum tetendit: ad quos cum de fine bel-  
li ageret, & tribunus militum ei dixisset, posse illi merito  
euenire quod Cornelio accidisset, uterq; eos tribuno tace-  
re iussor: Iste te, inquit, metu Hanno fides ciuitatis nostræ  
liberat, ibidem aduersus eosdem hostes parem fidem in  
iure legationis tuendo P. C. exhibuere. M. enim Aemilio  
Lepido, L. Flamminio cons. L. Minutium, L. Manlium  
Carthaginiensium legatis, quia manus bis intulerant, per  
faciales dedendos curauit. Per occasionē. ] id est, quæ-  
uis sibi oblata esset occasio. Quid se dignum foret. ] id  
est quid ad dignitatem suam spectaret, quam quid eis fa-  
cere possent, quærebant: & ob id uos quoq; attentiores  
esse debetis in deliberando de coniuatis, magisq; quære-  
re, quid uobis dignum sit, quam quid ipsi commiserint.  
Hoc itē. ] Propositio. Ne plus ualeat apud uos P. Len-  
tuli & ceterorum scelus, quam uestra dignitas. ] id est  
non tantum spectare debetis eorum scelera, sed etiam ue-  
stram dignitatem, neue magis ira uestræ cōsulatis, quam  
fame, id est, ne magis iram uestram expleatis, quam quid  
nominis uestro conueniat, faciatis. Nam si digna pœna  
pro factis eorum reperiretur. ] hoc est: Si tanta pœna re-  
periretur, qua hi afficiantur, quanta eorum sceleris ma-  
gnitudo fuit, puniendos ea pœna censeo. Nouum consi-  
lium approbo. ] ut scilicet ea pœna afficiantur. & ait,  
Nouum consilium: quia non licebat ciuem Romanum mor-

te multare, sed exilio. Sin magnitudo sceleris omnium  
ingenia exuperat. ] Si nulla tam crudelis pœna inueniri  
potest, quin atrociori hi digni sint, cum scilicet maior sit  
scelus occupare patriam, quam parentem occidere. Hic  
scilicet consilij. ] Quæ legibus comparata sunt. ] non  
enim leges permittebant ciuem Romanum uirgis cedi, uel  
capite puniri: sed si deprehensus foret, perpetuo carcere  
multaretur: sin extra urbem fuisset, ita ut deprehendi nō  
posset, exilio puniebatur. Pleriq; eorum, qui ante me  
sententiam dixerunt. ] Schema est, quo eleuat auctori-  
tatem eorum qui contra coniuatos dixerant sententias,  
ut scilicet ultimo supplicio afficerentur. Compositē. ]  
ordinatē. Quæ belli scintilla esset, quæ uictis acciderent  
enumerare. ] Nam Cicero. pro L. Flacc. ait: Cum in maxi-  
mis periculis huius urbis atq; imperij grauissimo atq; acer-  
bissimo reipub. casu, socio atq; adiutore consiliorum pe-  
riculorumq; meorum L. Flacco eadem à uobis, coniugi-  
bus, liberis uestris, uastitatem à templis, delubris, urbe,  
Italia depellebam: & infra. Rapi uirgines. ] scilicet  
ad stuprum. ] Matresfamilias. ] autore Boetio libro  
Commentariorum in Topica Ciceronis secundo, tribus mo-  
dis uxor habebatur, uis, farre, coemptione. sed confor-  
reatio solis Pontificibus conueniebat: quæ autem in uiri  
manum coemptione conueniebat, hæc matresfamilias uo-  
cabantur: quæ uero uis uel farre minima: coemptio uero  
certis solemnitatibus peragebatur, ut sese in communican-  
do inuicem interrogarent. uir ita, An sibi mulier mater-  
familias esse uellet: illa respondebat, uelle. item mulier in-  
terrogabat, An sibi paterfamilias esse uellet: ille respon-  
debat, uelle. itaq; mulier in uiri manum conueniebat, &  
uocabantur hæc nuptie per coemptionem: & erat mulier  
materfamilias uiro loco filie. quam solemnitatem in suis  
institutijs Vlpianus ponit: ex sententia uero Gellij, mater-  
familias appellata est ea, quæ in mariti manu mancipioq;  
aut in eius cuius manu mancipioq; esset, quando nō in ma-  
trimonium tantum, sed in familiam quoq; mariti, & in  
sui heredis locum uenisset. Materfamilias non ante dice-  
batur, quam uir eius paterfamilias hoc nomine dictus es-  
set. nec possunt plures hoc nomine in una familia præter  
unam appellari: sed nec uidua, nec quæ sine filijs est, ap-  
pellari potest. Fes. Matrona uero, ut obiter et id dicamus,  
dicta est, quæ in matrimonio cum uiro conuenisset, quoad  
in eo matrimonio maneret, etiamsi sibi liberi nondum na-  
ti fuerent: dictaq; est non à matris nomine adepto iam, sed  
cum spe & omne mox adipiscendo. unde & ipsum ma-  
trimonium dicitur. Gellius. Fes. ait: Matronas appella-  
bant eas ferè, quibus habendi stolis ius erat: & matrona  
magistratibus non submouebantur, ne pulsari conuicta  
riq; uiderentur, neue magis grauide conciterentur. Sed nec ui-  
ri earum, sedentes cum uxoribus in uehiculo, descendere  
cogebantur. Pati. ] supra. Fana. ] Fana à Fano  
no dictum, siue à fano: quod dim Pontifex maximus de-  
dicat, certa uerba facit. Fes. Lilius lib. 10. Decadis. r.  
Inq; ea, inquit, pugna tonis Statonis eadem uotam, ut Ro-  
mulus ante nouerit se sanum tantum, i. locum templo ef-  
fatus tam sacratus fuerat. Varro lib. 5. de Lingua Latina  
ait: Hinc effata dicuntur, quod augures finem auspicio-  
rum celestium extra urbem agris sunt effati, hinc effari  
tēpla dicitur, cū ab auguribus, effantus, qui in his finis sunt,  
hinc fana nominata, quod Pontifices in sacrâ do fati sint  
finē: hinc profanū, quod ante fanū, id est cōiunctū fano,  
hinc profanatum, quod in sacrario pollutum. & infra.

¶ Omnes

¶ Omnes homines. ] Charisij ubi agit de Analogia,  
legit, Omnes homines. Ad odio, uincit, & ira. ] Dif-  
fer ira ab odio. ira enim (ut inquit Cicero Tusculana-  
rum questionum lib. 4.) est libido puniendi eius, qui ui-  
deatur læsisse iniuriarum uerō, ira inueterata. Haud  
facile, & cæ. ] Tantam uim habent amor, iracundia et  
similes animi affectiones ac libidines, ut nisi intendamus  
ita ingenium, ut eas superemus, rem perspicere cum consi-  
lilio & cura non possumus. hinc Aristoteles Rhetor. lib. 2.  
τὸ ἀπὸ γὰρ, inquit, φέρει τὸ φθῆναι τὸν λόγον, ἢ ἐν  
ἀδελφῷ, ἢ πατρὶ, ἢ ἀπὸ ἀδελφῷ, τὸ μὴ μὲν, &c. ἐστὶ γὰρ  
ἀκρίβεια (ut idem lib. 6. Moralium loquitur) ἢ ἀπὸ τῶν ἀπὸ  
Animus. ] ratio. Persæ. ] Persæ siue Persæ uergeti-  
mus, ut placet Lilio (nam sustinuit & Eusebii muneris  
augent) & uultus rex Macedonij, cum inuentus opibus  
regni, & ætate florens hereditarij à patre relicti con-  
tra Romanos bellum moliretur, hostis iudicatus est: & tan-  
dem à Paulo Kenio Romæ ad triumphum ductus, cum res  
gnasset annos undecim, ut leges apud Liu. Decade 4. et 5.  
& apud Florū lib. 2. cap. 12. quadringenti post in libera cu-  
stodia Albe decessit, ut scribitur Paternus in priore Vo-  
lumine, Val. Max. lib. 5. cap. 1. & Orosius lib. 4. cap. 20.  
Plutar. aut in Aemilio diuersas opiniones affert. Rho-  
diorū ciuitas. ] Romani de uictō Antio. ho Syriæ rege Ly-  
ciam et Carij usq; ad Meandrum ante præter Telmessum  
( ut docet L. u. Decadis 3. lib. 7. et 8. ) Rhodys dedere, qui  
tamē postea benef. ij inueniens bello Macedonico 2.  
Perso poius, quam Romanis fauere uisi sunt: ideo cum  
multi censerent, bellū esse inferendam Rhodys, M. Porcius  
Cato plurimū Rhodiorū causam aduocauit: ita tamē respon-  
sum ijs est, ut nec hostes fieret, nec socij permaneret, iusiq;  
sunt ante eorū diem ex Lycia & Caria deducere præse-  
ctos, postea tamen societas cum ijs deprecantibus unctā  
est. Ex Lilio. Cūm sapē Carthaginiens. &c. ]  
Carthaginienses semper fœdij socij fuerunt, unde prouer-  
bium, Punica fides. In pace. ] Vi cum mercatores Ro-  
manos submergebant, quod narat Appianus in Libya  
hist. Per inducias. ] Vi cum onerarius Romanorū na-  
ues post tempore distictæ Carthagine traxerūt, lega-  
tosq; interficere uoluerūt: quib. rebus est non inductariū  
modò fidem, sed etiā ius gentium in legatis Carthaginien-  
ses uoluerūt, Scipio tamē Romanorū imperator, cum illo-  
rum legatos in manibus haberet, dixit: se nihil, nec instituo

tis populi Romani, nec suis moribus indigni in ijs esse fa-  
cturū: eos statim dimisit. Liu. Decadis 3. lib. 10. Nouū  
consiliū. ] Vi coniuati morte multentur, quod pœnae ge-  
nus nouum erat, præter leges Porcium & Sempromian,  
de quibus infra dicitur.  
¶ Qui reges aut qui populi, ira aut misericordia im-  
pulsī, malè cōsuluerūt. ] Manuscripta, Consuluerunt quo-  
modo & latinitatis ratio postulat, nisi si quis & quæ esse  
modi uelit. Sed & codex Badianus eodem modo habet,  
& ceteri uetustiores. Infida atq; aduersa nobis fuit. ]  
In Fabriciano est, Aduersa: quod etiam si leue, non tamen  
prætereundum esse duxi. Sed postquā bello confecto de  
Rhodys consiliū est. ] Fabricianū, Consulatiū est, sed dis-  
sentientibus ferè ceteris. Ne quis diuinarū magis quam  
in iure cause bellū inceptum diceret. ] In improbis qui-  
busdam est, Ceptū. Impunitos eos dimiserunt. ] Ma-  
nuscripta, Dimiserunt. Cum sapē Carthaginiens. & in  
pace & per inducias. ] Perperam est in recentioribus  
alterū Et ommissum non quod illo cum detrimēto sensus,  
sed elegantia orationis tamen. Multa nefaria facino-  
ra fecissent. ] In Messeburgergen est, Nefanda: sed eodem  
sensu. Est & apud Ciceroem, Nefandum scelus. Idem  
alicubi, scelus nefarium facere dixit. Item: Scelerū &  
nefarium facinus. Ne ue magis ira uestra, quam fama  
consulatis. ] In manuscriptoribus atq; alijs antiquioribus, Neue,  
pro neue legitur. Nam si digna pœna pro factis eorum  
reperiretur, nouum consilium approbo. ] Manuscripta,  
Reperitur, indicandi modo, tempore præsentī. Quo qui-  
dem & tempore & modo in statim subsequētib; cō-  
silijs coherentibus uitur: Sin magnitudo sceleris omnium  
ingenia exuperat.  
¶ Neque quisquam omnium libidini simul & usui pa-  
ruit. ] Alibi ita legitur: Neq; hominum quisquam libidini  
simul & usui paruit. Quæ lectio mihi non displicet. Nec  
scire possum, quid uariare uoluerit, quisq; hinc nobis mi-  
per emendauit. Idem paulo post conuenit Eneam Con-  
suluerunt, mutauit in Consuluerunt, præteritum indicatum.  
Nam si digna pœna pro factis eorum reperiretur. Re-  
peritur, habent alij codices in indicatio, quod displicere  
non potest: cum approbo, quod proximè sequitur uerbum,  
eiusdem sit modi. Codex Gothi habebat: Si digna pœna  
pro factis eorum reperiretur, nouum consilium approbo.  
bo. quam lectioem ego non approbo.

R I V.

G L A R.

¶ sceleris

Sed per deos immortales, quò illa oratio pertinuit? an ut uos infestis conuersioni  
faceret? scilicet quem res tanta atque tam atrox non permouit, eum oratio accendet?  
Non ita est. Neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ paræ uidentur: multi cas gra-  
uius æquo habere, sed alijs alia licentia est, P. C. Qui demissi in obscuro uitam agunt,  
si quid iracundia deliquere, pauci sciunt: fama atq; fortuna eorum pares sunt. Qui ma-  
gno imperio præditi, in excessu ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ira  
in maxima fortuna, minima licentia est: neque studere, neque odisse, sed minimè irasci  
debet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas appel-  
latur. Equidem ego sic existimo P. C. omnes cruciatu minores, quam facinoratorū  
esse. Sed plerique mortales postrema meminere, & in hominibus impijs sceleris eo-  
rum oblit, de pœna discerunt, si ea paulo tæuior fuerit. D. Syllanum uirum fortem at-  
que strenuum certè scio quæ dixerit, studio Reip. dixisse: neq; illum in tanta re gratiam  
aut inimiticias exercere, eos mores eamq; modestiam uiri cognoui. Verum sententia  
eius mihi non crudelis (quid enim in talis homines crudele fieri potest?) sed aliena à  
Republ. nostra uidetur. Nam profecto aut metus, aut iniuria te subegit Syllane, con-  
sulem designatum genus pœnæ nouum decernere. De timore autem superuacaneum  
est dis-

Cuique graues  
sue iniuriæ uiden-  
tur.  
Primum argu-  
mentum, à deo  
ro persona: Vos  
qui in imperio  
etiam iniustam  
pœnam tempe-  
rare conuenit,  
ne crudelitas ef-  
fese uideatur, po-  
tius quam pœ-  
na.





moribus, docet Livius his verbis: Inde Lucius Tarquinius regnare cepit, cui Superbo cognomen facta indiderunt, qui focerum gener sepultura prohibuit: Romulum quoque in sepulchrum perijisse dicitur. Dionysius libro quarto, Tarquiniu[m] scribit a Romanis Superbum cognominatum ex insolentia quadam tyrannica, moribusq[ue] superbissimis, hinc superbia dicta. Equidem ego sic existimo, P. C.] Obiectioni enim occurrit. nam aliquis dicere potuisset: Tu igitur Caesar, censet eos parvo supplicio afficiendos esse, ne potius crudeles esse quam iusti uideamur. quod ipse confutat. Equidem ego sic existimo, P. C.] Sciendum est, quod quidam Equidem conuentionem compositam esse existimant ab ego quidem: sed errant, simplex enim est: hoc maxime ex ipsa quoque constructione orationis possumus intelligere. nam Equidem facio, equidem facis, equidem facit dicitur: et potest ad primam et ad secundam et ad tertiam transferri personam. quod minime fieret, si esset compositum ex ego quidem. nemo enim dicit: Ego quidem facis, ego quidem facit: sed, Ego quidem facio, tantummodo ad primam personam. hoc usus auctorum etiam approbat, qui quidem praeposita Ego subiungunt, ut Sallustius in Ca-tilinario: Equidem ego sic existimo, Patres conscripti, si esset enim compositum Equidem ex ego quidem, minime ei Ego subiunxisset. Priscianus. Postrema.] quia homines non de scelere damnatorum, sed de poena differuerunt. In hominibus iniquis. Id est sceleratis, qui arma contra patriam ferre uoluerunt. nam impius dicitur in eos, in patriam et in parentes. impius est auctor Cicero in 3. Tusculana, qui in parentes, uultu nihil, in uero, acerbo, importuno est, quamuis eos neque dicto, neque factu illo ledat, si impius est: qui uero parentes pulsas aut necat, impius maxime est. Decium Syllanum uirum fortem atq[ue] strenuum.] cum enim D. Syllanus primus sententiam rogans de poena, differuisset, et eos supremo supplicio efficiendos censuisset: ipsum sibi beneuolum facere conatur, laudans eum a fortitudine et strenuitate. Fortem.] ad animum. Strenuus.] ad corpus. Studio Reipubli.] amore reipubli. In tanta re.] hoc est, in re tanti momenti. Bos mores.] tales mores. Bonaq[ue] modestiam.] talem modestiam uiri cognoui, qui nihil gratiae aut immicitiarum causa dixerit. Quid enim in tales homines crudele fieri potest.] quasi dicat: nihil est parentibus. Nam profecto.] Superius enim dixit: Hanc neque odio, neque gratia motum sententiam dixisse, ut exiremo supplicio afficerentur: nunc uero ait, ipsum metu uel iniuria coactum decreuisse, ut capite punirentur. iniuria.] scilicet quam reipubli. facere decreuerat. Subegit.] coegit. Nouit.] inuitatum. De timore.] neq[ue] enim erat quod timeret, cum ea sit diligentia consulit, ut magna contra a horum impetum praesidia pararet. Superuacaneum.] superfluum quia non est timendum. Diligentissimi uiri confidis.]

Sed per deos immortales, quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius uerberibus in eos animaduertetur? An quia lex Porcia uetat, ac aliae leges? Item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exilium permitti iubent. An quia grauius est uerberari quam necari? Quid aut acerbum, aut nimis graue est in homines tanti facinoris conuictos? Sin quia leuius est, qui conuenit in minore negotio legem timere, cum eam in maiore neglexeris? Atenim quis reprehendet quod in paricidas Reip. decretum erit? tempus, dies, fortuna: cuius libido gentibus moderatur. Illis merito accidit quicquid

Benevolentia captat ab auditore, hoc est a Cicerone, quae praesantissimum fuisse dicit in defendenda repub. Viri.] Cic. consulis. Tanta sint praesidia in armis.] i. tot milites in armis sint. De poena possum equidem dicere.] A conditione poenae arguit q. d. Quod hoc genere poenae uti noluit, non conuictorum causa, sed reip. causa uoluit. In libitu, et miseris mortem, et unanimum requiem, non cruciatum esse.] Ci. in 4. Inue. Alter, inquit, de Caesare loquens, intelligit mortem a dijs immortalibus, non esse supplicij causa constitutam: sed aut necessitatem naturae, aut laborum, ac miseriarum quietem esse: ita eam sapientes nunquam in uita fortes, etiam sepe libenter appetuerunt, eam cuncta mortalium mala dissoluere. et infra. Ultra neque curae neq[ue] gaudij loci esse.] Impia est haec Caesari sententia. Significat enim, animum interire cum corpore: et ut corporis, ita animi sensum morte eripi. in eadem sententia est Cicero, in oratione pro Cluentio, inquit enim: Nam nunc quidem, quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte inepijis ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos quam hic reliquos: et sociis, ab uxoribus, a fratribus, a liberorum poenis actum esse precipitem in sceleratorum sedem atq[ue] regionem, quae si falsa sunt, id quod omnes intellegunt, quid ei tandem aliud mors eripuit, praeter sensum doloris? Sed id Cicerone dixisse arbitror, ut causa inferri uiret, cum aliter in Laelio, et in prima Tusculana tradat.

In libitu.] Plautus in Rudente: Neq[ue] est melius morte in malis rebus miseris. *ἡδονὴν γὰρ αἰσῶν ἐστὶν, ἢ τὰ ἀνάγκας ἰσχυρὰ πόνον ἡδονῆς*, inquit Aeschylus. Ultra neq[ue] curae neque gaudij locum esse.] Epicuroorum opinio. Credebant enim cum corporibus simul animos interire, et omnia morte delerunt apud Ciceronem et Lucretium legimus.

An ut uos in seipso conuictos faceretis? Manscripta, An uti uos quomodo et ex improbis quaedam. Scilicet quem res tanta atq[ue] tam atrox non permouit, cum oratio accenderet? In utuillis, Accendit: quomodo et Badianum exemplar. Quoddam est manuscripti, Accendat ut *ἀκρωτὶον* ponatur, seu modo potentiali, ut uocant. pro, Accendere possit. Sed alijs alia licentia.] Manuscriptum, Alia alijs. Hoc quidem nimis quam leue. Omnes cruciatus.] Legendum, Omnes: quomodo et alias se est. D. Syllanum uirum fortem atq[ue] strenuum certe scio, quae dixerit, studio Reip. dixisse.] Volumen Fabricianum, Certo scio quomodo et Cicero ipse loquitur. Nam is est Certo scio uerit, quoties quid sine dubio sine se significat. Verum sententia eius non uidetur mihi crudelis: quid enim in tales homines crudele fieri potest? sed aliena a rep. nostris uidetur.] Manuscripta, Verum sententia eius mihi non crudelis, omisso uerbo illo Videtur: id quod breuitati Sallustiana magis conuenit, nam postea id uidetur sequitur.

quid euenerit. Ceterum uos, P. C. quid in alios statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex bonis iniitijs orta sunt. Sed ubi imperium ad ignauos ciues, aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedaemonij denicis Atheniensibus triginta uiros imponere, qui Rempublicorum tractarent. Hi primo capere pessimum quemq[ue] et omnibus iniuimus in-demnatum necare. Ea populum laetari, & merito dicere fieri. Post ubi paulatim licentia creuit, iuxta bonos et malos libidine interficere, ceteros metu terrere. Ita ciuitas leti-tute oppressa, stultae laetiae graues poenas dedit.

A consequentia  
bms.  
Ab exemplo.

Aliud exempli.

VALL.

Ut prius uerberibus.] ut prius ipsi uerberibus ce-derent, deinde caesi necarentur. Animaduertetur in eos.] ut prius punirentur, nam animaduertere in alium, est punire aliquem. An.] non addidisti. Lex Porcia: lex quam Portius Cato iulerat, ne liceat ciuem Romanum uerberibus caedi. An non addidisti, ut cederent uerberibus. In homines.] contra homines. Sin.] pro, sed si non addidisti ut uerbererentur prius. In minore negotio: seruasti legem in hoc, quod censuisti ciues Romanos non esse uerberibus cadendos: sed fecisti contra legem, quod censuisti esse necandos: quod contra leges est. In minori negotio.] si in uerberando. In maiori, si in necando. Parricidas.] in eos qui rempublicam perdere uoluerunt. Tempus reprehendet. Item significat statum temporis. Fortuna.] casus: quia aliquis incidit casus, in quo hoc reprehendi poterit. Dies.] cum foemini generis est, significat longitudinem temporis. Libido.] uoluntas. Moderatur libido gentibus.] id est gentes regit et gubernat. Illis.] si conuictis. Quid in alios.] Bonum est, supplicium ex conuictis sumere: sed cauendum, ne malum exemplum inde oriatur. Ignaros.] legum et iudiciorum. Nimis bonos.] non bonos. Nouum exemplum.] quod contra leges actum fuerit. Lacedaemonij.] Superius narrauit, quomodo Caesar ad confirmationem suae orationis uenerit: nunc dicit, omnia mala ex bonis principijs uenisse. Hoc idem cauendum esse tunc temporis dicit: ut si consul damnatos necauerit ciues, ad exempla huiusmodi rei, cum imperium ad malos perueniret, ciues bonos et reipublicae amantissimos uidebunt necari pro arbitrio suo. Lacedaemonij.] Nunc uero exemplum ponit eius quod supra dixerat: uidelicet a bonis iniitijs mala exempla semper profecta fuisse. Deuictis Atheniensibus.] Diu bellum fuit inter Athenienses et Lacedaemonios, et magna clades ultra citroq[ue] accepta sunt: tandem Lacedaemonij superauerunt Athenienses, quibus deuictis, triginta praetores creati, qui reipub. administrationem haberent: qui postea in totidem tyrannos uersi sunt. Tractarent.] si triginta uiri. Omnibus iniuimus.] qui odio totius ciuitatis erant persequendus. Indemnatum.] i. indicta causa, antequam causa dictio daretur: et ille indemnatus dicebatur. Ea.] scilicet re, quod pessimi ciues et iniusti omnes tollerent. Paulatim sensum.] Licentia.] id est, qui firmato imperio iam sibi omnia licere intellexerunt. Iuxta bonos et malos.] i. sine discrimine bonos et malos interficiebant. Iuxta.] aequaliter. Libidinosi.] pro libidine et uoluntate sua, nam libido uoluntas dicitur. Ciuitas.] Lacedaemoniorum. Oppressa seruauit.] hoc est subiecta et obnoxia his triginta praetoribus. Stultae laetiae.] quia stultae laetiae fuerat, perpeffa est poena.

Antiquitas enim ciues solebant uerberari, non necari. Animaduertetur.] i. puniretur. Animaduertere pro punire ponitur: quia in animo quantitas poenae pro qualitate culpa prius uertitur, et dydicatur ab eo. Cicero de uerberibus tacuisti, quia lex Porcia uetat ciuem, si uerberibus periri, sed Cicero quia tacuisti, male fecisti: quia unam legem obseruando, multis offendisti, quae prohibent ciuem necari, et hoc est. At aliae leges.] Porcia lex uerberari uetat: at aliae iubent. Item.] id est, similiter sicut illa uetat, tu quidem de uerberibus tacuisti, ergo uel quia grauius uerberari quam necari, uel quia leuius: sed quia grauius est, tacuisti, male fecisti: quia nihil grauius in eos fieri potest. Et si quia leuius tacuisti, male fecisti: quia in minori et leuiori, si in poena uerberum legem Porciam offendere tenuisti, in maiori uerbo et grauiori, si in morte, alias leges offendere non tenuisti: sed quomodo hoc conuenit? et hoc est. Sin.] i. sed si, quia leuius est, tacuisti quid, i. quomodo conuenit, id est conueniens est, in minore, et c. Superius dixerat, quod grauius puniretur, si de poena apud posteros ageretur. Modo aut ipse querit, quid sibi posset obijci, dicit: At enim certe, quis reprehendet, et c. Tempus.] Responso est. quasi dicat: Et si nullus modo reprehendat, tamen aliud tempus erit, et alius dies, in quo poterit reprehendi. Et fortuna.] reprehendit. Cuius libido.] id est uoluntas. Moderatur gentibus.] q. d. Per fortunam poterit contingere, quod in eos qui ita indicant, et in suos poterit cui parafundi. Nec id eo dico, ut illos defendam: quia illis merito accidit, quicquid mali euenierit. Ceterum.] id est sed: finem considerare debetis, et benequiae omnia scilicet mala extra bona habuerunt principia: et hoc modo non est timendum, sed alio tempore. et hoc est. Sed ubi imperium, et c. Nouum exemplum, interficiendi ciues: a dignis et idoneis imperantibus, qui nunc iubent. Ad indignos et non idoneos imperatorum, qui tunc iubebunt, at haec non est sententia auctoritas, sed haec dignos et idoneos puniri ab indignis et non idoneis, qui scilicet puniri non meruerunt. et quod mala extra ex bonis rebus orta sunt, probat tam per Graecos quam per Latinos: et primo tuis exemplificat de Graecis, dicens i Lacedaemonij, et c. Indemnatum.] i. sententiae damnatione et iudicio. Iuxta.] i. aequaliter. Libidinosi.] i. ad libitum suum.

Sed per deos immortales.] quaeq[ue] suppleo Syllanum cur non addidisti: in, id est ad sententiam tuam, supple ui, id est ut animaduertetur, id est, ultio fieret prius quam ultimum supplicium sumeretur in eos, scilicet conuictos: an quia lex Porcia uetat, aut aliae leges uetant, supple in ciues taliter animaduertere. Lex, supple Porcia et aliae leges iubent: item, id est consimiliter animam, id est, uitam non eripit ciuibus condemnatis: sed iubent exilium permitti. An, supple ideo non addidisti de uerberibus, cum decerneres de supplicio et quia

OMNIB.

Sed per deos immortales, cur de uerberibus tacu-

quia grauius est uerberari, i. flagellari quam necari, id est occidi. Q. d. Certum est quod grauius sit occidi, non tamè iniquum, unde addit: Quid autem est acerbum, aut nimis graue: in, id est contra homines conuictos tanti sceleris, id est in tanto scelere deprehensos. Q. d. nihil. Sin, id est sed si: ideo non fecisti mentionem de uerberibus, quia leuius est: quid conuenit timere legem, quæ uetat & uerberari & occidi eum: in negotio minore, scilicet in flagellatione: cum neglexeris eam, scilicet legem in maiore, supple in gocio. uidehæc in ultimo supplicio. Q. d. Quia lex uirumq; uetat, cur potius grauius contra legem decreuisti quam leuius. At enim. Q. d. non debetis prætermittere. Nam quis reprehendet quod erit decretum in, id est contra parvicidus reipub. Quasi dicat, nemo. Tempus, scilicet edax rerum: quia in tempore omnia sentiscunt & labascunt: & dies, id est tempestus mala & fortuna, id est ali quis fortuitus euentus, ut egritudine: cuius scilicet fortuitus ne libido, id est temeraria uoluntas moderatur, id est moderatorem imponit gentibus, gubernans eas modo suo, id est pro libito. accidit illis, scilicet coniuuatis: merito, id est pro merito: quicquid, scilicet mali euenit. Cæterum, id est sed, in super uos Patres conscripti considerate, id est at tendite, quid constitutis in alios. Omnia exempla mala, id est que malum habuerunt exitum: orta sunt ex rebus bonis, id est probatis & laudatis in principio. Sed ubi, id est quibus fortunis imperiis, scilicet a sapientibus & bonis institutum: peruenit ad ignaros aut minus bonos: illud nouum exemplum, scilicet in statu ab optimis & transferitur a dignis & idoneis ad indignos, & non idoneos: qui non idem æque feliciter faciunt. Quasi dicat: Eos qui noua exempla capiunt, non tantum proficere debere, quod ipsi aut sua similes possint, sed etiam quid deteriores qui in re publica fatiunt. quod probat inductione quadam, dicens: Lacedæmonij, id est Spartani seu Lacones, ex sparta & Lacedæmonie: qui dici possunt populi sapientes, deuictis Atheniensibus, id est postquam deuicerant Athenienses post longa bella: inoposuerunt, scilicet Athenis: triginta uiros, qui tractarent illic rempublicam. Hi, scilicet triginta uiri cæpere, id est in cæperunt primum, id est quom primum essent impossiti: necare, id est occidere: pessimum quemq; id est omnem hominem ualde malum, & iniustum omnibus indematum, id est sine condemnatione in foro iudiciali habitus, quasi ex arbitrio aut libidine. Populus letari, id est letabatur ea lege: & dicere, id est dicebat fieri merito, scilicet occasione. Post, id est postmodum, ubi licentia creata paulatim cæpere interficere: iuxta, id est indifferenter, sine discrimine bonos & malos: libidinosè, id est ex libidine, quia tyranni effecti sunt: & tenere, p. p. cæperunt, aut tenebant cæteros metu. Ita ciuitas, scilicet Athenarum (interpres intelligit de Lacedæmonie: sed non procedit, ut uictores sue ciuitati retores imponerent. Præterea notum est, xxx. tyrannos Athenis simul reguisse) oppressa seruitute, scilicet illorum triginta tyrannorum dedit graues penas læticia stultæ, id est imprudenter acceptæ de occasione, quamuis malorum sine condemnatione.

I. BON.

Hi cæpere pessimum quemq; & omnibus iniustum, indematum necare. Ea lege populus letari. ] lege, di Etio expungenda, tum ex antiquo codice, tum maxime sensu. Nulla enim legis hic facta est mentio. Ad hoc, Ea accu satus est: quod etiam Prisciano autore aduertimus, hic locum citante.

ZANC.

An quia lex Porcia, aut alie leges. ] Romani enim

ueteres, morem Græciæ imitati, uerberibus animaduertebant in ciues, qui de condemnationis summum supplicium sumebant: postea lata lex Porcia est, quæ graui poena sanxit, si quis uerberasset necessite ciuem Romanum, ut Liuius lib. 10. scribit. Lex Porcia libertatem ciuium letiori eripuit. uirg. enim ab omnium ciuium Romano rum corpore amouit, ut ait Cic. pro C. Rabirio perduellionis reo. C. quæq; Græchus legem tulit, ne de capite ciuium Rom. iniussu pop. Rom. iudicaretur, ut in eadè oratione scribit. Idem in actione 7. in Verrem: Cædebatur uirg in medio foro Messane ciuis Roman. iudices, cum interea nullo gemius, nulla uox alia illius miseri inter dolorem crepitumq; plagarum audiebatur, nisi hæc, Ciuis Roman. sum, hæc se commemorare ciuitatis omnia uerba depulsum, cruciatum à corpore deiecerunt arbitratur: is non modò hoc non perfecit, ut uirgarum uim deprecaretur: sed cum imploraret sapient, uirparetq; nomen Ciuitatis, crux (inquam) inualicæ & erumoso, qui nunquam istam potestatem uiderat, comparatur. ò nomen dulce libertatis, ò ius eximium nostræ ciuitatis, ò lex Porcia, legesq; Semproniar. & infra. An. ] scilicet addidisti. Verberari. ] uirg. cædi. In homines. ] contra homines. Sin. ] pro sedi: si non addidisti, ut uirg. cæderentur prius. Qui. ] pro quomodo. In minori negotio. ] nam si seruasti legem, in hoc quod censuisti ciues Romanos non esse cædendos: contra leges postea fecisti, quia censuisti necandos esse: id quod omnino leges prohibent. In minori negotio. ] scilicet uerberando. In maiori. ] scilicet necando. In paricidas Reip. ] in eos qui temp. prætere uoluerunt. Tempus. ] id est temporis cõditio. fieri enim potest, ut aliquid uno tempore & impreberetur, non alio. Dies. ] longitudo temporis. nam dies fortinimum genere tempus significat, ut alibi scripsimus. Fortuna. ] casus aliquis. Cuius. ] scilicet fortune. Libido. ] uoluntas. Gæibus moderatur. ] gentes regit & gubernat. Mltis. ] scilicet cõu ratis. Quid in alios statutus, considerate. ] quasi dicat: Bonum est de coniuuatis supplicium sumere: sed prouidentia est, ne malum exemplum inde oriatur. Omnia mala exempla. ] Arguit à consequentibus fieri enim potest, ut aliquis bonus aliquem improbum supplicio afficiat, & ex Reipub. utilitate: deinde subsequatur alius qui ita aut alia quadam causa cõmotus, ciues perdat exemplo illius boni ciuis. Ignaros. ] scilicet legu & iudicioru. Minus. ] non. Lacedæmonij. ] deuictis Atheniensibus triginta uiros inoposuerunt, qui Reip. eoru tractarent: cum multu diuq; certatum fuisset inter Lacedæmonios & Athenienses, ac magnis cladibus utroq; afflcti essent, tan dè Lacedæmonij superatis Atheniensibus triginta prætores inoposuerunt, ut Reip. administratione haberet: qui de mui in totidè tyrannos uerfi, Thrasibuli opera expulsi sunt. hanc historiam diffuse scribit Iustinus & Amilius Probus in Thrasibuli uita, Plutarch. in Alcibiadis uita inuicem & Valerius Maxim. lib. 4. cap. 1. Omnib. iniustum. ] i. e. qui toti ciuitati odio erat. Indematum. ] in dicitur causa, nõ iudicio cõdantur. Ea. ] scilicet re, quod pessimi ciues et omnib. iniusti è medio tollerentur. Post ubi. ] postquã. Licetia creuit. ] id est imperium firmatum, & iã sibi omnia licere intellexerunt. Iuxta. ] aequaliter. Bonos & malos. ] i. sine discrimine, quos uolebat, supplicio afficiebat. Libidinosè. ] pro uoluntate sua. Demosthenes quoq; in sedere Alexandri mala tyrani scribit:

CAST.

An quia lex Porcia uetat, aut alie leges? Item condemnatis ciuibus non animam eripi. ] Legendum ex anti quis, An quia lex Porcia uetat? At alie leges item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exilium nemitti iubent. Sic & manuscripta habent, & sensus ipse postulat: modò & sequentia spectes, & locum accuratè totum excutias. Qui conuenit in minori negotio legem timere, cum eam in maiori neglexeris. ] In manuscriptis ceterisq; uetustioribus est, Minore, maiore. id rectius esse putato. Quod in Merseburgensi Obseruare legitur, ubi nos Timere, librarij mendum esse suspicor. At enim quis reprehendet, id quod in paricidus reip. decretum erit? In nonnullis est, Reprehendat. idq; melius, ut mihi uideatur, pro, Reprehendere possit. Perperam in Badiano, At tu dices, Quis reprehendet. Dices in spacio forsan, quod uersus dirimit, adscripsit quibusdam. id postea irripit in contextum, incuria (ni fallor) librarij. Legendum igitur ita uti hodie serè est in exemplaribus: ut sit hypophora, cui mox idem per antipophoram: Tempus, dies, fortuna, cuius libido gentibus moderatur. Sed ubi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos peruenit. ] Ciues, non reperi in uetustis. In Fabriciano est, Ad ignaros ciues, id est imperij, nam hoc supra scriptum erat in spacio ipso quod uersus dirimit. Qui temp. eorum tractarent. ] Sic & manuscriptum uolumen. in impressis uetustioribus, non est Eorum. ac omitti citra detrimendum sensus potest. Ea populus letari, & merito dicere fieri. ] Merseburgense, Ea re populus letari. sed perperam. nam nec aliter Priscianus citat quam habet uulgata lectio. Quamuis non ignorem, nihil mutare ausim. Stultæ læticia graues penas dedit. ] Manuscriptum, Graues.

B

Aut alie leges? item condemnatis ciuibus non animam. ] Hoc loco & incerta distinctio est, & quid hæc uerba sibi uelint, minus certum: tum quid ad hanc argumentationem faciant, haud equidem scio. Lector ipse iudicet. Quidam putant, Aut alie leges, interrogatiue legendum: ac deinde inferendum, item condemnatis ciuibus, &c. Quod rursum de lege Porcia intelligi uolunt, & de alijs itè legibus. Statim post: Quid aut acerbum, aut nimis graue est in homines tanti facinoris conuictos? Adhuc codex bis Aut legit, aut acerbum, aut nimis graue: & Conuictos, pro Conuictos: quorum neutrum mihi placet. Certe Gorbis nostri codex habet, Conuictos non, Conuictos.

R. I. V.

GL. A. R.

Occupatio.

A' maiorum exemplo. Vide Liuii & Valer. Max.

Nostra memoria uictor Sylla cum Damasippum & alios eiusmodi qui malo Reipub. creuerant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat? homines scelestos & factiosos, qui seditionibus Reipub. exagitauerant, meritò necatos aiebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Nam uti quisque aut domum, aut uillam, postremò uas, aut uestimentum aliquid concupiuerat, dabat operam ut is in proscriptionum numero esset. Ita illi quibus Damasippi mors læticia fuerat, paulo post ipsi trahebantur: neque prius finis iugulandi fuit, quam Sylla omnes suos diuitijs expleuit. Atq; ego hoc non in M. Tullio, neq; his temporibus uereor. Sed in magna ciuitate multa & uaria ingenia pro uero credi. Vbi hoc exemplo per Senatus decretum gladiu Consul duxerit, quis illi finem statuet? aut quis moderabitur? Maiores nostri, P. C. neque consilij, neque audaciae unquam eguere: neque illis superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modò proba erant, imitarentur, Arma atque tela militaria à Samnitibus, insignia magi stratum

stratum à Tuscis pleraque sumperunt. Postremò quod ubique apud socios aut hostes idoneum uidebatur, cum summe studio domi exequebantur. Imitari, quam inuidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore Græciæ morem imitati, uerberibus animaduerebant in ciues, de condemnatis summum supplicium sumebant. Postquã Respub. adoleuit, & multitudine ciuium factiones ualuerit, circumueniri innocentes, alia huiusmodi fieri cœpere: tunc lex Porcia, aliæq; leges paratæ sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. Hanc ego causam P. C. quo minus nouum consiliũ capiamus, in primis magnam puto. Profectò uirtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecerit, quam in nobis, qui ea bene parua uix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? Minimè. sed ita censeo, publicandas eorum pecunias, ipsos in uinculis per municipia habendos, quæ maxime opibus ualent: neu quis de his postea ad Senatũ referat, ne ue cum populo agat. Qui aliter fecerit, Senatũ exilium eum contra Rempublicam & salutem omnium futurum.

Peroratio.  
Occupatio.

VALL.

¶ Nostra memoria. ] Nunc probat exemplis domesticis, quod superius proposuit. Nota est discordia pop. Rom. quæ fuit inter Syllam & Marium, qui fauore prædictorum ciuium factus est consul, & Syllam cum suis complibus ex urbe pepulit. Et huius Marij partes fouebat Damaspippus quidam Romanus ciuis perditus, sed postquam Sylla recuperatis uiribus in urbem redijt, hunc Damaspippum & alios seditionis ciues interfici iussit. & hæc omnia pop. Rom. laudabat; sed, &c. Quis non factum, &c. quasi dicat, laudabant omnes. Nostra memoria: nostra ætate, quod meminisse possumus. Et alios huiusmodi. ] Seditionis, qui secuti fuerant Marij partes. Seculæstos; sceleratos & factiosos, qui conspirauerat in rempub. factio est malorum conspiratio. Seditionibus: discordiis. Exagitauerant: turbauerant. Magnæ claudis initium: nam à seditionis & perditis ciuibus ad bonos & reipub. amantissimos uel studiosos Sylla transtulit. Dabat operã. ] s. Sylla. Ut is. ] Rom. ciuis, qui possederat aut domum aut uillam, aut uas aut uestimentum. In numero proscriporũ. ] Proscripsi ciues erant hi, qui cum nomina eorum in foro exposita essent, interfici poterant à quocunq;. Illi quibus mors Damaspippi, &c. ] id est qui morte Damaspippi letati fuerant, eadẽ morte paulo post ipsi peribant. Prius finis iugulandi. ] non prius factus est modus ciuium interficiendorum, quam omnes Syllani milites sunt locupletati. Repleuit. ] replere est plus quam satiare. Atq; ego hæc non in Marco. ] Respondet Cæsar obiectioni, quia (dicere posset aliquis) sub eo consule res geritur, nihil tale uerendum sit. confirmat illud Cæsar: Sed certe poterit esse prospiciendum. Multa & uaria ingenia: cum diuersorum ingeniorum natura sint homines in urbe Roma. Vbi hoc exemplo. ] quod M. T. Cicero gladio ciues necaret contra legem, etiam si seditionis fuerint, per decretum senatus: quia decreto senatus hoc sibi commissum fuerat. Eduxerit: perstrinxerit. Statuet finem. ] Quis modis imponere poterit perditio ciui, qui ad imperiũ peruenit. Quis moderabitur: quis ciuis gubernabit uim & potestatem eius cõsulis, hominis perditio? Maiores nostri. ] Pergit Cæsar suam orationem expedire: ubi probare intendit, non esse nouum consilium de integro faciendum, uidelicet ut inuisitata supplicia sumantur de noxijs: & probat consuetudine maiorum, dicit enim: Maiores nostri quum hanc rempub. constituerit. Neq; consilij: & propterea si hoc uiderit reipub. utile esse illud constituerit. Neq; illis superbia obstabat, quo minus. ] non hac superbia atq; arrogãtia inducti sunt maio-

res nostri, quod aliena cõstituta spernerent, si modo probauissent. Quominus, id est ut non. Probat: optima. Arma atq; tela. ] probat illud exemplis. A Samnitibus: eodem genere armorũ utebantur Romani, quo Samnites. Pleraq; insignia à Tuscis: uidelicet scillam curulem, littores, diodecimq; fascies. Vbi, id est in quocunq; loco. Idoneum: aptum ad conseruationem reipublice, seu socij seu hostis id institutum habuissent, illi continuo sumebant, si modo dignum imitatione usum fuisset. Studio: diligentia. Imitari, s. bonos. Bonis: illis. Malebant. ] magis uolebant. Eodem illo tempore: quo supra memorata sumperunt ab alijs. Animaduerebant in ciues, id est puniebant ciues uirgis tantummodo, non capitali pena. Condemnatis: capitali crimine. Summum supplicium: quod erat, ut uirgis caderentur. Factiones: conspirationes malorum. Cœpere circumuenire. ] id est fraude opprimere, quia circumuenire est, fraude & dolis aliquem accipere. Innocentes: id est bonos, qui nullo crimine erant damnandi. Tunc lex Porcia: quia improbi ciues plerumq; puniebant bonum contra ius & fas. Quibus exiliũ. ] Ergo prohibiti est ciues Rom. uirgis cædi, & multo magis scuri. In primis. ] præcipue, potissimum. Quo minus. ] ut non. Nouum consilium: uidelicet ne tubæ coniuatores, qui ciues sunt, necari. Hanc causam. ] uidelicet quia in potestate erat perniciosi ciues, animaduerebant in bonos ciues. Profectò uirtus. ] Alia ratio est. In illis: iunioribus. Qui ex paruis: nam cum nihil præter menta Romana haberent, quæ Romulus condidit, imperium totius orbis terrarũ pepererunt. Bene paria: bene acquisita, bene comparata. Placet: dicit aliquis, placet tibi, o ludi Cæsar, &c. Minimè: pro, non placet hoc. Pecunias: pro omnibus bonis accipit, quia in pecunijs omnũ substantia fuit apud maiores. In uinculis: in compedijs esse tenendos. Per municipia: per ciuitates, qui in ciuitatem Romanam acceptæ sunt. Ne referat nullam relationem faciat de his coniuatoribus in senatu. Agat cum populo. ] Pulchram posuit differentiam inter referre in Senatu, & cõ populo agere. nam referatur in senatu tunc, cum proponitur aliquid deliberandum: senatus agitur cum populo tunc, cum aliquid proponitur populo. Aliter uidelicet qui in senatu retulerit, uel cum populo egerit.

¶ Nostra memoria, &c. ] Postquam exemplis cauit de Græcis, exemplificat de Latinis: ne uideatur uetus sita abolita. Nostra memoria: quasi dicat in nostro tempore, quod bene possumus memorare. Sylla uictor. ] scilicet

A scilicet Marij. Damaspippum. ] illum crudelissimum et alios. Qui creuerat Republica malo. ] i. ex malo reip. uel malo, i. ad mali reip. Sed ea res. ] ita ipsi letabantur: sed potius erat tristandum, quia ea res, &c. Et uerè fuit initium cladis. Nam uti. ] i. scilicet. Quisq;. ] s. Syllanus. Concupierat domum, &c. dabat operam, id est intentionem suam, ad hæc, ut is cuius rem concupierat, esset in numero proscriporum, id est ut proscriberetur & damnaretur. Maiores nostri, &c. ] Cæsar uidens se patres C. rationibus suis ad misericordiam non posse compellere, nititur eos ad legum obseruantiam coercere, paulatim autem accedit ad id, dicens: Maiores nostros audaciores et prudentiores fuisse modernis, qui tam hostibus quam à socijs bona exempla assumebant: qui etiam à Græcis leges, quæ ciues uerberari iubebant, assumpserant. Postea inuenta est lex Porcia, quæ ciues uerberari prohibuit. Deinde data sunt alia leges, quæ condemnatis permittunt (& ad hoc tendit tota eius oratio) ut in exilium mitterentur. & hoc est, Maiores nostri, &c. Minus. ] i. non. Si modo. ] si tantummodo. q. d. Quænam illi prudentissimi alios imitari sunt, multo magis nos minus prudentes eos imitari debemus. & quod antiqui quos imitentur, ostendit dicens: Arma, &c. Domi. ] i. Romæ. & non solum instituta aliorum imitati sunt in armis & insignibus magistratuum, sed etiam Græcos imitati sunt in legibus. & hoc est, Sed eodem tempore, &c. Animaduerebant. ] i. iudicabant summum supplicium, id est mortem uel summum supplicium, i. uerbera. Damnatis permissum est exilium: quibus legibus uidetis, ita quod hanc causam tunc magis in primis, i. inter prima: Quo minus, i. ut non capiamus, Modum, consilium, s. interficiendi ciues: sed quod per leges permissum est faciamus. Profectò uirtus, &c. ] Laudat iterum uirtutem maiorum, ut tanto magis digni imitatio ne uideantur. Placet igitur. ] quod sibi posset obijci, ipse sibi obijci, dicens: Placet igitur, &c. Sed ita censeo. ] Ecce Cæsaris sententia. Per municipia. ] i. per oppida, quæ maxime ualent opibus, i. copijs præsidiorũ, militum, & aliarum rerum: ne in debilibus ponantur, ins de eripiantur, & ad senatum referantur. Neue cum populo agat, i. litiget quærens, cur populus eos uitam debilibus locis posuisset: qui aliter fecerit quam ego iudicauerim, sciat senatus, &c.

BAD.

¶ Nostra memoria. ] Afferit exemplum ex historia Romana dicens: Sylla uictor nostra memoria, id est cuius rei memores esse possumus: cum iussit Damaspippum, ciuem illum perditum: & alios huiusmodi, id est perditos & nullius precij homines: qui creuerant, id est diuitijs aucti fuerant: malo, id est ex malo reip. iugulari, id est inciso iugulo occidit: quis non laudabat? quasi dicat, nullus: et ita unusquisq; laudabat factũ eius, scilicet Syllæ, qui sic malos deleuerat: aiebant, scilicet omnes homines sceleratos & factiosos: qui exagitauerant, id est conturbauerant rempub. seditionibus: necatos, supple esse merito, id est ex demerito eorum: sed ea res fuit initium magnæ cladis, quam Sylla intulit, postea proscribens optimum quenque. Nam uti, id est secundum quod quisque, scilicet Syllanorum militum: concupierat, aut domum, scilicet in urbe: aut uillam, id est domum in agro. Postremò aut uas aut uestimentum alicuius ipse cupiens, dabat operam, ut is, scilicet cuius rem concupierat: esset in numero proscriporum, & ita illi quibus mors Damaspippi, perissimè il-

lus uiri: fuerat leticia, id est ad leticiam: paulo post ipsi, hoc est ipsimet traherentur, scilicet ad supplicium: neq; finis iugulandi fuit, priusquam Sylla expleuit, id est emperuerit: usque ad iustitiam, si qua fieri posset, impleuit: omnes suos, scilicet milites. Atque, aut potius At neque: ut sit, At ego neq; uerbor hæc, id est cõsimilia fieri in M. Tullo, scilicet Cicero: neq; his temporibus, id est Non uereor quod Marcus Cicero, si facta fuerit ei potestas plelendi fontes, nouo supplicio etiam in fontes, sic plelere uelit, quasi dicat: Non ideo id dico, sed multa & uaria ingenia sunt in magna ciuitate: ut erat Roma. & potest alio tempore, alio consule, scilicet existente: cui scilicet consuli sit item, id est cõsimiliter, ut nunc est Cicero: exercitus in manu, id est in potestate: aliquid falsum, id est fictum & machinatum ab eo in bonos ciues: credi pro uero, id est tanquam esset uerum. Vbi consul, scilicet quiuis eduxerit gladium, scilicet semel in deprehensio, per decretum senatus: i. qui statuit illi sine m, aut quis modera bitur, quasi dicat: nemo, si renuerit: qua summam auctoritatem habuerit. O patres conscripti, maiores nostri, id est qui nos præcesserunt, & unde originem trahimus, neque eguere unquam, quia semper absconditæ consilij, ad consultandum: neque audacia, ad faciendum. nam ( ut in Prologo patuit) Priusquam incipis consilio, & ubi confulueris, mature opus factio. neq; superbia obstabat illis, quo minus, i. ut non imitarentur instituta aliena, i. mores alienos. nam & leges ab alijs acceptantur patet de Origine uirũ: si modo, id est dimmodo. Illa instituta erant proba, i. probanda. Ipsi sumperunt arma atque tela militaria à Samnitibus: & insignia magistratuum pleraq;, i. plurima sumperunt à Thyrcis, i. Hetruscis, uidelicet scilam curulem, quæ erat eburnea, & sceptrum habens in capite aquilam: tunicam purpuream cui signis aureis, armũ Eũ purpureum uarium, qualem Lydorum Persarumq; reges ferebat; sed figura semicirculari, cum Persis esset quadrangulari: item xij. securæ cum fascibus, quæ ornamenti dicuntur à Dionysio Halicarnasso ad Tarquinium delata ab Etruscis, ab eo deuictis bello nouemali. Cuius opinionem hic Cæsar approbat, cum sint qui dicant Romanulum licetores cum fascibus habuisse. Postremò, id est ut tandem uno uerbo dicam, Romani exequabantur domi cum studio summo: id quod ubique, id est ubicunq; esset idoneum, id est dignũ quod ab eis sumeretur: apud socios aut hostes, i. sine inueniret illud apud socios, sine apud hostes: quia ipsi malebant, i. magis uolebant imitari, s. bonos ut assequi possent: quam inuidere, ut faciunt qui assequi nequeunt. Sed maiores nostri imitati illo eodem tempore morem Græciæ. Nam & leges à Græcis sumperunt: animaduerebant in ciues, i. eos accurate puniebant uerberibus, i. uirgis & flagellis: & sumebant de condemnatis, scilicet crimine aliquo: summum supplicium, i. interitum. Postquam R. P. i. resp. seu po. Rom. sed potius resp. Romana: adoleuit, i. adulta & auctior facta est: et factio nes ualuerit, i. uires sumperit: multitudine, id est propter multitudinem ciuium: circumuenire, i. dolis inuoluere innocentes: & alia huiusmodi, scilicet iniquitate corporali ciuium sum parata, i. prolata & constituta: quibus est exilium permissum damnatis, s. ciuibus, i. ut rerum capitaliũ rei in exilium abire possint. O patres conscripti, ego puto hanc quam dixi cau-

O MNIB.



si pium uocat, Appianus autem modo Brutum, modo Damasippum: quare fortasse L. Iunius Brutus, Damasippus dictus est. is enim esse: prator auctore C. Mario illius filio (quicquid Appianus dicat) qui septies consul fuit, dum ad Sacri portum dimicabatur, Scaeuolam Pontificem maximum, Domitium, Carbonem & Antistium crudelissimè in curia Hostilia trucidauit: ac eorum corpora in Tyberim deici iussit. Patereulus in posteriore uolumine, Orofius libro 5. cap. 20. Valerius lib. 9. cap. 2. Arma atque tela militaria ab Samnitibus. ] Hunc locum quidam suspectum habent, & me diu hæsitasse fateor. nam Plutarchus in Romulo scribit Romano à Sabinis arma sumpsisse: id quod & mihi uero propius esse uidebatur, cum Samnites longius abessent. inueni tandem apud Athenæum libro 6. Romanos futum à Samnitibus sumpsisse. sic enim inquit, de Romanis loquens: ἡσὶ κρησὶ ἀναμύρον ἢ ἐκ αὐτῶν ὄντας χρεστέον. Insignia magistratum. ] Liuius libro 1. ab Vrbe condita, de Romulo loquens: Cum catero habitu se augustinem, tum maxime licitoribus duodecim sumptis fecit. alij ab numero auium, que augurio reuigum portenderant, eum secutum numerum putant. me haud pœnitet eorum sententiæ esse, quibus & apparitorum, & hoc genus ab Hetruscis sumptis, unde sella curulis, unde toga pretexta sumpta est, numerum quoque ductum placet: & ita habuisse Hetruscos, quod ex duodecim populis communiter creato rege singulos singuli populi lectores dederint. hæc enim Liuius. uide Dionysium Antiquum. libro 3. Pecunias. ] bona. pecuniæ enim nomine

non solum numerata pecunia, sed etiam omnes res tam solæ, quam mobiles, & tam corpora, quam iura continentur. ut ait Hieronymianus Digestorum lib. 50. **H**omines sceleratos & factiosos. ] In impressis uelustioribus est illa Et copula omisa. idq; Salustianum magis. Postremo uis aut uelutimque alicuius concupiscit. ] Manuscripta, Postremo aut uis aut uelutimque. geminata uidelicet coniunctione distinctiua. Dabat operam, ut in in proscriptorum numero esset. ] Manuscriptum, Vti is. quomodo & aliis ferè Quam Sylla omnes suos diuitijs expleuit. ] Legendum, Omnes suos, ex uelustis. Aliquid falsum pro uero credi. ] Codices in membrana descripti, consentientibus impressis quibusdam, Tal sum aliquid, uerborum ordine mutato. A Tuscis pleuraq; sumperunt. ] In istdem, Ab Tuscis. Tunc lex Porcia, aliaq; leges paratæ sunt, quibus legibus exilii damnatis permissum est. ] & Legibus, in quibusdam non est. Sed quia id codex habet Fabricianus, nihil immuto. Sæpe enim ueteres antecessores repetunt, ipsiq; relatio adiungunt. id quod paulo ante alijs quoq; est à nobis annotatum. Sed & Tum lex Porcia, pro Tunc, manuscripti habet. Quo minus nouum consilium capiamus. ] Merserburgense, Consilium nouum ut adiectum sequatur. **A**rma atq; tela militaria à Samnitibus. ] Hoc notatu dignum, nam temere apud alios uerperius auctoribus: nisi quis hunc locum corruptum putet, & pro Samnitibus, Sabinis legendum, aut alium quempiam populum, ab Roma non nimium distantem.

RIV.

B

GLAR.

**A** sic audacia, ubi ad defendendum opes minores sunt. Quare uanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit: si in tanto omnium metu solus non times, eo magis refert me mihi atque uobis timere. Quare cum de P. Lentulo cæteris que statuetis, pro certo habetore, uos simul de exercitu Catilinæ, & de omnibus cõiuratis decernere.

VALL.

**V**erbo. ] Quia & pedibus assentitur. Rogatus. ] scilicet qui in senatu retulit, uel cum populo egerit. Longè alia. ] Vidimus superius, quomodo Cæsar suam sententiam perorauit: uidelicet ut diuisi per municipia quæ plurimum ualebant opibus, in uinculis seruantur conuerti. nunc uerò ponit que Cato responderit. dicit enim Cato se multo aliter sentire, quam Cæsarem. Longè aliena. ] ita quid se dicit sentire Cæsari: ego autem ualde aliter sentio. Longè aliena. ] ualde aliena à sententijs Cæsaris. Reputo mecum ipse. ] uoluo & cogito. Illi. ] scilicet qui ante me dixerunt. De pena eorum. ] quasi id in dubio sit, nunquid id puniendū esse uideatur. Parentibus. ] qui hoc fecerunt, non dubium est quin puniendi sint. Res autem. ] id est, conditio rei. Cauere magis. ] uidelicet ne ipsi contra rem p. faciant. Consultare quid statuamus. ] quasi dicat: Quis nescit conuictores, quos in uinculis tenemus, esse necandos: & eos qui adhuc sunt in potestate sua, uidelicet in exercitu Catiline, simili supplicio esse afficiendos? Prosequere. ] pro persequi posis. cætera maleficia sunt eiusdem generis, ut cum perpetrata fuerint puniantur: sed maleficia quod pertinet ad perdendam patriam, prius puniendū quam factum sit. Hoc. ] scilicet pertinet ad perniciem patriæ, uidelicet coniuratione. Prouideas. ] id est diligenter prouidebis. Implores. ] pro implorabis. Euenierit ] acciderit. Nihil reliqui sit. ] nihil relinquatur uiuis. Sed per deos immortales. ] Nolo, inquit, bonos ciues & reip. amatissimos alloqui: sed uos qui uoluptatibus & luxurijs dediti estis, & ea tantum bona esse putatis, cur non expurgemini, ut reipub. defendatis à coniuratione, ut uestris uoluptatibus diu satisfacere possitis? Domos. ] in urbe. Villas. ] in agris. Signa. ] status, pieturas uestras. Ista. ] scilicet domos, uilla, signa & tabellas. Cuiuscunq; modi. ] seu bonus, seu quouis alio modo. loquitur Cato secundum Stoicos. nãq; & ipse Cato Stoicus erat: Stoici hæc externa nullo modo bona esse appellanda putabant, nisi quod ad uirtutem animi pertinet. Amplexamini. ] maxima cupiditate comprehendis. Ociù præbere. ] id est pacem querere, per quã uestris uoluptatibus uti possitis. Expergiscimini. ] excitamini. De uectigalibus. ] quia si uectigalia, si socij etiam exilarentur, tamen reipub. maneret: sed non ita est de cõiuratione. Luxuria & auar. ] Hæc duo mala inter se contraria esse uidentur: & tamen habent coniunctionem inter se. Nã luxuria ferè esse non potest sine auaritia: & tamen luxuriæ auaritia uidetur esse aliena. Sed quia qui luxuriosi sunt, multas pecunias profundunt: ergo ut pecuniæ suis uoluptatibus satisfaciunt, auari efficiuntur. Aduersos. ] cõtrarios & inuenos. Qui mihi. ] Sed est cur mihi ipsi ueniam præstare debeant, quod grauitè inuectus sum in eorum libidinem. Nullus unquã delicti. ] id est nunquam ullius delicti ueniã dedisse mihi, neq; animo meo. & est honestus dicendi modus. Gratiam tibi facio huius delicti, id est ueniam tibi de huius delicti. Haud facile condonabam. ] non facile remittebam. Sed ea. ] Tameis superius per amplificationem caput dea testari coniuratione, & allocutus est eos, qui uoluptatibus

dediti, ocium sibi perpetuum fore existimarent, hanc ut coniurationem impunitam nullo modo permitterent: nunc probat illud. dicit enim ea neque de peculatoribus æuarijs, neq; de iniurijs sociorum. Opulentia negligentiam tollerabat. ] quia adeo negligentes esse poteramus, ut copias & opes reipub. assumeremus. Nam opes reipub. maiores erant, quam negligentia nostra. Bonis an malis moribus. ] utrum modè sit in socijs nostris. Futura nostra. ] id est, sint futura tantummodo possessionis nostra. Hostium. ] iura uidelicet, ut nō nostra solum, sed comunia hostiū nobiscū sint futura. Quia bona. &c. Quia corruptis uocabulis re appellatur. Audacia rerū malarū. ] id est qui audent dirum perire aliorum bona, uel interficere amicos suos, uel stuprare mulieres, foras uocantur & hæc talis audacia malarum rerum, ijs temporibus fortitudo appellatur. Eo. ] ideo in extremo. ] in ultimo sita est. Ita mores se habent. ] quia ita uiuunt. Ex fortunis sociorum. ] id est fortunis atque diuitijs sociorū largiantur, & se liberales appellant. Foribus. ] id est ueniam præsentem depeculatoribus reipub. Ne illi sanguinem. ] uitam scilicet & fortunam sociorū largiantur: & peculatoribus reipub. ueniam præsentem, non largiantur sanguinem nostrum. Ne perditum eant. ] id est noxæ dent. & est honestus de cendi modus. Bene & compositè. ] Hæc enim sua confirmauit orationem, nunc incipit consultare argumenta aduersarij, scilicet C. Iulij Cæsaris. De uita & morte. ] Cum dixit mortem miseriarum finem, non cruciatum esse, falsa existimans disse ruit. Diuerso itinere. ] quia alij itinere camporum Eliorum possident amena loca, alij itinere tartari ingenita supplicia perferunt. Tetra. ] obscura, inculta, sylvæ stria. Fœda. ] turpia, deformia & fetida. Formidolosa. ] horrore & formidine plena. Popularibus. ] fautoribus coniurationis. Conduca. ] scilicet precio. Audacia plus. ] quasi plus audaciæ non sit in municipijs, quam in urbe, ubi ipse opes ad defendendum, ne eripiantur per uim. Si in tanto omnium metu. ] Nos clarè scriptum uidimus, quomodo argumentari cepit Cato aduersus Cæsarem: uidelicet quod consuisset, in custodijs habendos per municipia conuictos. & consueti illud Cato, quia dixit tutius seruari Romæ quam in municipijs, si uis eorum timeret. Nunc respondet ad illam partem, si non timeret, dicens: Si ille solus non timet, P. C. me mihi atque uobis simul magis timere decet. Si in tanto. ] est pulchra cõplexio: Aut timet, aut non timet. Si timet, uani est cõsiliū suū: uidelicet quod per municipia melius distri buantur, si non timet, nobis multo magis timendam est. et hic latenter inuuit, eum huius coniurationis conscium esse. Eo magis. ] tanto magis. Refert. ] ad rem pertinet. Mihi atq; uobis. ] id est timere mei & uestri causa. Statuetis. ] sententiam tuleritis. Pro certo habetote. ] certum hoc sit, & exploratum uobis. Decerne re. ] iudicare, & sententiam ferre.

tanta à obsequen  
tib. id est, ab ex  
pœlatione huius  
iudicij.

OMNIB.

M. Catonis oratio. Attentos reddidit à magnitudinis causæ, simul reprehendens omnium superiorum orationes.

Scilicet, quæ maxime faceretis, si essetis boni ciues.

A tempore. Reiectio. Mutatio nominis.

Concessio. Propositio, conueniens narrationem sententiæ Cæsaris.

Argumentatur pro diuersa sen-

Postquam Cæsar dicendi finem fecit, cæteri uerbo, alius alij uariè assentiebantur. At M. Porcius Cato rogatus sententiam, huiuscemodi orationem habuit: Longè mihi alia mens est, Patres Conscripti, cum res atque pericula nostra considero, & cum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Illi mihi disseruisse uidentur de pena eorum qui patriæ, parentibus, aris atque focis suis bellum parauere. Res autem monet cauere ab illis magis quam quid in illos statuamus, consulat. Nam cætera maleficia tū perfequare, ubi facta sunt. Hoc nisi prouideris, ne accidat: ubi euenierit, frustra iudicia implores. Capta urbe, nihil reliqui sit uictis. Sed per deos immortales, uos ego appello, qui semper domos, uillas, signa, tabulas uestras pluris quam Remp. fecistis: si ista cuiuscunque modi sint, quæ amplexamini, retinere: si uoluptatibus uestris ocium præbere uultis, expergiscimini aliquando, & cape site Rempub. Non nunc agitur de uectigalibus, neque de lociorum iniurijs: libertas & anima nostra in dubio est. Sæpenumero P. C. multa uerba in hoc ordine feci, sæpe de luxuria atque auaritia nostrorum ciuiū questus sum, multo que mortales ea causa aduersos habeo, qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecerim, haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Sed ea tamen si uos paruipen debaris, tamen Respub. firma erat: opulentia negligentiam tolerabat. Nunc uerò non id agitur, bonis ne an malis moribus uiuamus, neque quantum aut quam magnificum imperium populi Romani sit: sed hæc, cuiuscunque modi uidentur, nostra, an nobiscum unã hostium futura sint. Hic mihi quisquam mansuetudinem & misericordiam nominat? Tampridem equidem nos uera rerum uocabula amifimus, quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo uocatur. ed Respub. in extrême sita est. Sint sanè (quoniam ita se mores habent) liberales ex sociorum fortunis: sint misericordes in furibus æarij. Ne illi sanguinem nostrum largiantur, & dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant. Bene & compositè C. Cæsar paulo ante in hoc ordine de uita & morte disseruit, credo falsa existimans ea quæ de inferis memorantur, diuerso itinere malos à bonis, loca tetra, in culta, fœda, atque formidolosa habere. Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodijs habendos, uidelicet timens ne si Romæ sint, aut à uerularibus coniurationis, aut à multitudine conducta per uim eripiantur. Quasi però mali atque scelerati tantummodò in urbe, & nō per totam Italiam sint: aut non ibi plus possit au-

ad interceptos coniuratos grauius puniendos animare, dicens: Longe mihi, &c. q. d. Caesar & alij eos non morte puniendos iudicauerunt; sed mihi longe alia mens est. Beneuolentiam captat, sicut Caesar superius, a nomine dignitatis, uocans eos patres conscriptos. Cum considero res atque consilia, pericula uestra, i. res uestras in maximo periculo positas. Nonnullorum, s. Caesaris & aliorum nec mirum, si est mihi alia mens: quia illi uidentur differuisse, siue dyudicasse de poena eorum, scilicet intercepto rum illi dico, qui participes sunt coniurationis: unde eis non est credendum. sed haec sententia non est auctorum: sed hoc illi uidentur differuisse, i. immorati fuisse de poena eorum: eorum dico qui patrie, & cetera, id est, qui tantum scelus importauerunt, quod de poena eorum non esset immorandum, ipsi quidem morati sunt: sed potius est cauendum, quam immorandum. hoc est res, id est rei periculosa status. Consultare. ] id est frequenter consulere, & ita immorari: uere cauendum est, & non iudicio immorandum. Nam post per acta cetera maleficia, potest se qui uindicta: hic uero nulla. hoc est, Nam cetera maleficia tum, &c. persequere, uindicta scilicet, & uere frustra, quia urbe capta, nihil est reliqui, id est residui uictus. quasi dicat, neque uindicta restat, neque aliud. Sed per deos, &c. ] Modò conuertit se ad eos qui rem priuataam semper pluis fecere, quam publicam: & cum indignatione contra eos exclamat, dicens: Sed per deos, & cetera. quasi dicat, Tale periculum nobis imminet, sed uos non attenditis. Signa. ] Signa uocat statuas, uel sigilla, uel uexilla: tabulas, id est picturas, cuiuscumque modi sunt. Cato sanctissimus erat, qui terrena despiciebat. Et ideo dicit, Cuiuscumque modi sunt. Amplexamini. ] frequentamini id est, cum magna uoluptate et frequentia amplectimini. Capite. ] Desideratium: id est, cum maximo desiderio capite & defendente re publica. bene debetis defendere: non enim agitur de tribus nostris, sed de uita & libertate uestra. Sape numerò. ] Vna pars, i. multotiens: aduerbiu numeri. quasi dicat: Sape enim uobiscum egi de moribus, sed non exaudistis me. Ea causa. ] id est, propter reprehensionem: sed non est mirum si uos reprehendit: quia nec etiam mihi peperci, necdum uobis ut parcerem, &c. Qui gratiam non fecissem mihi, id est actui meo. Atque animo. ] id est cogitationi meae. Gratiam nullus delicti. ] Ille gratiam delicti animo facit, qui sibi delinquenti parcat, & uitium non corrigat. Ego inquam, qui me ipsum reprehendi. Haud facile condonabam malefacta libidini alterius. ] id est, libidinoso alterius animo. Vos quidem uerba mea par uipendistis: sed quamuis par uipendistis, non multum curabam. firmitudo enim & opulencia reip. tanta erat, quod negligentiam uestram bene tolerare poterat. hoc est, Sed ea tamen, & cetera. id est quamuis tunc quidam, cum par uipenderetis de moribus nostris, agebam. hoc autem non agitur, an haec, quae scilicet modo nos possidemus. Cuiuscumque modi uidentur. ] siue uilia, siue non: an haec inquam sint futura uestra, id est nobis propria. An una sint futura hostium. ] nobiscum. Et quia tanta est aduersitas, igitur hic, id est in tanta aduersitate, nominat mihi quisquam mansuetudinem & misericordiam. ita enim superius Caesar nominauerat. Nominat quidem, sed scio quare: quia uocabulum usurpat, & hoc est iam pridem, & cetera. Eo. ] id est ideo, quia ita uita uirtutem uocant. In extremo. ] id est in pessimo puncto. ipsi quidem uolunt

esse misericordes, & sint sancti. & est concessio ex indignatione. & quia aperta ne uiderentur concessio uel persuasio, subiungitur quidam, per quod manifesta apparet dissuasio. sicut illud uirgilianum: ] sequere Italiam uentis, pete regna per undas. Similiter & hic, sed non Mco subaudi: ne largiantur nostrum sanguinem: perditum id est perdant: uolens Cato sententia Caesaris improbare: ni iur ironia, dicens: Bene & compositè. ] De uita & morte differuit, id est traiecit, cum mortem esse omnium laborum requiem dixit: & quia ea falsa existimauit, itaq; taliter iudicauit. Hic complexionem facit, quia utrobique confunditur hostis, quasi dicat, Vos in municipijs tenendos iudicauit: sed cum taliter iudicauit, non fecit: uel quia timuit, uel non timuit. si, quia timuit, male fecit: quia sicut Roma sunt mali, ita & in ceteris municipijs. Iterum de eodem membro: Si, quia timuit, male fecit: quia melius Romae possunt defendi, quam alibi, minores enim opes sunt in ceteris municipijs ad defendendum, quam Romae. Si, quia non timuit, fecit: patet ergo de coniuratione fuisse, quia non timuit ubi omnes timent. Ibi: scilicet in municipijs. Vbi. ] id est, in quibus. Quare uerum. ] Conclusio est primi membri. Si in tanto. ] Aliud membrum. Eo magis. ] i. tanto magis refert, prodest. Me timere. ] & ita pro uideri mihi & uobis, i. ad utilitatem mei & uestror. q. d. de coniuratione ista, & quando quidem Caesar tam male iudicauit. Quatiter ergo. ] Ego taliter iudico, ut quod de Lentulo statuetis, de omnibus complicibus Catilinae iudicetis. Postquam Caesar fecit sine dicendi. ] quia expressa sententia eius cognoscatur finis orationis eius: ceteri, s. Senatores auditores assentiebat orationi eius uarie: quia alius aliter, i. quisq; pro captu suo dicitur aut assentior deponentaliter frequentius quam assentio: & inde fit Assentior, quod est adulatorie assentiri: quia qui semper assentitur, adulator. At, i. e. contrariò: M. Porcius Cato rogatus, i. iussus dicere sententiam, s. suam, habuit huiuscemodi orationem. Longe aliena. ] In hac oratione Cato disertè & fortiter Reipub. consulit, pro magnitudine animi decernens: unde à clementia Caesaris alienus, etiam aliena uilitur oratione, quod in principio innuit, dicens: O patres conscripti: quum, id est quando ego considero res, s. uel commissis, aut potius negocia & utilitates uestras: & pericula uestra, in quibus erimus, si illi seruentur: & cum saepe reputo mecum sententiam nonnullorum, praecipue Caesaris: est mihi mens longe aliena, i. abhorrens ab opinione eorum. Illi uidentur mihi differuisse & decreuisse de poena eorū, qui par uere patrie, s. urbi in qua nati sunt: & parentib. & aris, scilicet deorum. hoc est, templis, & focis, id est domibus priuatis, aut dijs laribus: bellum, pro quorum omnium protectione iustum fere bellum sumitur. Autem, pro sed: res, id est uita litas, aut negotium expediens, monet magis cauere ab illis, scilicet coniuratis, quam consilutare quid statuiamus in illos, id est contra illos. Nam tu, id est qui quilibet uestrum: persequere, id est post persequi & punire cetera maleficia ubi, id est postquam sunt facta: & nisi prouiderit, id est quilibet uestrum prouiderit: ne hoc, scilicet maleficium coniurationis accidat: tu implores, id est quilibet imploret: frustra, id est in uanam iudicia, id est executionem iusticiae ubi, id est postquam euenierit quia ipsi & iudices & occisores erunt. nam nihil reliqui, id est, quod

BAD.

C

que memorantur de inferis. ] In uitalis: ] esse aliquos manes & subterranea regna, &c. Nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lauantur. ] id est, existimans falsum esse, malos habere timere diuerso à bonis: loca tetrā, i. obscurā & obcurā inuenta, i. neglecta: s. cetera, i. immunda: atq; formidolosa, i. plena formidinis, pestiua. Itaq; i. & ita: censuit pecunias eorum, s. deprehensorū publicandas: & ipsos, s. deprehensos, esse habendos in custodia per municipia, i. in municipijs, uidelicet timens, ne si sint Romae, ipsi eripiantur per uim: aut à popularibus, i. iustioribus cōiurationis: aut à multitudine, s. perditā, et aere alieno oppressa. quasi uerò mali & scelerati sint tantummodò in urbe. & nō sint, supple disparti per totam Italiam. Aut quasi audacia non possit plus ibi, scilicet in municipijs: ubi minores opes, id est potentes iust ad defendendum. Quare equidem, id est est et hoc consilium est uanum, id est frivolum & inutile: si metui periculum ex illis, scilicet deprehensis: & si solus omnium non timent, scilicet Caesar in tanto metu omnium eo magis conueni (alij Refert legunt) me timere mihi & uobis. Quare, i. quamobrem cum statuisset de P. Lentulo & de ceteris, scilicet deprehensis: habetote pro certo, uos decerne simul de exercitu Catilinae et omnibus coniuratis. Verbo. ] quia & pedibus assentiebantur. Rogatus sententiam. ] scilicet ut diceret, quidnam de coniuratione sentiret. Huiusmodi habuit orationem. ] Plutarc. in Catonis uita inquit: Hanc solam orationem Catonis seruataam ferunt Cicerone consule uelocissimos scriptores deponente atq; do: ente, ut per signa quedam & paruis breuesq; notis multarum ueruarum uiam habentes, diēta colligerent. nondum enim reperti erant hi, qui notarij appellantur: sed tunc prima uia rei uestigij ferunt extitisse: uic itaq; Catonis sententia, assentisq; est illi Senatus, ut de coniuratis supplicium sumeretur. Longe mihi. ] Quintilianus lib. 4. cap. primo ait: Causa principij nulla alia est, quam ut audiretur, quo sit nobis in ceteris partibus accommodator, prepararetur. ut id fieri tribus maxime rebus: si beneuolent, attentione, docilem fecerimus, quod optime Cato seruauit. nam statim à magnitudine causae auditores attentos facit: simulq; reprehendens omnium, qui dixerunt ante se, sententiam. Longe mihi alia mens. ] longe aliter sentio, ac ceteri. Patres conscripti. ] Festus inquit, qui patres, quod conscripti sunt in curiam, quo tempore regibus urbe expulsi, P. Valerius consul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numero Senatorum centum & sexaginta & quatuor, ut expleret numerum Senatorum trecentorum: sic duo genera appellauerunt. Reputo. ] in animo uoluo, cogito. est enim reputare, repetere & reuoluerere animo: non existimare, ut uulgus abutitur. Illi mihi differuisse uidentur. ] Proposuito: & de Syllano arbitror intelligendum. nam Plutarc. in Catonis uita ait: Facta igitur tantae sententiarum conuersione, omnibusq; in mitiore & humaniore sententiam inclinantibus, surrexit Cato: & in principio orationis suae M. Syllani oratione reprehensa, aduersus Caesarem suspensionem induxit, quasi sub populari & miti sententia rem publicae euertere uellet. & infra De poena eorū. ] quasi dubium sit, uim quid puniendi sint conuerti. Patria. ] s. quae deberet omnibus esse charissima,

ZANG.

B & ut

et ut illa confervetur, unusquisque studere debet: cumque ei bellum paraverint, dubium non est, quin puniendi sint. Aris deorum ] hoc est, templis. Atque, foris suis. ] domibus suis, focus enim proprie locus est, ubi ignis servatur: et dicitur penatibus facer erat. unde Cato in libro de Re rusticis ait: Focus purum circum versum quotidie, priusquam cubitum eat, habeat: calendis, nonis festus dies cum erit, coronam in focu indat. per eos ilaque dies lari familiari pro copia supplicet. nam lar, est ipse focus. Res. ] difficultatis, rei condito. Cauere ab illis magis. ] hoc est, providere, ne quid ipsi in Repp. moliantur. Quam consulere. ] in consultationem ponere, quid de his qui in custodia habentur, faciendum sit. Nam ceteram. ] Ratio, quare magis cauendum sit ab istis, quam in consultationem ponere, quid de ipsis statuendum sit. Tum persequere. ] id est, persequi, hoc est, ulcisci potes cetera male facta, ubi commissa sunt. ceterum male facta, que ad perendam rempub. pertinent, prius sunt punienda, quam facta sint. Hoc. ] coniuratio, que ad perendam patriam facta est. Nisi prouideris. ] id est, ut aueris et cauere. Terent. in Andria: Que si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt. auctore Donato, prouidemus nobis tam bonum quam malum: ut si quis enim ueniens, telum prouiderit atque cauere: ut suspicio prouidenda est, id est, prouidendum est: ut aduersi suspitioni reuelandum est. Implores. ] pro, implorabis. Nihil reliqui sit uelitis. ] nihil relinquatur uelitis. Vos ego appello. ] id est, uobiscum uerba facere uolo, o ciues, qui uoluptatibus et luxurijs dediti estis, et ea solum bona putatis: cur non expergiimini, ut rempub. a perniciosis ciuibus defendatis? Domos. ] in urbe. Uillis. ] in agris. Signa, tabulis uestris pluris. ] Cicero in Paradoxis: Veniant, inquit, irrefores huius orationis ac sententia, et iam uel ipsi indident, utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis, ebore et auro, fulgentibus qui signis, qui tabulis, qui celato auro et argento, qui Corinthijs operibus abundant: an Quæ fabricij, qui nihil eorum habuit, nihil habere uoluit, similes esse malint? Cuiuscunque modi. ] seu bona seu mala, et loquitur Cato secundum Stoicos. nam et ipse Stoicus erat, et Stoici hæc externa nullo pacto bona appellanda esse putabant. nam Cicero pro Murena ait: At enim agit mecum auctore et Stoicæ Cato negat uerum esse allici beneuolentiam cibo, negat iudicium hominum in magistratibus mandandis, corrupti uoluptatibus oportere. et infra. Ample xamini. ] tanto studio tenetis. Capebite. ] Capeffo à capio fit, ut ait Priscianus. Non nunc agitur de uectigalibus. ] id est, tributis, nam si uectigalia, uel focij expiarentur, tamen respub. stare: ac de coniuuratione non ita est. Vectigal enim, tributum est, quod reipub. penditur: et uectigales appellamus prouincias, agros et homines, qui uectigal et tributa persoluant. alio nomine stipendiarij dicuntur. L. i. uis: Virum Annibal hic sit itinerum Herculis, ut ipse fert, an uectigalis, stipendiarius, et seruis populi Roman. a patre relicti. Publica autem uectigalia intelligere debemus, ut inquit Vlpianus, ex quibus uectigal accipit fiscus, interdum uectigalia redduntur, priuatis signifi- cant, cum publicos quidam tantummodo significare tradiderit, sicuti docet Porphyrio, enarrans illud Horatio num: Ego uectigalia magna, diuitiasque habeo tribus amplas regibus. et Cicero in Paradoxis ait: Non intelligit homines, quam magnum uectigal sit parsimonia. et paulo post: Tenui uectigali detractis sumptibus cupiditatis,

aliquid etiam reduntur. In hoc ordine. ] scilicet senatorio. Erant enim tres ordines apud Roman. Senatorios, Equitris et Plebeius. Plinius lib. 33. Sed annuli plene medium ordinem, tertiumque plebi et patribus inferere: ac quod antea militares equi non dederant, hoc nunc pecunie iudices tribuunt. nec pridem id factum, diuo Augusto decurias ordinant, maior pars iudicum in ferreo annulo fuit: ipsi non equites, sed iudices uocabantur. equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. his uerbis Plinius significat, Equitrem ordinem annulum aureum pro insigni habere capisset, ut distingueretur à plebe: ex Equitri autem ordine ad Senatorum transitum erat. unde Alexander Imperator Romanus dicere solebat, feminarium Senatorum, Equitrem ordinem esse. Sæpe de luxuria atque auaricia. ] Hæc enim duo uitia, quamuis inter se contraria esse uidentur, tamen coniuncta sunt. nam qui luxuuiosus est, necesse est ut et auarus sit: quia luxuuijs multis solent profundere pecunias. et ideo ut pecunia suis uoluptatibus satis sit, auari efficiuntur. Cicero pro Sextio Roscio: In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaricia, necesse est, ex auaricia erumpat audacia: inde omnia scelera ac male facta gignuntur. Aduersos. ] inimicos, contrarios. Aduersus etiam dicitur oppositus: auersus uero, terga ostendens. unde illud Cicero in: Et aduersos et auersos impudicus es. Nullus unquam delicti gratiam fecisset. ] nullum delictum mihi condonarunt, propterea quod in eorum libidine gratiarum inuicti sum. Haud facile condonabam. ] non facile remittebam. Sed ea. ] scilicet uerba mea. Tametsi paruipendebatis. ] superius enim per anaphoram coniuurationem detestatus est, ac uerba fecit cum his qui uoluptatibus dediti sunt: quos adhortatus est, ne coniuurati impunitos permittant, si o-cium perpetuum suis uoluptatibus fore credunt: nunc uero ait, non agi de peculatoribus ararij, aut de sociorum iniurijs, sed de salute omnium ciuium. Oulentiã. ] diuitiarum affluentiam. Negligentiam tolerabat. ] id est, patiebatur nos erga Rempub. negligentes esse: quia illius opes negligentiam nostram superabant. Nunc uero non id agitur. ] Amplificatio à tempore. Bonis, an malis moribus uiuamus. ] hoc est, uiri boni, an mali simus quantum. ] ad magnitudinem refertur. Sed hæc. ] Retectio. Misericordia. ] misericordia, ut à Cicero in 3. Tusculanarum quaestionum diffinitur, est agritudo ex alienis rebus aduersis. Iam pridem. ] Nomini mutatio. Vera rerum uocabula amissimus. ] Quia si scelus aliqui supplicio afficitur, ea que est iusticia, crudelitas appellatur. Qui bona aliena, et c. ] Ostendit quomodo uocabula corrupta sint. Malorum rerum audacia, Fortitudo uocatur. ] nam qui aliorum bona diripere audet, inimicos suos interficere, mulieres stuprare: ibi Fortes uocantur. Eo. ] ideo. Sint ane. ] Concessio. Quoniam ita mores se habent, ] ita uiuunt. Sint misericordes. ] Concessio. In furijs ararij. ] in illis qui pecunias publicas furantur: de pena autem furum multa Gellius lib. 11. cap. 18. Ararij. ] pecunia, n. publica uno in loco condita erat, quod ararij dicebatur, quæ Tribuni ararij, cum opus erat, promebant, erat autem ararium in æde Saturni, ut Macrobius libro 1. cap. 8. Saturnal. scribit, cuius rei hæc ratio est: Aedem uero, inquit, Saturni, Romani ararium esse uoluerunt, quod tempore, quo incoluit Italiam, ferunt in eius finibus nullum esse fur-

atum commissum: aut quia sub illo nihil erat cuiusque priuatum, nec signare solum: aut partiri limite campum faceret, in medium querebant omnia. Plutar. in Problem. Quam causam esse dicemus, quamobrem ædem Saturni pecunia publica sacrarium esse uoluerunt, nam ararium est, et tabulas publicas in conseruabant, et ex eo tabularium dicitur. ibidem. Primum autem omnium Valegium Publicola exactis regibus ædem Saturni ararium declarauit, loci opportunitate ductus, quem et apertum, et ab insidijs tutum, et in primis munium anim aduertit. Sanguinem nostrum. ] uitam nostram. nam anima nostra in sanguine sita est, hinc Vergil. Pimpream uomit ille animam. — Bonos omnes perditum erant. ] id est, omnes bonos, et perditum. Bene compositi Cæsar. ] Propositio, que cõ-tinet narrationem sententia Cæsaris. C. Cæsar. ] Cæsar à gaudio patrum appellatus esse, placet Valerio. In hoc ordine ] scilicet senatorio. De uita et morte disseruit. ] cum dixit, mortem esse miseriarum finem, non cruciatum. Diuerso itinere malos à bonis. ] Socrates in Gorgia Platonis, refert Iouem hæc dixisse Platonem: Ego igitur constitui meos filios iudices: duos quidem ex Asia, Minocem uidelicet, et Rhadamantum: unum uero ex Europa, Aæcum. hi ergo, postquam mortui fuerint, id dicantur in prato quodam, ibique in tritico. ex quo gemina pateant uiae: altera quidem ad tartarum, altera uero ad infulus beatorum. et Asiaticos Rhadamantibus et eos uero, qui ab Europa ueniunt, Aæcus iudicabit. Minoc autem id munus iniungam, ut ipse diiudicet, si quid ambigui fuerit, ut iustissime procedat iudicium, recteque fiat transfusio animarum: ibi etiam legitur, quod uterque ipsorum uirgam tenet, dum iudicat. Minos autem considerans ferret, aureum habens sceptrum. de qua re meminisse et Homeris libro Odissæ 4. Fæda, ] turpia, deformia. Formidolosa. ] horrore et formidine plena. nam formidolus dicitur, et qui formidat, et qui formidatur. Habere. ] Noni. Marcel. locum tunc Salustij citat. Habere, tenere, occupare. Virgil. Aeneid. libro 2. Hostis habet muror. — Plautus in Aulularia: Postremo iam perferuntur nihil habet. Terent. in Andria: Certè capus est, habet. Habere rursus, habitare. Salust. in Catilina bello: Credo, falsa existimans ea que de inferis memorantur, diuerso itinere malos à bonis loca, tetra, inculta, fœda atque formidolosa habere. Virgil. lib. 7. Aeneid. Quæ loca, quæque habeant homines. — Plaut. Patri à uoce huius, qui nunc hic habet. Pecunias eorum. ] bona. Eorum publicandis. ] confiscandis. Videlicet. ] censuit, et est ironia. Sciendum est, hanc particulam Videlicet, omnino per commodum esse ironia. Popularibus fautoribus condita. ] scilicet precio. Quasi uero. ] Quasi uero et particula ironijs apta. Plaut. in Pseudolo: Quod admirati estis: quasi uero nunc moui proferatur, Iouem nunc facere histrionicam. Non ibi. ] in municipijs. Plus possit audacia. id est, non plus ualeat audacia in municipijs, quam in urbe, ubi maiores uires sunt ad prohibendum, ne per uim eripiantur. Opes. ] uires. Quare tantum. ] uisile. et est firmissima argumentatio, per subiectionem. Si in tanto omnium metu solus non timet. Pulcherrima est complexio: Aut Cæsar timet, aut non timet: si timet, uanum est consilium illius, si coniuurati per municipia distribuuntur: si uero non

timet, multo magis nos timere debemus. et latenter ostendit, hunc coniuurationis non ignarum esse. Eo magis. ] tanto magis. Refert. ] ad rem pertinet. Quæ de P. Lentulo. ] Argumentatur pro diuersa sententia, à conuentibus, id est, ab expectatione huius iudicij, Statuentis. ] deliberabit. Pro certo habetote. ] uobis hoc certum sit. Vos simul decernere. ] id est, iudicare, sententiam ferre, decernere proprie est Senatus. — At M. Porcius Cato. ] Is est qui postea Vticensis dicitur, erat tum designatus tribunus plebis, ut ostendunt Cicero pro Sestio, et Patriculus in poster. uolumine, sed ante Catonem Cicero orationem habuit, que est quarta in Catilinam: uerum Sallustius multa, que ad Ciceronis laudem pertinebant, seu inuidia, seu negligentia omisit. Longè. ] Ex Plutarcho uerbis cognoscimus, hanc non esse Catonis orationem, quam Ciceronis beneficio seruatam ferunt. Ob eam causam. ] Legimus ex antiquis libris: Ea causa. Rerum uocabula amissimus. ] Sic Thucydides lib. 3. ugi τὸν ἀποβῆναι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἵνα τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς ἀρχῆς, et c. Qui mihi, et c. ] Qui mihi ipse nunquã igitur, alios impune male facere haud pati poteram. gratia delicti facere, est delicti pecunia pratermittere. Sallustius in Iugurthino bello: Ceterum Boccho, quonia penitus, delicti gratia facit, id est, ignoscit. Liuius Decad. prima lib. 3. Omnium igitur Appi Claudij que impie nefarique, per bicanu alia super alia es cussis, gratia facio. Male facta condonabam. ] male factorum pecunia remittebam. Quæ de inferis memoratur. ] Crediderit etiã antiqui, inferos esse, ibique Minos, Radamantibus et Aæcum innoxerabiles iudices prauorum animis ad tartarum: iustorum ad beatorum infulus dimittere. Plato in Gorgia de Repub. lib. 10. et de Legibus lib. 12. Cicero Tusculana prima. Inter bonos et malos nullum discrimen est. ] Solon in illa ciuitate optime habitari dixit, in qua boni honoribus, mali contra poenis efficerentur. auctor Stobæus. Hic. ] in senatu, in administranda republica. Misereamini. ] Ironia. Næ. ] profectò. Non uotis. ] Stulticia est, cum ipse nihil agis, deos inuocare. Dii enim facientes adiuuant (ut est in prouerbio) non ignaui uos. Demosthenes Olynth. 2. οὐκ ἴδιαι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, εἰς τὴν ἀρχῆς τῆς ἀρχῆς, ἵνα τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς ἀρχῆς, et c. idem significat etiam prouerbum illud alterum, Manum admoventi fortuna est imploranda. Ceterum Seruius ita legit totum hunc locum: Non uotis neque supplicibus muliebribus deorum auxilia comparantur: uigilando, laborando, prospere omnia cedunt. ubi scordia: tete atque ignauia tradideris, neque uicium deos implores. — Ceteri uerbo, alius alij uarie Assentiebant. ] In quibusdam antiquioribus est, assentiebant, sed eodè sensu. Nam quamuis hodie fere assentior dicimus, ueteres tamen et Assentio dicebāt. ut est à Gellio arnotatum. Sed et Cicero sæpe est hac terminatione usus. Diomedes tamen Assentiebantur hic legit lib. 1. quo loco testatur non assentio solum, sed et assentior dici. Et cum sententia nonnullorum ipse mecum reputo. ] Dico è manifestis, mecum ipse repeto. Nec alter Florentinum. Non nunc agitur de uectigalibus, neque de sociorum iniurijs. ] Codex Fabricianus, Nō de sociorum iniurijs. Id quod acutus est et lepidus. Eodem modo ex impressis quidam multosque mortales: ob eam causam aduersos habeo. ] In manuscriptis est, ut et impressis uetustioribus. Multosque mortales ea causa. pro, Ob eam causam. Quomodo Teo-

CAS.

RIV.

verat. Nec tu ea causa, minueris haec que facis. Idem, Et ea me hic restitisse gratia. pro. Bivri gratia. Legitur eodem modo in Belgico exemplari, quod Snullis excusans est. Aut quam magnificum imperium Ro. populis sit. Manuscripta, Populi Rom. ut sequatur adiectivum. id quod sonantius est. Sed haec, cuiuscunque modi videntur. In manuscripto quodam est, Sed cuius haec cumque

Quibus reb. pro rogetur imperitū Quale oporteat esse bene constitutam civitatem.

Ironia Occupatio.

Sententia.

A persona, quid de eis expectandum sit, si dimittantur. Si respub. tantum malum perferre possit.

Orationis finis.

VALL.

Quibus reb. pro rogetur imperitū Quale oporteat esse bene constitutam civitatem. Infirmior. Imbecillior. Languescere. Torpescere ad vindictam eorum qui capti sunt. Omnes. Catilina cum suis militibus, quos in exercitu habet. Feroces aderunt. In urbem ferocius invadent. Armis. tantummodo armis. Si res ita esset. uidelicet ut armis tantummodo auxilium esset imperium nostrum. Quippe sociorum. Uere inquam si Respub. tantummodo armis auxilia fuisset, nos eam multo maiorem atque amplioyem haberemus. Illi. in maioribus nostris. Industria. uidelicet retinendi ea quae ipsi pepererant. Foris iustum imp. uidelicet nullis iniurijs afficiendo socios. Animus in consilio liber.

modi videntur: ut sit rursus, quomodo exemplar haec Alet Beroaldinum. Paulo ante in hoc ordine de vita & morte disseruit. In hoc ordine non est in impressis quibusdam, licet in manuscripto sit. Quasi vero mali ato que sceleris tantummodo in urbe, & non per totam Italiam sint. In Fabriciano ommissa illa Et copula, non per totam Italiam, legitur. quamvis facti in alijs.

\* etiamnum

non gratia, non metu, non misericordia commovebantur: sed ueritatem tantummodo sequebantur. Obnoxius. subiectus. Libidinis. nam qui sibi conscius est alicuius delicti uel libidinis, non audeo liberam habere sententiam. Pro. uidelicet pro industria, pro iudicio iusto, pro consilio, pro libertate consulendi. Publice egestatem. quia Remp. nihil omnino curamus. Priuatim opulentiam. quia dummodo nos diuites simus, parum curamus quomodo se Respub. habeat. Laudamus diuitias. unum sequitur ex reliquo. nam quia diuitie nobis placent, ideo ocio torpescimus. Inter bonos & malos. quia nulla differentia sit, seu bonus seu malus fuerit. Ambitio.

Ambi-

A Ambire est, blanditius circumire: uidelicet singulos blanditius allicere. Neque mirum. Nunc rationes adducit Cato: quia adeo corrupti sunt mores civitatis, ut nullum discrimen inter bonos & malos sit. Sed. quia quae praemia uirtutis sunt, omnia ambitio sequitur. Neque mirum. felicit est, non discrepare bonum a malo, & praemia uirtutis ambitionem possidere. Separatim. ubi non in commune consilium, sed priuatim sibi quisque prouidet. Vbi domi. & non est mirum. Vbi. quando. Voluptatibus. scilicet edendi, bibendi, uestiendi, exornandi domos uestris, & edificandi eas. Hic pecunia & gratia seruitur. uidelicet pecunia gratia omnia concedit. si quis pecuniam uobis tradiderit, ille in senatu consequitur quod optauerit: & si quis plus gratia apud uos ualuerit, facile quicquid uoluerit, obtinebit. Ed. i. ideo. Vacuam. deseruam. quia res. defensoribus nuda, inuaditur a sceleratis hominibus. Coniurare. Rem omnem ante oculos ponit, ut periculosior uideatur. Nobilitati. quae dicitur: si homines humilis conditionis hoc fecissent, fastidire ueniam dandam esse censeo. Insuperbia. scilicet, Gallos semper populo Romano infestissimos fuisse. superatis alpinis in Italiam transitu fecisse, eamque armis plurimum uisasse. Dix. Catilina, super caput inuenerit nobis, qui iam occupauerat alper. Vos cunctamini. cum tantum periculum imminet, atque uigilaueramini. Misereamini. Iruidet C. Caesaris orationem, per quamdam ironiam. Adolescentuli. ualde iuuenes. Per ambitionem. non spe regni, sed ambitione quadam. Res ipsa. dicit aliquis, d Cato, non est quod uerearis: quia res quidem per se aspera est, sed non timetur: immo tu felicit timeris. Inertia. inertia corporis, mollicies animi esse uult. Inertia, imbecillitate corporis. Mollicie. effeminazione animi. Cunctamini. moramini. In maximis periculis, scilicet belli Gallici, omnibus bellis Punicis, primo & secundo et tertio. Supplicis. id est, precibus: quia non solum supplicium ponam dicit, sed etiam preces significat: quia apud maiores omnis poena erat pecuniaria: etiam qui iter fecisset, pecuniam soluebat, sed multo maiorem. quia haec pecunia multalacia, qua soluebatur propter supplicium, emebatur hostiae, quae dijs immortalibus immolabatur, inde consuetudo inoleuit, ut supplicium preces significaret. Vigilando. procurando res. Agendo. tractando. Cedunt. eueniunt. Secordiae atque ignauiae. Secordiae animi, & inertia corporis te tradideris. Sunt. felicit dijs. In hostem. contra hostem. Egregij adolescentens. egregij animi iuuenes. Immoderata fortitudinis. quia praeter modum fortis fuit. Morie. i. capitali poena affectus est. Cetera uita. i. praeter hoc scelus, in omni reliqua uita modestissimi ac temperantes fuerint. Cetera. reliqua. Distat huic. ut scilicet propter reliquam anteactam uitam, hoc scelus remitti debeat. Dijs. uidelicet, ne peieraret per deos. Homini. uidelicet, ne homines iniurijs afficeret. Iterum. secundo. Nam quid ego. ac si diceret: Eorum flagitia satis nota sunt uobis. Quaequam unquam pensi. aliquid unquam considerationis habuissent. Si mehercule peccato locus esset, ut peccari posset sine exito reipub. ut dimissis coniuratoribus, experiremini quantae pernicies uobis inisteret. Fatues urget. in faucibus, uidelicet in alpinis. In sinu. i. gremio. Neque licet parari neque consilium. nam si quid occulte facere uoluerimus,

continuo coniuratores in urbe sunt, qui consilia nostra palam faciunt Catilinae. Quare ego. Ecce nunc sententiam suam concludit. Nefario. scelerato, non dicendo, contra deorum iura factio. ga nefus perinet ad deos: contra deos facit, qui patriae nocere machinatur. In maxima. uis delicti, ne imperium amitteret. Titi Volturij. qui facta fide pub. dixit de coniuratione. Conuicti sunt. argumentis. Confessi. sua sponte, nam conuincimur argumentis, confitemur sponte nostra. Fedda. cruentata. Confessis. nam si confessi sunt, ideo manifesti. Non maiorum. antequam lex Porcia ferretur, nam lex fuit, ut ciues qui contra tempus, quicquam patrauissent, capite punirentur, sicut Brutus duos filios uirgini caedi, & secum uirgini uisum, quod consilia prodende uirgis iumpserint. Valerius lib. 5, cap. 8. de seueritate parentum in liberis: Brutus quoque gloria par Romulo (quia ille urbem, hic libertatem Ro. condidit) filios suos dominationem Tarquinij a se expulsum reducentes, summum imperium obtinens, comprehensos, proque tribunali uirgis cesos, & ad palam religatos, secum uirgini uisum: & pater, ut consilem ageret, oribusque uiuere, quam publice uindicta esse maluit.

Et cito: quia quanto attentius. i. citius ea ageris, i. supplicium de eo accipietis, tanto infirmior erit animus illis Catilinarijs: uere si uos uiderint attentos & properantes, erunt infirmiores: quia si nos uiderint languentes, sicut fortiores. hoc est, si paulum uos uiderint languere. Nolite existimare. Ecce recta fronte infirmam sententiam Caesaris. q. d. Caesar dicit, maiores esse imitandos, & reuera digni sunt imitatione, non tantum in legibus (ut Caesar dixit) licet inuiso imperio & libero consilio: per hoc enim creuit apud eos uisus, non autem armis, nam si armis creuisset, noster multo maior esset: maiorem enim tam ciuium quam armorum copiam habemus. hoc est, Nolite existimare, &c. Liber. ab effectu uobis, quae officium ad uerum iudicandum. Pro his. uirtutibus, scilicet maiorum: nos habemus uirtus, publice egestatem. nam in publico egeni apparemus. Priuatim opulentiam. priuati enim opulenti, & uitiosae & luxuriosae uiuimus. uere nullum est discrimen: quia melius etiam remunerantur mali, quam boni uel uirtuosi, &c. Ambitio possidet praemia uirtutis. Nec est mirum, si nullum est discrimen. Et ubi. i. postquam. Capitis consilium separatim. quod commune debet esse. Quisque sui. i. ad utilitatem sui. Hic. i. in ratione, consilio: seruitur pecuniae aut gratiae, i. amicitiae. causa enim pecuniae aut amicitiae male iudicatis. Ro. i. ideo sit, quia sibi quisque consulit, & pecuniae seruit. Ut impetus fiat in rempub. i. uacuum sine defensoribus. haec ego dixi de moribus nostris: sed modo hoc omitto, i. praetermitto, & ad orationem meam redeo. & ecce redis, & causam eorum grauat, dicens: Coniurare ciues nobilissimi, & ideo ad nocendum potentiores. Dux hostium. felicit Catilina, supra caput nostrum, scilicet est. Vos autem cunctamini & dubitatis. q. d. Non est cunctandum, & non est dubitandum. Misereamini censeo. Ironia, concessio. & iterum subiungit, ut uideatur distulisse, dicens: Sed timeo, subaudi Ne mansuetudo, &c. Et est timendum, quia scilicet reuera, ipsa res, id est, ipse rei status asperimus est, serid dictum. Sed uos non timeis eam. i. ironice. Immo uero maxime. Hic detegit ironiam. Vos quidem timeis, sed quadam animi inuertia cunctamini, dum alij alium expectatis, ita uos inuicem ex-

OMNIB.



peccatis, quia in dijs confiditis. Sed non debetis stultē in dijs considerare: quia auxilia deorum non parantur uotis muliebribus, i. stultis & indiscretis, neque supplicijs, i. supplicationibus & uotis non parantur deorum auxilia. Sed uigilando & agendo, i. bene faciendo. Omnia prospera procedunt. Ii. eueniunt. bene agendo prospera contingunt quia ubi, i. postquam tradideris te secordia atq; ignauia. Secors, idem est quod sine corde. Ignauus, quasi igne animi uacuus. Verē non debetis cunctari punire hostes. Quia A. Manlius Torquatus. ] Torquatus dicitur a torque, quo usus est quidam Gallus, quem ipse singulari certamine interfecit, & sibi assumpsit.

is proprium filium ( quia contra imperium suum egerat ) non dubitauit interficere : & hoc est, apud maiores, &c. Vos quidem de pecunia cunctamini : sed scio quare. quia neq; cetera uita eorum qua transacta est, bona, huic obstat sceleris, i. redimit hoc scelus. & est ironia : sed non redimit. & ecce detegit ironiam, dicens : Verum. ] i. sed. Parcite dignitati Lentuli, parcite dignitati, si ipse unquam pepercit pudicitia. q. d. Non pepercit, & ideo non est ei parcendum. Nisi iterum. ] q. d. iterum fecit, & ideo non est ei ignoscendum. Nam de ceteris quod loquitur, quibus nihil unquam pensi, i. consilij fuit : a penso, ut. quia qui consilij, pensat rem in animo. Postremo patres C. ] Multis modis peccatorum coram persuasi, & adhuc aspernitate mihi non uultis : Sed postremo, i. ad ultimum uerbis dico mehercle, i. per Herculeum ( una pars, aduerbium iurandi ) si locus esset peccato, i. patientiae meae, quae peccatum esset : facile patere uos corrigi ipsarē, & ipsius rei periculo. Sed non est locus, quia undiq; &c. In fauoribus. ] i. in introitu ciuitatis. quo magis, quia ita est : eo magis, &c. est propendendum. Quare ego ita censeo. ] Ecce Catonis sententia : & iuxta praecceptum epilogat, ut firmiter stet sententia sua, dicens : Cum nefario, &c. & cum his sint conuicti, per alios : confessi, per seipsos. & respicit ad id quod superius dixerat, quia cognouerant sua signa : cum hi inquam, confessi sint, se parauisse caedem, &c. De confessis sicuti de manifestis. ] Nullus enim manifestior quam confessus, &c.

BAD.

Quato uos, &c. ] Ex hac oratione clare perspicitur fueritis & acrimonia Catonis, qui ceteris haesitantibus fortiter agendum censuit, ut sub ordine patebit, qui talis est : O patres conscripti, quanto attentius, i. diligentius ageris uos ea quae contra coniuuatos dicta sunt : tanto infirmior animus erit, s. coniuuatis. Si coniuuati uiderint uos languere, i. more languentium remittere animos paululum : ipsi omnes aduersi iati, i. paulo post : feroces, s. propter successum. unde Maro Renid. 5.

Hos successus alii, possunt quae uideantur. O patres conscripti, nolite existimare, maiores nostros fuisse remp. magnā ex parua : immod ex minima, ut Lilius attestatur in Praefatione, & docet lib. primo armis, i. per arma seu bella : si esset ita, i. ut multitudine armorum aut ut armorum resp. augeti posset, nos haberemus eam multo pulcherrimam. quippe, i. quia, certē maior copia sociorum atq; ciuium : praeter ea, id est in super armorum atq; equorum est nobis : quam illis, s. maioribus nostris. Sed alia, i. aliae res fuere, quae fecere illos, s. maiores nostros magnos : quae nulla, i. non aut penitus pro nulla parte sunt nobis, uidelicet industria, i. naturalis gnauitas & solertia : domi, id est cum essent in pace. & iustum imperium foris, i. erga externos : & animus liber, i. nulli pass-

fioni seu affectioni obnoxius, in consulendo, hoc est neq; A obnoxius delicto, i. peccato commissio : neq; libidini, i. male uoluntati ad committendum. Nos habemus pro his, i. loco harum uirtutum luxuriam & auariciam : & egestatem publici. i. in rep. & opulentiam, id est abundantiam opum & diuitiarum : priuatiui, i. in propria cuiusque possessione. Nos laudamus diuitias, & sequimur inertiam, id est ignauiam : & socordiam, id est, uitam sine arte & industria. Nullum discrimen, i. nulla differentia est : id est, reputatur apud nos inter bonos, id est fortes, strenuos & iustos : & malos, i. ignauios & iniquos. Ambitio, id est, superba petitio honorū possidet omnia praemia uirtutis, id est omnes dignitates debitas his in quibus est uirtus. Neq; mirum, supple id est : ubi, i. quando quidem, uel postquam uos capitis consilium non in commune, sed quisque sibi, id est pro utilitate sua : separatim, scilicet a consilio alterius. Vbi, id est postquam uel quandoquidem uos seruitis, id est indulgetis domi uoluptatibus : & hic, id est in foro et senatu, hoc est in pub. pecunie, scilicet plus offerentis : aut gratiae, id est amicitiae plus amati : eo, id est perdit ut impetus fiat in temp. uacuum, id est exhaustam & desertam. Sed ego omitto haec, scilicet uita minus perniciosa. Ciues nobilissimi coniuuare, incendere patriā, scilicet suam & nostram : acceruerunt, id est aduocauerunt & sollicitauerunt gentem Gallorum infestissimam, id est nocentissimam : nomini Rom. id est nationi Romanae : dux hostium, scilicet Catilina : est cum exercitu supra caput, id est imminet nobis. uos cunctamini, id est ueram trahitis : etiam nunc, sed in tanta re : ac dubitatis. q. d. scilz penē statuatis hostibus deprehensis intra mentia. Ego censeo, miseramini, si sup. aut quia : & est ironia. Homines adolescentuli deliquere per ambitionem : atque dimittatis etiam armatos, in patriam. Ego uero ne ista, s. contemenda mansuetudo & misericordia : conuertatur nobis in miseriam : si illi, s. coniuuati ceperint arma. Scilicet, i. scire licet quid sit res, i. coniuuatio est aspera : sed uos non timeatis eam, imo licet diffimuleatis maxime : sed uos cunctamini expectantes alius alium, i. uos mutuo : & id inertia & mollicia, i. per inertiam & molliciam animi uestri. cunctamini dico, uelut consilij dijs immortalibus, qui seruare hanc, i. nostram rempub. sepe in magnis periculis. Sed erratis, quia auxilia deorum non parantur, i. acquiruntur : uotis, i. per uota : neq; supplicijs, i. per supplicationes : mulieribus, i. quae sunt leui animo, more mulierum : omnia cedunt prosperē, s. dijs id agentibus uigilando, agendo & bene consulendo : ubi tradideris te, i. quilibet tradiderit se socordia, i. torpori, qui est seorsum a corde : & ignauia : tu implores, i. quibet imploret, i. plorando inuocet : neque sequā, i. frustra ad deos : quia ipsi sunt tibi irati et infestī. Aul. Manl. Torquatus iussit apud maiores nostros, i. prius te pugnaui : in bello Gallico necari filium suum, q. uis, filius pugnaui etiam feliciter in, contra hostem, s. Gallum : contra imperium, s. patris. Atq; ille filius Torquatus, adolescens egregius, dedit morte peccata uirtutis immoderate : quia uobediens, uos cunctamini, i. haesitatis : quid statuatis, i. constitutis de periculis crudelissimis, qui in patriam coniuuauerūt. Videlicet ( ironia ) cetera uita eorum obstat huic sceleris, i. punitioni huic sceleris, uerum parcite dignitati Lentuli, si &c. q. d. Quia ipse non pepercit, nec uos parcat. Ignoscite adolescentiae Cethegi : nisi, i. si non est ueris, quod inuolit iterū bellum patriae. Nam quid ego loquar de Galinio, Stabulo,

A tulo, Cepario quibus si fuissent, i. si ipsi habuissent unquam quaequam pensi, i. considerati non habuissent de repub. ea, id est ista iusta consilia. Postremo patres conscripti, si locus esset peccato, id est ut peccatū tolerari posseti mehercule, sita iudicante, ut uerum dico : ego patere facile uos corrigi, i. castigare ipsa re, i. euita malo : quoniam uerba admonitoria, s. contemnit ubi non apte additur mea. Sed nos sumus circūditi undiq; Cautila cum exercitu irget, s. uos : aut Italiam faucibus, s. ad deuorandū. Alij hostes sunt intra mentia : in sinu, i. complexu urbis, neq; quicquā potest ad nobis parari neq; consili occulte : quo, i. quanto aut quocirca est magis propendendum. Quare ego censeo ita : cum, i. quandoquidem. Respub. uenerit in maxima pericula consilio nefario ciuium sceleratorum : & hi, s. ciues sint conuicti iudicio Volturij & legatorum Allobrogum : & confessi parauisse eadem, incendia & alia facinora : facta atq; crudelia in ciues & patriam : censeo inquam, supplicium ( amendum more matorem de confessis, sicuti de manifestis, i. manifestis rebus rerum capitalium.

I. BON.

In oratione Catonis inuoluit error & macula in omnibus edictibus, etiam uenissimis, ubi legitur : Veror ne ista uobis mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertetur. Na, hic positum est pro nimis, unde Veror particula expungenda, Donato autore, locum hunc ita citante : Na ista mansuetudo & misericordia in miseriam conuertetur. Na, hic pro nimis positum. Cicero : Na isti uehementer errant. Sic ergo legitur : Na ista mansuetudo & misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertetur.

ZANC.

Illis. ] s. Catiline & socij facinorosi sui. Infirmitior. ] imbecillior. Vos languere. ] animo deficere, torpescere ad eos puniendos qui in casibus hodijs habentur. Nolite existimare, maiores nostros armis Remp. ex parua magnam fecisse. ] hoc est : Nolite existimare, tantummodo armis auctum esse imperium nostrum. Si ita res esset, ] uidelicet, quod imperium nostrum tantummodo armis auctum sit, id multo maius haberemus. Illis. ] maioribus nostris. Industria. ] id est prouidentia & scientia conseruandi ea quae ipsi foris acquisierunt. nam Donatus industriam, interpretatur scientiam & prouidentiam. est autem industria, ingenium sine uis, quae ad aliquid struendum sumus idonei. Foris iustum imperiū. ] uidelicet nullis iniurijs afficiendo socios ac subditos nostros. Animus liber. ] s. in iudicando quia non gratia, non metu, non misericordia commouebantur, sed iusticia solummodo sequentur. In consulendo. ] id est iudicando. unde & Dionys. lib. 10. Est inquit, optimus consiliarius is, qui sententiam non ad gratiam, aut ad priuatiuam inimicitiam : sed ad communem utilitatem offert : optimeq; de futuris consulunt, qui a praeteritis exempla sumunt. Neq; delicto neq; libidini obnoxius. ] nam iudex, qui alicui perturbationi uel uoluptati subiectus est, liberā sententia ferre non potest. Pro his. ] scilicet pro industria, pro iusto imperio, liberoq; iudicio. Publice egestatem. ] quia omnino nullam Reipub. curam habemus. Priuatiu opulentiam. ] quia, dummodo nobis ingentes diuitiae sint, parum deinde cura est, quomodo Respub. se habeat. Laudamus diuitias. ] nam ferē semper euenire solent, ut illi uobis diuitiae placent, circa Reipub. administrationem inertes sint. Inertiam. ] ignauiam. nam iners dicitur ignauus, uel sine arte : huic contraria est solertia, quā Cicero prudentiam appellat. Nullum discrimen. ] nulla

differentia, ut apud Virg. — Nullo discrimine agetur. Tros Rutulūque iuat. Ambitio. ] Ambitio enim ponitur pro affectione honoris, & in utramque partem dicitur. unde & Ambitius nomine, pro crimine parti honoris contra leges. Omnia uirtutis praemia. ] Solebant enim antiquis Rom. uiris ob egregiam domi forisq; nauatam operam, magistratus conferre, ut alibi scripsimus. Neque mirum. ] s. est. affert rationes, cur adeo mores ciuitatis corrupti sint, ut nulla inter bonos & malos differentia sit. Vbi. ] quando. Separatim. ] i. non reip. utilitati consulitis, sed unusquisque sibi separatim prouidet. Vbi. ] quando. Voluptatibus. ] edendi, bibendi, uestiendi, exornandi domes, & ediscandi eas. Hic. ] in senatu, ubi de rei utilitate consulendum esset. Pecuniae seruitus. ] quia pecunia causa omnia concedit : nam si quis pecuniosus a senatu aliquid optat, pecunia ienatorib. exhibendo, statim quod uult consequitur. Vnde Tugurtha Roma discedens ferunt dixisset Urbem uenalem cito perituram, si emptorem inueniret. Aut gratia. ] fauori. Si quis enim gratia apud uos ualeat, facile quod uult obtinet. Eo. ] ideo. Fit. ] euenit. In uacuum rem. ] derelictam : quia defensoribus nuda est. Ideo fit. ] ut sceleris homines eam occupare tenent. Coniuuare nobilissimi ciues. ] uelut, & circumstantis. Gallorum gentem infestissimam Romano nomini. ] nam & Lilius ait : Vnam sibi spem reliquā in Hetruscis restare, scire gentem opulentissimam armis, uiris, pecunia esse : habere accolos Gallos, inter ferrum & arma natos, feroces cum suapte ingenio, tum aduersus populum Roman. quem captum a se, auroq; redemptum haud uana iactantes memorant. Galli enim bellicosissimi erant, & ob id Imperatores Romani, eos resutandos potius, quam bello laceffendos uoluerunt, ut scribit Cicero. Dux. ] Catilina. Super caput est. ] eninet ceruicibus nostris. nam in Hetruria erat. Vos cunctamini. ] tardatis, tergiversamini. Misereamini. ] Ironia. Caesaris enim orationem irridet, qui censuerat, conuertos morte non esse puniendos. Homines adolescentes. ] ualde iuuenes. Deliquere. ] pro, deliquerunt : hoc est uerauerunt. Per ambitionem. ] propter honoris cupiditatem. Na. ] certē. Sed illi. ] coniuuati. Conuertetur. ] alius, Veret. Scilicet res ipsa aspera. ] Occupatio. Imo uerō maximē. ] Correctio. Mollicia. ] effeminatio. ualde molles, effeminati dicuntur. In maximis sepe periculis. ] scilicet, quae ex omnibus bellis Gallicis, Punicis extiterunt maxima. Neq; supplicijs. ] supplicationibus. nam praeterquam quod supplicia dicebantur damnatio uel poena, significat etiam supplicationem. ut Salustius alibi : In supplicijs deorū magnifici, Accius Epigonū, nunc pergamus supplicijs placans caelum aras expleam. & hoc loco ita accipiendum est : quia antiquitus, cum nummorū usus apud Romanos nondum frequens esset, peccatis & iumentis plebebantur fontes, ex quibus postea fiebant sacrificia. Vbi. ] quando. Socordiae. ] ad animum refertur. Atq; ignauiae. ] ad corpus retulit. Nequequam. ] frustra. Apud maiores nostros. ] Amplificat ab exemplo, idq; a maiore. Bello Gallico. ] Valeri. Maxim. libro 2. cap. 2. & Lilius libro 8. Decad. 1. id bello Latino factum referunt. Contra imperiū. ] contra Imperatoris iustum, & contra decretum patrum. In hostem. ] contra hostē. Egregius adolescens. ] id est, animi egregij adolescens. Immoderate & fortitudinis. ] quia in adipsenda uictoria praeter-



moria, ingenti uirtute diuersis moribus, fuere duo uiri, M. Cato, & C. Cæsar: quos quonia res obtulerat, silentio pretereire non fuit consilium, quin utriusque; naturam & mores, quantum ingenio possem, aperire. Igitur his genus, ætas, eloquentia, prope æqualia fuere: magnitudo animi par, iræ gloria: sed alia alij. Cæsar beneficijs ac magnificentia magnus habebatur: integritate uitæ Cato. Ille mansuetudine & misericordia clarus factus est: huius ueritas dignitate addiderat. Cæsar dando, subleuando, ignoscendo: Cato nihil largiendo gloria adeptus est. In altero miseris profugium erat: in altero malis pernicijs. Illius facultas, huius constantia laudabatur. Postremò Cæsar in animum induxerat laborare, uigilare: negocijs amicorum intentus, sua negligere: nihil denegare, quod a domo dignum esset. sibi magni imperium, exercitum, nouum bellum exoptabat, ubi uirtus enitescere posset. At Catoni studium modestiæ & decoris, sed maximè seueritatis erat. Non diuitijs cum diuite, neque factione cum factioso: sed cum strenuo, uirtute: cum modesto, pudore: cum innocente, abstinentia certabat. Esse, quàm uideri bonus malebat. Itaque quo minus gloriam petebat, eo magis illam adsequabatur.

† Bono  
Seueritas in  
Cato.

VALL.

¶ Postquam Cato assedit. ] Nunc dicit quid fecerint senatores, perorata Catonis oratione. Assedit. ] perorata oratione. Omnes consulares. ] qui consulatum gesserant. Ferunt. ] efferunt, extollunt. Sed mihi multa le. ] Digressione facit, in qua ostendit, quæ nam res fuerit, quod a paruulo initio respub. Romana ad imperium totius orbis terrarum peruenit. Multa legenti. ] per me, s. multas historias. Audiendi. ] à maioribus, à senioribus. Domi. ] in pace. Mari atq; terra. ] bello terrestri atq; nauali. Attendere. ] diligenter considerare. Quæ res. ] scilicet bello pacisq; gesta. Parua manu. ] parua turba. Magnis legionibus hostiũ. duabus legionibus Lucullus contra Mithridatem & Tigranem pugnauit, qui in exercitu quinquaginta milia hominum habuisse dicitur: unde Cicero in Oratione pro Archia poeta, cum Lucullum laudaret, & populi Ro. exercitus, qui non cum magna manu innumerabiles armorum copias fudit. Violentiam. ] ut aduersus Annibalem, aduersus Gallos. Facundia Græcor. ] quia Græci semper Romanis eloquentia, Galli bellicis rebus superiores iidem extiterunt. Fuisse ante Romanos. ] id est superiores fuisse Romanis. & est idoneus dicendi modus, Petrus est ante Ioannem uirtute id est, Petrus præstat Ioanni uirtute. Agitanti. ] cogitanti. Constabat. ] manifestum erat. Patruisse. ] consecisse cuncta, quæ ad augendum imperium populi Romani pertinissent. Eo que factum est. ] quia egregia uirtus paucorum omnia comparauerat populo Romano, sequitur illud, ut paupertas diuitias, & paucitas superaret multitudinem. Postquam luxu. ] Quia occurrebatur si paupertas diuitias, & paucitas multitudinem, quomodo ergo tantum imperium permisit, cum nec uirtus ne parsimonia remanserit in urbe? Respondet Sallustius. Luxu. ] luxuria, superfluitate esse effecta, cum partum ediderit, aut effecta casu ablatum est, ut sit effecta, scilicet existente. Sed memoria mea. ] post magnum temporis intervalum, atate mea (inquit Sallustius) duo præstantissimi uiri in urbe Romæ inuenti sunt: C. Cæsar, & M. Cato, et uide quomodo post digressione ad id peruenit, quæ d. intendebat: uidelicet

ut de uirtutibus Caii Iulij Cæsaris & M. Catonis diceret. Res obtulerat, scilicet dicendo de orationibus, quas uterq; in senatu habuerit. Non fuit consilij. ] non placuit. Prætereire silentio. ] nihil de uirtute eorum predicare. Naturam. ] ingenium. Mores. ] consuetudines uitæ. Quantum ingenio possem: quantum uiribus ingenium ualeret. Gerunt. ] etas. Eloquentia. ] quia ambo erant etate florentes, eloquentia insignes, genere nobiles. Alia alij. ] Notandum est, quod alius cum de pluribus dicitur, hic de duobus tantum dicitur. Beneficij. ] merendo. Manifestia. ] largiendo. Ille. ] Cæsar. Ignoscendo. ] nocentibus. Seueritas dignitatem. ] nemini parcendo, qui quidem aliquid deliquisset. Dando. ] beneficia pauperibus. Subleuando. ] miseris. Ignoscendo. ] nocentibus. Nihil largiendo. ] nec pecunias, nec pœnas remittebat Cato. Pernicies. ] exitium. Facilitas. ] quia facilis erat ad ignoscendum. Constantia. ] quia constans erat, & à iusticia nullo modo deterri potuerat. Postremò. ] Pergit mores & ingenium Cæsaris & Catonis prosequi: ostendens quæ nam inter eos differentia esset, dicit enim: Vt omnia complectar, Cæsar uir nobilissimus fuit, Cato autem seuerissimus & modestissimus. Laborare, uigilare. ] laboribus & uigilijs operam dare, & intentum esse. Sua negligere. ] pare uipendebat res suas priuatas, dummodo sociorum negotia procuraret. Quod dono. ] nihil quod donari posset, unquam negabat. Nouum. ] magnum: quod tandem obtinuit, cum in Galliam missus est. Vbi. ] in quo. Studium. ] exercitatio. Decoris. ] decentiæ & ornamenti, ne quid faceret contra honestatē. Seueritatis. ] iusticia, adeo enim seuerus erat, ut præcanti ignoscere nollet. Diuitias. ] ut ceteris diuitijs præfaret. Factione. ] factio dicitur malorum conspiratio. Factiones interdum dicuntur opes & diuitiæ. Cum strenuus. ] ut strenuum uirtute, modestum pudore, innocentem abstinentia superaret.

¶ Postquam Cato assedit, etc. ] Cato stans perorauerat ita: finita uerò oratione assedit, & postquam assedit, laudatus est ab omnibus, &c. Consulares autē uocat, uel eos qui consulatu usi erant, uel qui digni erant. Clarus, in fama, quantum ad alios magnus, in uirtute, quantum ad se, &c. Sed mihi, &c. ] Cum multi orationes dixerint, quare, s. Cæsaris & Catonis posuit, & non aliorum? subiungit: quia isti uiri erant honesti, & in repu. strenuat quare resp. olim multos bonos parere solebat, & quod multos

OMNIB.

A multos bonos peperisset, ostendit, & taliter probat: siquidem Sallustius in historijs legerat, & à pluribus audiuerat, quod olim paucitas Romanorum multitudinem superasset hostium, quod paupertas Romanorum euicisset hostium diuitias: unde ergo id contigisset, diu apud se considerauerat. Armis enim non contigerat, nam si armis contigisset, resp. Gallorum multo amplior esset. Galli enim bellicosiores sunt quàm Romani. Facundia item non contigerat, nam si facundia, resp. Græcorum multo clarior esset: Græci enim facundiores sunt quàm Romani. Deprehendit itaq; quod egregia uirtus paucorum ciuium hæc omnia hic impetrauit. Sed resp. multis temporibus quasi effecta fuerat, nec aliquem dignum & honestum parere poterat. Nouissimè autem, in sua memoria, hi duo reperi sunt digni & honesti: & iccirco eorum orationes tantum posuit descensum ad literam. Multi quidem perorauerunt, quorum omnes orationes tacuit: istorum autem protulit, et non sine causa: sed ideo, quia multa mihi legenti, &c. Domi. ] in pace. Militia. ] in bello. Mari. ] id est, nauali praelio. Terra. ] terrestri bello. Ad hæc. ] i. præter hæc. Ista libuit mihi intendere. Ac mihi multa agitanti, id est, consideranti. & eo, i. propter id factum est, &c. Ita per egregiam uirtutem, & per bonos mores creuit ciuitas. Sed postea illis bonis uiris descendit, negligentia & uitijs imperatorum, illos qui successerunt, resp. magnitudine sua bene diu tolerauit. Effata paupertas. ] i. extra factum bonorum patrum, quia nullum gignebat. Sanè. ] id est, certè. Haud quisquam. ] id est, nullus. ita multis temporibus nullus inuentus dignus: sed mea memoria duo inuenti sunt digni, scilicet Cato & Cæsar. Diuersis moribus. ] diuersitatem postea ostendit. Quos quoniam res, &c. ] i. res & tractus secus. Igitur, &c. quia naturam & mores eorum aperirem, uisum est mihi utile. igitur aperiam. hoc est, bis. Cato & Cæsar. Genus & etas. ] Commendat eos à genere & etate, & ita aperit naturam. Eloquentia. ] hic aperit mores. Gloria par, nam ambo pariter erant gloriosi in factis, sed alij alij, alij uel procedens ille. Scilicet Cæsar. Huic. ] scilicet Catoni. Decoris. ] s. honorum. Dando regnis. ] subleuando depressos, ignoscendo res, &c.

BAD.

¶ Postquam Cato assedit. ] quia consularis erat, & ita cedere solitus cum senatoribus: uerum orantes stabant, unde est. Ad iudicium sta. omnes cōsulares, i. qui aliquando consules fuerant: & ita magna pari senatus, i. senatorum seu seniorum: laudant sententiam eius, scilicet Catonis: uerum, i. sed: efferunt ad cœlum, scilicet usq; uirtutem animi eius: alij increpantes alios, i. se mutuo: uocant, supple. se timidos, qui aliter senserint. Cato habetur, i. reputatur ab omnibus clarus atq; magnus: senatus decretum fit: sicuti ille censuerat, id est, ut supplicium ultimum sumeretur de deprehensis. Sed (inquit auctor noster) libuit mihi legenti multa præca facinora, quæ scripta sunt: & audient multa non scripta: quæ populus Romanus scit domi & militia, id est in bello: & in, supple. mari & terra libuit dicit, forte attendere, id est, considerare: quæ res, id est, quæ causæ: sustinuisse, id est, sustinuisse: ne laberentur maxime, id est, præcipue tantæ negotia, quanta illi gesserunt. Sciebam populum Romanum contendisse parua manu, i. paruo exercitu militum cum magnis legionibus, id est, copijs in legionibus distributis hostium, de quibus prius diximus. Cognouerã bella gesta paruis copijs, scilicet exercitus Romani cum

regibus epulentis, id est plenis opum, & ita grandem exercitum habentibus. Ad hoc, id est in super cognoueram pop. Rom. tol. rauxisse sepe uolentiam fortune, id est, ha buisse fortunam maxime suam & inimicam. Et Græcos fuisse ante Romanos, id est uicisse eos: facundia, id est eloquenti sermone. Vnde Maro Æneid. sexto: Orabant alij causas melius, &c. — & Gallos fuisse ante Romanos gloria bellis: quia ut Iustinius dicit, olim in Asprica & Asia nulli bellu sine Gallo milite feliciter gerebatur. & ut in Iugurtha dicit: Cum Gallis non pro gloria obtinenda, sed pro salute conseruanda Romani bellabant. At, i. sed: constabat, id est, com pertum erat, & quæparebat mihi agitanti, i. uersanti multa, id est, multas causas tantorum facinorum: egregiam uirtutem paucorum ciuium patruisse, id est, egisse: & effecta cuncta: & eo, id est, propterea factum est uti, id est ut paupertas superaret diuitias, & paucitas multitudine. Sed postquam ciuitas Romana corrupta est luxu, id est luxuriosa & molli uita: atq; desidia, id est pigritate rursus, i. e. conuersio tunc resp. sustentabat sua magnificentia ne, scilicet diuitiarum & potentia uita imperatorum atque magistratuum. At, i. sed: sicuti, id est, quasi: parente, id est matre, s. Romana ciuitate: effecta, i. exhaustio factu, non habente unde amplius factum producat: sicut uelut effecta dicitur, ubi desinit concipere: haud quisquam, i. nemo fuit multis temporibus Romæ sanè, id est, ualde magnus, id est egregius ciuis. Sed duo uiri, scilicet M. Cato & C. Cæsar fuere mea memoria: ingenti uirtute, id est, habentes ingentem uirtutem diuersis moribus, unda eorum mores nimium graphicè describit. Quod, scilicet duas tales uiros fuisse: quoniam res, id est occasio describendi obtulit. non fuit consilium prætereire silentio, quin aperirem quantum possem ingenio, naturam & mores uiribusque. Igitur his. ] ut eorum mores sequar: genus, id est generositas, etas & eloquentia fuere bis duobus propè, id est ferè, aut quasi equalia: & magnitudo animi erat bis duobus par: item gloria ex uirtute & præclaris factis: nobilibus prouentis: etas, sup. par: sed alia, supple. erat alij, ubi alij inter duo ponitur. cum Valla dicit et altera alteri, id est alia uia nata erat gloria Cæsari, alia Catoni. Cæsar habebatur magnus beneficij & munificentia, id est liberalitate sua. Cato habebatur magnus integritate uitæ, quia castè & incorruptè uixit, & seuerè dixit. Ille, scilicet Cæsar: factus, supple. est clarus mansuetudine & misericordia: quia secundum Plinium erat uirtute ad penitudinem clemens. illis enim pepercit, ad quibus postea interfectus est: unde inter funebres ludos de eo cantatum dicit Suetonius, ex Pacuui armorum iudicio: Men seruasse, ut essent qui me perderent. quæ causa fuisse uideatur Vergilio, ut Æneam tam piuum fingeret. Seueritas, scilicet uita: in qua rigide uerum sequebatur: addiderat huic, scilicet Catoni dignitatem: quia etiam ebrius inuentus uerendus erat. Cæsar adeptus est gloriam, dando scilicet munera subleuando, scilicet depressos: & ignoscendo, largiendo in se peccantibus. Cato adeptus est gloriam nihil largiendo, id est, quia largitiones aut captiones nullas facere uolebat, & tamen summam dignitatem affectus erat. In altero, scilicet in Cæsare erat, sup. miseris profugium: i. patrociniū ad ipsum profugientibus. In altero, scilicet in Catone, erat malis, i. malis: i. pernicijs, id est exterminium & interitum: facilitas, id est beneuolentia ad faciendum, quod ab eo peteretur: ille

lus, scilicet Cæsaris laudabatur et constantia. i. firmitas in verbo et factis. huius scilicet Cæsaris laudabatur. Postremo, id est ut paucis omnia dicam: Cæsar inderat in animo. i. sibi constituerat laborare, pro amice uigilare pro amicis, quia inuenit negotio amico: negligere sua, negotia: et nihil denegare, quod esset dignum dono, id est quod pro dono reputetur, ut ubi et accipiente et accepti dignitas seruetur: et exoptabat sibi magnum imperium et exercitum, scilicet magnum, et bellum nouum: ubi uirtus, scilicet sua: posset enite: et, id est euidenter apparere cum gloria. Et, id est e contrario: Catoni erat, id est Cato habebat studium modestum, i. moderatum et temperatum ab omni insolentia et superbia uitae, decoris, id est honestatis et honoris: sed maxime, i. praecipue, feruoritas, i. inflexibilitatis a uero: et certabat, id est contendebat, non cum diuitiae diuitijs, i. ut ditior uideretur neque factio: ne cum factio: sed uirtute, i. fortitudine, cum strenuo: et pudore, cum modesto, ab absentia, i. ab alienis rebus: cum innocente, id est innocuo: et malebat esse bonus quam uideri, non tamen asperrabatur uideri. Itaque, id est et itaque, id est quanto minus petebat gloriam: eo, id est tanto magis assequetur, i. gloriam, quod et alij ferre contingit: quia gloriosi, i. glorie sectatores sepe in gloria sunt.

I. B. O. N.

At sicut effecta parenti multo tempestatibus, haud sane quicumque Romae uirtute magnus fuit. Sunt qui putant legendum, Effeta parente. Ceterum cum omnes eodice Parenti habeant inuoluntate sensus ita explari posse uidetur, sic ordinandum puto: Haud sane quicumque Romae uirtute magnus fuit, sicut effecta, subaudi Republicam. Et erit ablatiuus absolutus, Effeta dico magnis tempestatibus parentum: hoc est, calamitatibus maiorum per quod inuere uidetur, bella ciuilia et discordias intestinas in causa fuisse, ut nullus iam multis seculis clarissimus emeris.

Z. A. N. C.

Assedit. Senatores sententiam rogati, stantes dicebant. Consulares. Consulares dicuntur, qui aliquando sunt et consulati. Sententiam eius laudat. Velleius Patriculus libro secundo de Catone loquens: Hic T. plebis designatus adhuc admodum adulescens, cum alij suaderet, ut per municipia Lentulus, conuerti: custodirentur, pene inter ultimos interrogatus sententiam, tanta ui animo atque ingenij inuectus est in conuentionem, et ardore oris orationem omnium lenitate suadentium, societate consilij suspectam fecit: sic impendens ex minis incendijque urbis, et conuersione status publici pericula exposuit: uia consilij uirtutem amplificauit, ut inuictus Senatus in eius sententia transiret, animaduertendumque in eos quos praediximus, conserent, maiorque pars ordinis Catonem prosequeretur domum. Plutar. in Ciceronis uita: Huius sententiae Catulus primus contradiixit: deinde Cato, qui uentem oratione prorumpens in suspensionem Cæsaris omnem Senatum iracundia simul et indignatione repleuit, quamobrem necis supplicium in captiuos decretum est. Uirtutem animi. Fortitudinem animi. Ferunt. Effecta uirtute, extollunt. Cato magnus. Id est magna fortitudinis uir. Senatus decretum sit. Senatus, locum hunc citans Priscianus legit, ait enim: Senatus quoque ideo quartus est, quod a uocabulo natus componitur: et si ante uis alia sit in eadem syllaba consonans, et corporalia quartus sunt declinationis, nisi sint propria uel mobilia, ut, hic fructus, hic questus huius questus, excipitur hic lectus, huius lecti, quod tamen antiquissimi protulerunt. Plautus

in Amphitruo. Quam lectus ubi eccubasti, concauit locum. A multus quoque multus, excipitur: quod tamen mobile uidetur, cum ueteres et Iamino et neuro genere inueniuntur: hoc et protulisse: pro nouis, nouis, nouis. Quid in 4. Metam. Trecentum missis, trecenta multa uidere.

Cato Censorius de agna pascenda, multa agna, pro noua dixit, inueniuntur tamen antiquissima multa ex supra dictis in genitio etiam in i terminasse. Trecentum in Andria: Nihil ornati, nihil tumuli, pro, ornatus et tumulus. Idem in Adelphis: Frueli, pro fructus. Nunc ex aetate hoc fructus pro labore ab his fero, quasi, pro questus. Idem in Hecyra: Nihilquam animum quasi gratia ad melas partes adducam, aduenti, pro aduentus. Idem in Phobor. Patrem extra eam ubi eius aduenti inueniuntur. Senati, pro Senatus. Sal. in Catilin. Senati decretum sit, sicut ille conseruat. Sicut ille conseruat. Non mirum, si Senatus Catonis sententiam approbanti, quippe qui apud omnes magna erat autoritas ac integritas, Plutar. in Demosthenis uita ait: Hoc tamen incertum est, utrum ad uim dicendi, uel ad integritatem uirtutis auctoritatem Phocionis referat. Plerumque enim probatus uir, et fidem apud populum habens, uno uerbo uel nutu longas aliorum orationes superat. Sed mihi. Excursum facit, quo ostendit, quod non fuerit quod ex paruo initio Republicam Romana ad imperium totius orbis terrarum perueniret. Multa legenti. Id est est multas historias, quae res gestas populi Romani continent. Domi. In pace. Mari atque terra. Id est bello terrestri atque nauali. At tendere. Diligenter considerare. Sciebam se penumero. Id est, mihi argumentum erat, imperium Romanum uirtutibus non esse conseruatum. P. Romanis contendisse. Manus conseruisse. Parua manu. Paruo exercitu. Cum magnis legionibus hostium. Sicut de Lucullo legitur, a quo Nabibridates uictus ad Iocorum Tigranem, Armeniorum regem conseruie: cum Lucullus insecutus est. Tigranes ingenibus copijs comparatis, Luculli paruorum exercitum contemebat, paucitatem illudens, dicebat: Si legati uenirent, satis multos quidem: si uero pugnaturi, paucos admodum esse. Sed tandem collatis uiribus, Lucullus uictoria potius est: ut alibi scripsimus. Vnde et Cicero in oratione pro Archia poeta sic ait: Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum, et regijs quondam opibus, et ipsa natura uictum, populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit. Ad haec. Praeterea. Saepè fortuna uolentiam tolerauisse. Ius aduersus Pyrrum, aduersus Gallos, et maxime aduersus Annibalem. Faciunda Graecos. Quia Graeci semper Romanis eloquentia superiores fuerunt. Vnde et Cicero in oratione pro Flacco ait: Veruntamen hoc dico de toto genere Graecorum, tribus illis literas, de multarum artium disciplinam, non admo leporem sermonis, ingeniorum acumen, dicent diu copiam: denique etiam si qua sibi alia inueniunt, non repugno. Gloria belli Gallos. Nam Galli quoque Romanis belli gloria superiores extiterunt, quae et Iustinus libro 25. ait: Denique neque reges orientis, sine numero Gallorum exercitum uia bella gesserunt, neque pulsus regno ad alios, quam ad Gallos conseruauerunt: tantus terror Gallicis nominis, sine armorum inuicta felicitas erat, ut alter neque maiestatem suam uitam, neque amissam recuperare sine Gallica uirtute arbitrabatur. Itaque in auxilium a Bithyniae rege inuocati,

regnum

regnum cum eo parua uictoria diuiserunt, eamque regionem Gallograeciam cognominauerunt. Fuisse ante Romanos. Id est superiores fuisse Romanis: et est honestus dicendi modus. Aglanu. Cegitanti. Corstabat. Notum erat. Cuius patrauisse. I. cuius aetate fuisse, quae ad imperium populi Romani augendam peruenissent. Eo. Ideo. Factum est. Quia praestans paucorum uirtus omnia pro. Rom. acquirerat, ideo effectum est, ut paupertas diuitias, et paucitas multitudinem superaret. Postquam res. Obiectioni occurrat. Nam quissiam dicere potuisset: Si paupertas diuitias, et paucitas multitudinem superaret, cur ergo tendi imperij permansit, cum nec uirtus, nec parsimonia in urbe remanserit? Respondet, luxu atque desidia ciuitatem corruptam fuisse. Luxu. Luxuria, superfluitate, nam luxa membra, dicuntur et suis locis mota et soluta: a quo luxuriosus, in re familiaris solutus. Desidia. In merita, nam meris, dicitur persator. Sustentabat. Quia eo magnitudinis imperij peruenerat, ut imperatorum ac magistratuum uirtus amplius euerit non posset. Ac ueluti effecta parentum. Alias Parente, sensus enim hic est: inuenit iam multis temporibus Romae uirtute praestantem et egregium extitisse ciuem, tantquam iam ex hausta uirtute in re Roma, quae est quasi parens cuius Romanorum, est enim ducta translatio a feminis, quae continuo partu, ut agro uentre non amplius pariunt. Multis tempestatibus. Per multa tempora: quia in significatione dici alibi decimus. Sed mea memoria. Post, inquit, magnam temporis intercedi. Nam, duo praestanti uirtute uiri Romae inueni fuerunt, C. Cæsaris, et M. Cato. et hoc modo transit ad id quod sibi proposuerat, uidelicet, ut de uirtutibus C. Cæsaris et Catonis diceret. Res obtulerat. Cum, f. in medium proposueris orationes, quas inter, in Senatu habuit. Non fuit consilium. Non placuit. Preterire silentio. Tacere de coru uirtute. Naturam. Ingenij. Mors. f. uita sua. Quamtu ingenio possem. pro uiribus ingenij mei. Aperire. patefacere. His. scilicet Cæsari et Catoni. Genus. Catonis genus principij dignitatis et gloriae sumpsit a proauo Catone, in primis clauo, magnaeque auctoritatis. Plutar. Cæsaris uero genus fuit ex Venere, na Venus ex Anchisa genuit Aeneam, patrem Iulij Cæsaris, a quo gens Iulia ducitur. Vnde Suetonius Cæsarem ipsum in laudatione amita fuit, haec dixisse facit. Nam ab Anco Martio sunt Martij reges, quo nomine fuit mater, a Venere Iulij, cuius gentis familia est nostra. Aetis. Quia ambo iuuenes erant. Eloquentia. Imbo enim fuerunt eloquentes. Quotid. lib. 11. cap. 1. sic ait: Imperatorum ac triumphantium separata aliqua ex parte ratio eloquentiae, sicut Pompeius abunde disertus, rerum suarum narrator, hic quoque bello ciuili se interfecit. Cato eloquentis Senator fuit. Idem libro 10. de Cæsare ita inquit: C. uero Cæsaris si fortantum uacasset, non alius ex nostris contra Ciceroem nominaretur: tanta in eo uis est, acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo discessit, quo bellum apparcat. Exornat tam haec omnia mira sermonis, cuius proprie studio, fuit, haec omnia. Tranquillus in Diuatore: Eloquentia, inquit, militari, quae ait aequat praestantissimorum gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabellae, haud dubie principibus patrum numeratus est: certe Cicero ad Brutum oratores enumerans, rogat se uidere, cui Cæsaris debebat cedere: aitque, cum elegantem splendendam quoque ac magnificam ac generosam quodammodo rationem di-

cendi tenere. et ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit: Quid et oratorum, quem huc anteposui eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sententis aut acutior aut liberior? quis uerbis aut ornator aut elegantior. uide quoque Tacitum in Dialogo de Oratore. Aliquos enim quis dicitur, decet Cicero in Oratore his uerbis: Is est enim eloquens, quia et humilia subleuit, et magna grauit, et mediocria temperate potest dicere. Ibidem: Is erit igitur eloquens (ut illud iam iterum) qui poterit parua submissis, media temperate, magna grauitate dicere. et paulo post: Is erit ergo eloquens, qui ad id quod a cunq; docebit, poterit accipere: edare orationem: quod cum statuerit, tum ut quidque erit dicendum, ita dicit: nec saurariatione, nec grandia minute, nec item curis, sed rebus ipsis par et aequalis oratio. Preter aequalia fuisse. Quia ambo nobiles iuuenes, et eloquentes erant. Magnitudo animi. Nam ambo mego animo praediti fuerunt, ut utriusque facta declarant. Par. Aequalis. Item. Similiter. Gloria. Imbo enim ingentem gloriam ex suis rebus gestis adepti sunt. Sed alia alij. Valia libro 7. Eduerso nonningue de duobus dicimus alius et alius: nec aliter dicere possumus, ut dubitetur uter excellat. Salust. an Lini et alius alium praepone, non autem alter alterum: ratio posuabat ut dicereamus, alius alterum. nam alius ad plurimos est uerit, qui de duobus iudicanti alter ad uisum de duobus, de quibus iudicatur. Sed quia uidebatur inuenit in sic loquit, maluerunt mutare alterum in alium. Afferemus exemplum Salu. in Catil. de Cæsare et Catone loquit, inquit Genus, atus, eloquentia, praepaia fuisse: magnitudo quoque animi, et gloria: sed alia alij, uel est ea ratio, quam dixi uel haec, quod idem est, alia alij, uel dicitur a diuerso. ut, Alia facies mea, alia est tua, i. diuersa. Beneficia. conferendo beneficia. Munificentia. largiendo. de liberalitate ipsius haec refert. Tranq. in Diuatore: Populo praeter frumenti denos modios, ac totidem olei libras: trecentos quoque nummos, quos pellicitus olim erit, uirtum diuisit, et hoc amplius centenos pro mora. Annuum etiā habitacione Romae usque ad bina milia nummi, in Italia, non ultra 300. sestertios remisit: dicitur et uisceracione, et post Hispaniensis uictoria duo praedia. Integritate uita Cato. Valer. Max. li. 2. ca. 5. M. quoque, inq; Porcius Catonem admiratio fortis ac sincerae uita adeo admirabile senatus fecit, ut cum inuito C. Cæsare cof. aduersus publicanos dicendo inuicia dicit extraheret, et ob id eius iussu a li flore in carcerem duceretur, inuictus Senatus illa sequi non dubitauit: quae res diuini animi perseverantia flexit, multo uel exple et apud ipsum, et apud Plutar. leges. Ille. f. Cæsaris. Mansuetudine. misericordia clarus factus est. Tranq. Cornelio Phagata, cuius quondam nocturnus insidias ager ac latens ne perduceretur ad Syllam, ut praemio dato, euaserat, nunq; nocere sustinuit in P. Clodij Pompeie uxoris suae adulterij atque eade de causa pollutari: ceterum rimonarij relictis citatus negauit, se quicquam cõperisse, quamuis et mater Aurelia, et soror Iulia apud eum sed iudices omnia ex fide retulissent: interrogatusque, cur igitur repudiasset uxorem? Quonia, inquit, tam suspicione quam crimine iudico canere oportet, et quam misericors Cæsaris fuerit, ex hoc apparet, quod in acie Pharsalica proclamauit, ut ciuitas parceretur: dinceps nemini non suorum unum quem uellet, pariter aduersus seruire concessit: nec illi perijisse, nisi praelio reperiretur, exceptis

C 3 diuitiatis



Sic Poeta quispiam apud Ciceronem, Quae tempestate Perms in Italiam venit, pro, quo tempore. Ac si quid est in me iudicij, maxime hac voce Sallustium, ut antiquarium, uti decuit. Iam tempestatem pro tempore apud Sallustium accipi oportere, iudicio sunt ea quae mox ibidem sequuntur, Sed mea memoria ingenti uirtute, diuersis moribus, fuerit uiri duo, M. Cato. & C. Caesar. Nam multis illis antea temporibus, opponit memoriam suam. hoc est, seculum & aetatem suam. Hoc modo & Augustinus intellexisse hunc locum uidetur, cum inquit: Laudat idem Sallustius temporibus suis magnos & praeclaros uiros, M. Catonem & C. Caesarem: dicens, quod diu illa resp. non habuit quengquam uirtute magnum, sed sua memoria fuisse illos duos ingenti uirtute, diuersis moribus. Haec Augustinus 5. de Ciuitate Dei. Quod Sallustius ait, Multis tempestatibus, id mirum Augustinus Diu interpretatur. Sed de hoc satis. Illud quoque non praeterendum, in manuscriptis ipsis reperiri, Ac sicuti efficta, pro ueluti, quod hodie legitur. Nec secus in Veneto atque alijs quibusdam. Uirtutem autem & alia Sallustius & Sicuti, non tanquam seu ueluti, ne quem insolentia uocis in hoc significato offendat. ut, Nihilominus insolentes, sicuti fontes circumuenire. & Constatuere ea nocte paulo post cum armatis hominibus, sicuti salutatum in uoie ad Ciceronem. & Sicuti iurgio laceffitus foret, pro, tanquam foret laceffitus. & Alii sicuti iura populi defenderent, pro, quasi defenderent. Sed mea memoria ingenti uirtute. ] Bst in cunctis manu scriptis, atque item impressis quibusdam memoria mea. ut pronomen sequatur. Diuersis morib. fieri uiri duo.] Sic

in manuscriptis. nec aliter ab Hadriano citatur de modis Latine loquendi. Eodem modo codex Beroaldinus. Ille mansuetudine & misericordia clarus factus est. ] r. Est, non reperi in manuscriptis, ac maiore cum gratia abest. Nec est in omnibus impressis. In altero miseris profugium erat. ] In quibusdam, Per fugium. Vtrumque apud Ciceronem reperitur. r. Erat, non est in manuscriptis, nec in impressis quibusdam, ac rectius abest. Nihil denegare quod dono dignum esset. ] In uno Fabriciano est, Bono dignum, ceteris reclamantibus. Sed hic nihil pronuncio, tantum diuersam lectionem indico, non iudicium interponens meum, sed integrum relinquens Lectori suum. Vbi uirtus eius entescere posset. ] Bius, non est in manuscriptis, nec impressis uelutioribus. Ne Augustinus quidem addit, ubi hunc locum citat, libro 5. de Ciuitate Dei. Itaque quo minus petebat gloriam, eo magis illam assequatur. ] Illam, non reperi in quibusdam, nec in Merseburgensi. & omitti potest, citra detrimentum sensus. Augustinus, haud scio, an memoria lapsus ita citat. eo magis illum sequebatur, nempe gloria Catonem. Forte non fuit ad manum liber. itaque memoria sifus (ut fit) pereram hoc modo citauit. In manuscriptis praeter ea non itaque, sed ita legitur, consentientibus exemplaribus Hadriano & Beroaldino, ac si quid est in me iudicij, rectius hoc modo legitur.

¶ Veluti efficta parentum. ] Efficta parente, legit Badius in auferendi casu utraque, quae lectio quidem placet: nam alteram per genitiuum Parentum, ego sane non intelligo. Etiam si & uetus codex ita habeat.

Tullianum.

Postquam, ut dixi, Senatus in Catonis sententiam discessit: Consul optimum factu ratus, noctem quae instabat, antecapere, ne quid eo spacio nouaretur: Triumuiros quae supplicium postulabat, parare iubet. Ipse dispositis praesidijs Lentulum in carcerem deducit: idem fit caeteris per praetores. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur: ubi paululum ascenderis ad laeuam, circiter x r. pedes humi depressus, eum muniant undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta: sed inculata tenebris, odore foeda, atque terribilis eius facies est. In eum locum postquam dimissus est Lentulus, iudices rerum capitalium quibus praecipitum erat, laqueo gulam fregere. Ita ille Patricius ex gente clarissima Corneliorum, qui consulari imperio Romae habuerat, dignum moribus factusque suis exitum uitae inuenit. De Cethego, Statio, Gabinio, Cepario eodem modo supplicium sumptum est.

VALL.

¶ Postquam. ] Ad propositum redit, dicens: Postquam duo tanta uirtute uiri sententiam suam dixerunt, Senatus in Catonis sententiam discessit: senatus omnis laudauit Catonis sententiam. Antecapere. ] praenire, anticipare. Triumuiros. ] iudices rerum capitalium. Dispositis praesidijs. ] in locis opportunis, ne quis per uim Lentulum eriperet, nam potentissimus erat in urbe. Fuerat enim ante consul, nunc uero praetor. Quae postulabat. ] uidelicet laqueum, & eiusmodi quibus noxij necantur. Quod Tullianum. ] Quotienscunq; relatiuum inter duo substantia diuersorum generum ponitur, cuiusque uolueris addere, potes, dummodo utrumque sit appellatiuum: quod si eorum alterum proprium est, concordatur cum proprio, non cum appellatiuo. Parietes. ] murus. Differentia est inter mœnia, murum & parietem, nam mœnia sunt urbis, murus publicorum aedificiorum, paries priuatorum. Camera. ] arcus incuruus, differentia est inter cameram & fornicem, nam camera est totum aedificium conuictum: fornicem est qualibet ex quatuor arcibus ca-

mera, super quibus aedificata est ipsa camera. Inculata. ] deformis. Lapidis fornicibus. ] i. iuncta fornicibus ex lapide factis. Foeda. ] sordida. Terribilis. ] formidolosa. In eum locum. ] Descripsit locum in quo demissus sunt nocentes, nunc dicit, quomodo supplicium sumptum est de his. Demissus. ] e superiori loco missus in inferiorem. Iudices rerum. ] hos maleficiorum iudices appellamus.

¶ Postquam senatus, &c. Consul Cicero ante capere. ] i. anticipare, q. d. noluit diutius illorum supplicium differre. Ne quid. ] s. mali. In nouum incidere. ] Triumuiros. ] Triumuiros erat quae illa dignitas, quam possidentes triumuiri dicebantur: quorum officium erat damnatos punire, & necessaria ad supplicium inuenire. Ipse. ] s. consul. Dispositis praesidijs. ] i. militibus suis, ne aliquo modo possent impediri. Est locus in carcere, &c. ] Ecce uult locum describere, in quo puniti sunt Lentulus, & alij intercepti, dicens: Est locus in carcere quod Tullianum appellatur. Quod (us qui-

GLAR.

OMNIT.

dam dicunt) secundum sensum refertur ad locum, & secundum constructionem refertur ad Tullianum: ut ibi, Semini uo qui est Chrystus. & ita Tullianum erat nomen loci, uel quod melius est, referatur ad carcer. Antiquitus enim, secundum Priscianum, hoc carcer dicebatur: & ita Tullianum erat nomen carceris: quod autem nomen sit carceris, & non loci, testatur Cornutus supra uersum illum Iuuenalis,

Vno contenti uiderunt carcere Romani, i. Tulliano. Bum. ] s. locum. Camera. ] uocatur Graece, fornicis Latine, a curuitate dicitur. unde Cameris, a, um, omne illud quod inuentum est fornicibus, i. arcibus, adnexis ad modum caeli. Demissus. ] i. deorsum missus. Iudices rerum capitalium. ] Hi erant, qui cum aliquem puniebant, crimina capitalia ei indicabant, uel quibus ab ipso indicabantur. Ita ille patricius conueniens aucto \* de isto nobili, ut a consilijs scelere omnes alios absterreat.

BAD.

¶ Postquam senatus, ut dixi, discessit. ] i. discedendo consensu in sententiam Catonis: consul, s. Cicero: ratus optimum factu, i. ut fiat, sup. esse: antecapere noctem quae instabat, i. subsecutentem: ne quid nouaretur, i. noui fieri eo spacio: iubet triumuiros, i. iudices aut executores iustitiae rerum capitalium: parare ea quae uelut id quod postulat ad supplicium, supple exequendum, uidelicet ad laqueum ipse, i. consul Cicero deducit Lentulum in carcerem: & hoc praesidijs dispositis, i. ne eriperetur, idem, i. ducti in carcerem fit caeteris per praetores. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, i. qui locus appellatur Tullianum (sive propter hoc factum Tully, seu potius antiquo uocabulo: alter esset proleptis, uix Poeta concessa. Sane regula elegantiae est: Quotiens relatiuum, qui inter duo substantia diuersorum generum ponitur, & eorum sequens est proprium, aptius conformetur sequenti: sit appellatiuum, utriuslibet) depressus humi, i. ad humum: ubi ascenderis paululum ad laeuam, i. sinistram partem: circiter duodecim pedes: eum, s. locum: muniant undique, i. ex omni partes parietes, i. muri laterales: licet muri sint maiorum aedificiorum & publicorum: atque insuper, i. de super est camera, i. locus incuruus & testudinatus: iuncta, i. colligata: fornicibus, i. arcibus seu circumferentijs lapideis, sed facies eius est inculata tenebris, i. propter tenebras: & foeda atque terribilis odore, scilz graui. Postquam Lentulus est demissus, i. deorsum inmissus in eum locum: iudices rerum capitalium, scilz triumuiri, quibus praecipitum erat a Cicerone iustitiam exequi: fregere gulam, scilz Lentuli: laqueo, i. suffocauerunt & strangulauerunt eum. Itaque ille, scilz nobilis Lentulus, patricius ex gente clarissima, scilz Corneliorum: qui habuerat Romae imperium consulari, inuenit exitum uitae dignum moribus & factis suis. Supplicium est sumptum eodem modo de Cethego, Statio, Gabinio & Cepario: i. eodem modo facta laqueo gula extinxi sunt.

B

¶ Iudicet per urbem, & praecipue circa aedem Concordiae. Lentulum in carcerem ducit. Plurarch. ] in Catonis uita: Primum, inquit, in palatio consul Lentulum sistit, eumque per uiam sacram, mediumque forum adducit. Optimates urbis telis munii circa consulem agi, plebs horrere, atque praetere silentio: iuuentus maxime metu ac stupore terreri, ueluti illi solutus quibusdam rerum omnium summam ad eues paucos acturi uidentur: forum egressus consul, cum ad carcerem uentum esset, tradidit Lentulum, eumque strangulari iussit: deinde Cethegi, postquam caeteros conuentionis deprehensos. Caeteris. ] scilicet conuentionis. Idem sit. ] i. in carcerem deducuntur. Per praetores. ] non enim uno in loco omnes detinebantur, sed praetores alius alii captiuos habebant. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Quotiescunq; relatiuum inter duo substantia diuersorum generum ponitur, cuiusque uolueris, addere potes, dummodo utrumque appellatiuum sit: quod si alterum proprium est, concordatur cum proprio, non cum appellatiuo. Priscianus. ] Tullianum appellatur. ] in radice Cepulobij, quae parte mons ipse orium brumale spectat, carcerem aedificauit Ancum Martium, sic docet L. uian: Facit carcerem media urbe, imminente foro ad terrorem crescentis audacia: partem deinde addidit Tullius, cui Tulliano nomen imposuit, de quo Val. Flaccus ita scribit: Video carcerem publicum iaxis ingenibus struendum, angustis forami nibus, & oblongis lucis umbram recipientibus, in hunc abiectioni robur Tullianum aspicunt: & quoties iacentes ferrati post se stridor excitat, examinantur, & alienum supplicium spectando suum discent, sonant uerbera intus reculantibus, spurca manus carnis: is ingeritur: sed det inior inexcusable peccatore, qui flente matre siccus tenet oculos, illuuiis corpus exasperat, manus cathene premunt. Festus ait: Tullianum dicitur pars quaedam carceris, quod Seruium Tullium aedificasse aiunt. Varro, unde dicitur, his uerbis docet: Carcer a coercendo, quod eo xire prohibebantur: in hoc pars quae sub terra Tullianus, ideo quod additum a Tullio rege, quod Syracusis, ubi haec de causa custodiuntur Latomiae, & de Latonijs translata, quod hic quoque in loco lapideina fuerunt, de Latonijs Carceres quoque, auctore Varro, eandem in loco dicti sunt, quod coercerentur equi, ne inde exeat, antequam magis stratus signis misti. Bion. ] locum. Vndique. ] ex omni parte. Parietes. ] Paries & murus differunt, quod murus est urbis lapideus ambitus, q. Graece dicitur rōxēx, & paries uero domorum, quod Graece ē rōxēx. murus est etiam non urbis, sed urbis tamen similitum, ut munio

ZANC.

¶ Senatus in Catonis sententiam discessit. ] i. sententia Catonis laudauit Senatus. Triumuiros, quae ad supplicium postulabat parare iubet. ] Triumuiros, scilicet capitales: qui postquam Curius Dentatus de Samnitibus triumphauit, tunc primus Romae creati sunt, qui de criminibus pariter cognoscerent: & in facinorosos, si quid sceleris ac perfidia deliquissent, animaduertent: qui uigiliis per urbem disponere, & ne qui nocturni carus fierent, obseruare, nec qui militares nouarum rerum hostilia auderent, prospicere debebant. quae posterioribus ten-

poribus ad praefectum uigilum translata sunt: his quoque ut carceribus latomiarum interior cura ageretur, carcerumque custodiam haberent, utque destinatis faceret, securis, et supplicij instrumenta omnia praesto forent, cura procuratoris impendebat, ut cum in reos animaduertit oportere, ipso interuenire fieret. Valer. Maxim. lib. 5. Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad triumuiros, a triumuiro ad praetorem ad consulum iudicum per lata, idem alibi sanguinis ingenui mulierem praetor apud tribunalsuum, capitali crimine damnata, triumuiro in carcere necanda tradidit: alibi, ut suspectus in patrii dio, & ob id latens per triumuiros conquiritur. Lianus Triumuiris captiuum mandatum, ut uigiliis deponere per urbem. Ipse. ] scilz consul. Dispositis praesidijs. ] uidelicet per urbem, & praecipue circa aedem Concordiae. Lentulum in carcerem ducit. Plurarch. ] in Catonis uita: Primum, inquit, in palatio consul Lentulum sistit, eumque per uiam sacram, mediumque forum adducit. Optimates urbis telis munii circa consulem agi, plebs horrere, atque praetere silentio: iuuentus maxime metu ac stupore terreri, ueluti illi solutus quibusdam rerum omnium summam ad eues paucos acturi uidentur: forum egressus consul, cum ad carcerem uentum esset, tradidit Lentulum, eumque strangulari iussit: deinde Cethegi, postquam caeteros conuentionis deprehensos. Caeteris. ] scilicet conuentionis. Idem sit. ] i. in carcerem deducuntur. Per praetores. ] non enim uno in loco omnes detinebantur, sed praetores alius alii captiuos habebant. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Quotiescunq; relatiuum inter duo substantia diuersorum generum ponitur, cuiusque uolueris, addere potes, dummodo utrumque appellatiuum sit: quod si alterum proprium est, concordatur cum proprio, non cum appellatiuo. Priscianus. ] Tullianum appellatur. ] in radice Cepulobij, quae parte mons ipse orium brumale spectat, carcerem aedificauit Ancum Martium, sic docet L. uian: Facit carcerem media urbe, imminente foro ad terrorem crescentis audacia: partem deinde addidit Tullius, cui Tulliano nomen imposuit, de quo Val. Flaccus ita scribit: Video carcerem publicum iaxis ingenibus struendum, angustis forami nibus, & oblongis lucis umbram recipientibus, in hunc abiectioni robur Tullianum aspicunt: & quoties iacentes ferrati post se stridor excitat, examinantur, & alienum supplicium spectando suum discent, sonant uerbera intus reculantibus, spurca manus carnis: is ingeritur: sed det inior inexcusable peccatore, qui flente matre siccus tenet oculos, illuuiis corpus exasperat, manus cathene premunt. Festus ait: Tullianum dicitur pars quaedam carceris, quod Seruium Tullium aedificasse aiunt. Varro, unde dicitur, his uerbis docet: Carcer a coercendo, quod eo xire prohibebantur: in hoc pars quae sub terra Tullianus, ideo quod additum a Tullio rege, quod Syracusis, ubi haec de causa custodiuntur Latomiae, & de Latonijs translata, quod hic quoque in loco lapideina fuerunt, de Latonijs Carceres quoque, auctore Varro, eandem in loco dicti sunt, quod coercerentur equi, ne inde exeat, antequam magis stratus signis misti. Bion. ] locum. Vndique. ] ex omni parte. Parietes. ] Paries & murus differunt, quod murus est urbis lapideus ambitus, q. Graece dicitur rōxēx, & paries uero domorum, quod Graece ē rōxēx. murus est etiam non urbis, sed urbis tamen similitum, ut munio

num, castrorumq; metenia pro muris accipi solent, & pro edificijs ipsius urbis. Camera. ] Camera, fornix est, un de camerata uebicula, que Greci camerata uocant, qualia sunt persilia, quibus matrone gestantur, quales etiam hodie sunt corio tecta. Camera, quam Greci camera uocant, fornix, arcus, testudo, cognata uel uocabula; sed tamen non nihil inter se differunt, si quis scrupulosus inquirat. Cameratum opus, & concameratio ad similitudinem pergularum hortiensium factum est, que iunipero conflectuntur ad ambulationes occupandum; nomē lingua nostra à cunabulis infantia habet, quo genere in hypogaeis structure fieri solent. Plini. de Cucurbitis libro 19. Vires sine admuniculo standi non sunt, uelocitas pernix, leni umbra camerae et pergulas operientes. Budens in Pandeetis. La pideis fornibus iureta. ] i. conuicta fornibus, ex lapide factis. Fornix. ] Fornix, ut Budens eodem in loco docet, nō unius est generis, ut fornices subcuneales in theatri, quorum hodie uestigia extant aliquibus in locis, ab hoc confornicatum opus dicitur, idem fornices autē erant arcus, in memoriam rerum à triumphalibus uiris gestarum extructi, quasi monumenta uictoriarum. Cicer. lib. 2. de Oratore: Etiam illa uidentur, que muniendi aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferunt, uelut tu Crasse in concione ita sibi ipsi magnum uideri Memmii, ut in forum descendens, caput ad fornem Fabij demitteret. Seruius quoque enarrans illud ex libro Aeneid. 6.

Cyclosum educta caminis

Metenia conspicio, atq; aduerso fornice portus. Fornice inquit, id est arcu. Cice. Videt ad ipsum fornitem Fabianum. Inculta. ] deformis, sumpta translatio ab agris, qui dum non excoluntur, sunt deformes. Fœda. ] sordida. Odore. ] fetore. Eius facies. ] aspectus. Terribilis. ] formidolosa: id est, que incutit terrorem. In eum locum. ] Postquam descripsit locum, in quem demissi fuerunt coniuuati, dicit & quo pacto supplicio affecerunt. Demissus est. ] Demittere hoc in loco significat pro deorsum mittere, alias accipitur pro summittere, & minus animosē agere. Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. ] Riuius exposuit iudices rerum capitalium, pro Triumuirum capitales: que quidem expositio non admodum mihi placet. non ne consentaneum est, quod Triumuirum, quamuis pararent que ad supplicium pertinerent, ut ipsi postea id tam leuissimum munus exererent, scilicet ut cuiuspiam laqueo uitam finirent, & quod id affirmem, facit Plutarch. in Ciceronis uita, qui sic ait: Forum egressus consul, cum ad carcerem uentum esset, tradit licitori Lentulum, eumq; strangulari iussit: hocq; pacto intelligemus iudices uel uindictes, i. licitores: quorum munus hoc erat, ut morte damnatos strangularent, uel alio quodā genere mortis afficerent. Italle patricius. ] i. Lentulus, patricius autē, ut auctor est Suidas, pater communis reip. ωσπιου & ωσθη & κων. Qui consolare imperiū Romæ habuerat. ] Velleius Paterculus lib. 2. Lentulus consularis & prætor iterū, Cethegus & alij clari nominis uiri auctore, senatu iussu consulis in carcere necati sunt. Regēdis morib. ciuitatis cēfores quino to quoq; anno creari solebat: hi prorsus ciues sic notabāt, ut qui senator esset, rjcceretur Senatu: qui eques Ro. equū publicū perderet: qui plebeius, in certis tabulis referretur, & aratus fieret, ac per hoc nō esset in albo cēturio fœ: sed hoc esset ciuis tantummodo, ut pro capite suo tribuiti nomine ara penderet. Idem: Completo quinquennio

urbem lustrabant, & solitaurilia sacrificia de seie, oue, A tauro faciebant: eorum notans successores plerumq; soluebant. Unde sciendum est, quod si quis ciuis à censoribus notatus fuisset, ea nota uel suffragijs populi Roman. uel sententij iuratorum iudicium, uel à sequentibus censoribus saepe delebatur. Cicer. pro Cluentio: Itaq; non solum iudices illud ostendam, quod iam uidetis pop. Roman. suffragijs saepenumero censoris subscriptiones esse deletas: uerum etiam iudicij eorum, qui iurati statuere maiori cum religione & diligentia debuerunt. Ibidem: Censores deniq; ipsi saepenumero superiorum censorum iudicij (si ista iudicia appellari uultis) nō steterunt, uel necesse erat ut praturam peteret: que aditum in Senatum dabat qis qui Senatu moti fuerant, quare Lentulus ipse, cum propter malos ipsius mores senatu eiectus fuisset, et necesse fuit ut iterum praturæ magistratum gereret, si senatoriam dignitatem recuperare uoluit. Plutarch. in Ciceronis uita: Ceterum inquit, ex his qui à Catilina imbuti Romæ supererant, Cornelius Lentulus Sura, uir claro genere ortus, sed qui luxu deditus nuper ob molliciam à Senatu fuerat eiectus, catros conuenne, audaciam spemq; cepit præbere. Hic tum erat prætor: sed ut mo oppressorū est, ut meliora exoptens, ad ceteras senatoris dignitates mentem adiecerat. Dion. libro 37. ηδὲ ἰλυτοῖσι & ἰμὰ πλὴν ὑπαρχοῦν ἢ ἰσχυροῦς ἰσχυροῦς. ἰσχυροῦς γὰρ, ἰσχυρὸν δὲ ἰσχυροῦς ἀνατάξῃ, & quod praturæ magistratum moti Senatu aditum in Senatum daret, id mihi maximo argumento est: quia & Sallustius, cum ab Appio Claudio & L. Pisonē censoribus Senatu eiectus fuisset, & propter confessa adulteria aliasq; libidines, ut Senatoriam recuperare dignitatem, prætor factus fuit. Dion. libro 42. ἔπει τινὸς ἰσχυροῦς ἰσχυροῦς ἰσχυροῦς ἀνατάξῃ, ἰσχυροῦς γὰρ, ἰσχυροῦς δὲ ἰσχυροῦς ἀνατάξῃ, & ἰσχυροῦς ἀνατάξῃ, & ἰσχυροῦς ἀνατάξῃ. De Cethego Statilio, &c. ] Lanius libro 11. Ea coniuuatio in diuisia M. T. Ciceronis detecta est: Catilina urbe pulso, de reliquis coniuuatis omnino sumptum supplicium est.

Triumuiros. ] capitales. Erant autem triumuirum capitales carceris custodes, & cum animaduerti oportebat, eorum interuentu fiebat, aut ait Pomponius de Origine iurij. maleficia etiam conquirebant. auctor est Varro de lingua Latina libro 4. Quæ ad supplicium postulabat. ] Corrige: Quod supplicium postulabat, sic enim legitur in manu scriptis libris: & recte, nam ad præpositio, que aduicta est in uulgatis, omnino uacat, quamuis ego libentius legerem, Quæ supplicium postulabat. Ceteris idem fit. ] Tres calamo exarati codices habent. Idem fit de ceteris. Tullianum. ] Varro de Lingua Latina libro 4. Carcer, inquit, à coercendo, quod exire prohibentur. in hoc pars, que sub terra, Tullianum, ideo quod additum à Tullio rege. Eadem enim Festus. Iun. Fla. ] Aliter, Vincta, ac si dixisset: Eum munus undiq; parietes, atq; insuper cam era lepedes fornibus constructa. Iudices rerum capitalium. ] Manuscripti pro iudices, Vindictes habent, quod etiam Riuius notat. & Sallustius in nead. 6. lib. 5. hæc historia ista pene uerbis, quib. Sallust. narrans: Lentulum, inquit, laqueo uindictes rerum capitalium necauere. uindictes igitur rerum capitalium uocauit Sallustius carnifices, qui apud Triumuiros de capitalibus hominibus supplicium sumebant. Triumuiro enim ipsi neminē interficiebant, sed interueniebāt solū, curabātq; ut fontes p carnifices necaretur. quod intelligitur,

tum ex uerbis Pomponij, que supra posuimus, tum etiam Valerij Maximi, qui libro 5. cap. 4. sic inquit: Sanguinis ingenii mulierem prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatum triumuiro in carcere necandum tradidit: quam receptam is qui custodiam præerat misericordia motus non protinus strangulauit, & cæc. Laqueo gulam fregere. ] Cicer. in Oratione pro P. Sylla: Ad euitandam sortisse inuidiam, ait Lentulum ceterosq; confosus fuisse, non strangulatos. idq; (uti diximus) factum est nonis Decembris, quod ipse testatur Cicero Epistolarum ad Atticum libro primo: Ad Lentulum epistola nona, in Oratione pro L. Flacco, et post rediit in senatu. Iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. ] In uictis est, Vindictes rerum capitalium, pro, triumuirum capitales, quorum interuentu supplicium de facinorosis sumebatur. De his autem historicum loqui, cum per se facile liquet, tum auctor libelli de Magistratibus Romanis, quem Feneftellam uocant, testatur. Nam quo loco capitales dictos ostendi, quod capitales que questionibus præessent, mox ibidem: Eorundem (inquit) interuentu triumuirosum, in eos qui cum L. Catilina coniuuauerant, animaduersum est, ut meminit Sallustius.

RIV.

B

\* Fortē, quorum.

VALL.

Dum ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia quam & ipse adduxerat, & Manius habuerat, duas legiones instituit: cohortes pro numero militum complet. Deinde ut quisque uoluntarius, aut ex socijs in castra uenerat, æqualiter distribuerat: ac breui spacio legiones numero hominum expleuerat, cum initio duobus non amplius militibus habuisset. Sed ex omni copia circiter quarta erant militaria armis instructa: ceteri, ut quæque; casus armauerat, sparus aut lanceas, alij præacutas fudes portabant. Sed postquam Antonius aduentabat cum exercitu: Catilina per montes iter facere, modo ad urbem, modo Galliam uersus castra mouere, hostibus occasione pugnandi non dare. sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socij incepta patra uissent. Interea seruitia repudiabat, cuius \* initio ad eum magnæ copię concurrebant: opibus coniuurationis fretus, simul alienum suis rationibus existimans, uideri causam ciuium cum seruis fugitiuum communicasse. Sed postquam in castra nuncios peruenit, Romæ coniuurationem patefactam, de Lentulo & Cethego, cæterisq; quos supra memorauimus, supplicium sumptum: plerique quos ad bellum spes rapinarum, aut nouarum rerum studium illeceerat, dilabantur. reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem adducit: eo consilio, ut per trames occulte profugerent in Galliam Transalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat: ex difficultate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus Catilina agitare. Igitur ubi iter eius ex profugis cognouit, castra prope mouit, ac sub ipsi radicibus montium condescit, quā illi descensus erat in Galliam properanti. Neq; tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam sequebatur.

Silius. Ut autem Sallustius hic uindictes capitalium rerum, sic alicubi Cicero uindictes facinorum & sceleris dixit. Est apud eundem Peccatorum uindictes, uindictes scelerum. Dignum moribus factisq; suis exitium uita inuenit. ] Sic & uoluntem fabricianum, & alia duo. In Mæseburgensi uero ceterisq; uictis uerbis, exitium uite. quomodo Lanius, Quod nemo eorum satis dignum splendore uite exitum habuit. Mihi uita lectio uerborum, haud dum liquet. Triumuiros ad supplicium postulabat, parare iubet. ] Oppido obscurus est hic sermo, cum sensus sit factis manifestus. Quidam putarunt plurali numero legendum, Postulabant, quod etiam uetus codex habet: sed æque in obsuro manente sensu. Ego quid certo dicam non habeo, coniecturam illibenter adfero. Paulo post: Vbi paululum ascenderit ad leuam circiter duodecim pedes humi depressus: dubium est, utrum, Vbi ascenderit, duodecim pedes intelligamus: an locus humi depressus, duodecim pedes. Sed posteriori malim, propter reliquam loci descriptionem. Quidam codices, Fornicibus uincta legunt paulo post, à uinctio: quod alij uincta, à iungo. Et uetus codex Ascenderit habet, non Descenderit. Sed iudicat Lector.

GLAR.

Voluit enim ciuium causam uideri quam agere: perinde cum seruis communi cæda nō uidebatur, quo res minus suspecta esset.

uorsum: in oppositione, ut hic, Galliam uersus. Incepta. ] incendia, rapinas. Seruitia. ] i. seruos: quorum magna copia constructæ libertatis cupiditate. Alieonum. ] inconueniens, ne asimaretur malo potius quam bono ciuium id facere. Dilabantur. ] in diuersas partes fugiunt. Magnis itineribus. ] longis itineribus. In agrum Pistoriensem. ] Pistorium ciuitas est Etruriæ. Per trames. ] Tramites dicuntur angustiiores semite. Præsidebat. ] Erat, inquit, in agro Piceno Q. Metellus qui cum uideret in maximis angustijs Catilina, existimauit Catilina eadem illa cogitare que supra proposuerat Sallust. Bx difficultate rerum. ] ex angustijs, quib. obfistatus erat Catilina. Sub radicibus. ] in faucibus alpium. Quæ descens. ] Quæ parte descenderet Catilina, ut iret in Galliam.

liam. Neque tamē Antonius. Iuperius scripsit, quomodo Metellus Celer, existimans id quod erat, scilicet in Galliam transire statuisse Catilinam, alpium fauces occupavit. nec interea cum persequi desisset Antonius: non ualde erat apertior Catilina ad fugiendum, quam ad persequendum. Antonius. Inamisi Catilina erat cum suis expeditior ad fugam, Antonius locis aequioribus iter faciebat. igitur quantum iuuabat spes fugę Catilinam, tantum Antonius loca aequiora: tamen quamuis Metellus Celer Catilinę descendenti ex alpiibus oppositus esset. Tentare: experiri. Aequioribus: planioribus.

OMNIB.

Quam ipse adduxerat. ] ad Manliana, s. castra. du. legiones. in unaquaq; legione sunt sex milia militum, & sexcenti sexaginta sex. Complect cohortes. ] nō tamen plenarie, sed pro numero, id est secundum numerum militum uoluntarium, id est de conuersione alienum. Ita impleuit legiones omnibus, sed nō omnes militaria arma habebant: sed quarta pars militum erat munita more militis, alij uero habebant tantum sparus pro hastilibus, plures quidem Catilina habuit, sed tamen pugnandi locum non dedit: quia postquam Antonius, &c. Non dare. ] id est dabit. Propediem. ] id est cito, uel illi diem esse prope, in quem sperat sese habiturum copias, &c. Si socij patrauissent incepta: socios enim nesciebat interceptos. Seruitia. ] seruorum copias. Cuius rei. ] id est quorum seruorum. dicit Priscianus figuratiue hic poni singularē pro plurali. Simul. ] ideo repudiabat, qui existimans, &c. Ita primitus seruitia repudiabat: sed postquam supplicium sociorum cognouit, non tantum alienos habuit, sed etiam multos de suis amisit. & hoc est, &c. Sed postquam nuncios, &c. Reliquos. ] qui dilabi noluerunt. In agris Pistoriensium. ] Regio est. Ita in Galliam Catilina fugere noluit. At Q. Metellus Celer ei obstitit, existimans Catilinam agitare illa eadem que prędiximus, scilicet in Galliam uelle aufugere. & quia hoc existimauit, &c. Ex profugis. ] profugij dicitur, qui de uno exercitu fugiunt ad alium. Item Metellus in pedem montis confederat: neq; tamen Antonius procul aberat. Aequioribus. ] id est planioribus. Expeditos in fugę. ] id est paratos in fugam, scilicet Catilinam.

READ.

Dum ea. ] Redit ad narrationem de Catilina, dicens: Dum ea que dicta sunt, geruntur, id est publicē fuit Rome. Catilina instituit duas legiones ex omni copia, quę ipse Catilina abduxerat ab Roma: & Milium habuerat, ante aduētū eius (ubi copia singulariter, pro exercitu ponitur) et cōplet cohortes, i. cohortes: pro numero militū, i. quantū potuit pro militibus, quos habebat. nā legio sex cohortes cōtinet, & cohors sexcentos milites. de inde distribuerat, equaliter, id est ratione aequali, seu ex æquitate ut quisq; uenerat in castrata uoluntarius, id est sponte sua, aut ex socij: ac expleuerat breui spacio legiones numero, scilicet iusto hominum (ita ut haberet iuxta calculum superioris commentarij, septies mille & ducentos milites: aut (ut alij uolūt) duodecies mille & quadringētos. Nam, ut Festus ait, legionem C. Marius primus descripsit sex milium & ducentorum hominum, cum antea quatuor milium fuisse. unde etia appellabatur legio quadrata, sanē legio dicta est, quod legerentur milites in delictu, ut ait Varro) cum Catilina non habuisset in initio amplius duobus milibus, scilicet militū. Sed circiter (quod aduerbium hic est) quarta pars ex omni copia erat instructa armis militaribus, id est quibus milites in legitimo bel-

lo bene instituto instrui solent. Ceteri portabant (ut casus armauerat quęq; id est secundum quod quisq; a casu telum inuenerat, ut in tamulum & seditione fieri solet. un de Aenei. primo:

Iamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat. & eiusdem 7. Hic torrens armatus ambusto, Stipitibus grauidi nodis quod cuiq; repertum est, Rimanti telum ira facit.

Sparos, id est tela oblonga & in fine incurua, quibus rustici arbores putant, & uesperes demunt. Aeneid. decimo: Agrestesq; manus armat sparos.

Sunt qui lanceam sine ferro putent, aut lanceam alij sudes, id est hastilia non ferrata: præcutis, id est priores partes acutas habentes, & foris præuulsa. ut Aenei. 7. Non iam certamine agresti, Stipitibus duris agitur iudicibus præuulsi. Sed postquam Antonius, scilicet aliter consilium aduertabat cum exercitu: Catilina, sup. cepit facere iter per montes, id est montes: & mouere modō, id est interdu castra ad urbē, modō Gallia uersus discedendo ab urbe: & non dare, id est non dabat hostibus occasionem pugnandi quia, sup. sperabat sese habiturum propediem magnas copias: si socij, de quibus supplicium sumptum est: patrauissent, id est fecissent Roma incepta, id est que conabantur facere: & repudiabat, id est refutabat interea seruitia, id est seruos sitigiuos, cuius rei, id est quorum seruorum. Cuius textus habent quorum magna copia concurrerant ad eum initio, id est antequam repudiari sese uerentur. repudiabat ad dico, existens: fretus, id est cōfusus & munitus opibus, id est facultatibus & copiis conuersionibus, id est habendū ex conuersione: & existimans simul uideri alienum, sup. a suis rationibus, id est quia tendebat ad imperiū communicasse causam ciuium, scilicet oppressorum are alieno, cum seruis fugitiuis. Sed postquam nuncios uenit in castra, scilicet Catilina: supplicium sumptum, sup. esse Roma de Lentulo, Cethego & ceteris quos memorauit supra, id est Statilio, Gabinio & Cepario. & hoc conuersione patefacta. Pleriq; id est ualde multi quos spes rapinarum: aut studium, id est affectio nouarum rerum illexerat ad bellum: dilabuntur, id est in diuersa loca lente discedunt: & Catilina adducit reliquos, id est non dilapsos: sparos per montes, in quibus delitebant: magnis itinerebus, id est profectioibus, & ut dicitur, dicitur in agris Pistoriensium, id est iacientem ad Pistorium oppidum Etrurie: eo consilio uti, id est ut ipse profugeret occulte in Galliam transalpinam, ut in pronunciam, Delphinatum, aut Lugdunensem (qui nunc ita dicitur) agrum: per tramites, id est occultis uis, per medios montes & siluas ducentes. Quintus Metellus Celer, scilicet agnomine: præsidebat, id est presidio erat in agro Piceno cum tribus legionibus, scilicet militum: existimans, id est iudicans illa eadē que diximus, s. Catilinam fugam in Galliam facere: ac difficultate rerum, quia difficillimum fuisse illi imperio Romano resistere: exagitare, id est exagrabat Catilinā. alij textus habent Agitare: ut sit, existimans Catilinā agitare eadem que diximus, &c. sed tunc illi supposito Q. Metellus, deest uerbum, nam sequitur: igitur ubi Metellus cognouit ex profugis, id est ex his qui delictu Catilina ad se profugerant iter eius, scilicet Catilina: ipse mouit castra, id est tentoria & munitiones: sum prope, id est festinanter. & confedit, id est locum cepit, a cōsidō hoc est castrametatus est sub ipsi radicibus, i. in Pedemō-

lium.

uum: ea, sup. parte: qua descedens erat illi, scilicet Catilinae properanti in Galliam. Neq; tamen Antonius aberat procul, utpote qui sequeretur magno exercitu: sed locis aequioribus, id est planioribus, & ita facilioribus ad iter: Catilinam & socios eius expeditos, i. accinctos ad fugam.

LANC.

Dum ea Roma geruntur. ] Narrat quid egerit Catilina, dum de conuersione supplicium sumptum est: quidue, postquam intellexit, que Roma facta fuerat. Duae legiones instituit. ] auctore Vegetio lib. 2. in omnibus autoribus inuenitur Singulos consules aduersus hostes copiosissimos, non amplius quam binas duxisse legiones, additis auxilijs sociorum: & infra. Et legio dicta est, quod legum milites in delictu, ut ait Varro. Complect cohortes. ] Gellius ex uerbis Cincij, ait in legione sunt ceteris sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem. & est cohors auctore Varro in libro de Lingua Latina, quod ut in uilla ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam sit unum: sic bis ex manipulis pluribus copulatur cohors, que in uilla dicta, quod circa eum locum coarctetur, tamen si cohortes in uilla Hyfrates dicit esse Græcē cohortem, apud poetas dictum. Pro numero. ] secundum numerum, pro, secundum significare, albi scriptissimus. Aequaliter. ] scilicet per omnes cohortes. Ac breui spacio. ] scilicet temporis. Legiones numero hominum expleuerat. ] Romanis, auctore Polybio, singulas legiones faciebant modō quaternū millium, & ducentorum peditem modō quing; millium, si quando maius aliquod uideretur periculum unminere. Festus ait: Legio fuit primū quaternū millium, que & Quadrantaria dicta est: postea uero sex millium, instituta fuit. Vegetius dicit ubi explicauit, quot in unaquaq; cohorte milites essent, subdit: His decem cohortibus legio plena fundatur, que habet pedites sex milia, equites septingenti & quinquaginta duos, minor itaq; numerus armatorum in una legione esse nō debet, maior autē interdū esse cōsueuit. Nōd. Sinius ait: His decē cohortibus, legio plena fundatur, que habet pedites sex milia, equites septingētos uiginti sex. Ex omni copia. ] ex omni multitudine militū. Militaribus armis instructa. ] Quo genere armorū usi sint antiqui, Vegetius lib. 1. docet: Ab urbe, inquit, condita usq; ad tempus diui Gratiani, & cataphractis & galeis munitur pedestris exercitus: sed cum cāpestribus exercitatio interueniente negligentia desidiasq; cessaret, graua uideri arma coeperunt, que raro milites induebat: sagittarū in super sinistram brachia manici munitur, pedites secuti præter cataphractas & galeas, etiā ocreas ferreas in dextris curuib. coegerunt accipere: & missilia, quibus utebatur pedestris exercitus, uila uocabatur ferro subuli trigono præfixa nouē unciarum sine pedali, que in sucto fixa nō possint abscindi. Ceteri ut quęq; casus armauerat. ] hoc enim multū obfuit Catilinę, quod pauci ex illis militibus, arma militaria habuerunt. Vide Appianū lib. 1. Ut quęq; casus armauerunt. ] id est, ut cuiq; casus arma ad manus uenerant. Sparos. ] Sparus, telum est rusticū, in modū pedis recuruū. Virgil. lib. 5. Agrestisq; manus armata sparos & spara, auctore Festo paruisimi generis sunt iacula, a spargēdo dicta, quod passim pugnādo spargerentur. Sudes. ] petras acutas. Modō ad urbem, modō Gallia uersus castra mouere. ] Priscianus legit. In Gallia uersus, eius uerba hæc sunt: Uersus quoque suppositi localibus nominib. aduerbiū esse inuenitur: ut, Italiam uersus, Galliam uersus. Sallustius tamē etiā præpositionē ei ante posuit in Catili, in Gallia uersus. hoc mo-

do dici animaduerti etiā apud Velleium Paterculum lib. 1. Ante triennium, inquit, quam Cassius censor de Lupercali in palatū uersus theatrum facere instituit. Propediē. ] cito, prope diem, quasi prope est dies, quādo hoc fiet. Cic. Et præfens propediē. Ut spero. ] & diu aberis, absens loquar. Socij. ] conuerti. Incepta. ] incendia & cædes, nā Catilina urbe decedens mādauerat Lentulo & ceteris, ut urbē incendere. Seruitia. ] seruos. nā libertatis desiderio magna seruorum manus ad ipsum cōfluxerat. Repudiabat. ] ut n. Catilina ostēderet, se hæc age re ciuū causa, ob id noluit seruos ad hoc bellū suscipere, quo minus res iusticia esset. Cuius initio ad eū magna copie concurrerant. ] Construuntur igitur diuersi numeri ut Virg. in 1. Aeneid.

Pars in frustra secant, ueribusq; tremenia figunt. ad sensum n. quia pars Troianorū plures in hoc loco inselliguntur, plurali reddidit uerbū. Secant, Quomodo Hermerus, & ceteris. Sallustius in Catilin. Interca seruitia repudiabat, cuius initio ad eū magna copia concurrerāt, cuius enim singulare ad rem reuoluit, id est cuius rei seruitiorum: & infra Prisc. Fretus. ] consijs, participium pleriq; esse uolunt, alij nomen esse contendunt. Alienum. ] inconueniens, scilicet, ne existimaretur id potius agere imperij cupiditate, quam ut oppressis subueniret. Nuncios. ] idem est qui nunciat, & quod nunciatur. Festus ait: Nuncius & res ipsa, & persona dicitur. Dilabuntur. ] in diuersas partes fugiunt. In agris Pistoriensium. ] Pistoriū, est ciuitas Etrurie. Per tramites. ] sunt angustiōres calles. Occidit. ] ciuitatis Metello & Antonio. Præsidebat. ] Metellus cū esset in agro Piceno, animaduertissetq; Catilinam in maximis angustijs esse, statim sibi in mentem uenit, eum uelle fugam petere: quare cognouit illius itinere, cūstrigō & ipse castra mouit, ac ad pedes Apennini cōstitit, quia hæc Catilina in Galliam transiurus erat. Sub ipsi radicibus montium. ] id est ad pedes Apennini. nam pedes, montium sunt radices, ut ait Strabo. Confedit. ] castra locauit. Quid. ] scilicet parte. Descensus erat. ] descendere uolebat in Galliam. Illi. ] Catilina. Vipo te qui. ] Valla libro 2. ait: Huic simillimum est utpote, præterquam primo modo. non enim habet suam uerbū, quale foret, utpote id est homini naturale: in ceteris omnibus usum eūdem habet. Plin. de Naturali historia: Ut potest eum quidam annuo & biennij spacio durauerit. Cicero ad Atticum: Me incommoda ualeudo, qua tam emerferam, utpote cum sine febris laborauissem, ienuit. idem ad eundem: Ea nos (utpote qui nihil contemnere solemus) non perimecebamus. & in Philippicis: Lucius quidem frater eius, utpote qui peregre depugnauit, familiam ducit. Sallustius in Catilinario: Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus expeditos in fugam sequeretur. hic subiuuētio, ille indicatio usus est. Locis aequioribus. ] planioribus. Expeditos. ] paratos.

CAS.

Duas legiones. ] Legio dicta est, quod legerentur milites in delictu. & primō trium millium fiebat militum, ac singule tribus Titienisium, Rānsium, Lucernum millia singula mittebant. ut inquit Varro de Lingua Latina libro 4. nec tamen semper eodem numero fuit. Linius ab Urbe condita libro 6. Quatuor legionibus quaternū millium scripsit. Libro 7. Decem legiones scriptę dicuntur quaternū millium & ducentorum peditem, equitūq; trecentorum. Lib. 8. Scribebantur autem quatuor ferē





rum.] Ob cam rē parui faciunt uter uincat. Licuit.] Ecce necessitas maxima. Amisisti.] perditū bonis uestris. Hec.] arma. Nisi uictor.] cui semel bellum placuerit, si pacem uoluerit, necesse est ut uictor euadat. Auerteris.] abieceris. Ea uerō.] i. certē. Maximum periculum.] quia maximo timore afficiuntur, qui periculis subiacent. Nam.] Respondet obiectioni. Sicut peccora.] quia quemadmodum pecora iugulantur: ita uos, cum in eorum manibus peruenieritis, iugulabimini.

OMNIB.

¶ Sed postquam Catilina uidet.] non esse sperem fugę, quia Metellus eum obsederat. Neq; praesidi.] quia Antonius non multum aberat: uel quia in urbe multę erant aduersę res. In talire.] in tantarum aduersitate. Statuit confingere.] id est pugnarę. Quam primū.] uelociter etiam. Quia statuit pugnarę, itaq;.] Comperit habeo, &c.] In hac oratione intendit Catilina suos animarę, ut fortiter pugando hostes deuincat: uel si uicti fuerit, lucuosam & cruentam uictoriam relinquat, dicens: Comperit, &c. quasi dicat: Multitudine uerborum nihil est opus. scio enim multitudinem uerborum non addere uirū uirtutem. hoc est, Comperit ego, &c. Orationem.] i. per orationem: quia inutilis est longa oratio. uerē uerba non addunt uirtutem. Cuiusq;.] uiri. quia quanta audacia inest animo cuiusq; natura, naturaliter instat, aut moribus, i. per doctrinam tantum exerit, uerē uerba non addunt igna uirtutem: quia quem neque gloria uictorie, neq; periculi, neque fugę, &c. Neq; quicquam horrere, quia timor auribus officit.] i. nocet auribus, i. per auditionē. Cū enim pericula timido etarrantur, ipse sit timidior. Sed ego.] quia uerba nec strenuo nec igna uirtutem, non ideo uos uocauit, ut hortaret ad uirtutem: sed quo, id est, ut pauca monerem, &c. Scitis equidem.] Finito exordio incipit narrare, & consilium aperire. Nunc uerō quo in loco, id est in quantā aduersitate, iuxta, id est equaliter. Vnus ab urbe.] scilicet exercitus Antonij, ex parte urbis. Altera Gallia.] scilicet Metellus Celer. hic autē non possunt morari prę egstatē: hoc est, Diutius, &c. Si maximē animus ferat.] i. si maximē uellemus, & ex utraque parte obfessi sumus: ergo quocumque, &c. Apeririendum.] cum sit ab hostibus impeditum. Quapropter.] quia ita agendum est, uos moneo, &c. Commematus, &c.] Commematus dicitur expensa, commemorantibus in timere necessaria. Verē in armis libertatē portatis: quia nec locus, i. ipsius loci opportunus. Præterea, o milites.] A nomine officij capiat beneuolentiam, illis, scilicet hostibus, superuacuum, id est superfluum & tadiosum. Pugnarę.] omnes, ut pauci fiant potentissimi: quia non eadem necessitudo impendit, in quo, i. propter quid: licuit, & debetis audacter aggredi, quia sponte hoc opus incipistis, uerē sponte: quia licuit, &c. expectare, non autem habere: quia intoleranda uidebantur uiris, id est non uilibus, sed uiris: dijudicatis sequi, scilicet hęc incepta meas: si nulli relinquere hęc, id est illat intoleranda. Opus audacia est.] uerē opus audacia est, quia nemo, etc. Possent aliquis dicere. Meli⁹ esset effugere, quam periculum belli iacurrere, hoc remouet, dicens: Noli persuadere fugam. Nam in fuga, &c. cum arma auerteris, id est proieceris: uerē est dementia, quia timentibus semper imminet periculum: audacibus uerō non. Sed non timendum est: immo de uictoria sperandum, quia considero, &c. Necessitudo facit uos fortes, iuxta illud: Pauper-

tas secunda uirorum. Præterea loci opportunitas. Nam angustie loci, &c. Ita habeo spem uictorie, quod, id est, sed si fortuna uirtuti uestrę inuiderit, id est aduersa fuerit: cauere, &c.

¶ Sed postquam Catilina uidet se clausum montibus atq; copijs hostium, uidet res aduersas in urbe: neque ullam spem esse fugę, neq; praesidij, i. protectionis: ratus tentare, id est experiri fortunam belli: esse optimum factu, id est ut fiat de se in talire, scilicet tam ancipiti consiliu confingere quam primū, id est ut primū posset cum Antonio, id est cum exercitu eius: ita aduocata concione, id est multitudine uerborum, ipse habuit huiuscemodi orationem ad milites suos. Comperit ego habeo, &c.] Oratio hac aut reuerā d Catilina ad milites est habita, aut nimium graphice ab auctore excogitata. exprimit enim penitus animum talis hominis, in tali casu constituiti, ita ut animum uirilem sine felicitate & prudentia in eo cognoscat, plusq; loquentia quam sapientie. Nitiur autem milites suos ex desperatione saluis ad salutem manu quaerendam inducere. q. d. Illud Aeneid. 2. Vna salus uictis, nullam sperare salutem.

Vnde dicit: O milites, quasi ipse dux aut imperator sitaliter dixisset more Alexandri magni: Cōmilitones, ego habeo comperit, & ita sibi credendum pretendit: uerba scilicet exhortatoriā non addere uirtutem, scilicet ipsi qui eam non habent: aut legamus, ut nulli textus habeat. Viris: ut sit, uiris, i. ijs qui sua sponte uirtutem habent: neq; exercitum fieri orationem, id est per orationem imperatoris: strenuum, id est acrem & fortem: ex igna uo, id est qui prius fuerat igna uo: neq; fortem ex timido, scilicet ubi prius fuerat timidus. Tanta audacia, id est animositas cuiusq; solet parere in bello, quanta inest animo cuiusq; (non oratione, sed) natura, id est per naturam: aut moribus, id est ex consuetudine, quę est altera natura. Et tu hortere eum quem neq; gloria, id est cupido glorię, supple excitat: neque pericula excitant ad plus aut minus faciendum ne quicquam, id est frustra & in uanum timor animi ofendi: id est nocet auribus: quia timentes non percipiunt ea quę dicuntur, sed ego aduocauit uos, supple ideo: quo, id est uti: memorem, id est in memoriam uestram reducam pauca, simul: uti, id est ut ego aperiam causam mei consilij. Equidem, id est certē milites: scitis, quantam cladem, id est afflictionem: scordia, id est pusillanimitas et igna uia Lentuli attulerit ipsi, scilicet Lentulo: cui gula laqueo facta est: atq; nobis qui undiq; angustijis premimur: uo quoque, id est quo (sunt enim duę partes) modo ego neque uerim proficisci in Galliam, id est tantisper dum: aut quoniam opperiri praesidia, id est auxilia ex urbe, scilicet ab Lentulo, Cethego, alijq; post necem Ciceronis mittenda. uerō pro felicit: uos omnes intelligitis nunc iuxta, id est quasi: mecum, id est ut ego: quo loco, id est in quo statu sit res nostrę, id est salus nobis: ut Aeneid. 11. Quo res summa loco, &c. duo exercitus hostium obsat, f. nobis: unus, f. dicitur ab Antonio: obsat ab urbe, id est ne fugiamus Roman uos uos alter, exercitus Metelli obsat a Gallia, id est ne fugiamus in Galliam. Et egestus, id est penuria & indigentia frumenti & aliarum rerum, ad uictum pertinentium: prohibet esse diutius in his locis, f. inter montes & duos exercitus: si, id est quamuis animus, sup. nostrę: maximē, id est praecipue ferat. q. d. Ne que esse possimus, neque si possumus, nelimus. Quocumq; placet ire, sine Roman, siue in Galliam: iter est aperient dum ferro,

dam ferro, i. armis: quapropter ego moneo uos, uti, id est, ut iis animo forti atque parato, id est praesenti: & uti memineritis: qui, id est quando inibitis praelium: uos portare in dextris uestris, id est in uirtute uestra, & secundum quod fortiter bellaueritis: diuitias, scilicet expugnatis ciuibus: decus, id est honorem, gloriam: præterea, id est in super libertatem atque patriam: qua carendum sit, si uel fueritis: quia si uicerimus, omnia erunt nobis tua: com meatus, id est uictualia erunt nobis abunde: municipia, id est oppida & audentia ciuitate Romana: & colonie a Romanis deductę patebunt, id est aperientur nobis: si, id est sed si ceserimus metui, id est per metum: illa eadem quę prospera dicta sunt, sicut nobis aduersa: neq; locus quicquam, quia nusquam recipimur: neq; amicus, quia nullū habebimus: eget, sup. eum, id est quemlibet nostram quę arma non tulerit, id est perierit. Præterea, id est in super o milites, uo eadem necessitudo impendit, id est imminet nobis & illis, scilicet aduersarijs nostris: quia non certamus pro patria, id est ut recipiamur in patriam, abs qua exclusi sumus pro libertate, id est ut liberi sumus: qui in seruitute habiti sumus ob as alieni: & pro uita, id est ut uiuamus: quibus si uincamur, cum reliquis coniuratis moriendum sit: superuacane, id est superfluum, & nullius necessitatis est illis, scilicet hostibus nostris: pugnarę pro potentia paucorum, id est ut conferent paucis potentiam suam. Quasi dicat: Quia nos pro necessitate, & illi ad placitum pugnatuiri sumus: uero simile est, uos acris pugnaturos: quo, id est quo circa aggredimini audacius, existerentes memores uirtutis pristinę, id est prius a uobis obtentę licuit, id est permissum fuit uobis agere eam, id est uiuere in exilio, scilicet in provincia Gallicana: cum summa turpitudine, id est ignominia uita potuistis: nonnulli, id est uos quidam: spectare, id est frequenter inspicere Romæ opes, id est opulentas diuitias alienas, quia paucorum potentium: & hoc hominis, sup. uestris amissis: quia illa, scilicet in exilium fugere, aut seruitutem quodammodo pati: uidebatur sup. uobis facta atq; intoleranda uiris (sue ita fuerit siue nō: callide, i. asserit, ut) in ea necessitate ex uirtute constitutus dicit (unde ingredi turpissimū sit) et decreuistis sequi hęc, f. que inceperimus, sed potēter potentis expugnare: si uultis relinquere hęc, i. desistere ab inceperis: opus est audacia, quia non dabitur ab armis discedere impune. Nemo cui semel bellum placuit, mutauit bellum, i. mutando abnuit bellum pro pace. i. recipiendo pacem: nisi uictor, i. uoti compos. q. d. Non est nisi peres uictorem, ex bello facere pacem. Nam sperare salutē, i. conseruationem tui in fuga, i. per fugam cum auerteris, id est in contrariā partem ab hoste uerteris uel abieceris: arma, quibus corpus tegitur: ea est uerō, i. certissime dementia, id est insaniam: maximū periculum, est semper in praelio his qui maximē timent, quod uerbu in prouerbiū transijt. Audacia habetur pro muro: quia ut Muro dicit,

Audaces fortuna iuuat.

O milites, cum ego considero uos, & cum ego aestimo. i. apprecior: uestra facta, pristina: magna spes uictorie tenet me: animus uester, atq; uos uirtus uestra hortantur me. Præterea necessitudo, i. necessitas extrema: quę facit etiā timidos a natura, fortes a casu. nō angustie loci prohibent, me multitudinem hostiū quę uos circumuenire, i. per dolum adoriri. quod si fortuna inuiderit uestrę uirtuti, i. si per infortuniū uobis cadendum fuerit. Conatur irā addere, quę non parum fecit dum Aristoteles tertio Mora-

lium, ad fortitudinē facit, dicens: At qui iram etiā ad fortitudinem referunt. fortes, n. & bi uidentur, quia iratus tur: sed Cicero. Offi. i. in ponit Peripateticis, quod iracundiam laudent, & dicant eam uirtutē a natura datam: sed neq; iracundiam laudat Aristoteles, neq; iram beluina, sed secundam uulgares loquuntur: cum & Homerus dicat, Vires iniecit irā: & animū ira concitauit & effrenauit furis. Quin ipse Aristot. Ira, inquit, subministrat bilem formidini. Qui autem propter hęc agunt, pugnares quidem sunt, & non fortes. non. n. ob bonitatem agunt, aut ut ratio praescribit, &c. uerum qualiscumq; audacia modo uincat, satis sit Catilina. Cauete ne amittatis animā, i. uita: neq; id est ne capiti trucidemini. i. iraculentē occidimini potius, sicut pecora: quā pugnantes more uirorum, scilicet fortium relinquatis hostibus uictoriam cruentam effuso cruore ipsorum, & ideo luctuosam.

¶ Copijs hostiū.] exercitū Metelli & Antonij. In urbe rebns aduerti.] quia conuerti depreberi, ac deinde stragulatū fuerant. Fortunam belli.] Nam fortuna rebus humanis dominatur, et maximē in bello, cū exitus bellorum sint incerti. Concione.] multitudinē. Comperit habeo, milites.] In iustatione uitae Catilina, a causa, cur putaretur adhortandos: conaturq; persuadeere milibus, ut fortes esse uelint in conferenda pugna aduersus hostes, quando id bellum pro libertate ac uita suscepit: ut salū si uicti fuerint, lucuosam & cruentā relinquat. Comperit habeo.] scio. Verba uirtutem non addere.] Esi mihi manifestū est, quod uos oratione mea fortes efficere non potero, nisi hęc fortitudo uobis natura sit inhiat: tamen, ut nōnulla uos admonerē, commocui, itensq; ut meū consilium uobis declarem. Oratio ne.] quia inutilis erat longa oratio, nisi natura eritis fortes. Natura.] quia fortes nascitur. Aut moribus.] id est usu & exercitatione armorum. Patere solet.] se ostendere solet. Timor aurib. officit.] id est, nocet auribus: quia si cui pericula, in quib. ueretur exponitur, ipse sit magis timidus. Sed quo.] ut scitis. Equidem milites.] Narratio, in qua militib. consilium suum aperit. Scordia.] ad consiliū. Ignauia.] ad corpus retulit. Opperiri.] expecto. Quo in loco.] quo in statu aliis legitur, Quo loco. Iuxta.] aequē, pariter. Intelligitur.] nostris. Exercitus hostium duo.] Dion lib. 37. id quoque refert, cuius hęc uerba sunt: ἰσὸς δ' ἰκανόν τε ἀπελοδοτὰ ἰσάδην, ἠδὲ τῶν σωμάτων ἰ σὺν ἑλίαις μίθους ἀπὸ τῶν ἰσάδων, ἠδὲ ἀντὶ τούτων, ἠδὲ ἰ μετὰ τὴν ἰσάδων πρὸς τὰς φασάδας προσέθεντο, ἠδὲ λαμὴν προσιδόντων δὲ τῶν ἰσάδων ἀπομυθωνιστοῖς ἰσχυράδου μίθους (ἰσχυρὰ γὰρ μίθους ἰσχυροῖς ἀπομυθωνιστοῖς) πρὸς τὰς ἀντὶ τούτων ἰσάδων καὶ πρὸς τὴν ἰσάδων ἀπομυθωνιστοῖς ἰσχυράδου μίθους ἰσχυροῖς ἀπομυθωνιστοῖς. Vnus ab urbe.] scilicet exercitus Antonij. Alter a Gallia.] Metelli scilicet. Diutius.] Proposito. & ad diu. fit diutius. Bffe.] manere, morari. Si animus maximē ferat.] i. si maximē uellemus, quia utrinq; interclusi sumus. Quocumq;.] in quacumq; parte. Ferro.] armis. Aperient dū.] quia ab hostib. est in pedib. Quapropter.] i. cū nobis ferro iter aperientū sit. Cum praelium inibitis.] id est cum praelium committetis. dicimus enim, Prælium, quæ atiam, conuictum, epulas inire. Si uincimus.] Confirmatio. Commematus abunde.] Commematus nomine intelliguntur praecipue, ciuiliaria, quę ad alimoniam exercitus pertinent. quia in significatione hoc loco dicitur, præterea commemoratus dicitur,

ZANG.

dicuntur, ut ait Tullius, id est tunc, quo ire quis redireq. possit. in commendo, quod tunc dicitur, si resignificat. autor ad Herennium libro 1. Ut ille, qui ad diem commeatu non uenit, quod cum aqua intercessissent. & Valerius Paternus de Mario loquens, ait: Ut cum commeatu petito Romam uenisset, cor salu crearetur. Liuius quoque tancans exercitum Annibali, ueluti propter luxuriam parui ei obsequens ait: Sine commeatibus magna pars ab ignis dilabuntur, neque alia latebra, quam Capua desertoribus erant. Tranquillus in Claudio: Notauit multos, & quosdam inopinantes, & ex causa noui generis, quod se inficio, ac sine commeatu, Italia excessissent. Municipia. Municipi, erant ciues ex municipijs suo iure & legibus utentes, muneris tantum honorarij cum populo Romanij participes, nullis necessitatibus, aut alia lege, uel secunde adstricti. Colonia. post septem annos, quam Gallu urbem ceperant, Sutrium deducit colonia est, & post annum Setia, nouemq. interiectis annis Nepe: deinde interpositis duobus & triginta, Arimi in ciuitatem recepti. hac Valerius Paternus libro primo, ubi coloniarum ducendarum tempus diffusè ponit: ceperunt postea & extra Italiam colonie duci, primaq. extra Italiam colonia Carthago conducta est, ut idem eodem libro scribit. & animaduertendum est, plura fuisse genera coloniarum. namq. alie Latine, alie ciuium Romanorum ditae sunt, alie ex utriusq. nonnullae ex pedibus, uel equitibus, cum in agrum bello captum, stirpis augendae causa mittebantur. Patibunt. aperta erunt. Eadem illa. id est commeatu, municipia, colonie. Teget. defendat. Eadem necessitudo. pro necessitatis, idem in iugurt. bello: Etiam ante iugurtiba filia Bocco nupserrat, uerumetiam necessitudo, que etiam timidos fortes facit. ibidem: Coactus rerum necessitudine statuit armis certare. Necessitas, est uis quedam, que alterum cogere inuicem potest: plerumque uero necessitas affinitatem significat: unde & sanguine coniuncti, necessa ij dicuntur. Impendet. imminet. Illis. scilicet hostibus nostris. Superuacaneum. superfluum. Quo. quare uero, ideo. Pristinæ uirtutis. solue fortitudinis. Acta tem agere. uiuere. Amisiss bonis. perditis bonis: & amittere, pro eo quod est morte perdere, persape dicitur. Illa. in exilio uiuere, & bonorum amissio. Fœda. turpia. Intoleranda. non toleranda. Hac. que aggressi sumus. Si hac relinquere uultis. id est si ea que maximè nos preceperunt, relinquere uultis: uel, si ab his captis uultis desistere. Audacia opus est. necessesse est ut maximum periculum subeat. Nemo nisi uictor pace mutauit. nam qui semel bellum suscepit, is si pacem adipisci uult, necesse est ut uictor euadat. Nam in fugam. Abiecit. Cum arma auerteris ab hoste. hoc est, cum arma in aliam partem, quam aduersus hostem conuerteris. Quibus. armis. Corpus tegitur. defenditur corpus. In prælio. in ipso conflictu. Audacia pro muro habetur. id est, fortitudo maximum est præsidium. Cum uos considero. Epilogus est, ab occasione. Cum facta uestra. scilicet que strenuè fecistis. Magna me spes uictoria tenet. maximam spem de uictoria habeo. Animus. scilicet uiriliter. Actus. quia iuuenes estis. Virus. fortitudo. Me hortatur. scilicet ut magnam de uictoria spem habeam. Necessitudo. necessitas. Que etiã timidos fortes facit. quod Aristides declarauit, cum

Themistocles ei tentandi causa cœperat, dicens statuisse se deducit in Hellespontum nauibus pontem soluere, ut (inquiens) in Europa Asiam capiamus. quod cum improbaret Aristides, dicitur: Nunc quidem cum barbaro luxuria defluens conferimus prælium: quod si in Græcia concluderimus hominè toti uiribus fretum, ac metu periculi necessitate compulsus, audet omnia: & ob periculum omnium prædò se offerens, que prolapsa contenta q. erunt, corrigit atq. emendabit, & omnino de summa rerum sanius consilium capiet. non igitur nobis hinc pons, ò Themistocles, euertere est: sed alio. si fieri potest, constructo, homo ex Europa celeriter exigendus. Plutar. Nam multitudo hostium. Occurrit obiectioni. Quod si. Hac sunt desperantis uerba. Inulti. non undicati. Sicuti pecora patitur trucidamini. quia quem admodum iugulantur pecora, sic & uos, cum in eorum manus peruenierit, iugulamini. Verba uirtutem non addere. Aesopus significare uolens natura timidos nullis cohortationibus fortes reddi posse: apologum fingit, ubi ceruus filio dicitur. Pater cum maior & uelocior sit canibus, habet atq. cornua ingentia, quibus non modò ueri te possit, sed etiam ulcisci, cur sic eos times respondit: Vera dicis fili, sed unum illud scio, quod audio canis latratu statim ad fugam, nescio quo pacto, si feror. ceterum hic in uno ex nostris calamo scriptis inscriptum inuenimus: Verba uis uirtutem non addere. Aperiendum. aliter, Aperiendum. Quia illa. in exilio etatem agere, & Rome amissis bonis alienas spes spectare. Hac sequi. Arma capere pro libertate. Hac relinquere. deponere arma. Nemo nisi uictor pace bellum mutauit. Pacem si uultis, uincatis necesse est. arbitrio enim uictoris pace bellum mutatur, non uicti. hoc est quod ait in iugurtino: Omne bellum sumi facile, ceterum agerrimè desinere non in eiusdem potestate inuicem esse, & finem eius incipere, cuius etiam ignauro liceret non deponi, nisi cum uictores uelint. Nam in fugam. Hac sententia de Xenophonte translata uidetur. sic enim ille lib. 3. de Vita & disciplina Cyri, loquitur: κερὶ τῶν τῶν κρατῶν βαρβαρικῶν, οὐ τὴν δὲ τὴν σὺν ματαίῳ ἡδὲ ἀγχαρὰ τῶν τῶν, ἡνῶν τῶν τῶν τῶν πολεμικῶν ἐγγύστα, & ad illud Homeri respexisse Xenophontem credo: πῆ φῶντες μὲν τὰ βαλὼν κἀνδὲ δὲ ἡδὲ μὲν, μῆτις τῆ φῶντες μὲν τὰ φῶντες ἡδὲ ἡδὲ μὲν. Que etiã timidos fortes facit. Euripides: πῆ δὲ ἀνδρῶν ἀναστῆρα τὸν μὲν τῶν. Sic etiam Q. Curtius libro 5. Ignauiam quoq. necessitas acuit, & sapè desperatio spei causa est. Vide Prouerbum, Ingens telum necessitas. Montibus atque cepijs hostium sese clausim. Sic in manuscriptis, & quide melius. Comperit habeo, milites. In manuscriptis & impressis antiquioribus est additum, Ego quod peperam in nostris decet. Verba uirtutem uis non addere. Viri, non est in exemplaribus calamo descriptis, neq. item in impressis paulò correctoribus. Nunc uero quo loco res nostræ sint. In Manuscripta ferè, Quo in loco, addita prepositione. Cicero haud scio an usquam prepositionem addat, nam ad Atticū, Per bono loco res fuit, inquit, et, Quo ad perspiciamus, quo loco sit res, et, Meliore loco res erant nostræ. Si animus maxime ferat. In manuscriptis est, Si maxime animus ferat, ordine uocū immutato. id uis salior melius est. Cū arma quib. corpus tegitur, ab hoste auerteris. In Merseburg. est, Quis corp. tegitur, id rectius esse puto. Sæper in præ-

CAST.

RIV.

GLAR.

\* reliqua

VALL.

C

437. BELLVM CATILINARIVM. 438  
**H**ic Sergius Catilina, patrio genere ortus, permultas habuit ingetibus uitij adumbratas uirtutes. Fuit in illo ingenium, animus, memoria, literatura. Erat ei consilium ad facinus aprum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat. Vigebant apud illum studia rei militaris. Laborem, uigiliam, frigus, sitim, famem, ultra fidem ferre poterat. Illa uerò in illo homine mirabilia fuerunt: posse cuiuscumque generis homines comprehendere amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat: nihil, quod posset, cuiquam perenti denegare. Sed has uirtutes ingenria uitia superabant: incredibilis audacia, singularis impudètia, mira inconstantia, ferox animus, impurus, fallax, libidinofus: nemo illo infidior aut crudelior unquam fuit. Nec ego unquam fuisse hominem in terris illum puto, tam ex contrarijs diuersisque inter se repugnantibus nature studijs cupiditatibusq; conflatum. Erat in rapacitate auarus, in largitionibus estusus: utebatur hominibus improbis multis, & quidem optimis uiris se deditum esse simulabat. Erat ei summum in bonos omnes odium: summa eidem cum ornatisimis uiris familiaritas. Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè, cum senibus grauius, cum iuuentute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosi luxuriose uiuebat. Hic à pueritia in omni flagitio uersatus, multa libidinosè, multa crudeliter in ciues Rom. atque socios, multa in deos atque homines nefariè fecit. Nam Syllanas partes sequitur, Q. Ceciliū, M. Volucentium, L. Tantalū, aduerse factionis clarissimos ciues, manu sua occidit: Marcūq; Marium Gratidianum, hominem maximè popularem, qui bis Prætor fuerat, cui etiam plebs ob honorem statuas omnibus in uicis posuerat, cum uerberibus per totam urbem lacerasset, post ei à ceruicibus inspectante P. R. caput abscidit: idque tum plenum animæ & spiritus, ad Syllam usque ab Ianiculo ad ædem Apollinis, manibus ipse suis detulit. Sunt etiam qui dicunt, Catilinam se fratricidio contaminasse, atque postea iudicij penas timentem,

458

Facinora eius in Africa.

Captiua Antiochi Aureliæ.



rone: utile erit, antequam ad Ciceronis in consulatu gesta ueniamus, pauca prius de superiori coniuratione referre.

Coniuratio prior P. Antronij & L. Catilinae.

Cum P. Antronius & P. Sylla Coss. defig. L. Tullo, M. Lepido coss. ambitus accusati, honore & fama spoliati fuissent: Antronius (ut homo erat qui in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos consueuerat) non tempori cedere, non fortunae ipsi succumbere: consulatum, quem iudicio amiserat, per uim recuperare cogitabat. Is igitur consilium suum communicauit cum L. Catilina & L. Vargunteo, & Cn. Pisone adolescente perditio, au dace, & Remp. perturbare cupiente. Qui cum se hanc rem haud facile sine alicuius uiri potentis praesidio perficere posse sperarent, L. Licinium Crassum, hominem florentem gratia, opibus, honoribus, socium sibi & adiutorem alciuerunt: tum, ei principatum deferendo, tum quod Cn. Pompeio infestus inimicusque erat, eiusque opes in Repub. crescere moleste ferebat. Cospirauerunt hi circiter Nonas Decembris, ut cōflato magno seruorum & gladiatorum numero, Kalen. Ianuarij L. Cottam, L. Torquatum Coss. interficerent, curiam obsiderent: trucidatisque plerisque senatorum, Crassus dictaturam inuaderet: Catilina & Antronius correptis fascibus in campum descenderent cum licitoribus, constitutaque ad eorum arbitrium Repub. Piso cum exercitu ad obtinendas duas Hispanias mitteretur. At Crassus cum dies caedis uenisset, poenitentia adductus, adesse noluit. Quare caeteri coniurati eius absentia percussis, quod animo intenderant, perficere non potuerunt. Alij aliter referunt, & optimatum eadem ideo factam non esse scripserunt, quod priusquam parati essent, coniuratis signum dedisset Catilina. Fuere ite in hac coniuratione nominati, C. Caesar, & P. Sylla, nobilissimi ciues. Addideruntque ita fuisse constitutum, ut Caesar magister equitum efficeretur. Sed Caesarem eius uirtus, splendore, magnitudo animi, in hac coniuratione non fuisse, tuetur. Syllam Q. Hortensius clarissimus orator defendit. De hac coniuratione significare uoluit Cicero in illa epistola, quam ad Cn. Pompeium de suis rebus gestis & de summa Reip. misit, scribens, furorem incredibilem biennio ante conceptum, erupisse in suo consulatu. Sed haec de superiori coniuratione.

Causa multa secundae coniurationis.

Catilina, tametsi superior coniuratio foede euenerat, sententiam non mutat: consilium nepharium opprimendae R.P. non

abijcit. Sed maiore cupiditate incensus est, quod superiorem coniuratione casu quodam prope non euenisse putabat: & simul, quod Romae multi erant ciues, quorum aēs alienum libidine contractum, nisi praedijjs uenditis, dissolui nullo modo poterat. Sed hi tanto amore suas possessiones complexi tenebant, ut eos quiduis potius auferos, Catilina non falso crederet, quam ut sustinerent se patrimonio spoliari. Incendebat etiam eius amentiam spes consulatus adipiscendi: & simul, quod C. Antonium collegam se habere sperabat, hominem maxima sibi familiaritate coniunctum. Incitabant praeterea eum ruinae fortunatum suarum: & immanis illius importunaque natura, quae non modo ocium, sed ne bellum quidem, nisi ciuile, cupiebat. Suberat etiam illa causa maior, quae Catilinam, hominem sua sponte ad perturbandam Remp. incitatum, in audacia sua simul ac cupiditate confirmabat. Nam posteaquam L. Sylla uictor armis Remp. recepisset, eius militis maxima praeda donatos, Fesulis, antiquis expulsis habitatoribus, constituit. Hi ex egentibus repente alienis pecunijs facti diuites, capere uillas atque domos sumptuosius insolentiusque aedificare, magna conuiuia, magnos sumptus facere. Et dum regio more & apparatus uiuunt, citò illa tot & tanta, ex caede ciuium & sanguine coaceruata, defecerunt bona. Etenim male acquisita breui dilabuntur. Et dum postea eadem in egestate, quae in abundantia, luxuria permanet, incredibile dictum est, in quantum aēs alienum inciderant. Ob idque semper illi tumultum, discordias & bellum intestinum exoptabant. His accedebat, quod aderat in Hispania ciuili teriore cum exercitu Cn. Piso, de quo supra mentionem fecimus, summa ut corporis & animi adolescens: sed eisdem, quibus Catilina, imbutus cupiditatibus, inimicus ocij, bonorum hostis, largitor sui, alieni appetens, signifer seditionis, concitator tabernariorum. Deinde obtinebatur prouincia Mauritania à P. Siccinio Nucerio, incredibile quodam nouarum rerum desiderio flagrante, ambo hi Catilinae erant amicissimi. Magnam enim uim habet ad coniungendas amicitias, morum ac naturae similitudo. Cum istis saepe antea Catilina consilium belli faciundi communicauerat: & eorum nunc praesidio & copijs multum iuari coniurationem posse sperabat. In hac quoque cupiditate imperu quodam & furore ferebatur, quod omnia ad Cn. Pompeium

L. Sylla milites antiqui.

Cn. Piso.

P. Siccinius Nucerus.

peium & certos homines deferri uidebat. Nam cum L. Tullo, M. Lepido cōsulibus, de imperatore deligendo, contra Mithridatem regem, diu in senatu esset disputatum: princepsque Catilina, ut illius belli dux esset, omni studio, gratia, ambituque pugnasset, ab omnibus senatoribus uehementer est reclamatum, delatumque imperium Cn. Pompeio, praecipue Ciceronis praetoris opera. Ea contumelia tactus ferox Catilina, bonis inimicus, senatui iratus, Rem publicam perturbare statuit. Voluebat ite animo multorum ciuium neces, plurima ne phanda stupra & adulteria, & infinita scelera: quae in patriam ille, quae in deos atque homines ediderat, & sibi carcerem & exilium ob id semper ante oculos uersari putabat. Nam poenam sibi semper imminere existimant, qui peccauerunt. Ea etiam Catilinae opportuna uisa sunt, nullum in Italia esse exercitum, ingentem per omnes terras desperatorum & perditorum hominum copiam esse. His igitur tot tantisque opportunitatibus se Rempub. facile opprimere posse confisus Catilina, permultos ex omni genere homines sibi amicos & obnoxios fecerat. Nemo non modo Romae, sed ne ullo in angulo totius Italiae, ueneficus, gladiator, latro: nemo sicarius, parricida, testamentorum subiecto: nemo ganeo, nepos & adulter fuit, qui non aliqua esset cum Catilina familiaritate coniunctus. Qui cunque Romae patrimonia sua profuderant, fortunae obliguerant, hi Catilinae intimi ac familiares erant: & quemcunque audacem cognouerat, hunc in suam familiaritatem libentissimè recipiebat. Minime enim timidos, & ualde calamitosos eos esse oportere aiebat, qui ad ciuile bellum uocarentur. Praeterea complures adolescētes nobiles, alijs fructum libidinum, alijs mortem parentum pollicendo, pecunia alios, gratia, labore corporis, scelere etiam (si opus esset) adiuuando: utque eorum diuersa studia perspexerat, sic dissimiliratione in suam familiaritatem illexerat. Fortes etiam quosdam & bonos uiros, specie quadam uirtutis asimulatae tenebat. Habuit enim ille (sicut diximus) permulta ornamenta, quae utinam ad meliorem mentem & uoluntatem fuissent conuersa. Cui igitur Catilina ingentem iam numerum perditorum hominum collegisset, circiter Kalen. Iunij, L. Iulio Cesare, C. Mario Figulo Coss. primum unumquemque separatim tentare coepit, coniuurationis praemia docere: alium cupiditatis suae uenif-

Timor ex perpetratis sceleribus.

Quales Catilinae socij & amici.

Diuerse adhortationes Catilinae.

se tempus monere: spem alijs dominationis, rapinarum alijs commemorare. Deinde ubi eos satis promptos cognoscit, omnes nobiliores, & ad facinus audaciores, & cum quibus sibi maior erat necessitudo, in M. Leccae domum conuocat. Hanc domum sibi Catilina delegerat, quod procul erat à foro, & id consilium iniri opportunum in solitudine arbitratum est. Eo igitur conuenere ex clarissima Corneliorum gente, P. Lentulus Sura, uir consularis, & nepos illius Lentuli, clarissimi atque optimi uiri, qui armatus Gracchum in Auentinum est persecutus. Hic dominam di cupiditate Catilinae par erat: at bellum industria, ingenio, consilio, nullo modo comparandus. Erat tamen in Lentulo corporis quaedam dignitas, & dicendi exercitatio non mediocri. Is in ductus à uatibus, fatale nomen suum ad perniciem Reip. fore credebat. Nam ex libris Sibyllinis, Aruspicumque responsis portendi dicebat dominationem tribus Cornelijs: se tertium illum esse Cornelium, ad quem regnum Urbis atque imperium peruenire esset necesse: Cinnam ante se & Syllam fuisse miseris homines, qui uatibus credunt: quibus Lentuli poena exemplo esse debet, in quot illi discrimina & scopulos homines impellant. Huic homini nihil inerat sanguinis auiti, nihil domesticis splendoris: contraque omnia pro auita honestate, temperantia, fortitudine, prudentia, turpitudinem habebat, luxuriam, ignauiam, temeritatem. Atque bis senator fuit, & bis ad iudicium subellia attractus euasit. Item C. Cethegus, qui temeritate & audacia Catilinam superabat: sed studio armorum, nobilitate, corporis robore erat prope aequalis. Etenim in bello miles multa egregia facinora ediderat, saepe armatum hostem fuderat: bene equis, optimè armis utebatur. Ac nullum erat negocium tam arduum, nullum tam difficile, quod non huic paruum ac leue uideretur: tam erat illius uastus ac immoderatus animus. Hic Q. Metello Pio, clarissimo uiro, grate uulnus quondam infixit. Atque alias contra Rempub. coniuurasse traditur. Erat etiam in eodem numero P. Cimber Gabinius, in summa familia natus: improbus, crudelis, rapax, superbus, fallax, impudens, libidinosus. Item L. Cassius Longinus, & P. Antronius: ambo nobiles, ambo diferti, ambo magnis honoribus functi, ambo diuersis temporibus consulatus candidati: horum par erat libido, similis crudelitas, eadem impudētia,

P. Lentulus Sura.

C. Cethegus.

Alij coniuurationis socij.

Nomina aliorum coniatorum.

M. Crassus & C. Caesar.

5 Captatio beneuolentia.

ria, gemina audacia: quorum alter homines ex possessionibus et armis expulerat, eadem fecerat, delubra deorum immortalium expilauerat: alter plurima stupra & adulteria commiserat. Longum esset, mihi, praesertim ad alia magis necessaria properanti, uniuscuiusque uitam & mores explicare. Itaque aliorum nomina referre, satis erat. Conuenere igitur in hanc domum, praeter istos, L. Varguteius senator, P. Seruius Sylla, Q. Curius, Q. Annius, P. & M. Lecca, L. Calphurnius Bestia, M. Fuluius Nobilior, P. Stalilius, P. Furius, Manlius Chilo, P. Tongillus. Multi praeterea ex municipiis & coloniis, qui existimatione & nobilitate principes erant, huius consilij consensu fuerunt. Nonnulli item fuere qui in hunc caetum non ueniebant, sed occulte huius sceleris participes erant, Catilinaeque clandestine iuuabant: inter quos aliqui dixerunt, huius coniurationis M. Crassum & C. Caesarem conscios, adiutores ac impulsores fuisse. Crassum dolore quodam animi dicebant impulsum, quod eius inimicus Cn. Pompeius, maximis rebus terram atque gestis, princeps ciuitatis iam omnium iudicio haberetur: & ob id consilius Crassus, si coniurati uicissent, facile totius orbis terrarum futurum principem: Caesarem autem, quod is egregia liberalitate usus, plus triginta & octingentorum talentorum debitor erat. Alij haec facta, & omnia ab inimicis profecta dixerunt: minimeque credendum, clarissimos uiros cum Lentulo, Catilina, Cerhego, desperatis hominibus, foedissimam societatem fecisse. Nos quid de utroque compertum habemus, infra suo loco dicemus. Sed quum hi quos diximus, illuc conuenissent, Catilina eos seduxit, atque ita locutus est.

ORATIO L. CATILINAE  
ad socios coniurationis.

5 Fides uestra incredibilis, uirtusque tanta, quantae ego in uobis sensi esse, animum meum crexit, spemque attulit, non modò libertatis recuperandae, uerum etiam dignitatis pristinae ampliandae. Nam cum in teo & contemlor unumquemque uestrum, uideo in hoc numero neminem, qui non facinus aliquod praclarum ediderit, cui mea salus non chara fuerit, cuius non extet in me suum aut meum in se meritum, cui non sim astrictae memoria beneficij sempiterna. Itaque non extimesco, uobis nunc quid sentiam aperire: atque ea minime ue reor quae dixero, quin unusquisque uestrum pro uirili parte adimplere conetur.

Vetus enim est lex iustae ueraeque; amicitiae, quae mihi uobiscum iam diu est, ut idem amici semper uelint: neque ullum est certius amicitiae uinculum, quam consensus & societas consiliorum & uoluntatum. Atque eo mecum in hac causa uoluntas uestra, quam in caeteris coniunctior esse debet, quod haec quae facere ardet animus, uobis aequè ac mihi esse bona malaque; intelligetis. Saepè mihi cogitanti de nostris miseris, in quibus tot annos uersamur, & (ut uideo) uersabimur, nisi uester prudentissimus animus aliquando prouiderit: folet in mentem uenire, quae uita nostra futura sit, nisi nosmetipsi uendicemus in libertatem. Nam posteaquam quorundam sceleratorum immanitate omnis Respublicae paucorum hominum ditioni, iudicio potestati que; permissa & condonata est: huius soli plus posse ceperunt, quam uniuersus P. R. quam multa & diuersa mala tulimus & perpessi sumus, commemorare non est necesse, uos metipsi recordamini. Nam, ut omniam unius cuiusque nostrum casum recensere, uno aspectu intueri potestis, nos omnes nobiles, strenuos, fortes: qui & pro Rep. maxima spe & ingentia susceperimus pericula: amisso patrimonio, miseros atque egentes, multos, fordidatos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis contententes. Eos autem, qui omnia diuina & humana iura uolauerint, uexauerint, perturbauerint, non solum diuites, alicuique uolitare: sed quacunquē uelint, summo cum imperio iudicioque; omnium rerum uagari, fortissimis atque optimis ciuibus periculum moliri, de se nihil timere, potestatem denique regiam habere. Verbum mihi grauius deest, cum hanc ego potestatem regiam appello: sed profectò maior est quaedam. Quod enim regnum fuit unquam, quod plures uno tempore reges haberet? Quis autem rex unquam fuit tam insigniter potens, cui regum constituendorum esset potestas? Hi omnes prouincias obeundi, liberos populos agris multandi, regnorum uel dandorum uel adimendorum summum habent iudicium. Semper istis omnis orbis terrarum, reges, tetrarchae, exterarum nationes, uetigales fuere. Itaque penes istos omnis est potestas, gratia, diuitiae, decus, honores. Quorum profectò cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse uidetur. Quod si potentiam illi, si diuitias solum, si honores quaerent, essent illi quidem graues: sed tamen essent ferendi. Hoc uero quis ferre possit, illos pecore, auro, argento, ebore, ueste,

Narratio querula.

B

C Potestas plus quam regia.

Accusatio potentium.

A ueste, supellestili, caeteris rebus abundantibus: nobis omnibus rebus egentibus, nobis diu multisque iactatis iniurijs, insidias quotidiè struere: nobis lucis hanc usuram plenam lachrymarum atque meroris eripere conari? In nos enim minè iactantur, pericula intenduntur, formidines opponuntur, iudicia nobis atque repulsa parantur. Quae quousque tandem patiemini, fortissimi uiri? Non ne millies perire est melius, quam in sua ciuitate abiectione, contemptum, despectum à caeteris, à te ipso desperatum & relictum, horrentem, trementem, diffidentem rebus tuis, sine uoce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie liberi hominis uiuere? His uero esse subiectos, quibus si Respublica aliqua esset, terrori essemus. Expergiscamur igitur aliquando, fortissimi uiri, patrium animum uirtutemque capiamus. Maiores nostri Tarquinium Superbum regem non tulerunt: nos non unum regem, sed plures crudelissimos tyrannos ferre possumus: Equidem non deero, monebo, praedicabo, denunciabo semper quid sentiam, tempusque nullum dimittam, neque diurnum, neque nocturnum, quin de libertate nostra cogitandum sit, cogitem, quod agendum sit, atque faciendum: id non modò non reculem, sed appetam etiam atque deposcam, faciam denique illud, quod est dignum Romano homine, ut pro libertate uitam in discrimen adducam. Sed testor deos atque homines, uictoria nobis certa in manibus est, si modò uiri esse uolumus. Auxilia. Adfunt summo studio, uirtute, concordia, Syllani milites: quorum subito aduentu firmum repente habebimus exercitum. Pari studio & amore recuperandae libertatis, conspiciunt nobiscum, Cn. Piso, & P. Siccinius Nucerius, fortissimi uiri: quorum alter in Hispania citeriori magnum habet exercitum, alter in Mauritania adest cum imperio. Hos in consilijs capiendis socios, in rebus gerendis firmissimos adiutores habebimus. Caeteri uero homines, dii immortales, ad recuperandam libertatem, qua frequentia, quo studio, qua uirtute consentunt? Omitto hic ego eos ciues nobiles, qui amisso patrimonio, miseri atque egentes, hanc tantam ciuitatem, paucorum hominum iudicio & potestati subiectam, uix ferre possunt. Etenim quis est, fortissimi uiri, cuius non diuitiae, decus, honores, prouinciae, sacerdotia, magistratus, imperia, non chara atque iocunda sint? Quid ego tenuissimorum hominum studia commemorem, qui in foelices ingenti aere alieno oppressi,

Exhortatio ad arma.

Auxilia.

B

C

& infinitis exagitati iniurijs, nisi ciuili bello salui esse non possunt: Sed quid hocce homines commemoro, quos ad bellum egestas, quos priuatae iniuriae, quos iudiciorum metus & necessitas impellit? Cuius est mercuri nemo, extra istam dominationem potentissimorum hominum, qui non istis crudelissimis tyrannis obstare cupiat. Adfunt pro libertate recuperanda nimium multi: plenum est forum istorum hominum, plene sunt Italiae urbes, excitata est Italia cuncta, omniū ordinum homines, denique omnium aetatum, sentiunt unum atque idem. Ad haec praefidia accedunt istorum apud exteras nationes, inuisae opes, inuidiosa potentia, consularis potestas, qua me proximis comitis (ut spero) uidebitis ornatum. Dubitatis igitur, me consule duce, animis militum incitatis, conspirante Italia tota, libertatem uestram recuperare? Hanc occasionem oblatam tenete per deos immortales, fortissimi uiri, & uos Rom. principes esse aliquando recordamini. Tempus habemus tale, quale nemo habuit unquam. Nullum erit tempus, hoc amisso: nimium diu uos hortatus sum, nihil est quod amplius moneam: nemo est tam stultus, qui non intelligat, nos aliter saluos esse non posse. Quapropter necessitas, pericula magis, & belli praemia amplissima, uos excitent, quam oratio mea: uel ducem, uel comitem, uel utrumque; potius habebitis me: neque animus, neque corpus unquam deerit. Quanquam animus mihi quidem nunquam defuit, tempora autem defuerunt: quae simul ac primum aliquid lucis ostendere uisae sunt, princeps extitit uestrae libertatis recuperandae. Itaque me consule principe, uobis auctoribus & ducibus, dijs iuuantibus, erimus profectò breui tempore liberi: nisi feruire maluerimus, quam ne feruiamus, animis armisque decernere.

Haec cum dixisset, Catilinam omnes laudibus in caelum extollunt, gratias agunt, approbant consilium. Plurimique etiam praetentibus, quae conditio belli, quae ea praemia coniurationis futura sint: Catilina primum pollicetur locupletum caedes, nouas tabulas, prouincias, magistratus, honores: deinde totius belli rationem descripsit: postremò eos hortatus, ut sibi in petitione consulatus maxime studerent: se inuicem complexis, datisque dextris, caetum dimisit.

Non omitto hoc loco, quod Linius & Salustius memoriae prodiderunt, Catilinam, post habitam concionem, cum furoris sui socios omni foedere & iure iurando sibi ad hoc

Tempus & occasio opt.

6 Foedus sanguine humano iurum.

G hoc

hoc scelus astringeret, uinū humano sanguine perfusum in crateris, cum primū implelibasset, hoc deinde socijs degustandum dedisse. His addiderunt quidam alij scriptores, id fecus non solum humano sanguine ictum, sed etiam gustu carniū cuiusdam uiri à Catilina intersecti, sancitum esse. Atque eo consilio id fecisse tradunt, quo magis illi inter se, propter tanti facinoris atrocitatem fidi essent. Ficta hæc quibusdam alijs & incredibilia propter magnitudinem sceleris uidentur. At ego non solum, ut hoc factum existimem, facile adducor: uerū etiam illum non iccirco hoc fecisse arbitror, ut illi magis inter se essent fidi: sed illum credo, quod coniuratos docere uoluit, usum exemplo ferarum, quibus nullas aiunt esse capitaliores, quā quæ semel humanas carnes degustauerit. Sic cum illi semel humanum sanguinem bibissent, nullum esse postea facinus tam acerbum, & scelus tam immane, quod illi timere aut horreere deberent. Adducit me in hanc opinionem illud, quod à magno quodam auctore accipi: Catilinam inductum à uatibus, aquilam quandam argenteam, quam C. Marius bello Cimbrico habuisse circumferrebat, fatalem semper ad perniciem Reipublicæ ac funestam credidisse: cui legimus erectas ab eo aras, & domi suæ sacrarium quoddam fuisse constitutum: & eam ad facinus obeundum, tanquam nomen aliquod uenerari solitum. O crudelitatem inauditam illorum temporum, reprobos esse quosdam in figura hominis, qui immanitatem gererent beluarum.

*Aquila argentea resp. fatalis.*

*Septem competitores consulatus.*

Interim cum comitia haberi cœpta essent, septem apparere consulatus competitores: duo Patricij, L. Catilina, P. Galba: plebei quatuor, ex quibus duo nobiliores, C. Antonius, M. Antonij ingeniosissimi atque eloquentissimi oratoris filius: L. Calsius Longinus, qui in superioribus nefario hominum cœtu interfuerat: Quin. Cornificius, C. Licinius sacerdos: unus, equestri loco natus, M. Tullius Cicero: his generis nobilitate inferior, cæterum ingenio, consilio, eloquentia, magnitudine animi longè superior. Is cum quæstor, ædilis curulis, prætor maximo populi studio & fauore factus esset: cum ei primū per ætatem licuit, consulatum homo notus, sua uirtute confusus, petere cœpit. Nam antea illum locum cuncta nobilitas, præsidij firmatum, omniq; ratione obuallatum tenebat. Et longo iam tem-

porum interuallo consul homo nouus factus erat nemo. Sed ex his Calsius Galba, Cornificius, Licinius, remissiores in petendo erant, ac pro re iacebant. Catilina autem magna spe inflatus, cursare circum tribus, diuifores appellare omnes, & conuenire, M. Tullium Ciceronem contemnebat, & secum peregrinum negabat æquo iudicio posse certare: Antonium collegam suum numerabat, non competitorem. Coierant enim ambo, ut Ciceronem consulatu deicerent, adiutoribus uis firmisimis, M. Crasso, & C. Cæsare. Ardebat acerrimè tunc ambitus. Nam Catilina & Antonius ingentibus largitionibus ad consulatum incumbebant. Quapropter Cicerone uerba de hoc in senatu faciente, decreuit senatus, ut ferretur noua lex de ambitu, augeturque illius pena. Huic S. C. cum intercessisset, Q. Mutius Orestinus tribunus plebis, illiusq; inter celsionè Senatus grauitè molesteq; ferret, surrexit M. Cicero, & grauitè Q. Mutium corripuit, ac in L. Catilinam & C. Antonium uehementer est inuectus, multis ac secundis admurmurationibus cuncti senatus. Illudq; diuinitus in ea oratione præuaticinatus est, cum Catilinam alloqueretur: qui paucis diebus antè, præuaticatione repetundarum fuerat absolutus. O miser, qui non sentias illo iudicio te non absolutum, uerū ad aliquod feruierus iudicium ac maius supplicium reseruatum. At eodem tempore, quo comitia habebant, serpsit rumor in uulgus, inita esse à quibusdam ciuibus consilia opprimendæ R. P. senatus interficiendi. Hu-

*Ambitus Catilinae & C. Ant. contra Ciceronem.*

*Verba Ciceronis contra ambitum in senatu.*

*Q. Curium coniurationem pandit Fuluiæ.*

*Cicero consilium.*

ocium, scientiā ad bellum gerendum, animo & usu ad quoduis aliud nococium. Comitijs igitur habitis, Cicero cunctis suffragijs tantoq; populi consensu consul factus est, ut eo modo pauci nobiles consules facti sint: nouus autem ante illum nemo. Antonius Catilinam paucis centurijs superauit. Is quanquam infamia laboraret: nam & in Syllana uictoria partum abstinens est uisus, & Achaiam spoliauerat, diripuerat: ob idque in iudicium uocatus, causam defendere recusauit, grandeq; æs alienum confluauerat. Denique probri causa à Censoribus senatu motus fuerat: tamen partim quia cæteri cōpetitores (ut diximus) languēbat, partim ei propter egregiam patris memoriam paulò speciosior manus, quā Catilinæ est suffragata. Ludi quoque Antonio ad cōsulatum adipiscendum admodum profuerunt: quos ipse primus omnium Romanorum argentea scena apparatusissimos ac magnificētissimos fecit: quem postea imitatus L. Murena anno sequenti, usus etiam ipse argentea scena, ludos maximo splendore & elegantia populo edidit. Delectant uehementer populum ludii. Quare Cicero ille uir eruditissimus, & à uulgi opinione remotus, qui etiam trinos ludos ædilis fecerat, tamen in petitione consulatus se quoque dicit habuisse scenam competitoricem. At Catilina furor, et si petito haud prosperè cesserat, non minuitur: sed indies plura parat, tentat, sollicitat, per Italiā arma opportunis locis distribuit. C. Manlium quendam audaciæ suæ satellitem mittit in Hetruriam, ad sollicitandos Syllanos milites, & ad exercitum parandum: eumque iubet ante diem VIII. Kal. Nouembrium esse in armis. Se se in proximum animum (quoniam fortuna esset sæpè domina campi) iterū cōsulatum petere uelle, interea Ciceroni insidias tendere, & optimatum cædem parare. Sed ille paucos post menses factus est reus interficarios, à L. Lucullo clarissimo uiro, & ad dicendum paratissimo: absolutusque est magno sententiarum numero, multis illum ornatissimis uiris defendentibus. Hic est ille uir magnus, L. Lucullus, qui bellum gessit cum potentissimo rege Mithridate. Ex quo bello cum uictor rediisset, & calumnia inimicorum per triennium iam triumphare esset impeditus, egregia Ciceronis consulis opera, nobilissimo curru triumphas, in Capitolium aduectus est. Fuitq; postea, ad extinguendam istam funestam coniurationis facem,

*C. Antonius collega eius.*

*Scena argentea.*

*B*

*Machinatio Catilinae ad bellum.*

*L. Lucullus.*

maximo M. Ciceroni adiumento. At M. Tullius postea quā Kalend. Ianuar. accepisset Remp. plenam sollicitudinē, plenam timoris, suspicione legis Agrariæ, Senatum & omnes bonos maximo metu liberauit.

Nōnulli enim Tribuni plebis legem Agrariam ferre conātes, de decemuiris cū imperio creandis promulgauerant: quibus lege permittebatur, per totum orbem terrarum summo cum imperio uagari, liberos populos agris mulstare, regna adimere, à quibus uellent, & reges appellare quos uellent, de omnibus gentibus cognoscere, sine consilio mulstare, sine prouocatione animaduertere, iudicare per quinquennium, & de Cōs. & de Tribunis plebis permittebatur: interea de illis iudicare nemo poterat. Esse Romæ poterāt, cum uellent: abesse, cum eis commodum esset. Deinde agrum Campanum & Stellatem, agros Bithyniæ, agros qui in Paphlagonia, qui in Pōro, in Cappadocia, qui in Macedonia, in Alexandria, in Africa, in Hispania, publici erant, licebat eis diuidere atque uendere. Poterat præterea colonias deducere nouas, renouare ueteres: in infinitaque potestas eis dabatur innumerabilis pecuniæ consciciendæ. Et uerbo quidem decem uiri, re autem uera decem domini; orbi terræ constituebantur. His tum legibus maximus iniectus est terror patribus, & plebs erat in maximam largitionum spem & nouarum rerum adducta. Multumque hæc ciuitatis perturbationes Catilinae erant opportune, nascentemq; coniurationem maximè iuuare potuisset, nisi consulis prudentissimus animus huic rei prouidisset. Vocatis namque Cicero illis in senatum tribunis, eos ita grauioribus uerbis corripuit, ut Rullus homo audacissimus pertimuerit, loquacissimus obmutuerit. Deinde cum illi se apud populum uehementius iactarent; & eos populus in cœlum ferret: habita postea Cicero grauissima concione, cum eam legem popululū uehementer probaret; sic mentes hominum permouit, eam legem adeo plebis utilitati aduersam & alienam docuit, eam adeo dissuasit, ut nihil tam populare uideretur, quā tot ac tantas excitationes leges ferendæ deseruit, contempsit, uituperauit. Sic lex Agraria, quæ semper plebi fuit grata, quæ tot ac tantas excitationes tempelates, tota Ciceronis consilio atque eloquentia repudiata atque abie-

*Quanta potestas decemuiris data.*

*Perculum à legibus Agrariæ.*

*Eloquentia Ciceronis contra legem illam.*

Et est. Tanta erat eius in dicendo iucunditas, tanta uis, tanta copia, ut quod ille uellet, dicendo consequi posset. Eheu conditionem huius seculi. Qui nunc præcepta eloquentiæ tradere sunt conati, propè iam soli in scholis relicti sunt: omnesq; homines studio quodam pecuniæ, ad ius ciuile iter arripuerunt. Ex quo euenit, quòd omnes infantes sumus: & quòd inerte concepimus, explicare nequimus. Sed iam ad institutum nostrum reuertamur.

*Ciceronis studii de coniuratione.*

Repudiata lege Agraria, consul intentus mederi Reipublice, cum multa turbulenta consilia cõtra Reipublice statum & ocium, partim iniri, partim se consule designato inita esse dicerentur: in eo omnes dies noctesque consumebat, ut qui essent hi qui hæc agerent, hæc molirentur, scire posset. Itaque cum illius rumoris fontem diligentissimè inquirens, Fuluiam auctorem inuenisset, eam occultè ad se uocatam, iussit ut ea quæ sciret de coniuratione, indicaret, præmia pollicetur: interdum etiam, nisi sibi rē aperiret, quæstiones & tormenta minatur. Posteaquam Fulua id se à Curio audiuisse dixit, confestim Curium ad se uocari iussit. Et crebrò rogando, sæpè monendo, sæpissimè autem pollicendo, interdum etiam minitendo perfecit, ut

*Q. Curium.*

Curius totam sibi seriem atque coniurationis ordinem aperiret. Tum Cicero Curium hortatus, ut coniuratione uehementer simularet, illum à se spei plenum dimissit. Sed consul ut comperit, Catilinam principem coniurationis, timens ne Antonius collega, homo turbulentus, & Catilinæ maximè familiaris, cum illo consentiret ac conspiraret (senferat enim iam illum à Catilina tentari, & illum non inuitum de coniuratione audire) eum inculcare non desistebat, ut magnam infamiam suggereret, & illum ad cursum ueræ laudis incitare, hortari, ut cum bonis consentiret: & ut eam teneret uiam, quam à maioribus suis tritam accepisset. Tandem illum sapientia atq; obsequio suo à coniuratorum consilijs remouit, & ad suam traduxit uoluntatem.

*10 Gallia prouincia.*

Erat tunc Ciceroni decreta ex senatus auctoritate prouincia Gallia, seges ac materia triumphorum, exercitu & pecunia maximè instructa & ornata. Sed ille plus existimauit se Reipublice profuturum, si eam à domesticis liberasset insidijs, quàm si illam prouinciam Reipublice subiecisset. Neque enim maior est uirtus, propagare fines imperij, quàm partos tueri. Nec maiores

sunt bellicæ laudes, quàm urbana. Istæ enim in consilio & sapientia, illæ in manibus fortunæ sunt positæ. Quapropter consul aduocata cõcione, dixit sese (quoniam ita existimabat tempora Reipublice posse) in prouinciâ proficisci nolle. Et ne eius collega ad defendendam R.P. sibi esset impedimèto, sua uirtute perfecit, ut Antonio prouincia decerneretur. Quòd si eo tempore Cicero Antonium non à Catilinæ consilijs, non ab urbe specie quadam honoris impulisset (dicam id quod sentio) profectò non sine multo sanguine coniuratio fuisset restincta. Et quoniam à Catilina quotidie sibi insidias parari uidebat, semper ille stipatus incedebat amicorù præsidio, ac delectos quosdam adolescentes Reatinos circum se frequentes habebat, quibus ad custodiam sui capitis utebatur. Deinde equites Ro. cum senatu cõiunxit, quæ res, cum omni, tum illo turbulèto Reipub. tempore maximè salutaris uisa est. Nam antea equester ordo, à senatu disiunctus, grauissimas multos annos cum illo ordine exercuerat contentiones ac discordias. Necessè est enim, ubi in aliqua Reipublica plura inter se dissident corpora, non solum seditiones oriri, sed pestifera etiam bella ciuilia nasci. Mhiq; iam minimè mirum uideretur, si Catilina ad perturbandam Reipublicam accessisset: cum illum ad hoc sua natura incitatum, tot res incitarent, ardentem inflammaret. Accedebat, quòd eodem tempore proscriptionum filij perebant magistratus: qui si essent honores adepti, coniuraturi pro certo cum Catilina uidebantur. Quapropter illos consul suis inimicitijs nullo præposito præmio, comitiõrum ratione priuauit. His rebus sic peractis, nondum cõsuli tempus uidebatur, de coniuratione ad senatum referendi. Itaque ille sese à Catilinæ insidijs non publico præsidio, sed priuata diligentia defendebat: eius consilijs quotidie occurrebat, uadaciam debilitabat, scelori resistebat, nullo tumultu publicè concitato.

*Stipatores Ciceronis.*

*Equitè Ro. & senatum concordia per Ciceronem.*

*Ciceronis prudentia.*

*Catiline suadum in augenda coniuratione.*

Sed quanto consul plura prouidebat, tanto magis coniuratio indies conualescebat. Etenim nullus erat in urbe uicinus, nullus angiportus, in quo Catilina non instaret, appellaret, tentaret, sollicitaret. Et ut ad id quòd optabat, perueniret, frigus, sitim, famem, laborem tolerabat. Sed maximè iuuentutem excitabat. Eorum alios ipse amabat, aliorum amoribus seruiebat: alijs scorta, alijs equos parabat, studio armorum nonnullos erudiebat: pecunia multos, blanditijs plures & assentationibus tenebas,

nebat. Et si quem robore animi & uirtute prædicum uidebat, primùm eum uirtute capiebat, deinde studio & consuetudine paulatim in omnem cupiditatem præcipitem agebat. Etenim mores hominibus non à natura ipsa (ut aliqui falsò putant) & à stirpe generis: sed ab ijs plebunque suppeditantur, quibus cum uiuimus atque uersamur. Erat ille (sicut diximus) mira quadam arte præditus, ad excitandas adolescentium cupiditates: à quo non modò ætas illa, quæ lubrica atque incerta est, sed etiam iam corroboreta caperetur. Hac ille tam multiplici natura, numerum quotidie coniuratorum augebat. Compertumque habeo, ea tempestate Catilinam non solum uiros sibi ad hoc facinus asciuisse, sed etiam mulieres quasdam nobiles: quæ petulanter, effulse, libidinose & meretricio more uixerat, huius consilij participes fecisse: per eas ille sperabat, posse sibi aut eorum uiros adiungere, aut eos, qui consentire nollent, interficere. Multa præterea occultè moliebatur, nocturnos agebat coetus, consuli semper insidias parabat. Scutorum, gladiatorum, frenorum, sparorum pilorumque magnam multitudinem confluxerat. Neque tamen his tantis rebus Catilina impediabatur, quo minus toto animo consularis petitioni seruiret: sed læter atque lætus, stipatus choro iuuentutis, sæpè supplex ambire populum, tribulibus submittere se, polliceri multa, crebrò supplicare, ultrò se offerentes rogare, paternos amicos appellare omnes, & conuenire, nonnullorum nobilium frequentare domos, uiam sibi his artibus ad consulatum munire.

*Mulieres cõiuratiois participes.*

*Catilina rursum petit consulatum.*

*12 Cicero rem ad senatum refert.*

*C*

Tum consul duplici commotus malo, & quòd uidebat se non amplius priuata diligentia Rempub. posse tueri: & simul cograns, quàm periculosum esset Reipublice, si Catilina consul fieret, constituit rem ad senatum referre, prorogare comitia, Catilinæ coniurationis inuidiam conflare, quo eius petitioni obesset. Nam rumores etiam falsi, & fabula nonnunquam ficta, perturbat omnia, totamque suffragatorum commutat opinionem. Conuocato igitur senatu, docet, à Catilina & à quibusdam eiusdem sceleris atque amicitie socijs inuitum consilium opprimendæ Reipublice, senatus interficiendi, ciuium trucidandorum. Tum factum est S. C. ne postero die comitia haberentur, ut de his rebus in senatu agere possent. Postridie

consul multa in senatu de cõiuratione patefecit, & Catilinam interrogauit, si quid uellet de his rebus, quæ ad ipsum allatæ essent, dicere. At Catilina, quanquam totus esset ex fraude & mœdacio factus, quique ea uicia, quæ à natura habebat, studio quoque & artificio augebat: tamen conscientie stimulis actus, non tam se purgauit, quàm indicauit & induit. Tum enim dixit duo corpora esse R. P. unum debile, in firmo capite: alterum firmum sine capite: huic cum ita de se meritum esset, caput se uiuo nunquam defuturum: corpus debile infirmo capite appellabat bonorù consensum, quem ab improbis significare uolebat, cum eum tunc ducem haberent, qui facilè frangi superarique posset. At senatus ea tum uis est mansuetudine, uel potius patientia, ut nihil pro his rebus contra Catilinam statuerit: præsertim cum idem ille paucis diebus antè, Catoni perpetuo improborum hosti, iudicium minitanti, respondisset: Si quod esset incèdium in suas fortunas excitatum, id se non aqua, sed ruina restincturum. Sed ideo fortes in decernendo non erant: partim quia nihil timebant, partim quia timebant, nonnulli quia fauebant. Audio tamen, quòd multum non ouit Catilinæ petitioni r̄tmor iste per urbem sparsus, quauis falsus à plerisque putaretur. Interim urgentibus consularibus comitijs, Catilina paratis (ut uidebatur) magnis copijs, constituerat, si consul fieri non potuisset, in campo cædem facere: & eius competitorum, Seruio Sulpitium Posthumum, L. Murenam, D. Syllanum, sed maximè M. T. consulem interficere. Sed consul, adueniente comitiõrum die, descendit in campum, magna stipatus amicorum caeterua, & cum quadam lata fulgentiq; lorica: non quæ illum tegetet (nam Catilina non latus aut uentrem, sed caput & collum solebat petere) uerùm ut omnes boni animaduertent, & eum in metu & periculo consulem uiderent (id quod postea factum est) ad opem præsidiumque concurrerent. Sic consul testus amicorù præsidio & copijs, Catilinæ compressit nefarios conatus. Sed consules facti sunt, D. Syllanus, & L. Murena: quem postea à Seruio Sulpitio & M. Catone ambitus accusatum, Cicero consul defendit: & eius extat oratio pulcherrima, quæ pro L. Murena innotuit. Catilina posteaquam se consulem uexare Rempublicam non posse uidet, constituit priuatus fa-

*Catilina seipsum prodit.*

*Cur senatus lenis patiens fuit.*

*Dies comitiõrum.*

*Catilina præparat omnia ad bellum.*

**Cere bellū.** Itaq; pecuniam, quantamcumq; accumulare poterat, ad Manliū Fesulas exportari curabat: & ad eum, secures, falces, cornua, tubas, arma, signa militaria: aquilam etiā illam argenteā præmiserat, cui sacrum Catilina domi suæ fecerat. Misit sunt præterea ab eo, L. Septimius in agrū Picenū, & C. Iulius in Apuliā: alius in agrū Camertē, in Gallicū quidā alius, ut eas regiones perturbarent. Has enim oras maximē quædā quasi cōtagio huius sceleris peruaserat. Ipse Romę multa molebatur. Postremō decreuerat magna manu VI. Kalēd. Nouemb. impetū in curiā facere, & trucidato cōsule, & senatorū magna parte interfecta, ad Manliū in castra proficisci. At M. Cicero cōsul noctes atq; dies uigilās, his rebus cognitis, senatū circiter XIII. Kalen. Nouēb. frequentē coegit. Incipit alto petito præmio Catilinæ exponere nepharia consilia: docer, eum operas & manū comparasse Senatus interficiendi causa: præmissum ab eo in Hetruriam C. Manlium dicit ad exercitum parandum, eumq; ante diem VIII. Kalend. Nouemb. fore in armis, & C. Iulium in Apuliā ad sollicitandos pastores: se non Manlium aut Iulium timere, sed eos uereri, quos uideret quotidie uolitare in foro, quos etiam in senatum uenire, & ab eis cædes atq; incendia & interitum R.P. parari.

**Monet senatum periculorum.** Monuit deinde diligēter senatū, ut ea quæ imminerent pericula, circūspiceret, ut consuleret patriæ, ut R.P. conseruaret: nisi prouideret, non legem Agrariam, aut aliquam usitatum seditionem parari, aut auditū aliquod aliquando malum P.R. queri: sed in ita esse consilia urbis inflammandę, ciuium trucidādorū, nominis Rom. extinguendi. Nullam dicebat esse nationem, nullum regem, qui Po. Ro. bellū facere posset, nullum esse externum periculū. Intus esse infidias, intus pestem inclusam, intus equū Troianum, à quo nunquam se consule dormientes opprimerentur: hostem nō esse ad portas (quod grauissimum esset) sed in urbe, in foro, in curia. Expouit postea remedia, quibus huic tanto malo posset mederi. Ad extremum monuit coniuratos, ut desisterent furere, desisterent sibi insidiari, cædes atq; incēdia & rapinas cogitare: in Reipub. consules esse uigilantes, egregios magistratus: esse quosdam fortes atque amarissimos Reipublicæ uiros, qui acrius incumberent ad salutem Reipublicæ, quam illi ad perniciem: desisterent se cōsule, locupletum cædes sperare. Nam cum omnium consulum grauem in custodienda Reipub.

Cicero delegit eum conatum

Monet senatum periculorum

Dehortatur con iuratos

blica curam & diligentiam esse debere, tamen eorū maximē, qui non statuis & imaginibus atque commēdatione maiorum, sed P.R. beneficio Cofs. essent facti. Eos nihil agere, nihil moliri, nihil cogitare, quod ipsum latēret: scire se, quem ad capiendā arma in Hetruriam misissent, quem in Apuliam, quem in agrum Picenum, quem in Gallicum. Errare eos uehementer, si suā lenitatem perpetuam sperarent futuram. Se multa tacuisse, multa pertulisse. Seueritate modō opus esse, ad id se habere exemplā maiorum, qui perpētē priuato consilio perniciosos ciues interemissent. Addebat, se multum mirari, si illi honestē uiuere nō possent, cur turpiter potius perire uellent? Postremō non solum homines dixit, sed etiam deos omnes uniuersos huic tantę immanitati restituros.

Tum Senatus, quanquam multi erant, 13 qui ea quæ consul deferret, propter magnitudinem sceleris non crederent: multi qui propter stulticiam non putaret, multi qui propter improbitatem fauerent: tamen de quorundam fortissimorum uiro- rum sententia decreuit, ut darent operam consules, ne quid R.P. detrimenti caperet. Hoc senatus consultum nunquam fieri solet, nisi in perniciosis legibus, in secessione populi, in maximis ciuitatis perturbacionibus, & sedicionum metu. Atque hoc uno uericulo maxima magistratus Rom. per mittitur potestas, delectum habere, bellū gerere, domi militiæq; ius summum habere. Venit dies VI. Kalen. Nouem. Catilina, quod animo conceperat, dispositis a consule circa Palatium præsidijs, adimplere nequiuir. Citō aliud facinus sibi uenit in mentem. Preneste oppidum est ab urbe nō multum distans, ipsa natura ac loco sacris munitum: id Catilina constituit, propter plurimas belli opportunitates, Kalēd. Nouēb. nocturno impetu inuadere. Sed cōsul hoc animo prospiciens, illam coloniam armatis hominibus compleuerat. Quam obrem Catilina id facinus frustra suscepit. Sed antea accidit res (credo id factum benignitate deorum) quæ Catilinæ animum aliquantulum perturbauit. Nam Cn. Piso (de quo supra diximus) in quo Catilina spem magnam uictoriæ habebat, à quibusdam Hispanis equitibus, siue (ut quidam alij dixerunt) ab equitibus Pompeianis occisus fuit. Vtrum attulerit ipsius interitus plus coniuratis doloris, quam bonis & læticiæ & uoluptatis, iudicare difficile est.

Manlius ab socij Catilinae bellū foris parant

Timor in ur be

Prodigia

Aruspiciū responsa

**A** Hęc dum aguntur, Manlius in Hetruria promissis sollicitabat plebem, Syllani temporis calamitate percussam, & nouarū rerum cupidam. Omnes præterea latrones, pastores, & cuiuscumq; generis homines, quos bello usui fore credebat, in eandem spem rapinarum impellebat. Exercitum magnum comparabat, confluyente colorum Aretinorum & Fesulanorum multitudine: qui memores Syllanæ uictoriæ, & affuerit rapere, ciuile bellum exoptabāt. Illi etiam, quos antea Catilina in diuersa loca miserat, multa machinabantur. Nam cum nocturno agerent conuentus, arma & ferramenta pararent, sollicitarent seruitia, perditos homines ad uim, ad cædem, ad direptionem incitarent, oportuna loca armata manu obsiderent: plus illi terroris hominibus, quam periculi asserabant. His rebus Romæ auditis, ciuitas cuncta permota, plena erat sollicitudinis, plena timoris. Nihil erat mali, nihil aduerſi, quod non boni metuerent, improbi expectarent. Catilinæ uoces, & eius minæ ferebantur, eius aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum urbi seditionesq; asserabant. Versabantur ante omnium oculos superiores omnes ciuiles diffensiones, miseræ capitum obruncationes, bonorum direptio, forum, aceruis corporum & ciuium sanguine redundans, sollicitam ciuitatem & suspenſam metu harū rerū memoria faciebat. Agebant populi timore ostenta atq; prodigia Relatum enim fuerat, M. Herennium, municipem Pompeianum, sereno die fulmine percussum, expirasse. Vitas esse in acre nocturno tempore flammam, mirabilemq; cœli ardorem, strepitum armorum, fulminum iactus, terræ motus horribiles, cum quibusdam multis metuēdisq; rebus esse factos. Nam & defecisse lunā, & solem esse solito flammato ardore fuisse: auctor est M. Cicero in secundo de consulari. Apparuisse præterea cometas, & uarias de nocte uitas esse terribiles formas, atq; præcipiti astrorum motu, cōcurſuq; graui stellarum, significatam esse itam coniurationem, idem in eodem libro scribit. Ea etiam magis mentes hominum permouebat aruspiciū responsa. Nam cum L. Cotta, L. Torquato Cofs. complures in Capitolio turres de cœlo essent tactæ, statuas deorum immortalium, & antiquorum hominum, fulmine disiectę in terram cecidissent: signum etiam Romuli cum altrice lupa de cœlo esset percussum, & legum æra liquefacta essent: aru-

spices in cœca, cædes, rapinas, temporum uastationes, bellum intestinum maximē cruentum, & acerbissimum seruitutis inquam P.R. portem de responderunt. Itaque statuat Iouis mira magnitudine fieri, & illam in culmine arcis Capitolinæ ad orientem uersus, ut forum & curiam spectaret, collocari iusserunt: quo signo collocato, fore sperabant, ut Iupiter ille omnia circumspiciēs, perditorum hominum consilia deregeret. Omnes igitur trepidantes, festinantes, (ut plerumque in periculo fieri solet) orare deos, numen colere, supplices matres familiās ad aras conuolare, uota facere, lamentari, infantes pueros miserari, quicquid increpauerit, Catilinam & Manlium timere.

Tum factum est S.C. ut si quis coniurationem, quæ contra Remp. facta esset, indicauisset: si seruus esset, libertatem haberet, & centum sextertia: si liber, impunitatem eius rei, & ducenta milia sextertia. Decreuit item senatus, ut per urbem præsidia distribuerentur, & per minores magistratus haberentur uigiliæ. Item Q. Martium Fesulus, Q. Metellum Creticum in Apuliam, prætores Q. Pompeium & Capuam, Q. Metellum Celerem in agrum Picenum & Gallicum mittēdos cenluit. Hisq; permissum est, ut exercitum compararent, & omnia alia agerent, quæ Reip. forent usui.

Cū igitur Q. Martius in Hetruriam uenisset, Manlius ad eum legatos misit, qui in hanc ferē sententiam locuti sunt: Testari se deū atque hominum fidem, non iccirco arma sum plisse, ut patriæ bellum, & ut alicui iniuriam facerent: sed ut prætoris & foeneratorum crudelitatem à corporibus suis propulſarēt. Quorum tam fera esset immanisque natura, ut cū illi pulcherrima prædia, proprias sedes, ac denique omnia bona, & uelut ipsum, quo recti eramus, nobis ademerint, nec quicquam nobis præter calamitatem & egestatē reliquerint: tamen his miserijs non expleti, in sempiternis tenebris, perpetuis uinculis & carceribus inclusos, uitam nos amittere uolūt. Auariciamq; suam, quam in gētibus pecunijs fatiare non poterunt, cupiunt miserijs ciuium & sanguine repleri. Rogare sese & orare, ut si omnia sua, præter animam, tradiderint: nec quicquam sibi paternum ne monumentum quidem causa seruariuerint, ut eis spoliatis, honore, fama, fortunis, liceret uti præsidio legis, quæ permittit, ut amisso patrimonio, liceat à tormentis liberum corpus habere: seque ne id sibi be-

Seuera contra coniurationem decretu

Oratio Manlii norum ad Q. Martium.

Quid petant a barati.

sibi beneficium à prætorè eripiatur. S. P. Q. R. obestari. Sæpè à maioribus nostris (dicebant) æs alienum ex publico dissolutum est: sæpè uiritim ex ærario distributum argentum: sæpissimè plebs, ut honores, diuitias & potentiam haberet, à patribus armata secessit. Nos non diuitias, non potentiam uolumus, erepta non repetimus. Habeant sibi alij honores, diuitias, prouincias, imperia, triumphos: prædia nostra, Imperator, sceneratores possident, domus nostræ illis patèr, nobis clausæ sunt, familia nostra maxima uentur: nos seruum nullum habemus, nudi, atque omnium rerum expertes sumus, ferendum ac patiendum putamus. Quid uolumus amplius? Quid insequuntur? Quid oppugnat? Per deos immortales, quæ ista tantum inhumana crudelitas est? Calamitosissimos homines in luctu & miserijs perire non sinunt, uitam eripere uolunt, in qua cum maximo cruciatu doloreq; retinemur: quam si crudelissimi essent, sustentando læriciam, quam adimendo caperent maiorem. Oramus, ô Imperator, ut liceat nobis uitam in egestate degere, ut liceat nobis, amissis fortunis, more maiorum, liberum corpus habere, ut sceneratores nostris bonis cõtèti sint, uitam & sanguinem ne petant: ut cum ademerint nobis omnia, ne hanc quoq; lucem (quæ communis est) eripere uelint. Quod si hoc, Imperator, nõ potuerimus impetrare, cum multis potius, quam soli perire decreuimus. Q. Martius legatis respondit: Teme- rè eos & arrogatè fecisse, quod priuato con- silio cõtã leges moresq; maiorũ arma sum- pssissent: oportuisset eos, si quid uoluissent, pe- tere à senatu, non ad arma concurrere, S. P. Q. R. semper misericordem fuisse. Quod si nunc etiã aliquid petere uellent, arma prius deponerent, ne aliquid per uim & metum uelle uideantur. Deinde ad senatum suppli- ces eant, errati ueniam petant: sese sperare, ut omnia quæ à senatu peterent, consequerentur. Quod ea iusticia ac mansuetudine se- natus semper fuisset, ut nemini unquam ius- ta petenti, suum denegauerit auxilium: cur- riamq; semper, cum omnium gentium, cum maxime miserorum arcem ac profugium fu- isse. Legati his habitis respõsis, ad Manlium redierunt.

16 At ferox Catilina, quanquam urbem cu- stodijis uigilijsq; munitam esse uidet, conf. multum uigilare, adesse, prouidere, eadè par- rat & tentat, eadem sæuus animus agit. Sed ille nihil agebat, nihil assequabatur, ni- hil moliebat, quod M. Cicero ignoraret, & non impediret: neq; tamen ille conari &

Responso Q. Martij

Catilina furor & ferocitas.

uelle desistebat. Tãtus iam furor quidam, A sceleris & audaciæ comes, illius effrenatũ animum, importunamq; naturam oppres- serat, ut eum non metus, non ratio, non pe- riculum, non res omnes aduersæ & contra- riæ, à cupiditate reuocarèt. Vbi igitur mul- ta agitã, nihil procedit, perditissimus ho- mo alia uia, palãm iam & aperto Marte a- gendum putauit: quoniam ea quæ occul- tẽ parauerat, scdè & asperè euenierant. Ad Manlium præfiscij statuit, exercitum au- gere, prius quàm copiæ à prætoribus com- darerentur, atque ad urbem in festis signis concurrere. Itaq; omnis cõiurationis prin- cipes nocte intempesta in M. Leccæ domũ Coniurato- rum conuen- ticulum. conuocat, ut cum illis belli faciendi cape- ret consilium. Hæc nox omnium tempore- rum acerrima fuit, atq; acerbissima. Tum totius Italiam patrium distributio, tum Ca- tilinæ ad exercitum dies exeundi, tum cæ- teris manendi conditio, tum descriptio to- tam per urbem cædis atq; incendiõũ con- stituta est. Sed ea inter se hoc modo diuise- rãt: Catilina ut egrederetur ad exercitum, B Antonius ut occuparet Hetruriam, Apu- liam M. Ceparius, C. Marcellus Capuam: alius alium denique Italię locum haberet, Lætulus in urbe relinqueretur, Calsius & Statilius duodecim urbis patres incendere- rent, Cethegus & cum eo Gabinius cædis procurationem haberèt. Nox autem, qua Nox sceleris destinata. hæc fieri placerent, hæc constituta est, ut cum Catilina ad urbem cum exercitu ac- cederet, L. Bestia concionem haberet, & Ciceronem in inuidiã uocaret, quod Ca- tilinam ad bellum irritasset: ac eo signo, no- cte ea, quæ sequeretur, unusquisq; suum obiret negocium. His rebus sic cõstitutis ac peractis, Catilina unum sibi obitare di- xit, quod Cicero uideret: ac se eum cupe- re, priusquam ad exercitum profisciceretur, opprimere: quoniam eius cõsilijs mul- tum obstatet. Tum C. Cornelius & L. Var- gunteius equites Romani, hanc sibi prou- inciam deponunt: atque cum prima lu- ce consulem salutatũ uenirent, intronisi suo amore & iure amicitie, eum in lectu- lo se trucidaturos pollicentur. Sed consul Cicero per Q. Curium, domum suam maioribus præfidijs muniuit atque firma- uir: ianuam exclusit eos, qui manè ad ipsum interficiendum uenarant. Alij non L. Var- gunteium, sed C. Cethegum cõsulis inter- ficiendi cum C. Cornelio assumpsisse tra- dunt. Sed illos, sicut in multis alijs, sic in hoc errare auctores sunt Crispus Salustius & M. Cicero. Cum hæc omnia à coniura- tis or-

Coniurato- rum conuen- ticulum.

Nox sceleris destinata.

Cicero per Q. Curium omnia con- gnouit.

Quæntie cu- re & angu- stia Cicero- nis.

tis ordinarentur, instituerentur, pararen- tur, uersabantur in consulis animo mul- tæ & graues cogitationes, quæ sibi nullam partem neq; diurnæ neq; nocturnæ quie- tis impertiebant. Primum cogitatio tuen- dæ Reip. quæ eo tempore erat difficilis & magna ratio. Cum res sibi esset cum homi- ne tam acri, tam callido, tam in scelere uig- ilante. Deinde cura perspicendarum in- fidiarum, quæ quotidie ita sibi cõparaban- tur, ut nullo pacto uitari posse uiderentur. Etenim tacita magis o dia & occulta peri- culosa sunt, quàm indicta & aperta. Nam is qui palãm est inimicus, facilè cauendo uitari potest: inimiciæ autè occultæ plæ- runq; opprimunt, antequam quid sit, per- spici possit. Itaq; cum omnes cõiurati con- silè appeterent, scire autem qui essent con- iurati, difficile esset: eueniebat, ut ne ami- cis quidem omnibus esset credendum. Su- berat etiam illa causa, quæ optimi consu- lis mentem maxime commouebat: Catilinam nulla diligentia, nullo præsidio, nul- la ratione permoueri. His igitur tot tãtisq; difficultatibus consul uno atq; eodẽ tem- pore affectus, constituit rem ad senatum re- ferre: ut quoniam nonnullis ea quæ ipse de- ferret, propter magnitudinem sceleris in- credibilia uiderentur, sepius & plura ad Se- natum deferendo, maiorem fidem faceret oratio sua.

17 Cicero et Ca- tilina in se- natu.

C

Quam stre- nuus fuit Ca- tilina.

Itaq; postridie, quum domi suæ penè in- terfectus esset, Senatam in eodem Iouis statoi- ris uocat, rem omnem ad P. C. refert: quo- cum Catilina, siue uitandę suspitionis, siue sui expurgandi causa uenisset, nemo eum saluta uit. Quin etiã plurimi senatores par- tem illam subselliorum, ad quam ille ac- cesserat, nudam atq; inanem reliquerunt. Tum M. Tullius optimum factu iudicans, ei oratione (qua plurimum poterat) terro- rem incutere, atq; eum ex urbe egredi iu- bere: hoc animo prospiciens, remoto Ca- tilina, si omnes cõiurati simul exissent, eos foris facilè opprimi posse: aut si qui reman- sissent, illos infirmos sine Catilina, ac debi- les fore. Catilina enim solus in urbe timen- dus erat. Omnia perscrutabatur, omnia di- ligentissimè prouidebat, præripere, falle- re, infidiari, simulare, tentare, sollicitare, persuadere, permouere, uigilare, laborare, urgere ad tempus, huc atque illuc torque- re & flectere sciebat. Ex coniuratis unum- quemq; ad certas res faciendas delegerat: neque uerò cum aliquid mandauerat, confectum putabat, omnia ipse obibat, oc- currebat, prouidebat. Quod si illum con-

Cur Cicero non iussit interfici Catilinam.

ful non ab urbe depulisset, profectò Resp. magnam accepisset calamitatem. Dicit ali- quis: Cur igitur illum non comprehendebat, cur illum non interficiebat? Quia utile non putabat. Nam præter paucos bonos, Ciceronem omnes crudeliter, non egregiè fecisse dixissent: atq; etiam mortuo illo, in- telligebat coniurationem paulisper reprimi, nõ in perpetuum comprimi posse. nam inuidia oppressus, reliquos coniuratos per- sequi nõ potuisset. His igitur de causis Ca- tilinam ex urbe eijcere cupiēs, surrexit, & hac pulcherrima in L. Sergium Catilinam oratione inuectus est.

ORATIO M. T. CICERONIS, in L. Sergium Catilinam.

Quousque tandem abutere Catilina pa- 18- cientia nostra? Quàm diu nos etiam fu- Hec inter qua- tuor orationes Ciceronis in Ca- tilinã prima est. ror iste tuus eludet? Quem ad finem sese ef- frenata iactabit audacia? Nihil ne te no- cturnum præsidium palatij, nihil ne Urbis uigiliæ, nihil timor populi, nihil cõcurus bonorum omnium, nihil hic munitissimũ habendi Senatus locus, nihil horũ ora uul- tusq; mouerunt? Patere tua consilia nõ sen- tis? Constrictam iam omnium horum con- scientia teneri coniurationem tuam nõ ui- des? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos cõuocaueris, quid consilij ceperis, quem nostrũ ignorare arbitris? O tempora, ô mores: Senatus hoc intelligit, consul uidet, hic tamen ui- uit. Viuit? Immo uerò etiam in senatum ue- nit, sit publici cõsiliij particeps, notat & de- signat oculis ad cædẽ unũquemq; nostrũ. Nos autè uiri fortes satis facere Reip. uide- mur, si istius furorem ac tela uitemus. Ad Catilina morte affici debebat. mortẽ te Catilina duci, iussu consulis, iam pridem oportebat. In te conferri pestem i- stã, quam tu in nos omnes iam diu machi- naris. An uerò uir amplissimus P. Scipio Pontifex maximus, Tiberium Gracchum mediocriter labefactãtẽ statum Reip. pri- uatus interfecit: Catilinã uerò, orbem ter- ræ cæde atq; incendijs uastare cupientem, nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætereo, quod Q. Seruilius Ha- la, Sp. Aelium nouis rebus studentem, manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac Repub. uirtus, ut uiri fortes ac riori- bus supplicijs, cinem perniciosum, quàm acerbissimum hostem coererent. Habe- mus enim S. C. in te Catilina uehemens & graue: non deest Reipublicæ consilium, neque autoritas huius ordinis nos, nos (di- cto apertè) consules desumus. Decreuit quondam Senatus, ut L. Opimius consul

Hec inter qua- tuor orationes Ciceronis in Ca- tilinã prima est.

Catilina morte affici debebat.

Exemplum maiorem in ciues.

Accusat se ipsum Cicero de nimia patientia.

uideret, ne quid R. P. detrimenti caperet, nox nulla intercessit: mox interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre natus, auitatis maioribus. Occisus est cum liberis M. Fuluius consularis, Senatusq; simili consulto C. Mario, & L. Valerio Cols. permilla est R. P. Num unum postea L. Saturninum Tri. ple. & C. Seruilius mors ac R. P. poena remorata est? At nos uigessimam iam diem patimur hebescere aciem horum autoritatis. Habemus enim huiusmodi Senatusconsultum: ueruntamen inclusum in tabulis, tanquam in uagina reconditum, quo ex Senatus C. confestim interfectum te esse Catilina conuenit. Viuis, & uiuis non ad ponendam, sed ad confirmandam audacia. Cupio P. C. me esse clementem, cupio in tantis R. P. periculis me dissolutum uideri: sed iam me ipsum inertiae nequitiaeq; condeno. Castra sunt in Italia contra Remp. in Hetruria faucibus collocata. Crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducemq; hostium, intra moenia, atq; adeo in Senatu uidetis intestinam aliquam quotidie perniciem R. P. molientem. Si te iam Catilina comprehendi, si interfici iussero, credo erit uerendum mihi, ne hoc potius omnes boni, ferius a me quam quiscquam crudelius, factum esse dicant. Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certe de causa nondum adducor, ut faciam. Tunc denique interficiam te, cum iam nemo improbus tam perditus, tam tui similis inuenti poterit, qui id non iure factum esse fateatur. Quam diu quisquam erit; qui te defendere audeat, uiues, & uiues ita, ut nunc uiuis, multis meis & firmis praesidijs oppressus, ne commouere te contra R. P. possis. Multorum te etiam oculi & aures, non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atq; custodient. Etenim quid est Catilina, quod iam amplius expectes? Si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec priuata domus parietibus continere uocem coniurationis tuae potest. Si illustrantur, si erumpunt omnia: muta iam istam mentem, mihi crede, obliuiscere caedis atque incendiorum. Teneris undique, luce sunt clariora nobis tua consilia omnia. Quae etiam mecum licet recognoscas. Meministi ne, me ante diem XII. Kalen. Nouemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis (qui dies futurus esset in \* die nonum Kalend. Nouemb.) C. Manlium audaciam satellitem atque ministrum tuae? Num

*Sera in Catilina animaduersio.*

*Cur poenam tantam danti Cicero.*

*Est in secretis habere potest Catilina.*

*\* al. ante diem VII.*

me fecellit Catilina non modo res tanta, A tam atrox, tam incredibilis, uerum (id quod multo magis est admirandum) dies? Dixi ego idem in Senatu, eadem te optimaum contulisse in diem V. Kalend. Nouemb. cum multi principes ciuitatis Roma, non tam sui conseruandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa, profugerunt. Non inficiari potes, te illo ipso die meis praesidijs, mea diligentia circumclusum, commouere te contra Rempublicam non potuisse: cum tu discessu caeterorum, nostra tamen qui remansissemus, caede contentum esse dicebas? Quid cum te Preneste Kalen. ipsis Nouemb. occupaturum nocturno impetu esse consideres? Sensisti ne illam coloniam, meo iussu, meis praesidijs, custodijs uigilijsq; esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam uideam, planeque sentiam. Recognosce mecum tandem illam superiorem noctem. Iam intelliges, multo me uigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem Republicae. Dico te priori nocte uenisse inter Falcerios (Non agam obscure) in M. Leccae demum, conuenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? Contuincam, si negas. Video enim esse hic in Senatu quosdam, qui tecum una fuere. O' dii immortales, ubi nam gentium sumus? Quam Rempublicam habemus? In qua urbe uiuimus? Hic hic sunt in nostro numero P. C. in hoc orbis terrae sanctissimo grauissimoq; consilio, qui de nostro omniumq; interitu, qui de huius urbis atque adeo orbis terrarum exitu cogitent. Hosc ego uideo consul, & de Republica sententiam rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uulnero. Fuisi tigitur apud Leccam illa nocte Catilina: distribuisti partes Italiae: statuisti quod quemque proficisci placeret: delegisti quos Romae relinqueres: quos tecum educeres: descripsisti Urbis partes ad incendia: confirmasti te ipsum iam esse exiturum: dixisti paululum tibi esse etiam nunc morae, quod ego uiuerem. Reperi sunt duo equites R. qui te ista cura liberarent, & sese illa ipsa nocte pauld ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur. Haec ego omnia uix dum iam coetu uestro dimisso comperi: domum meam maioribus praesidijs muniui atque firmaui: exclusi eos, quos tu mane ad me salutatum miseras, cum illi ipsi uenissent, quos ego iam multis ac summis uiris ad

*Cades ania mo decreta.*

*Preneste.*

*Nocturna congregatio.*

*B*

*Decretum nefaria.*

*C*

Aris ad me uenturos id temporis esse praedixeram. Quae cum ita sint, Catilina, perge, ne, ut exeat, quod cepisti, egredere aliquando ex urbe: Catilina. patent portae, proficiscere. Nimum diu te imperatorem illa tua Manliana castra deduc tecum omnes tuos, si minus quam plurimos. Purga urbem. Magno metu liberabis, dum modo inter me atq; te murus interit. Nobiscum uersari iam diutius non potes, non feram, non patiar, non sinam. Magna dijs immortalibus habenda est gratia, atque huic ipsi Ioui Statori, antiquestissimo custodi huius urbis, quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamq; infestam R. P. pestem totiens iam effugimus. Non est sapies in uno homine salus summa periclitanda R. P. Quam diu mihi consuli designato, Catilina, infidiatus es: non publico me praesidio, sed priuata diligentia defendi. Cum proximis comitijs consularibus me consulem in campo & competitores tuos interficere uoluisti, copresli tuos nepharios conatus, amicorum praesidio & copijs, nullo tumultu publice concitato. Deniq; quotiescunq; me petisti, per me tibi obstiti: quamquam uidebam perniciem meam cum magna calamitate R. P. esse coniunctam. Nunc iam aperte R. P. uniuersam petis, templa deorum immortalium, testa urbis, uitam omnium ciuium, Italiam denique totam ad exitium & uastitatem uocas. Quare quoniam id, quod primum atque huius imperij disciplinae q; maiorum proprium est, facere non audeo, faciam id quod est ad seueritatem lenius, ad communi salutem utilius. Nam si te interfici iussero, residet in R. P. reliqua coniuratorum manus: si tu (quod te iam dudum hortor) exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & perniciosa sentina R. P. Quid est Catilina? num dubitas id me imperantem facere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe Consul hostem iubet. Interrogas me? num in exilium? Non iubeo: sed si me consulis, suadeo. Quid enim, Catilina, est, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est, extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui te non oderit. Quae nota domesticae turpitudinis non in ista uita tua est? quod priuatarum rerum dedecus non haeret infamiae? Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus tuis unquam, quod flagitium a toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretitiles, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem praetulisti? Quid uero

*Infidia Catilinae in Cicero.*

*Melius est ut exeat, quam ut interficiatur Catilina.*

*Vitia Catilinae.*

nuper, cum morte superioris uxoris nouis nuptijs domum uacuum fecisses: non ueniam alio incredibili scelere hoc scelus cum mularisti? quod ego praetermitto, & facile patior fileri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non uindicata esse uideatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Ad illa uenio, quae non ad priuata ignominiam uiciorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam R. P. atque ad omnium nostrum uitam salutemq; pertinent. Potest ne tibi huius uitae haec lux, Catilina, aut huius spiritus caeli esse iucundus? cum scias esse horum neminem, qui nesciat, te pridie Kalend. Ianuar. Lepido & Tullo Cols. stetit in comitio cum telomanum consulum & principum ciuitatis interficiendum causa parauisset? Sceleri ac furori tuo non aliquam mentem, aut timorem tuum, sed fortunam R. P. obstitisse. Ac iam illa omitto (neque enim sunt aut obscura, aut non mulco potest commissa.) Quoties tu me designatu, quoties me consulem interficere uoluisti? Quot ego tuas petitiones, ita coniectas, ut uitari posse non uiderentur, parua quadam declinatione, & (ut aiunt) corpore effugi? Nihil mihi latere ualeat in tempore: neq; tamen conari ac uelle desistis. Quoties iam tibi extorta est sica ista de manibus? Quoties uero excidit casu aliquo, & elapsa est? tamen ea carere diutius non potes. Quae quidem quibus abs te iniuncta sacris ac deuota sit, nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore desigere: nunc uero quae tua est ista uita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse uidear, quo debeo, sed ut minima, quae tibi nulla debetur. Venisti pauld ante in senatum, quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis ac necessarijs saluauit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, uocis expectas contumeliam, cum sis gratuitissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod ab aduentu tuo ista subsellia uacua facta sunt? Quid, quod omnes consulares, qui tibi per saepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? Quot tandem animo hoc tibi ferendum putas? Serui me hercle mei si me isto pacto metuerent, ut te metuant omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Et si me meis

*Odium publicum in Catilinam.*

*Infidia Catilinae frustrata.*

*Dedecus Catilinae in Senatu.*

ciuibus iniuria suspectum tam grauitate atque infensum uiderem, carere me aspectu ciuium, quam infelitis oculis omnium conspici mallem. Tu cum consciencia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes sensus que uulneras, eorum aspectum presentiamque uitare? Si te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquid concederes. Nunc te patria (quae communis est omnium nostrum parens) odit ac metuit, & iam diu de te nihil iudicat, nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neque auctoritatem uerebere, neque iudicium sequere, neque uim pertimesces? Quae tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum iam tot annis facinus exiit, nisi per te: nullum flagitium, sine te. Tibi uni multorum ciuium necesse, tibi uexatio direptioque sociorum imputata fuit ac libera. Tu non solum ad negligendas leges & quaestiones, uerum etiam ad deuincendas perfringendasque ualuisisti. Superiora illa quae ferenda non fuerunt, tamen ut potui, tuli. Nunc uero me totam esse in metu propter te unum, quicquid increpauerit, Catilinam timeri: nullum uideri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quam obrem discede, atque hunc mihi timorem eripe. Si uerus, ne opprimar: sin autem falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Haec si tecum (ut dixi) patria loquatur, non ne impetrare debeat, etiam si uim adhibere non possit? Quid, quod tu te ipse in custodiam dedisti? Quid, quod uitandae suspicionis causa apud M. Lepidum te habitare uelle dixisti? quo non receptus, etiam ad me uenire ausus es, atque domi meae te asseruari rogasti? cum a me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse his parietibus tutum esse tecum, qui magno in periculo essem, quod ipsam me inuenire contingeremur: ad Quirinum Metellum praetorem uenisti, a quo repudiatus, ad sodalem tuum uirum optimum Marcum Marcellum demigrasti, quem tu uidelicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad supplicandum sagacissimum, ad iudicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe uidetur a carcere atque a uinculis abesse debere, qui se ipsum iam dignum custodia iudicauerit? Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si hic morari aequo animo non potes, abire in aliquas terras, & uitam istam multis supplicijs iustis debi-

Dedecum eius in patria.

Catilina se ipsum custodia dignum iudicauit.

tisque ereptam, fugae solitudinique mandare? Refer, inquis, ad Senatum, id postulas? Et si hic ordo sibi placere decreuerit, te ire in exilium, obtemperatum te esse dicis? Non referam, id quod abhorret a meis moribus: sed tamen faciam, ut intelligas, quid ij de te sentiant. Egredere ex urbe Catilina, libera Rempublicam metu: in exilium, si hanc uocem expectas, proficiscere. Quid est Catilina? Quid attendis? quid animaduertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid expectas auctoritatem loquentium? quorum uoluntatem tacitorum perspicias. At si hoc idem huic adolescenti optimo Publio Sextio, si fortissimo uiro Marco Marcello dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo Senatus uim & manus intulisset. De te autem Catilina, cum quiescunt, probat: cum patiuntur, decernunt: cum tacent, clamant. Neque hi solum, quorum uel auctoritas clara est, uel uita utilissima: sed etiam illi equites Romani honestissimi atque optimi uiri, ceterique fortissimi ciues, qui circumstant Senatum: quorum tu & frequentiam uidere, & studia perspicere, & uoces paulo ante exaudire potuisti, quorum ego uix abs te iam ditu manus ac tela continuo: eosdem facile adducam, ut te haec, quae iam pridem uastare studes, relinquenter, usque ad portas sequantur. Quamquam quid est, quod loquar? te ut ulla res frangat tu ut unquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditare? tu ut illum exilium cogites? Vtinam tibi istam mentem dii immortales donaret. Et si uideo, si mea uoce ire in exilium animum induxeris, quanta tempestas inuidiae nobis, si minus in praesens tempus reciti memoria scelerum tuorum aut in posteritatem impender: sed non est mihi tanti, dummodò ista tua priuata sit calamitas, & a Reipublicae periculis se iungatur. Sed tu ut uicij tuis commoueare, ut legum penas pertimescas, ut temporibus Reipublicae concedas, non est postulandum. Neque enim Catilina is es, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocant. Quam obrem (ut saepe iam dixi) proficiscere. Ac si mihi inimico (ut praedicas) tuo conflare uis inuidiam, recta uia perge in exilium. Vix feram sermones hominum, si id feceris. Vix molem istius inuidiae, si in exilium ieris iussu consulis, sustinebo. Sin autem seruire meae laudi & gloriae uis, egredere cum importuna sceleratorum

Id ipsum uolunt et equites Rom.

Sallè ad inuidiam Cicero nonis exeat Catilina.

Execrat ad castra suorum sociorum.

Aquila argentea Catilinae.

Labores Catilinae ad malum.

Iusta patriae querela.

rum manu, confer te ad Manlium, concita perditos ciues, secerne te a bonis, infer patriam bellum, exulta impio latro cinio: ut a me non eiecetus ad alienos, sed inuitatus ad tuos esse uidearis. Quamquam quid ego te inuitem? a quo iam sciam esse praemissos, qui te ad forum Aurelium praetolarentur armati, cum sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem: a quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido & funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse praemissam. Tu ut illa diutius carere possis, quam uenerari ad eadem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam dextram impiam ad necem ciuium transtulisti. Ibis tandem aliquando, quod te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat: neque enim tibi haec tres affert dolorem, sed quandam incredibilem uoluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit. Nunquam tu non modò ocium, sed ne bellum quidem nisi nepharium concupisti. Naetus es ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, uerum etiam spe derelictis, conflata improborum manu. Hic tu qua laetitia perfrue? quibus gaudijs exultabis? Quanta in uoluptate bacchabere? cum in tanto numero tuorum neque audies uirum bonum quenquam, neque uidebis. Ad huius uitae studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: iacere humi non modò ad obsidendum stuprum, uerum & ad facinus obeundum: uigilare non solum ad insidiandum somno maritorum, uerum etiam bonis occisorum. Habes ubi ostentas illam praecalam tuam patientiam famis & frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te breui tempore confectum esse senties. Tantum profeci cum, cum te a consulatu repuli, ut exul potius tentare, quam consul uexare Rempublicam posses. Atque ut id quod esset a te sceleratè susceptum, latrocinium potius quam bellum nominaretur. Nunc ut a me Patres, conscripti quandam propè iustam patriae querimoniam detester atque deprecer: percipite quae fo diligenter quae dicam, & ea penitus animis uestris, mentibusque mandate. Etenim si mecum patriam, quae mihi uita mea multo est charior: si cuncta Italia, si omnis Respublica loquatur: M. Tulli quid agis? tu ne eum, quem esse hostem comperisti, quem ducem bel-

li futurum uides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis autorem sceleris, principem coniurationis, reuocatum seruatorum & ciuium perditorum, exire patieris? Ut abs te non emissus ex urbe, sed missus in urbem esse uideatur? Nò ne hunc in uincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? Mos ne maiorum? At per saepe etià priuati in hac Republica perniciosos ciues morte multauerunt. An leges, quae de ciuium reorum supplicio rogatae sunt? At nunquam in hac urbe hi qui a R. P. defecerunt, ciuium iura te nuerunt. Num in uidiâ posteritatis times? Praecalam uerbò populo Ro. referes gratiam: qui te hominem, per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam maturè ad summum imperium, per omnes honorum gradus exulit: si propter inuidiam, aut alicuius periculum metum, salutem ciuium tuorum negligis. Sed si quis est inuidiae metus, non est uehementior seueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiae ac nequitiae pertimescenda. An cum bello uastabitur Italia, uexabuntur urbes, restia ardebunt: te nò existimas inuidiae incendio conflaturum? His ego sanctissimis Reip. uocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu iudicarem, P. C. Catilina morte multari, unius usura horae gladiatori isti ad uiuendum non dedissem. Et enim, si summi uiri & clarissimi ciues, Scaetumini & Gracchorum & Flacci, & superiorum complurium sanguine, non modò se non cõtaminauerunt, sed etiam honestauerunt: certè uerendū mihi non erit, ne quid parricida ciuium interfecto, inuidiae mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maximè impenderet, tamè hoc animo semper fui, ut inuidiam uirtute partam, gloria non inuidiam putarem. Quamquam nò nulli sunt in hoc ordine, qui aut ea quae imminent, nò uideant: aut ea quae uideant, dissimulant. Qui spe Catilinae cum mollibus sententijs aluerunt, cõiurationeque nascentè nò credèdo corroborauerunt: quorum auctoritate secuti multi, non solum improbi, uerum etià imperiti, si in hunc animaduertissem, crudeliter, nò egregiè factū esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quò intèdit, in Manliana castra peruenerit, neminem tam stultum fore, qui non uideat coniurationem esse patefactam: neminem tam improbum, qui nò fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc Reipublicae pestem pauli per-

Inuidiae metus.

Cicero contentor inuidia.

Coniuratio a multis non creditur.



Non expedit, Ca-  
tilinam solum in-  
terfici.

Secedant ab ur-  
be coniurati.

Inuocatio ad Iu-  
lium Statorem.

491 CONSTANTII FELICII DURANTINI  
reprimi, non in perpetuum compriimi pos-  
se. Quod si se eiecerit, secumque suos sedu-  
xerit, & eodem ceteros iudique collectos  
naufragos aggregauerit, extinguetur at-  
que delebitur, non modò hæc tam adulta  
Reipublicæ pestis, uerùm etiam stirps ac se-  
men malorum omnium. Etenim iamdiu P.  
C. in his periculis coniurationis & insidijs  
uersamur: sed nescio quo pacto, omnium  
scelerum ac ueteris furoris & audaciæ ma-  
turitas, in nostri consulatus tempus eru-  
pit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus  
tolleretur, uidebimur fortasse ad breue quod-  
dam tempus cura & metu esse releuati: pe-  
riculum autem residet, & erit inclusum  
penitus in uenis atque in uisceribus Rei-  
publicæ. Ut sæpè homines ægri morbo gra-  
ui, cum æstu febriq; iactantur, si aquam ge-  
lidam biberint, prius releuari uidentur: de-  
inde multo grauius uehementiusq; affli-  
ctantur: sic hic morbus, qui est in Repu-  
blicæ relictus istius pœna, uehementius  
ciuius reliquis ingrauescet. Quare secedant  
improbi, secernant se à bonis, unum  
in locum congregentur: muro denique (id  
quod sæpè iam dixi) secernantur à bonis,  
desinant insidiari domi suæ Consuli, cir-  
cumstare tribunal prætoris urbani, obli-  
dere cum gladijs curiam, malleolos ad in-  
cendendam urbem facesq; comparare: sit  
denique inscriptum in fronte unius cuius-  
que, quid de Republica sentiat. Pollicor  
uobis hoc, P. C. tantam in nobis Cofs. fore  
diligentiam, tantam in uobis auctoritatem,  
tantam in Equitibus R. uirtutem, tantam  
in omnibus bonis consensionem, ut Ca-  
tilinæ profectioe omnia patefacta, illu-  
strata, oppressa, uindicata esse uideatis. Hi-  
sc omnibus Catilina cū summa Reipub.  
salute, & cum tua peste ac pernicie, cumq;  
eorum exitio, qui se tecū omni scelere par-  
ricidioque iunxerunt, proficiscere ad im-  
piū bellū ac nefariū. Tum tu Iupiter hijdē,  
quib. hæc urbs auspicijs à Romulo est con-  
stituta, quem Scatorem huius urbis atque  
imperij uerè nominamus: hūc & huius so-  
cios à tuis aris ceterisque templis ac tectis  
urbis, ac mœnibus, à uita fortunisque ci-  
uionum omnium arcebis: & omnes inimicos  
bonorum, hostes patriæ, latrones Italiæ, sce-  
lerū fœdere inter se ac nefaria societate con-  
iunctos æternis supplicijs uiuos mortuos-  
que mactabis. Consul posteaquam dicen-  
di finem fecit, Catilina ita illius oratione  
confusus ac perturbatus est, ut non modò  
ingenium illud & dicendi exercitatio, qua  
Catilina plurimum semper ualuit: sed im-

492  
pudentia, quæ sperabat omnes, subito il-  
lum desererit. Tanta consul contentionē  
animi, ingenij, uocis, laterum, & grauissi-  
ma corporis actione perorauerat. Ita ar-  
dentes qualdam quasi uerborum faces, in  
Catilinam coniecerat, ut homo impuden-  
tissimus, & ad dicendum paratissimus, nō  
auderet aperire os, aut uerbum ullum pro  
se facere. Sed euolat repente ex Senatu cum  
quibusdam fractis immanibusque minis.  
Quapropter Cicero in Bruto, singularem  
illam suam dicendi facultatem modestissi-  
mè laudans, & qualdam enumerans elo-  
quentiæ suæ præclaras actiones: inter alia  
quid Catilinam fregerit, meritò gloriatur.  
A nobis (inquit) homo audacissimus Ca-  
tilina in Senatu accusatus, obmutuit. Alij  
aliter referunt, & Catilinā consuli respon-  
disse narrant. Extatq; oratio fatis pulcher-  
rima, quæ L. Catilinæ nomine scripta, fer-  
tur in uulgus. Quam equidem orationem  
non tam Catilinæ, quàm alicuius magni &  
antiqui declamatoris existimo. Cuius ego  
orationis exemplar iccirco hoc loco inueni-  
ui, ut cū meam & aliorum posuissem sen-  
tentiam, hoc alijs postea iudicandum re-  
linquerem. Catilina igitur (ut illi dixerūt)  
tametsi consulis oratione multum perter-  
ritus est: tamen quia ipse ad dicendū prom-  
ptus erat, & ad dissimulanda omnia para-  
tus, confirmato animo in hunc modum re-  
spondit consulis orationi.

RESPONSIO L. CATI-  
LINÆ CONTRA CICERONEM IN  
SENATU.

O Mnes homines, qui in maximis prin-  
cipatibus uitam agunt, aut qui de re-  
bus publicis aut priuatis consultant, decet  
in primis animaduertere, ne cuiquam uolu-  
ptati temerè assentiant, ne uel liberum inge-  
nium furore aut iracundia pessundent. Sed  
uigilantius enitendum est, ut durent inui-  
dis animis, ut omnium rationes æquè cir-  
cumspiciant, nec in alterutram partem de-  
clinent, donec luce clariore, in apertū de-  
ductæ, & satis peroratae uideantur. Diffi-  
cile est enim, commotis animis & concita-  
tis ingenijs, uerum cuiquā persuadere. Tan-  
ta sit plerunq; uis ac frequentia orationis.  
Hæc si fuisset uobiscum, P. C. animadu-  
ersio, dum perperam de meis moribus, cōsul  
noster tanta acerbitate loquebatur, cū per-  
niciosa & insolenti facundia in caput meū  
uestros concitabat animos, modulabatur  
orationē: cōstiteret profectò, ut illius proca-  
citas hodierna die innocetia nostra dele-  
retur. Sed uideo iā suggestione cōsulis pesto-  
ra uestra

A  
Catilinae elo-  
quentiam Ci-  
ceronis e-  
quare nō po-  
tuit.

Declamatio  
nomine Ca-  
tilinæ con-  
ficta.

B

Inimicitia  
priuata in-  
ter Cicero-  
nem & Catilinā.

B

C

Odiū noui  
hominis in  
nobilibus.

ra uestra rebus incumbere, uix meā perpe-  
ti orationem: credere iam illius auctori-  
tati, meq; pudicitij diffidere. Quamobrem  
facile uereor, ne fera sit nostræ salutis dese-  
sio. Nam paucorum inuidia plerunq; in-  
nocentes iniusta aut iniuria suppeditan-  
tur. Quæ res profectò neque constantiæ ui-  
rorum illustrium, neq; Romanæ discipli-  
næ, neque Senatoriæ dignitatis officia ui-  
dentur. Quare per deos immortales uos  
P. C. atque humanitatem uestram appello,  
ut in tantis rebus, non facile iudicium  
excipiatis: demulsos ac deuinctos animos  
facundia Ciceronis pristinq; integritati re-  
stituite: & ita restituere, ut aliquando Ro-  
mani atq; patricij Catilinæ uerba intelli-  
gatis. Si quid in patriam peccaui, Quiri-  
tes, neq; gratiam neq; misericordiam im-  
plo. Eripite tum ab hac luce animā, truci-  
ditate hoc corpus, & membra hæc impu-  
dica diuellite: nō eadem tendit oratio nostra,  
ut Catilinæ miseremini. Summa est enim  
misericordia, in paricidam subitum sup-  
plicij animaduertere. Sed hanc Urbis cle-  
mentiam postulo P. C. ne omnino inno-  
centiam deferatis, ne dum libertatem des-  
piciatis, paucorum iniquitate plerosq; in  
noxios perditum eatis. Ostendam uobis,  
atq; elucidabo, acerbis in consule nostro  
mecum inimicitias, nō pro salute Reipub-  
licæ fuisse, sed exagitandi impetij causa,  
nō manu tenendæ libertatis desiderio ini-  
tas cuncta. Nam quantæ primùm in supe-  
rioribus annis immoderate in me illū di-  
scordiæ agitauerint, quantisq; atq; quàm  
crebris postea inuicem cōrumelijs uersari  
fuimus, non referam: uobis enim omni-  
bus nota sunt P. C. Sed ea malo dicere, quæ  
proximis comitijs, posteaquam consul de-  
signatus est, impudenter & temerè tandē  
euomuit, se nihilo magis, quàm excidio  
Catilinæ consulatū petere. Testes hic duo  
uiri clarissimi, C. Antonius consul, & C.  
Cæsar: quorum auctoritate interminatio  
illa, eo tempore ueluti parum consulta, re-  
probata est. Ite nūc P. C. talibus animis im-  
peria tribuite, qui curiosijs priuatas ini-  
micitias, quàm totius Reipub. salutē per-  
sequantur. Nō cupit Cicero consulatum,  
ut opem referat miseris, aut potetiam im-  
proborum arceat, ut ciuitatem defendat,  
ut Reipublicæ cōsulari, sed ut maximè Ca-  
tilinā delere & circumscribere possit. Hæc  
sunt officia uiri consularis? hæc gloriosi &  
sanctissimi ciuis institutiones? Tales ho-  
mines in dandis magistratibus nobilitati  
anteponite, quibus tatus & uastus est ani-

mus extinguendi nobilitatem. Nam quod  
mihi huius uoce uiri interminatam est, di-  
ligentius in uos omnes conuerteretur. Cre-  
dite mihi P. C. credite, rara est inter tam  
dissimiles animos beneuolentiæ charitati-  
q; consensio. Ille ex municipiæ Arpina-  
ti nouus hospes huic urbi insitus, eam ue-  
lut ingentiam rabiem atq; inuidiam ani-  
mo uolunt, quam nouis & exteris ciui-  
bus, non tantum mores, sed ueteri con-  
suetudine natura comparauit, pridem illi  
in principio consulatus patria exprobra-  
ta est, aliquando nouitas generis obiecta,  
æquo animo tantam contumeliam tole-  
rante: tum impatientissimū hominem exi-  
stimatis? Incitabatur eo tempore truci-  
lento spiritu lacepsitum ingenium, & ue-  
luti uiperus serpens inflammato ac ue-  
nesico pectore ferox eius & crudelis ani-  
mus agitabatur. Hic qui se patrem patriæ  
nominat, qui dicere solitus est, hæc Rem-  
publicā suo splendore decoratam, qui ui-  
rorum omnium illustrium ac præstantissi-  
morum familias non modò æquasse, aut  
aliquando suis moribus, uerum tamē om-  
nium maiorū uirtutem superasse iactat:  
cum obiectari sibi nouitatem uideret, quo  
putatis eum ingenio perferre poruisse? in-  
fremebat tunc detribus, atq; in uos omnes  
rabido istu concepit latente, iram acue-  
bat, quam neq; lenitiam adreptione consu-  
laris in posterum putetis: cum non uestra  
gratia, sed suis maximis uirtutibus, conse-  
qui tantam dignitatem debere arbitretur.  
Nunciatq; priores illos impetus exequi-  
tur, nūc huius artibus perturbare ciuitatem  
instituit: nunc se hjs consilijs ulcisci, & no-  
bilitatem eò deducere, ut nūquam sibi no-  
uitas obijciatur. Faciet hoc Patres Con. fa-  
ciet, nisi uester prudentissimus animus ali-  
quando nostræ omnium salutis, & uniuer-  
sæ Reipublicæ consulat. Iam hoc primū  
initio ab hoc incipite scelerum, ab hoc fla-  
gitiorum arripice, ita ciuitas nostra dirca  
& pestilenti labe confersa est: ita pernicio-  
sum semen diffundit in patriam, ut si ali-  
quando cōsulum radicibus, paulum altius  
conualuerit, delebitur quidem hæc R. P.:  
pulcherrimum hoc à stirpe conciderit impe-  
rium. Nihil enim est tam periculosum ci-  
uitatibus, quàm cum delecti ciues inter se  
dissident. Inimica namq; est rerum maxi-  
marū discordia: ea sola res fortes dissipat  
& demolitur: ea quidem hanc nunc infer-  
uit nostræ ciuitati. Hanc inter nos calami-  
tatem ingensit: quæ si non maturè prouide-  
atur, uideo iam summam fortunæ con-  
iuncturam

Iactantia Cicero-  
nis.

Studium Cicero-  
nis contra nobi-  
les.

Quantum mali  
discordia.

iunctam hanc Rempublicam, uideo iā arma in manibus uestris, alterum alteri ob-  
sistere: hunc proseribi, alterum uerò truci-  
dari. Vtinam enim rerum malarum inno-  
cēs, Catilina, finis esset, uti est initium: nul-  
lum foret mihi graue pro Republica peri-  
culum subire, patriæ equidē proseribi, pa-  
triæ abdicari, emori paterer. Sed non sem-  
per cunctis mortalibus idem animus est.  
Erit alter impatientior, qui ulcisci malit,  
quā improborum perpeti iniurias. Tūc  
necesse est, ut ciuili bello res agitur, pe-  
riclitabitur tunc patria, & in ancipites ca-  
sus, certum q̄; Urbis excidium occidet re-  
pentē, interitura: tunc ingenti læticia ef-  
feretur, & optatis sese rebus potiri hortabi-  
tur. Cum hanc uidebit armis splendere  
patriam, & istam admotis ignibus urbem  
lucere: tunc laudabit sua cōsilia, & extol-  
let inuictum animum, & pro suis cōtume-  
lijs satis se maioresq̄; suos ultum iri existi-  
mabit. Nā prædicare aliquando solitus est,  
originem se generis habuisse ex Tullij Ho-  
stij familia Volscorum regis, quidem Po.  
Ro. inimicissima: quæ sola proliis nota est  
ocasio, ut uniuersum sit tibi nomē populi  
Ro. odio, semperq̄; abhorreat hanc Rem-  
pub. cuius ditione obscurata est maiorum  
suorum familia: & subactum eius ac demo-  
litum imperium. Quæ res quantæ curæ ha-  
bentur humanis ingenijs, uos ipsi existim-  
ate. Hoc ego tantum de Cicerone existi-  
mare possum, ut præcedens illa maiorum  
suorum inuidia, ueteres illę inimicitia im-  
patientis animi suum semper ingenium ag-  
itent, nunquā ab impetu aut a rabie quie-  
scant. Tāta est illius immoderata euer-  
tendi huius imperij libido: uidelicet placato  
enim orbe terrarum, tot profligatis regi-  
bus, tot populis, tot gentibus, tot exteris  
nationibus subactis, terras undiq̄; & ma-  
ria imperio nostro parere, nullum superio-  
rem hostem Po. Romani, cui nostra uirtus  
longē probata sit. De fluxit itaque illi spes  
omnis extrinsecus huius imperij demoli-  
endi. Tutē nobis omnia quiescunt, omnes  
ultrō obtemperant. Cum uerō sese maio-  
resq̄; suos uindicatum iri malit, nec possit  
unquam ab illa opinione durus & crude-  
lis animus quiescere: ad has confugit per-  
turbationes, quib. priuatis inimicitijs me-  
cum primō, postremō in uniuersam Rem-  
pub. conferre putat. Accusat itaque inimi-  
cum sibi Catilinā & plerosq̄; alios eiusdē  
consocios cōiurationis, uelle Rempub. in-  
uadere, euertere patriam, Urbem deforma-  
re, domibus, templis, aris incendia parare:

suprare uirgines, senes, plebem, ac patri-  
cios iugulare, nunquam iræ aut ferro par-  
cere, donec pulcherrima ista omnium im-  
peratrix a stirpe intereat. Sed per deos im-  
mortales, nescio quorsum redat uana hæc  
hominum existimatio, ut quisquis mor-  
talium credat, aliquem esse tam perditum,  
aut tam proliis ignarum rationis, ut cum  
non quandā intelligat instam patriæ pie-  
tatem, quæ semper quadam tacita ac ue-  
hementissima ui naturæ, humanis pecto-  
ribus infunditur. Quis itaq̄; Romanus ani-  
mus, tantam Reipublicæ calamitatem af-  
ferre cupiat? Quis enim tam acerimus P.  
R. hostis, ille etiam Carthaginensium dux  
Annibal, maiora nobis, aut paria excogita-  
re potuisset? Ego ne Rempublicā inuade-  
re uelim, qui & pro Republica ingenti pe-  
ricula suscepti? Ego ne Senatū & urbem  
deformare, tot amplissimis beneficijs no-  
stræ familiæ decoratam auderem? Ego ne  
Romanorum templa incendere, quæ tot  
signa, tot tabulas maiorum nostrorum o-  
stendunt? Ego ne rogatos patricios aut se-  
natores iugulare, qui inter dignitates mo-  
dō honore præfatus sum? Ego ne candi-  
datus, reliquis sceleribus deturpare ciui-  
tatem, qui plerumque ne quis deturparet,  
summa ope propulsauit? Quæ spes? quis ani-  
mus? quæ occasio me ad tale facinus impel-  
lunt? Num causa fortē, quam pauld antē  
Cicero disseruit, libido dominandi? Nō ne  
quiete dignitatem omnium adeptus sum?  
Non ne in spe mihi agendi tales reliquæ  
parantur, quales cuiquam mortalium fas  
est optare? Neque enim patriciarus, neque  
senatoria dignitas defuit: neque in poste-  
rum Consulatus aut Dictatura deesse pote-  
runt. Quæ tantæ & tales sunt, ut non mo-  
dō in hæc præstantissima urbe, sed in om-  
ni orbe terrarum omnium gentium, om-  
nium nationum, imperia & principatus  
antecellant. Quid igitur opus erat, ut diffi-  
cili in bello quæreretur, quod mihi in pa-  
ce ultrō parabatur? Ac fortē inuidia me cō-  
citauit, quod pariter Cicero docebat, gran-  
de æs alienum, angustia rei familiaris, &  
immoderata potēdarum rerum audacia?  
Sed de temerario aut uasano homine hoc  
existimādum esset, aut plerisq̄; qui pro-  
tundis opibus inconsultē tantam parare  
posset populo Romano seditionem: non  
præsertim in uiro patricio, & in tam op-  
ulentissima ciuitate, cui honestæ sunt opes,  
quid dubitat sibi unquā deesse posse? Tot  
ultrō sese sibi quæstus offerunt, & ex pu-  
blico ærario prouentus: quodd si quis pau-  
lulum

Vide Plutarchū in uita Ciceronis.

Suspicio in Cicerone de odio in Rom.

Respondet Catilina ad capita ac cufationis per omnia negatiue.

lulum labefactare maluerit, neque omni-  
no parere honestati, incredibile est, quā  
is facillē immensis opibus affluere possit.  
Vt reliqua præteream, tu mihi apertum e-  
xemplum es Cicero, qui pridie penē hanc  
urbem ingressus, omnium rerū egēs: cum  
re ad magistratū contulisti, tantam con-  
glutinasti repentē diuitiarum molem, ut  
omnes huius urbis coloniæ uix emptori-  
bus tuis superesse uideantur. Temerē igitur  
mihi obijcis auariciam, paupertatē, in-  
stans onus æris alieni. Quæ cuncta tutiore  
uia sedare potuisses, quam Rem. in quie-  
tate, incerta pro certis capere, paruo com-  
modo ingentia pericula subire. Sed neque  
quib. arguor priuatarum inimicitiarū cau-  
sa, tantum facinus initallem. Nemo est in  
hac Repub. quem inimicum hic habeam,  
Cicero tantū mihi molestus est, quodd eius  
flagitia, quæ in occulto habet, nunquā re-  
tice potui: cuius ineptias si tādē a me  
propulsare maluisses, sine discrimine pu-  
blico multi mihi ad ultionem aditus pate-  
bant. Non erat opus ad perniciē Reip. con-  
fugere, neq; metus mihi, neq; pericula ob-  
stant: cum, si ex hominū uita deleretur,  
non modō ad uindicandum, sed nec ad lu-  
gendum funus quisquam superesset. Sed  
dij prohiheant, ne hunc animum illius te-  
meritate dehonestem. Nullam enim illu-  
stribus uiris in abiectis hominibus ultio  
laudem afferre potest: illam tamen, si casu  
maluisses, non est putandum, Quirites, si  
eo tēpore susceperim, opportunitatis mi-  
nimum sibi, mihi uerō plurimū adesse po-  
terat. Porrd si quibus armatorū copijs do-  
mum meā circumfessi, socios induxi, per-  
misi uigiles (neq; horum enim quicquam  
inficior) feci patres C. non ut cuiquam fa-  
cerem iniuriam, sed ut prohiberem consu-  
lis impetum. Verebar ingenium, noueram  
animum seu eloquentiam, sciebam inimi-  
citas, intellexeram hāc ab illo instructam  
coniurationem. Formidabā itaq; ne illius  
C facundia subito momento animi uestri in-  
dignarentur, & contra quæstionem meam  
licentia uestra designatis periculis, de me  
supplicium sumeretur. At si semel in eius  
designatus manus cōcidissem, frustra meq̄  
in posterū defensionis locus parabatur. Vi-  
tam igitur meam summa ope in hūc diem  
prodixi. Et in tāta rerum perturbatione,  
nunc persuasum tuo, ne me omnes reum fa-  
cerent, penē transi. Nunc cum tibi minus  
opus erat, Cicero, præter spem in senatum  
ueni: & quantum mihi satis uidebatur, mi-  
uenit. nora quædam scelera elucidauit: ex auditu

priuate inimicitie.

B

Libido do-  
minandi.

Æs alienum

Excusat, cur armatos domi habuit.

C

Cur non fugit Catilina, sed in senatū ueniit.

quorum iri in obscuro maluisses, quā ip-  
sis tam enormibus sceleribus uia dedisse:  
nihil tuorum facinorum expaui: non tunc  
oratio tua, non ultro coniecti motus terri-  
tauerunt. Quis enim terror in tanta sena-  
torum frequentia, in tanto splendidorum  
ciuium cœtu, in fontem cuiusquam animū  
turbare potest? Habeo igitur diem, quem  
maximē cupiui: quem uerō minimē existi-  
mabas. Habeo senatum, qui innocentiam  
meam intelligat, apud quē flagitia tua in  
aperto habeantur. Optimo igitur periculo  
meis periculis prospexi, si quando armato-  
rum copia furorem tuū propulsauit: si quā-  
do intrepidus in Repu. peristi, fugā dum  
mihi omni obtētu persuadebas, instare mi-  
hi contrā fuit animus. Sed o dij immorta-  
les, ubi nam sumus? Quis poterit calum-  
niam non uidet? Ad quid aliud, nisi ut fu-  
gerem, tota tua oratio pertinuit? Sed si (ut  
ais) omnia mea tibi facta illultrantur, si lu-  
ce clariora sunt mea consilia: quid nūc mi-  
hi fugam persuades? Hic sum, nullis meis  
prædijs circumuictus: adest senatus, qui  
tibi uim prohibebit. Ostēde hæc facinora:  
elucida seditionem: affer supplicium. Non  
decet in tantis periculis misericordem ui-  
deri. Cunctatio quidem omnis obesse po-  
test, nullum uerō præsidium afferre: si ha-  
bes principem coniurationis, si imperato-  
rem hostium tenes, quid remoraris? quid  
eiycere cupis? Virgilius est enim, ut duce ca-  
reat exercitus: sicut illico ad bellū signio-  
res. Sed uideo (ut quæ fieri solet) in medijs  
malis, tibi malorum causa timore animus  
frigeat. Casum enim, quem mihi aut Rei  
publicæ parabas, in te conferri uides. Res  
præter opinionem tuam nūc agitur tui ca-  
pitis periculo. Dubitas nunc de fortunis  
tuis non obiecturum me tibi? In Senatū  
uenire existimabas? Ideo cum ueni, illico  
trepidus factus es. Putas minitādo nunc  
mihi terrorem incutere? Ignoras, quā li-  
ber, quā uastus sit innocens animus? Vis  
ut fugiam Cicero? Vtiq; nō fugiam, sed per-  
sistam acris petulantiam tuā oppugnādo.  
Necesse est, ut omnium consiliorū tuo-  
rum flagitia resellam. Veniant in hunc lo-  
cum testes, quorum tibi tantam copiā su-  
peresse dicis, ut nil tibi meorum operum  
testum aut occultum sit. Quos produces?  
Q. Curium hominem quidē sanæ opinio-  
nis, integræ uitæ: aut uerō qui suis flagi-  
tij celeberrimē hunc ordinem deuastauit.  
Propterea probri genere abdicatus est?  
Aut Fuluiam produces eius consortem li-  
bidinis, quæ nullius unquam cedis con-  
scia

Virget Catilina, ut probet Cice-  
ro.

Reijcit testes  
Q. Curium  
Fuluiam.

scia fuit: nullius stupri aut incesti alumna concubitus: aut uerò ita uixit, ut uelut quoddam sceleris exemplum, omnes meretricum artes egregiè sola ipsa superauerit? Hi sunt homines clarissimi, quibus nunc ne quietudo ciuitatis suspecta est, quorum aduersum me testimonia parantur. Sed per deos immortales tute iam Cicero moribus tuis ostendis, furore tuo paulum non impudentius abutere: non erat ex apertis coniurationibus petenda fides Populi Romani, si me delere cupiebas. Eos eligere debuisti, quorum obscurior uita, & parumper occultiora latrocinia fuisset. Multi mortales eadè pecunia utilius ambitioni tuæ obtemperassent. Illorum autem maledicta nemo bonus ciuis timere debet. Facile refelli possunt, utpote, cum fortuna eorum & fides & facta satis sint: qui mihi si fauere debeant, aduersarios mallem esse iniurios, ne uitam meam eorum familiaritas æquè in contemptum deduceret. Nunc itaque, Patres cõs. omnia uobis facta cõsulis & cogitata illustrari, nunc etiam uobis innocentia mea patère potest. Quæ res illum impulerit ad Catilinæ intentum, ad perturbandam Rempubicam uideris. Mecum priuatis inimicis agitatur. Obiectu uerò nouitatis, uniuersam odit nobilitatem, more maiorum suorum. Nam hanc patriam abhorret, ea propter seditiones parat, serit discordias: nõquam ad perniciem nostram impatiens eius animus quiescit. Facit in primis reum patricij me Romanum patricium, senatorem: cuius tot res gesta, tot imperia, tot magistratus, tot maiorum meorũ beneficia amplissimo splendore Reipub. lucefcunt. Obijcit egestatem, quæ in opulentissima ciuitate minoribus etiã magistratibus nunquam obesse potuit. Obiectat inimicitias, quæ mihi ad perturbandam Rempub. nõ utiq; satis esse uideretur. Testes quos producit, uidetis: qui tales sunt, ut omnium sceleratorum exuperent ingenia. Quæ tentata, posteaquam sibi præter spem euentibus non respondent, neq; in senatu sperat, timore illico suppressus est. Fugam mihi imperat, quando si deliquissem, ad uindicandum tantum nefas nulla magnitudo supplicij satis esse posset. Si ergo Patres cõs. innocentiam meam uideris, si illius animi ferocitatem intelligitis, si pericula Reipublice ingenijs uestris aperta sunt: expurgicimini igitur aliquando, & Imperij Romani uitæ miseremini. Habetis labentem colubrum in uisceribus uestris: habetis in

hoc ordine inclusam Reipub. calamitatè, A quæ uigilat ad perniciem P. R. Vos illi in summo honore posuistis. Canere, ne quando per licentiam ea pars pestis totum corpus ambiat, & ueluti contagio quedam in uobis adolescat. Expedite ocyus, & euacuate hanc sentinam scelerum: abdicare hunc hominem consulat, ne claram & amplissimam dignitatè fœda illius flagitia deturpent: eripite hunc ab hac Reipub. ne quando cum ad excidium nostræ ciuitatis anhelantem hæc sanctissima intra se menia conspiciat. Si chara fuit uobis huius urbis monumenta: si periuicundi liberorum conspectus: si grata est uestrarum uirginum pudicitia: si templa, potètarus, sacerdotia, societates, domus, opes, familiae, clientela, fortuna omniũ, & uniuersæ patriæ commoda uobis accepta sunt: iam ab hac Reipub. semen hoc malorum omnium eradicare, huc à conspectu ciuium eripite, qui uos & omnia bona uestra extinguere cogitat, qui imperij claritudinem Ro. in similitudinibus atque discordijs perturbare instituit. Succurrite his periculis, obuiate huic calamitati: tunc omnis suspicio sedabitur: tunc dolus iste à cohortibus confestim disspabitur. In hoc uno homine omnis spes eorum sita est. Quis enim aliud huic maximo imperio, huic capiti orbis terrarum, paucorum sceleratorum animos erigere aut conuocare potuit? Quis ciuis in hac Republica tam atrox facinus excogitare? Hic hic tantum nouus Cicero Arpinas, ex Tulliorum familia, struit clam nostro capiti insidias. Catilinæ coniurationes insinulat, quo liberior sibi ad consiliũ oportunitas patère possit. Nos plerofq; in quæstionem deducit, ut nomine nostro comparatis copijs facilius sibi pateat aditus ad inuadendũ Rempubicam. Vos patres cõs. nõ ne uestra pericula uideris? Capessite Rempubicam miseram & nutantem: subuenite patriæ, parentum & simul salutem omnium misereamini: meq; patricium ciuem, & populum Romanum à faucibus inimici consulis eripite. Supplicem atq; insontem pristinae claritudini, omnium ciuium gratiæ ac beneuolentiæ restituite.

Vix Catilina dicendi finem fecerat, cum pleriq; senatores obstrepere cœperunt, eũ hostem ac parricidam uocare. Tum ille furibundus, quoniam circumuentus ab inimicis, præceps agor, incendium meum nõ aqua, sed ruina uestra extinguam. Deinde exanguis atq; estuans, ex curia repente se domum

Diluit obiecta crimina.

Admonet periculorum à Cicerone homine nõ.

Monet conuocaturator officij sui.

Excessus Catilinae ex urbe.

Inuidia in Ciceronem.

Diligentia Catilinae circa milites.

Reijcit obiecta in Ciceronem.

Catilina in exilio.

domum proripuit, cum quibusdam magnis immanibusque minis. Ibi multa uolens animo, constituit in Manliana castra proficisci: timens, si amplius cunctaretur, ne consulis oratione concitati animi in se imperum facerent. Lentulo igitur atque Cethego & alijs conuocatis coniurationis principibus, consilium suum exponit: eos hortatur, uti semper parato ac forti essent animo, ne ue labore ac periculo ullo tererentur, ut quæ superiori nocte parauerant, exequi curarent, ac quàm plurimos possent, sibi ad bellum adiungeret socios. Interea monet eos, ut per urbem uoces spargerent, eum innocentem Malsiliam in exilium ire: ut ex ea realiqua in Ciceronem redundaret inuidia: & quo ciuitatem improuifus aggredi posset. Cum hæc & alia eiusdem generis dixisset, nocte in tempesta cum paucis, uel (ut aliqui dicunt) cum trecentorum satellitum comitatu, ex urbe excessit: nec Flaminia (ut à nonnullis falso scribitur) sed Aurelia uia profectus. Postridie quàm Catilina ex urbe profugit, M. Cicero orationem habuit ad populum: quæ quia in Orationibus Ciceronis descripta est, prætermittam hic, quæ tunc à consule dicta sunt.

21 At Catilina ex itinere literas plerisque consularibus & optimo cuique misit, quibus se dicebat falsis criminibus circumuentum, & à senatu alienatum, quoniam consulis furori resistere non potuisset, tempore cedere, in exilium Malsiliam ire: non quòd alicuius sceleris sibi conscius esset animus, sed uti R. P. quæta foret: ne ue cõs. nobilitatem extinguere cupiens, Catilinae coniurationes simulando, plerofq; bonos ac innoxios perditum iret: malle se patriæ carere, quàm ut aliqua belli ciuilibis dissensio iriret propter se. Hæc res magnam Ciceroni conflauit inuidiam. Erenim plures erant, qui Catilinam non obstupefactũ ac perterritum Conf. diligentiam, nõ de spe conatuq; depulsum, sed indemnatum, innocentem, in exilium deiectum à Conf. sui & minis esse dicebant: nec illum improbitissimum Conf. sed crudelissimum tyrannum uocabant. At Catilina ubi in agrum Fesulanum cũ fascibus & imperatorio ornatu pertuenit, & exercitum accepit à Manlio, statuit non prius bellum gerere, quàm exercitum auxisset, & quàm paucissimis diebus milites maiorum disciplina, labori ac militiæ affuetos reddidisset. Catilina igitur uigilando, laborando, ordines in-

stituendo, milites appellando, monendo, hortando, magis magisque indies ad militarem disciplinam suos reuocabat. Dum his artibus Catilina instruit exercitum, Q. Catulus summo splendore & auctoritate uir, qui quondam Catilinæ familiaris fuerat, literas in senatu recitauit, quas sibi à Catilina datas esse dicebat. Quarum exemplum infra scriptum est.

L. Catilina salutem Q. Catulo. Egregia tua fides re cognita, grata mihi magis in meis periculis, fiduciam commendationi meæ tribuit. Quam obrem defensionem in nouo consilio non statui parare, satisfactio nem ex nulla conscientia de culpa proponere decreui, quam medius fidus licet ue ram agnoscas, iniurijs contumelijsq; concitatus, quòd fructu laboris industriaque meæ priuatus, statum dignitatis non obtinebam, miserorum causam pro mea consuetudine suscepi, nõ quia æs alienũ, meis nominibus ex possessionibus sumptũ, soluere nõ possem: cum & alienis nominibus liberalitas Horestillæ, suis filijsq; copijs persolueret, sed quòd nõ dignos homines honore honestos uidebam, meq; falsa suspitione alienatum esse sentiebam. Hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conseruandæ, sum securus. Plura cum uellem scribere, nunciatum est mihi, parari uim. Nunc Horestillam commendo tuæque fidei trado, eam ab iniurijs defendas, per liberos tuos rogatus, aucto.

Sed cum ex multis aliorum literis crebrisque nuncijs Romæ compertum esset, Catilinam exercitui præesse, patriæ bellum inferre: permulti erant, qui uehementer insimulabant consulem, quòd hostem, quòd tã capitalem R. P. nõ cõprehenderit, quòd principè coniurationis emisisset. Etenim sic tũ ratiocinabatur homines, & inter se loquebatur: Ad mortè Catilina duci iussu consulis, & grauissimo supplicio affectũ esse iam pridem oportebat. In illum conferri pestem istam, quam nunc in nos machinatur. Nam si illum consul (ut meritis erat) morte multasset, bellum nullum haberemus, castra non essent in Hetruriæ faucibus collocata, Reipub. nunc quæta foret. Non erat opus eo tempore misericordiam summa erat misericordia, de hoste acerbissimũ supplicium sumere, & unius improbi pœna uniuersam Rempubicam conseruare. Exemplum alij usurpantes Sp. Elium re-

Literæ Catilinae ad Q. Catulum.

Querela in Ciceronem.

Exempla anti-que feruicitatis.

num tribunū plebis, & C. Seruiliū Glau-  
ciam prætozem occisos esse, propter qual-  
dam seditionum suspiciones. Ciceronem  
uero eum, quem acerbissimū hostem scie-  
bat, quem expectari ducem & imperato-  
rem in castris hostium uidebat, ad castra  
proficisci iussisse, ut patriæ bellum infer-  
ret. O conditionem miseram administran-  
dæ Reipublicæ, in qua diligens morosus,  
negligens turpis, ubi seuerus crudelis &  
inhumanus: misericors timidus ac disso-  
lutus uocatur: ubi erranti nulla uenia, re-  
dè facienti exigua laus præponitur. Cum  
antea L. Catilina in exilium profectus di-  
ceretur, non ille à Cicerone spoliatus ar-  
mis audaciæ, non Ciceronis consilijs at-  
que laboribus circumclusus ac debilita-  
tus: non quod ille pertimuerit, sententiam  
mutauerit: sed indemnatus, innocens, in  
exilium deiectus à consule uerbis & impe-  
rio, dicebatur. Non ille improbus, sed ti-  
midus: non diligens consul, sed crude-  
lis uocabitur. Sed cum essent tunc homi-  
nes, qui hæc loquerentur, isdem si Catili-  
na interfectus fuisset, quid dixissent? Nunc  
uero quod Catilina uiuit, quod supplicio  
maestus non est, Ciceronem nullius con-  
silijs, inertem, timidum ac dissolutum uo-  
cant. Nihil est profectò inertius uulgo: non  
delectu aliquo aut sapietia iudicat, sed con-  
silia euentis ponderat: & cui bene quid e-  
uenerit, illum multū prouidisse: cui secus,  
nihil sensisse dicit. Sed hæc omitamus.

Miseria magi-  
stratum con-  
ditio.

Mors uulgi iudi-  
cium.

23  
B. C. seuerū con-  
tra coniu-

Quantus ad Ca-  
tilinam perditio-  
rum confusus.

si Romæ socij conata perfecissent, ingen-  
tem ad eum undique ex Italia perditorum  
hominum futurum concursum. Etenim  
non solum illi Catilina uincere cupie-  
bant, qui erant coniurationis participes:  
sed quicumq; ære alieno premebantur, qui  
cumq; patrimonio naufragus, quicumque  
antea proscripi fuerat: multi etiam ho-  
nores sibi & imperia turbata Republica ex-  
pectantes, alij ex tumultu & dissensionibus  
assueti consequi potentiam, bellum exo-  
ptabant. Præterea in magna ciuitate sem-  
per multi sunt improbi, facinorosi, perdi-  
ti, audaces, turbulenti, factiosi, egentes: qui  
nutu ad perturbadum ciuitatis ocium im-  
pelluntur. Sed præcipue delicata iuuentus,  
illi barbaruli iuuenes, aut imberbes Catil-  
inæ gregales: qui unguentis oblit, com-  
posito capillo, uelis amicti non togis, in-  
cedebant, Catilinae consilia probabant. Et  
ex his complures se ad illa castra confere-  
bāt. Ex hoc numero fuit quidam Fuluius,  
Auli senatoris filius: qui si Catilinae amici-  
tiam uitare potuisset, nihil à maiorum stir-  
pe degenerasset. Erat literis Græcis & La-  
tinis optimè institutus, ineratq; ingenium  
satis acre: forma præterea corporis, & sum-  
ma uirtutis indoles. Sed is Catilinae amici-  
tiam factus sui dissimilis, temerario impe-  
tu ad illa castra irruerat: quem seuerus pa-  
rens ex itinere retractum, cum uerborum  
contumelijs lacerasset, necari postea iussit.  
Fuit etiam opinio P. Clodium Appium si-  
lium, ea mente ex urbe discessisse, ut ad Ca-  
tilinam iret. Deinde commutato consilio,  
in urbem rediisse. Itaq; Cicero ei multis in  
locis objicit, quod fuerit socius coniu-  
rationis: quod crimen, etsi ab inimico obie-  
ctum, non falsum crediderim. Nam Clo-  
dium nihil nõ asurum fuisse, eius uita &  
mores conuincunt. Nonnulli item C. Antonium  
consulem, in Catilinae coniuratione  
esse dicebant: confirmabaturq; illorum  
opinio hoc uno argumento, quod Anto-  
nius nunquam illam suspensionem cum Ca-  
tilina societatis, quam de se tum homines  
habebant, aut in faciendo tollere, aut dissi-  
mulando sedare curabat. Neque solum ur-  
bem istius furoris moribus, sed totam penè  
Italiam, & obscure serpens multas iā pro-  
uincias peruaserat. Quod nõ fuisset in urbe  
patrefacta coniuratio, profectò Catilina bre-  
ui tempore infinitum exercitum collegisset,  
& ingentes facti essent undiq; motus:  
in Apulia, in Brutijs, in Pelignis, Capuæ, in  
agro Piceno, præsertim Pisauri, & Camer-  
ti, in Hetruria, in Gallia citeriore atq; ulte-  
riore:

Delicata iu-  
uentus.

Fuluius.

B

P. Clodium.

C. Antonium  
Cof.

Motus per-  
ditorum in-  
gens.

riore: partim obscure, partim aperte uolita-  
bat armata coniuratorum manus.

24. Sed motus ingens huius execratae con-  
iurationis à Marcellis patre & filio excita-  
tus, indicat L. Vestio, per Bibulum in Pe-  
lignis, per Ciceronem in Brutijs sedatus atq;  
compressus est: & de utroque per eisdem  
uindictam. In Gallia autem trasalpina C.  
Murena legatus, frater Murenæ Cofs. de-  
signatus in agro Piceno Gallicanoq; Q. Me-  
tellus prætor egregius, omnes coniurato-  
rum imperas & conatus prohibebat. Et ex  
his complures Metellus in uincula conie-  
cerat. Quamquam librorum culpa (ut o-  
pinor) in Salutio mendose legatur, huc C.  
Murenam citeriori Gallia legatum præfu-  
isse. Nam illum hac tempestate trasalpin-  
gæ Gallia cum imperio affuisse, tradit Cicero.  
Eodem auctore Q. Metellum Celerem su-  
prà narrauimus in agrum Picenum & Gal-  
licanum à senatu fuisse missum. Ad hæc Ci-  
cero consul omnes colonias iusserat ac mu-  
nicipia, ut eorū oppida muniarent, in armis  
haberent præsidia, atq; eorum fines ac ur-  
bes à Catilinae excursionem defenderent. Itè  
P. Sestium quæstorem cum exercitu Capu-  
am misit, quod eam urbem à coniuratis  
tentan auderant. Is igitur ut Capuam ue-  
nit, C. Meuianū hominem perditū, consu-  
lemq; Marcellum urbem illā ui occupare  
conantem, atq; seruire bellum excitatam,  
& multa ibi nefarie molientem Capua ex-  
terminauit, eamq; ciuitatem periculo ma-  
ximo liberauit. Qua de causa Capuæ decu-  
riones, propter salutem illius urbis confer-  
uatam, inaurata statua M. Tullium decora-  
uerunt, & patronum suum adiuuerunt. P.  
Sestio publicè maximas egerunt gratias.

Legati Reipub.  
pub. in pro-  
uincijs.

P. Sestius d  
Cicerone Ca-  
puā misit.

25  
Studia con-  
iu. in urbe.

C  
Malleoli  
sunt manipu-  
li parte picæ  
conestri, qui  
incensi iacta-  
untur ad ex-  
citanda incen-  
dia.

Allobrogum  
legati.

ri multum indigere. Deinde, quod Allo-  
broges finibus Italiae proximi sunt, atque  
tumultu Gallico excitato, neminem arbi-  
trabantur cōiurationi posse obistere. Ita-  
que Publico Vmbreno (quod si Gallis no-  
tus erat) negocium dedit, ut Allobroges  
ad societatem requirit: qua ratione id fieri  
possit, ostendit. Vmbrenus Allobroges ac-  
cessiuit, & rem diligenter transiit.

Sed M. Cicero semper uigilabat, & pro-  
uidebat, ut quid agerent coniurati, quid  
molirentur, sentiret ac uideret. Et quo me-  
lius omnia inueniret L. Torquati, P. Len-  
tuli Spinætiris, Q. Catuli, M. Luculli, P. Ser-  
uiliij, M. Caronis, Q. Sanga, multorumque  
aliorum clarissimorum uirorum opera &  
consilio utebatur. Hi optimè de Rep. sen-  
tientes, odorabant omnia, & peruestiga-  
bant: & quicquid inueniebant, statim ad  
Cof. referebant. Voluit igitur fortuna R.  
P. ut legati de his rebus loquerentur cum  
Q. Fabio Sæga clarissimo uiro, cuius patro-  
cinio Galli utebantur. Is Ciceronis omniū  
consiliorum socius, rem consuli propere  
nunciat. Tum consul, putas oblatam sibi  
facultate, ut quod semper optauerat, con-  
iuratos manifestè conuincere posset, lega-  
tos ad se occultè uenire iussit: monet eos,  
ne sine cauta hostes Po. Ro. fieri uellent:  
ne ue eorum res florentes cum Catilinae,  
Lentuli, ceterorumq; miserorum perditis  
coniungerent: non debere eos incerta pro-  
certis captare, aut paruo commodo inge-  
ntia pericula subire: omne bellum incipi fa-  
cile posse, non euadere esse potestate, eidẽ  
imponere finem. Catilinā dicit eius consi-  
lijs, laboribus multis, firmisq; præsidijs cir-  
cumclusum ac debilitatū fore, ut eū Anto-  
nius collega exercitu facile opprimat. In  
urbe abidè cōsulta ac prouisa esse omnia,  
ne quis cōtra Rempub. se cōmouere pos-  
sit. Quod si aliqui eorum nõ modò factū,  
sed inceptum ullū conatum ue contra R.  
P. esset deprehensum, S. P. Q. R. pro sua con-  
suetudine seuerè uindicaturum: proinde  
sibi & eorum ciuitati consulere. Quod si  
ea facere uellent, quæ ipsè ostēderet, eos  
habere facultatem, ut omnia quæ à P. R.  
peterent, consequi possent. Legati ad hæc  
benignè responderunt: uerum esse, se à P.  
Lentulo ad bellum socios esse requisitos:  
sed eos non esse tam fortuna miseros, aut  
uoluntate perditos, ut P. R. multis labo-  
ribus collectam amicitiam subitò effunde-  
rent: cupere eos omnia facere, quæ ipsè im-  
peraret. Tum cōsul eis præcepit, ut studiū  
coniurationis uehementer simularent, o-

26  
Vigilantia Cice-  
ronis.

Ciceronis moni-  
ta ad Allobro-  
gos.

Responso Allo-  
brogum.

Coniurati dolo circumuenti.

peram darent, ut à cõiuratis literas eorum manu scriptas, & uniuersumq; signum extorquerent, ac eorum consilia omnia diligenter explorarent. Allobroges operam suam polliciti, rem non procrastinant, per Gabinium (nam ad eum primum Umbrenus Gallos perduxerat) Lentulum, Cethegum, Statilium, item Calsium conueniunt: ab illis literas & iusurandum & signa postulant, ut aliquod indicium ad suam gentem perferant: demonstrant, aliter eorum ciues ad tantum facinus non posse impelli. Tum illi nihil suspicantes, dant ad se natum Allobrogum populumq; iusurandum, & literas eorum scriptas. Nihil est profecto tam periculosum, quam quod quis uellet esse occultum, literis committere. Ad hæc mandant, ut cum equestribus copijs quam primum in Italiam uenirent, militibus sese abundare dixerunt. At Calsius, ut facilius barbaros homines ad bellum impelleret, cum sciret exteris nationes maxime nobilitate noueri, nonnullos nobiles nominauit, & secum illos facere dixit.

27 Lentuli uanum uaticinium.

Lentulus etiam ad incitandos animos Allobrogum dixit, ex libris Sibyllinis aruspicumq; responsis, regnum Romæ dari tribus Cornelijs: Cinnam ante & Syllam regale habuisse potestatem, se tertium illum fore Cornelium, ad quem summa imperij decideret. Idemq; dixit, fatalem illum esse annum ad occasum obitumq; R. P. Cum esset ab incenso Capitolio uigesimus annus, decimus ab uirginu Vestalium absolutio ne. Quem annum fore aruspices P. R. infestum infelicemq; sæpè respondissent. Deinde coniurati totius belli rationem ferriemque Gallis descriperunt. Sed ea quæ Romæ facere constituerat, ita postea compertum est inter cõiuratos diuisa ac distributa fuisse, ut cum L. Sergius Catilina in agrum Fesulanum cum exercitu uenisset, L. Bestia tribunus plebis concionem haberet, & Ciceronem in inuidiam uocaret, quod Catilinam irritado bellum ciuile excitasset. Ac eo signo nocte ea quæ sequeretur, L. Calsius, P. Statilius duodecim urbis partes incenderent. Id autem eo consilio, ut hoc tumultu excitato, facilius esset aditus ad ciuium internicionem. Quanquam auctor est quidam, illos centum delegisse uiros, totidem urbis loca inflammaturus: quosdam autem alios distribuisse, qui aquarum ductum septos aditus teneret, intenti eorum iugulationi, qui ad extinguenda incendia occurrerent. Item elegisse alios, qui Cn. Pompeij domum obsiderent, & e-

Distributio officiorum in bello nefario.

ius filios uiuos caperent, atq; obfides seruarent, ad Cn. Pompeij conuentionem amicitiamq; conciliandam, qui tunc permagnum in Asia exercitum ducebat: & contentans iam fama erat, illum plurimum & maximis iam cõfectis bellis, breui in Italiam rediturum. Ad hæc institutum erat, ut Cethegus Ciceronis consulis domum ferro & facibus oppugnaret, illiusq; trucidandi curam haberet: quo necato, duos alios sibi uiros consulares, & quatuor pretorios occidendos esse. Cæteros ciues manus inuenturus duce Gabinio interficeret. Atque inter eos etiam partitum erat, qui forum, qui Capitolium, qui hostia, qui urbis portas occuparent. Statuisse præterea id (quod in expugnata hostium ciuitate contingere solet) urbem diripere, delubra deorum immortalium incendere, matres familias, pueros ingenuos, uirgines, & sacerdotes etiã dea Vestæ rapere, & omnia luctu, cadaueribus, cruore complere. Atq; cum totam per urbem cædes, rapinæ atq; incendia facta essent, Catilina cum exercitu præsto esset, ut fugientes caperet, & se cum his urbanis ducibus cõiungeret. Miror hoc loco, cum hæc Cicero ita distributa dixerit, cur Salustius ea aliter à coniuratis diuisa narraret. Nam & Gabinium assumpsisse sibi partes incendij, & Calsium in Galliam iturum fuisse scribit: cum contra Gabinius cædi, Calsius incendijs esset præpositus. In hoc tamen ego magis Ciceroni, qui coniurationem patefecit, quam Salustio, arbitror credendum. Sed iam redeo ad illorum sermonem.

Domus M. Ciceronis.

Cruelitas in urbe ca-pita.

28 Nox ad faci-nus destina-ta.

Furor Cethe-gi.

Tu dixerunt Galli: Sunt hæc omnia Lentule, summa cõiuratione prouisa. Sed quando erit illa nox optata? quando noster Bestia illam expectatam habebit concionem? Modicum (inquit Lentulus) transibit tempus, Saturnalibus hæc fieri oportet. Tum Cethegus: Quæ mihi, Lentule, Saturnalia narras? quod modicum tempus? Hora nulla est interponenda. Minimis momentis fiunt sæpè maximarum rerum perturbationes. Cum in omni re, tum maxime in bello, præsertim ciuili, celeritas opus est. Tarditas autem & procrastinatio commodum nullum, damnum certe afferre potest. Quare uide Lentule, ne istud tuum modicum tempus nimium sit, & plus quam nimium longum. Tunc cum omnes alij respondissent, Saturnalibus hæc fieri oportere, Cethegus ita inflammatus, ita huc & illuc ferebatur, ut sine ulla dubitatione insanire ac furere uideretur: frontem percutebat, lo-

Lentulus à Gallis irrisus & decessit.

Vulturcius cum literis ad Catilinã.

M. Crassus uenit ad Ciceronem.

bar, loco consistere non poterat, sæpè manum ad gladium apponens: Quid moror inquit? Vultus erat ipsius plenus furoris, sermo arrogantiæ, spumas agebat in ore, ardebant oculi, ex aspectu crudelitas eminebat. Tum Calsius: Cur Cethege nostra gaudia perturbas? Cur tu (ait ille) nostra gaudia moraris? Atque iureiurando affirmat, sese, si pauci illum sequantur, cunctantibus alijs, impetum in curiam facturum. Post hæc sequutum est modicum silentium. Tum ita Lætius Allobroges alloquitur: Quid Cethegum nostrum existimatis illa nocte facturum? cum sibi nunc uideretur uenisse ad manus: putatis ne consulem, si exercitum circum se haberet, hunc fortissimum uirum posse uitare? Rectè (aiunt) narras: fortiorem enim uirum nunquam uidimus. Deinde Lentulus sibi placere dixit, ut Galli eodem itinere, prius quam ad suam gentem pergerent, ad Catilinã irent, ut cum illo fœdus ac societatem confirmarent. Atque eis comitem adiungit Titum Vulturcium quemdam, qui illos ad Catilinam perducat. Huic autem Vulturcio ipse dat ad Catilinã literas, sine nomine scriptas: sed ita: Qui sim, ex eo quæ ad te misi cognosces. Cura, ut uir sis: & cogita, quem in locum sis progressus: & uide, quid iam tibi sit necesse. Cura, ut omnium tibi auxilium adiungas, etiam in finorum: Vale. Verbis præterea mandat, ut cum hostis à senatu indicatus esset, seruatorum auxilio mtereretur, & ad urbem ne cunctaretur cum exercitu accederet: in urbe diligerent, quæ constituisent, prouisa ac parata esse omnia. Postremò cum stauissent, ut legati Allobrogum III. No. Decembris ex urbe proficiscerentur, unaq; Vulturcius Gallos à se dimittunt. Iisdem ferè temporibus M. Crassus noctu ad Ciceronis domum uenit cum literis L. Catilinæ, in quibus illum Catilina, ueluti coniurationis consocium, ad confirmandas coniurationis operas hortabatur. Agit Cicero homini gratias, eiusq; erga patriam charitatem bene uolentiamq; collaudat. Quo autem consilio id Crassus fecerit, siue ne coniurationis socius existimaretur, si casu detegeretur coniuratio: siue quoddam rectè sentiret, nõ satis exploratum habemus. Cicero tamen in quadã oratione, quam post Crassi mortem scriptam edidit, M. Crassum coniurationis socium fuisse scripsit. At Cethegus semper incusabat socios, quod illi Saturnalia expectando, magnam uictoriæ occasione omitterent, sine ulla mora & con-

festim rem gerendam dicebat: cunctando interim coniurationem posse illustrari.

29 Legati Allobrogum ad pontem Miluium capti.

Sed M. Cicero cognita nocte, qua legati proficisci deberent, unaq; Vulturcius, L. Flacco & C. Promptino prætoribus, amicissimo animo præcepit, ut cum ad uesperasceret, cum armatis hominibus quam occultè pontem Miluium ab utraque parte obsiderent: atq; ad id conficiendum, permittit illis delectos quosdã adolecèntes Rheatinos, quibus ipse crebrò ad custodia sui capitis utebatur. Rem omnem aperit, & eorum fidei salutem urbis commendat. Illi autem rem diligenter (sicut à consule præceptum erat) conficiunt. Ecce plus dimidia nocte exacta, legati Allobrogum, & cum eis Vulturcius, magno comitatu ad pontem Miluium perueniunt. Cum subito ex una parte pontis L. Flaccus, ex altera C. Promptinus cum gladijs illos adoriantur, manus afferunt. Allobroges primò gladios educunt: deinde cognito consilio, citò sese prætoribus tradunt. At Vulturcius cum diu se ferro defendisset, postea exanguis & crebrò pro salute sua Promptinũ orans, sese illis dedit. Tunc prætores literas à Gallis & Vulturcio accipiunt, atq; celeri nuncio ad cõsulem misso, cum iam lucere inciperet, illos captos ad consulem perducunt.

30 Lentulus & alij ad Ciceronem uocati.

At consul Gabinium, Lentulum, Cethegum, Statilium, ac M. Ceparium statim ad se uenire iussit, nõ dubitans pro salute R. P. tot nobilissimorum hominum inimicitias suscipere. Ceteri omnes nihil suspicantes, sine mora ueniunt. Ceparius audita re, ex urbe profugit. Sed is paulo post in itinere captus fuit, & C. Teretio in custodiam datus. At Calsius paulò ante legatos, quasi breui rediturus, ex urbe discesserat. Cum uerò Allobroges consuli dixissent, Cethegi domum plenam ferramentorum esse, missus est ab eo P. Sulpitius prætor, qui ex ædibus Cethegi ingentem, attulit armorum numerum. Cum autem consul quæsiuisset à Cethego, num in prouinciam cum exercitu esset iturus, quod tantam armorum multitudinem collegisset? Minime, inquit: sed bonorum armorum semper fui studiosus. Postea autem senatu celeriter coacto, coniuratos & indices cum magna equitum Romanorum manu, prædij causa, uenire iussit. Atque introducto in senatum Vulturcio, constituit senatores C. Cosconium prætorem, M. Messalam, P. Nigidium, Appium Claudium: qui omnium indicum dicta, interrogata, responsa perscri-

Armorum copia in domo Cethe-gi.

Quatuor notarij constituti.

perfriberent: quos uiros non solum uirtute & fide, sed quos etiam sciebat memoria, sciētia, & celeritate scribendi facillimē ea quæ dicerentur, persequi posse. A' Vulturcius quæsiuit, quid sibi esset cum Gallis? quo pergeret? ad quem? à quo datæ essent literæ illæ quæ apud ipsum fuissent deprehensæ? Vulturcius primū de itinere atq; literis multa fingere ac dissimulare cœpit: postea autem ei iussu senatus fide publica à Cof. data, dixit, à P. Lentulo se habere mandata & literas, se paucis diebus antè focium à Gabinio & Cepario in coniuratione ascitum esse, atque ita se audiuisse. P. Antronium, Seruium, Syllam, C. Corneliū, L. Vargunteium, compluresq; alios in eadem coniuratione esse, eosdemq; urbem inflammare, ciues trucidare, uastare Italiam, delere Rempublicam, consensisse. Intra ducti autem Galli, iusiurandum sibi, & literas ad suam gentem datas esse dixerunt: atque ita se à L. Calsio audiuisse omnes, quos antea Vulturcius nominauerat, cum illis facere. Eadem ferè, quæ Vulturcius dixerat de flamma, de ferro, de cæde ciuium, narrauerunt. Atque magnam inter Cethegum & alios contentionem fuisse dixerunt, quod Lentulus & alij, Saturnalibus hæc facere uolebant. Cethegus id bellum celeritatis indigere dicebat. Item omnia quæ Lentulus de fati Sibyllinis alijsq; rebus cum illis locutus fuerat, per quem ad eum, quotienscunq; uenissent, dixerunt. Tum M. Tullius subito proferri literas, atque aperiri iussit. Primū ostendit Cethego, cognouit manum, & signum suum. Recitatae sunt literæ. Erant in hanc sententiam scriptæ: Sese, quæ eorum legati confirmasset, esse facturum: orare, ut illi facerent, quæ sibi legati eorum recepissent. Leguntur Statilij literæ, eiusdē ferè exempli. Postea consul Lentulo literas ostendit, dicens: Cognoscis ne hoc signum Lentule? Annuir ille. Est hæc, inquit consul, imago aui tui, clarissimi uiri, qui unicè amauit patriam & ciues suos. Quæ quidē te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit. Ac illum interrogauit, esset ne nihil cum Gallis de fati Sibyllinis loquutus? Et repente ille præter omnium opinionem confessus est. Deinde ei potestatem fecit, ut si quid uellet ad sui defensionē, diceret. Sed Lentulus quanquam bonus orator esset, tamē conscientia cōuictus, uacors repente sine suo uultu, sine colore, sine uoce constitit. Quid multa? Rei cōfessi sunt. Gabinus etiam cum primū uehementer negare cœ-

Dieta Vulturcij.

Dieta Allobrogum.

Leete coniuratum licya.

P. Lentulus miserè confisus.

piisset, ad extremū nihil inficiatus est. Sed illos præter literas, signa, manus, & uniuersū: confessionem, illa etiam coarguerunt, timor eorum, perturbatio, suspensus incertusq; uultus, crebra coloris mutatio. Consul iudicijs expositis atq; editis, Senatum consulit de summa salute R.P. quid fieri placeret. Tum senatus primū ei gratias egit amplissimas, quod eius uirtute, consilij, laboribus, eius capitis periculis atq; diligentia, sine tumultu, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione, quatuor hominibus comprehensus, incensioe urbs, internicione ciues, uastitate Italia, interitu Respub. esset liberata. Ac eum ita laudibus ornauit, ut cōstet, neminem ullo unquam tempore tot & tam singularibus uerbis in senatu fuisse laudatum. Q. C. Laudes Ciceronis amantissimas. Frequentissimo senatu Patrem patriæ nominauerunt. L. Geilius uir amplissimus, ciuicam coronam illi à R. P. deberi dixit. Consulatus deniq; omnes ac prætorij, sic eum laudauerunt, ut nemo esset, qui non illi ut parenti gratias agerent, qui non illi R. P. fortunam, liberos uitamq; suam referret acceptum. Atque etiam L. Flacco & C. Promptino laus est impartita: quod eorū Cof. opera forti fideliq; usus esset. Deinde dicte sunt à principibus de coniurationis acerrimæ ac fortissimæ sententiæ. L. Iulius Cæsar consularis, summa auctoritate uir, P. Lentulum Iulium fororis suæ, fœminæ electissimæ uirū, præsentem & se audientem, uita priuandum esse dixit. Sed senatus ita censuit, ut P. Lentulus se prætura abdicaret, & in custodiam traderetur. Item C. Cethegum, P. Statilium, P. Gabinium, qui omnes præsentem erant, in custodiam dandos censuit. Hoc idem decretum est (si capti forent) in L. Calsium, in M. Ceparium, (is enim nondum captus fuerat) in P. Furium, in M. Chilonem, in P. Vmbrenum, libertinum hominem: qui primū ad Gabinium Gallos produxerat. Postremò senatus, L. Corta referente, uiro summo ingenio, summaq; prudentia & rebus gestis Cicero ni supplicationes decreuit. Qui honos & rogato habitus est ante illū nemini. Supplicationes enim semper ob re aduersus hostem prosperè gestam decretæ sunt. Ciuili bello supplicatio nūquā est. Sed illi nō ob egedem hostiū, sed ob cōseruationem ciuium, nouo quodā & inaudito genere decreta est. Hæc ego à Salustio prætermissa, ualde mirarer, nisi Ciceronis inimicus fu-

31 Gratia à senatu acta Ciceroni.

Laudes Ciceronis amantissimas.

B

32 Sententia ferens in coniuratos.

C

Supplicationes Ciceroni decretae.

A cus fuisset; qui & multa alia, ne eum laudaret, quem non amabat, silentio præterijt. At Plinius auctor non contemnendus, triumphum etiam Cicero ni decretum fuisse narrat. Quæquam ego uix adduci possum, ut triumphum Cicero ni decretum fuisse credam. Neq; enim Cicero, uir immensa quadam gloria semper flagrans, cum in suis libris de supplicatione multis in locis mentionē fecisset, tacitus omisisset triumphū. Atq; in ciuili bello non modò triumphum non decretum, sed ne postulatū quidem unquam legimus. Etenim ciuile bellum Cof. L. Sylla gessit, P. Sulpicium oppressit, C. Marium ex urbe eiecit: multosque alios ciues, partim expulit, partim occidit. Cum Octauio collega Cinna consul dissenfit, utrisq; horum secunda fortuna, primū Octauio, deinde Cinna cum Mario uictoriam est largita. Idem iterum Sylla ultus est postea Cinna uictoria: neq; tamen à quoquā istorū est facta mētio triumphi. At Q. Carulus, clarissimus & sapientissimus uir, M. Lepido collega cū omnibus suis turbulentissimis copijs extincto, non modò triumphas, sed ne nimium quidem gaudium præ se ferens, in urbem intrauit. Ciuiles enim uictoriæ, quamuis præclaræ, maximeq; R. P. utiles fuissent, semper tamen lugubres existimate sunt, ciuitatis ali qua parte illachrymante. Satisq; omnibus eo tempore uisum est, cum Cicero ne actū esse honorificentissimè, quod eius nomine dijs immortalibus (id quod ante illum, ut diximus, contigisset nemini) supplicatio fuisset decreta. Dimisso senatu, Lentulus P. Lentulo, Spinsteri, qui tum ædilis erat, P. Statilij C. Casari prætori, C. Cethegi Q. Cornificio, Gabinij M. Crasso in custodiam dati sunt. Sed & plebs Romana, quæ antea nouarum rerū cupida, Catiline inceptis fauebat: incredibile dictū est patrefacta coniuratione, quanto studio defendendæ libertatis sit accensa. Cum patribus de amore Reipublicæ certabat, Cicero nem magnum & excelsum uirū existimabat: illum libertatis custodem, illum urbis conseruatorem, illum parentem patriæ appellabat. Cuius magnitudinem animi, cuius cōsilia, laudibus in cœlum extollebat. Postero die senatus frequens præmia legatis Allobrogum, Titoq; Vulturcio, cōprobatis eorū iudicijs, dedit amplissima. Hac repēstate fuisse multos, Cicero scribit, qui nemine eos infumulante aut redarguente, conscientia stimulis agitati, semeriplos coniuratos indicauerunt. Magna est uis

In ciuili bello non datur triumphus.

Plebs amor erga Cicero nem.

conscientia: quæ homines, qui aliquid impie scelerateq; cōmiserint, quamuis id occultè fecerint, plerunq; tamen indicare sese ac manifestare cogit. Etenim facinorosos cū conscientia factorum, tum pena legum, nunquam sinit non modò sine cura quiescere, sed ne respirare quidem sine metu. Eodem autem tempore quidam ex coniuratis L. Tarquinius in senatum adductus, ut fide publica ea quæ sciret de coniuratione, indicaret: eademque legati Allobrogum, Titusq; Vulturcius dixissent, de urbis incendio, de internicione ciuium, de omnibus illis qui huic affines sceleri fuissent, narrauit. Præterea dixit, coniurationis socium ac participem esse M. Crassum, & ab eo habere se ad Catilinam mandata: ne, cum hi urbani belli duces comprehensū essent, animo deficeret: sed ad urbē quamprimū cū exercitu aduolaret, ut coniuratos ex uinculis eriperet, ac omnia alia inter eos cōstituta persiceret. In urbe plena omnia esse timoris. Sed ubi Tarquinius Crassum nominauit, plerique eius familiares, quorum ille copia maxima abundabat, clamant, indicem esse falsum, ac precio corruptum. DEFENSORIA PRO M. CRASSO Oratio amicorum. Omnibus in rebus P. C. (sic enim aiebat) quæ grauissimæ atrocissimæque sunt, quid quicq; uoluerit, cogitauerit, non ex hominum uocibus, sed ex uita & moribus eius qui arguitur, est ponderandum. Etenim P. C. si, quia Tarquinius Crassum inter coniuratos dicit, iccirco M. Crassus nocens existimadus est: quid proderit omnibus antè acta integerimè uita? quod discrimen inter bonos ac improbos erit? cuius tam innocentissimi ac sanctissimi uiri salus unquam carebit insidijs, si cuiusque ignauissimi ac flagitiosissimi male dicto credi oportebit? Sin autem ex uita M. Crassij quærat, num quæ occultetur libido, nū quod lateat facinus, num quæ crudelitas, num quæ audacia: nihil erroris erit in causa nec obcuritatis. Tanta est enim huius maleficij magnitudo, ut nisi turpis adolescentia, nisi multa antea commissa maleficia, nisi omnibus flagitijs uita inquinata, nisi sumptus effusi cum probro atque dedecore, nisi prorupta audacia ostendatur: neque solum audacia, sed summus furor atq; amentia, tātum facinus, tam immane, tam acerbum nemo sit crediturus. Accedat huc oportet libido dominandi, pacis atque bonorum

34 Indiciū L. Tarquinij cōtra M. Crassum.

35 Non ex indice, sed ex uita uiri dicandus est.

Scelus coniuurantis non nisi à sceleratissimis de signari potuit.

notum odium, iudiciorum metus, amici improbi, aēs alienum, angustia rei familiaris, tempus idoneum. Quæ omnia nisi manifesta sint, profecto (ut diximus) res tam scelestas, tam atrox, tam nepharia credi non potest. Quæ res? quæ spes? qui furor? quæ libido Crassum ad tale facinus impellere potuit? Num inopia rei familiaris? qui ita dives est, ut pauci, vel potius nulli in hac tanta hominum opulencia sint, qui ampliores habeant copias. Num igitur ambitio? quæ multos sæpè improbos fieri coegit. Nam gloriam, fauces, imperia, prouincias, sacerdotia, triumphos, boni atque facinorosi æquè exoptant. Sed illi uirtute nituntur: hi autem propter suam dignitatem diffisi, malis artibus obrepunt: & honores, quos quietis rebus desperant, turbatis se consequi posse arbitrantur. Non ne igitur Crassus in pace & ocio omnes ciuitatis amplissimos honores sine repulsa est affecturus? At forte Crassum ad hoc impulerunt eius inhumani mores, fera crudelitas, effrenata audacia. Quis est ille commitor? quis mitior? quod eius unquam factum non modò audacius, sed paulò minus consideratū uidimus? Mittimus nunc Rempub. quæ semper fuit Crasso charissima: nihil dicimus de statu eius, de genere uitæ, de natura, de moribus facillimis, de incredibili amore in bonos, de studio conseruandæ salutis communis atq; ocij. Nec nos hæc iccirco omitimus, quòd non grauisissima sint, sed quia uobis nota sunt. Credibile est igitur in hoc pudore, in hac uita, tanto sceleri fuisse locum? Aspicite ipsum, contuemini hos, conferte crimen cum uita. Urbem incendere uoluit Crassus, senatum confodere, uastare Italiam, Rempublicam delere, populi Romani nomen extinguere: Non cadit P. C. in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc uitam, non in hunc hominem ista suspicio. Beluæ quædam fuerunt, qui hæc delere conati sunt, immanes ac tetrae, forma hominum induta. Quid? quòd cum Tarquinius ipse Antronium, Vargunteium, Leccam, Seruium, Syllam, Corneliū, multosq; alios nominaret: uos omnes atrente audiebatis. Illos enim, etsi nemo nominasset, tamen mores ipsorum, ac uita conuincabant. Cum uerò M. Crassum nominaret, non ne ab omnibus uehementer est reclamatum? Nemo enim arbitrabatur, cuiusquam uitam tam repente potuisse mutari, aut naturam cõuertiri: ut qui nuper esset optimus honestissimusq; uir, is paulo post immanitate bestias uin-

Nulla causa potuit Crassum mouere.

Lanus Crassi uirtutibus.

Longè alij mores Crassi quam caninorum.

Testis ipse senatus.

tere uoluisset. Circumspicite P. C. paulisper mentibus uestris (iam enim tum intelligetis, quantum absit Crassus ab huius sceleris suspicione) circumspicite Catilinam, Antronium, Calsium, Cethegum, Lentulum, Gabinium, ceterosq; homines, qui huic affines sceleri fuerunt. Quas uos in his cædes, quæ supra, quas rapinas, quot & quanta inaudita & singularia facinora sceleris, audacia, libidinis, perfidia, crudelitatis, auariciæ reperietis? Catilinam contra Rempublicam coniurasse, quis miretur? hominem post homines natos sceleratissimum, crudelissimum, cõtaminatissimū. Qui tot ingenuas matres familiã, tot prætextatos liberos stuprauerit, què Lucius Sylla ad Equites Rom. occidendos præferat: in quibus ille Catullum sororis suæ uirum, & hominem charissimum Po. Ro. M. Marium interemit. Qui in Africa multas domos, plurimas urbes, & omnia fana depeculatus est: eamq; prouinciam ita uexauit & perdidit, ut uix per multos annos restaurari posse uideatur. Cuius in uita hora nulla uacua à stupro, à cæde, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. Quem postea reperundatum, quem incesti reū uidimus: quem semper omnes ad ciuiles discordias excitandas natum putauerunt. Quis cum illo Lentuli societatem miratur? cum esset egens, sumptuosus, audax, superbus, libidinosus. Quid nos Cethegi furiosam temeritatem commemoramus? quid uulnus ab illo Q. Merello Pio illatum? Quis illo contumacior? quis acerbior? aut crudelior unquam fuit? Iam uerò Antronio quid luxuriosus, libidinosus, perfidiosus, nequius inueniri potuit? Quem ambitus damnatum, quem cædem fecisse, fana sociorum spoliasse scimus. Infinitum esset de omnibus dicere. Sed tamen uestrum est, Patres conscripti, ut taciti de omnibus, quos coniuatæ cognitum est, etiam si à nobis minus dicatur, cogitetis. Intelligetis enim, unumquemq; illorū prius à sua uita, quàm nostra suspicione esse damnatum. In hunc tu igitur Tarquini gregem, ex hac familia ritatum dignitatem, in hunc impiorū ac paricidarum numerum, Crassum his indicia trāsferre credidisti? Non ne iam aperte Patres cõscripti, crimina fingi? Non ne quod index de Crasso dixerit, aut precio corruptum, aut spe aut metu deprauatum, aut ab inimicitijs profectum uidetis? Quæ obrem nolite hanc patere inimicitij uiam, ut quem quisque odit, eum per indicem aliquem in falsis criminibus appellatum, possit

Quales comiuratores.

Catilina.

Lentulum.

Cethegus.

Antronium.

Tarquiniū ab alio sobornatum.

A possit è medio tollere. Simite in maximis criminibus uniuscuiusque uitam esse restem. Retinere etiam egregium, fortissimum uirum, huius ordinis amantissimū, & ad omnia quæ prouidenda sunt in repub. animo & cõsilio paratū. Postremo perspiciete, ne qua acerbitate uestra uir clarissimus ac potentissimus uiolatus esse uideatur. Senatus igitur cum hoc alijs incredibile uideretur, nonnulli alij, etsi uerum existimarent, tamen cum hominem, tantis opibus fortunisq; munitum, tali tempore omni officio magis retinendum, quàm exaggerandum censerent: decreuit, Tarquinij indicium esse falsum, eum in uinculis retinendum, neque amplius illi potestatem loquendi esse faciendam: nisi ut indicaret, quo impulsore hanc tantam rem esset ementitus. Fuere eo tempore, qui existimarent indicem hunc à P. Antronio fuisse subornatum, quo Crassus coniuratos, propter periculū societatem, suis opibus iuaret. Fuerunt item, & in his etiam ipse Crassus, qui hūc à Cicerone immisum crederent: ne Crassus illorum, qui in custodia erant propter istam suspicionem patrociniū suscipere possent. Quapropter ingens inter Crassum & Ciceronem est odium insecurit. Quod autem Crassus Ciceronem palàm non infestaretur, impedimento illi erat P. Crassus adolescens, Ciceronis laudator, imitator, amator. Nos autem cuius consilio Tarquinius fuerit emissus, adhuc compertum non habemus. Illud non credimus, hoc Ciceronem fuisse machinatum. Constat enim Q. Catulum & C. Pisonem, Cæsaris inimicia, nulla humana gratia ab illo potuisse impetrare, ut C. Cæsar per legatos Allobrogum, uel per aliquem alium indicem, in Catilinæ coniuratione nominaretur. Et ego in hoc Ciceronem multum integre casteq; uersatum comperio. Neminem ille, nisi de quo clarè compertum habuit, huius sceleris insimulauit: neminem ille, de quo clarè compertum habuit, aut amicitia occultauit, aut precio texit. Dū hæc agitur, Lentuli oēs, item Cethegi, serui ac liberti, circum tabernas conuersabant, precio sollicitantes animos egen- tium atq; improborū. Et magna opificū manu cõparata, prætorū domos diuerso itinere inuadere parabant. At consul his reb. cognitis, quid de comprehensis coniuratis faciendū esset, multa animo uoluebat: si in illos animaduerteret, coniurationem restingui. Sed in omni uita mitis & mis-

Decretū senatus pro M. Crasso.

Suspicio in Ciceronem.

Excusatio Ciceronis.

Serui liberti coniuuratorum.

ricors, crudelitate nomen uerebatur: & magnū prætere sibi ex hac re impedere in futurū inuidiæ periculū prospiciebat. Hæc dum secum mente agitarer, ostentū huiusmodi quidā illi factū referit. Nam cū eius domi sacrificiū pro populo fieret, in ara, in qua ignis propè extinctus erat, ex cinere et fomentorū reliquijs subito longa & pura quædā flamma emicuit: responsumq; est à cõiectoribus, ut Cicero quæ mète de Reip. summa cogitaret, perficere non dubitaret: quòd magnū illi ex hoc, à dijs immortalibus eius nominis lumē atq; gloria portenderetur. Hæc an uera sint, affirmare non audeo: propterea q; sacrificium pro populo non in consulis, sed in pontificis maximi domo semper fieri solitum legitur. Deinde M. Cicero minime his ostentis atque prodigijs mouebatur.

Ostentum in sacrificio Cicer.

Igitur consul dispositis per urbem præsidijs, senatū frequentem celeriter coegit, & retulit ad eū, quid fieri placeret de his qui in custodia tenebantur? Tum D. Iunius Syllanus consul designatus, primus sententiam rogatus, eos qui in custodia erant, item L. Calsium, qui sibi procuratoriam incendentæ urbis depoposcerat, P. Furium, Manlium Chilonem, Q. Anniū, P. Umbrenum, qui semper in hac sollicitatione Allobrogum uersati erant (si comprehensi forent) ultimo supplicio afficiendos censuit. Huic assensu reliqui cõsulares, & præcipuè Q. Catulus oratione plenissima seueritatis, coniuratos puncto temporis frui uita, & huius lucis usura non oportere dixit. Sed ut ad C. Cæsare, & T. Neronem uentū est: contra illi disputare coeperunt, & eos non esse (quoniam id lege prohibebant) uita priuandos aiebant: sed coniuratos, donec Catilina bello deleretur, publicatis bonis, municipatim diuidendos, custodiendosq; censebant. Et Cæsarem super hac re in hunc modum locutum, tradit Salustius.

Sententia D. Syllani.

Sententia aliorum.

ORATIO C. CAESARIS, EX Salustio transcripta.

Omnes homines, Patres Conscripti, qui de rebus dubijs consultant, ab odio, amicicia, ira atque misericordia uacuos esse decet. Haud facillè animus uerū prouidet, ubi illa officiant: neque quispiam hominum libidini simul & ului pareat. Vbi intenderis ingenium, ualeat: si libido possidet, & ea dominatur, animus nihil ualeat. Magna mihi copia est memorandi, P. C. qui reges atque populi ira aut misericordia impulsū, malè consuluerunt. Sed ea

Exempla cle-  
mentia maiori.

520 CONSTANTII FELICII DVRENTINI 520  
malo dicere, quæ maiores nostri contra  
libidinem animi sui, recte atque ordine  
fecere. Bello Macedonico, quod cum  
rege Perse gessimus, Rhodiorum ciuitas,  
magna atque magnifica, quæ populi Ro-  
mani opibus creuerat, infida & aduersa  
nobis fuit. Sed posteaquam bello confe-  
cto, de Rhodijis consultum est, maiores no-  
strum, ne quis diuitiarum magis quam iniu-  
riæ causâ, bellum inceptum diceret, im-  
punitos eos dimisere. Item bellis Punicis  
omnibus, cum sæpe Carthaginenses, in pa-  
ce & perinducias, multa nefaria facinora  
fecissent, nunquam ipsi per occasionem ta-  
lia fecere: magis quod se dignum foret  
quàm quod in illos iure fieri posset, qua-  
rebant. Hoc item uobis prouidendum  
est P. C. ne plus apud uos ualeat P. Lentu-  
li & cæterorum scelus, quàm uestra digni-  
tas: neue magis itæ uestræ cõsulacis, quàm  
famæ. Nam si digna pœna pro factis repe-  
ratur, nouum consiliũ approbo: si ma-  
gnitudo sceleris omniũ ingenia exuperat,  
his utendũ censeo, quæ legibus cõparata  
sunt. Pleriq; eorũ qui ante me sententias  
dixerunt, cõposere atque magnificè casum  
Reipub. miserati sunt: quæ belli sæuitia  
esset, & quæ uictis accederet, enume-  
rare, rapi uirgines, pueros, diuelli liberos à  
cõplexu parentum, matres familiarũ pati  
quæ uictoribus collibissent, phana atque  
domos spoliari, cædem, incendia fieri: po-  
stremò armis, cadaueribus, cruore atq; lu-  
ctu omnia cõpleri. Sed per deos immortales,  
quò illa oratio pertinuit? An ut nos in-  
festos cõiurationi faceret? Si quæ res tanta  
atq; ita atrox nõ permouit, eum oratio in-  
cenderet? Nõ ita est: neq; cuiquã mortali-  
um iniuriæ suæ paruè uidetur, multi eas  
grauius æquo habuere. Sed alijs alia licen-  
tia est, P. C. Qui dimissi, in obscuro uitam  
agunt, si quid iracundia deliquere, pauci sci-  
unt, fama atq; fortuna pares sunt. Qui ma-  
gno imperio præditi, in excelso etate agunt:  
eorũ facta cuncti mortales nouere. Ita in ma-  
xima fortuna minima licentia est. Neq; stu-  
dium, neq; odisse, sed minimè irasci decet.  
Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in im-  
perio superbia atq; crudelitas appellatur.  
Equidè sic existimo, P. C. omnes cruciatus  
minores quàm facinora illorum esse. Sed  
pleriq; mortales postrema meminere, &  
in hominibus impijs sceleris eorum ob-  
liti, de pœna differunt, si ea paulò sæuior  
fuit. D. Syllanum uirum fortem atque stre-  
nuum, certè scio quæ dixerit, studio Rei-  
pub. dixisse: neque illum in tanta re gratiã

Mala que in  
bello contingit.

Clarum minor est  
licentia quam  
obscuris.

Reprehensio sen-  
tentie D. Syllani.

aut inimicitias exercere: eos mores, eamq; A  
modestiam uiri cognoui: uerum sententia  
eius mihi non crudelis, (quid enim in ra-  
les homines crudele fieri potest?) sed alie-  
na à Repub. uidetur. Nam profectò aut  
metus, aut iniuria te subegit Syllane, con-  
sulem designatum, genus pœnæ nouum  
decernere. De timore iuperuacaneũ est dif-  
ferere: cũ præsertim diligentia clarissimi  
uiri, Consulis, tanta præsidia sint in armis.  
De pœna possumus equidè dicere id quod  
res habet, in luctu atque miserijs mortem  
ærumnarum requiè nõ cruciatum esse, eã  
cuncta mortalium mala dissoluere: ultra  
neque curæ, neque gaudio locò esse. Sed  
per deos immortales, quam ob rem in sen-  
tentiam nõ addidisti, uti prius uerbis Roma-  
num in eos animaduertetur? An quia lex Por-  
cia uerat, aut aliæ leges? Item condemna-  
tis ciuibus nõ animam eripi, sed exilium  
permittere iubent: an quia grauius est uerbe-  
rari, quàm necari? Quid aut acerbum aut  
nimis graue est in homines tanti facinoris  
conuictos? Sin quia leuius est uerberari,  
quàm necari: ideo qui conuenit in mino-  
re negotio legem timere, cum eam in ma-  
iore neglexeris? At enim quis reprehedet  
id quod in parricidas Reipub. decretũ erit?  
Tempus, dies, fortuna, cuius libido genti-  
bus moderatur: illis merito accidet, qui  
quid eueniret. Cæterum uos Patres Con-  
scripti, quid in alios statuatis, considerare.  
Omnia mala exempla ex bonis rebus orta  
sunt: sed ubi imperium ad igna uos ciues,  
aut minus bonos peruenit, nouũ illud ex-  
emplum ab dignis & idoneis ad indignos &  
non idoneos transfertur. Lacedæmonij  
deuictis Atheniensibus triginta uiros im-  
posuere, qui Republicam eorum tracta-  
rent. Hi primò cõpère peissimum quem-  
que & omnibus inuisum indemnatum  
necare. Ealege populus lætari, & meridò  
dicere fieri. Post ubi paulatim licentia  
creuit, iuxta bonos & malos libidinosè  
interficere, cæteros metu terrere: ita ciui-  
tas seruitute oppressa, stultæ læticiæ gra-  
ues pœnas dedit. Nostra memoria uictor  
Sylla, cum Damaspum & alios eiusmo-  
di, qui malo Reipublicæ creuerant, iu-  
gulari iussit: quis non factum eius lau-  
dabat? homines scelestos & fastidiosos,  
qui seditionibus Republicam exagita-  
uerant, meridò necatos aiebant: sed ea res  
magnæ initium cladis fuit. Nam uti quis-  
quam aut domum, aut uillam, postremò  
uas aut uestimentum alicuius concupi-  
uerat, dabat operam, ut is in proscriptionũ  
numerò

Leges ue-  
tant, ciuens  
uerberari,  
aut necari.

Triginta ui-  
ri Athenien-  
sibus impo-  
siti.

Proscrip-  
tiones sub L.  
Sylla.

Lam maio-  
rum ab imi-  
tatione.

Lam maio-  
rum ab imi-  
tatione.

Senctia C.  
Cæsaris.

C

40  
Quantã pla-  
cui senten-  
tia C. Cæsaris.

Metus ami-  
corum Cice-  
ronis.

521 IN CONIVRAT. L. CATILINAE. 522  
A numero esset. Iam illi, quibus Damaspum  
mors læticia fuerat, paulò post ipsi traher-  
bantur. Neque prius finis iugulandi fuit,  
quàm Sylla omnes suos diuictis expleret.  
Atque ego hoc non in Marco Tullio, neq;  
his temporibus uero: sed in magna ciui-  
tate multa & uaria ingenia sunt. Potest al-  
io tempore, alio cõsule, cui item exercitus  
sit in manu, aliquid fallum pro uero crediti:  
ubi hoc exemplo per Senatum decretũ gladi-  
um consul eduxerit, quis finem statuet?  
aut quis moderabitur? Maiores nostri, Pa-  
tres Conscripti, neq; cõsiliij, neq; unquam  
audaciæ eguere: neq; illis iuperbia obsta-  
bat, quo minus aliena instituta (si modò  
proba erant) imitarentur. Arma atque tela  
militaria à Samnitibus, insignia magistra-  
tum ab Tulsis pleraq; iumplerunt: postre-  
mò, quod ubique apud socios aut hostes  
idoneum uidebatur, cum summo studio  
domi exequabantur: imitari quàm inuide-  
re bonis malebant. Sed eodem illo tem-  
pore maiores nostri Græciã morem imitati,  
uerberibus animaduertebant in ciues, de  
condemnatũ summum supplicium sume-  
bant. Posteaquam Respublica adoleuit, &  
multitudine ciuium factiones ualuere, cir-  
cumueniri innocentes, & alia huiusmodi  
fieri cõpère, tunc lex Porcia aliq; leges pa-  
ratae sunt: quibus legibus damnatis exiliũ  
permissum est. Hæc ergo causam P. C. quo  
minus nouum consiliũ capiamus, in pri-  
mis magnam puto. Profectò uirtus atq; sa-  
pietia maior in illis fuit, qui ex parujs opi-  
bus tantum imperium fecere, quàm in no-  
bis, qui ea bene parta uix retinemus. Pla-  
cet igitur eos dimitti, & augeri exercitum  
Catilinae: Minimè. Sed ita cõsulo, publican-  
das eorum pecunias, ipsos in uinculis per-  
municipia habendos, quæ maximè opibus  
ualent. Ne quis de his postea ad senatum  
referat, ne ue cum populo agat. Qui aliter  
fecerit, senatum existimare sciat, eum con-  
tra Reipub. & salutem omnium facturũ.  
Hac Cæsaris oratione tanta repente uo-  
luntatum mutatio facta est, tantusq; subi-  
tò calumniæ & crudelitatis timor est om-  
nibus injectus, ut D. Iunium, Syllanũ ma-  
ximè pœniteret, se illius sententiæ, quæ con-  
iuratis mortem decernebat, fuisse princi-  
pem: nec eum piguerit, postea sententiam  
suam (quia mutare turpe erat) interpreta-  
tione lenire, atq; in Tiberij Neronis senten-  
tiam se iturum. Et ut nonnulli alij, qui for-  
tiores in decernendo uideri malebant, ni-  
hil se de suis periculis cogitare diceret: sed  
ueriti, ne satis præsidij ad ea quæ statuisset,

L. CATILINAE. 522  
consul haberet. Sed maximè huius oratio-  
ne commoti sunt consules necessarii ac fa-  
miliares. Hi quanta in posterum cogitan-  
tes è plebe Romana in Ciceronem inuidia  
emanare posset, si Senatus sublata lege Por-  
cia, nobilissimos ciues in iussu populi nece-  
ret, in Cæsaris omnes sententiam inclina-  
bant, utq; salutis suæ prospiceret, consulem  
orabant: neq; interdum lacrymas tenere  
poterant: obtinuisseq; Cæsar, traductis a-  
deo ad se multis: & in his Q. Cicerone: nisi  
labentem ordinem prouidentissima confir-  
masset Consul & Cæronis oratio. Erat au-  
tem consul natura mitis ac misericors: sed  
nisi seueritas tunc susciperetur, in maximũ  
uidebat Respublicam adduci periculum.  
Etenim si molliuigent, maiores arbi-  
trabatur coniuratis animos ac maiores spi-  
ritus futuros: & aliquos interim in urbe  
posse oriri motus. Sin autè in illos qui ca-  
pti erant, fuissent uehementes, fore prospi-  
ciebat, ut omnes cõiuratorum copias, om-  
nes spes, omnes opes, his depulsis urbis per-  
iculis, subitò conciderent. Et huiusmodi  
magis cum periculo capitis sui fieri intelligen-  
ret, ramen ita sibi Respublica chara erat, ut  
communem salutem uitæ suæ antepone-  
ret. Cum igitur senatum in Cæsaris senten-  
tiam inclinantem uideret, cupiens laben-  
tem ordinem fulcire, surrexit, & huiusmo-  
di orationem habuit.

ORATIO CONSULIS AD-  
uersus Coniuratos.

V Ideo P. C. in me omnium uestrum ora-  
atque oculos esse conuersos: uideo uos  
non solum de uestro ac R. P. uerum etiam,  
si id depullum sit, de meo periculo esse sol-  
licitos. Est mihi iucunda in malis, & grata  
in dolore, uestra erga me uoluntas: sed eam  
per deos immortales quæso deponite, atq;  
obliti salutis meæ, de uobis ac liberis ue-  
stris cogitate. Mihi si hæc conditio consu-  
latus data est, ut omnes acerbitates, om-  
nes dolores cruciatuq; perferrem, feram  
non solum fortiter, sed etiã libenter: dum-  
modo meis laboribus uobis P. Q. R. P. C.  
dignitas salusq; parietur. Ego sum ille con-  
sul, P. C. cui non forum, in quo omnis æ-  
quitas continetur: non campus, consulari  
bus auspicijs consecratus: non curia, sum-  
mum auxilium omnium gentium: non  
domus, commune per fugium: non lectus,  
ad quietem datus: non denique hæc se-  
des honoris, sella curulis, unquam ua-  
cua mortis periculo atque infidijs fuit. E-  
go multa tacui, multa pertuli, multa con-  
celsi, multa meo quodam dolore in uestrò  
timorè

Pietas Ciceronis  
erga Rempublicam.

Hæc oratio quæ  
ta habetur in  
Catilinam inter  
orationes Cice-  
ronis.  
Beneuolentia sa-  
natum in Cicerone.

Pericula Ciceronis.





L. Caesaris seu-  
ritus.

uir fortissimus & amantissimus R. P. cru-  
delior nudius tertius est uisus, cum fororis  
suae, foemina electissima uirum, praesentem  
se & audientem, uita priuadum esse dixit.  
Cum Flaccu iustu Cos. interfectu, filiumq;  
eius impuberem ligatu a Pr. missum in car-  
cerem necadam esse dixit. Quorum quid  
simile fuit factum? quod initum delenda  
Reip. consilium? largitionis uoluntas tum  
in Repub. uersata est, & partium quaedam  
contentio. Atq; illo tempore huius auus  
Lentuli, clarissimus uir, armatus Gracchu  
est persecutus. Ille graue tum uulnus acce-  
pit, ne quid de summa dignitate R. P. mi-  
nueretur. Hic ad euertenda fundameta R. P.  
Gallos arcessiuit, seruitia concitauit, Ca-  
tilinam euocauit, attribuit nos Cethego,  
caeteros ciues interficiendos Gabinio, ur-  
bem inflammadam Caisio, totam Italiam  
uastandam deripendamq; Catilinae. Ve-  
reamini censeo, ne in hoc scelere tam im-  
mani ac nefario nimis aliquid seuerè sta-  
ruisse uideamini: cum multo magis sit ue-  
rendum, ne remissione penè crudeles ma-  
gis in patria, quam ne seueritate animad-  
uersionis nimis uehementer in acerbis-  
simos hostes uideamur. Sed quae ex audio,  
Patres Conscripti, dissimulare non pos-  
sum. iactantur enim uoces, quae pertueni-  
unt ad aures meas, eoru qui uereri uidentur,  
ut habeam satis praesidij ad ea quae uos  
statueritis hodierno die transigenda. Om-  
nia prouisa, parata & constituta sunt, P. C.  
cum mea summa cura atq; diligentia, tum  
multo etiam maiore P. R. ad summum im-  
perium retinendum, & ad communes for-  
tunas conseruandas, uoluntate. Omnes  
assunt omnium ordinum homines, deni-  
que omnium aetatum, plenum est forum,  
pleni aditus huius loci ac templi. Causa e-  
nim est post Urbem conditam haec inuen-  
ta sola, in qua omnes sentirent unum at-  
que idem: praeter eos qui cum sibi uide-  
ret esse pereundum, cum omnibus potius,  
quam soli perire uoluerunt. Hocse ego ho-  
mines excipio & secerno libenter. Neque  
enim improborum ciuium, sed iam acer-  
bissimorum hostium numero habendos  
puto. Caeteri uero, dii immortales, qua fre-  
quentia, quo studio, qua uirtute, ad com-  
munem dignitatem salutemq; sentiunt?  
Quid ego hic Equites Rom. commemo-  
rem, qui uobis ita summa ordinis consilijq;  
cedunt, ut nobiscum de amore Repub.  
certent? Quos ex multorum armorum dis-  
ensione huius ordinis, ad societatem con-  
cordiamq; reuocatos, hodiernus dies uo-

Praesidia a Cice-  
rone constituta.

Pop. Romani co-  
sensu.

Equites Rom.

biscum atq; causa coniungit. Quam con-  
iunctionem, si in consulatu confirmaram  
meo, perpetuam in R. P. tenerimus, con-  
firmo uobis, post hac malum ciuile ac do-  
mesticum ad nullam R. P. esse uenturum  
parte. Pari studio defendendq; R. P. conue-  
nisse uideo tribunos aetarios, fortissimos  
uiros: scribas item uniuersos, quos cum  
casu hic dies ad aetarium frequentes aduo-  
cauit, uideo ab expectatione huius sortis  
ad cominuncm salutem esse conuersos: om-  
nis ingenuorum adest etiam multitudo te-  
nuissimorum. Quis est enim, cui hec tem-  
pla, aspectus urbis, possessio libertatis, lux  
denique hec ipsa, & hoc commune patriae  
solum, cum sit charum, tum uero dulce at-  
que iucundum? Operae precium est, P. C.  
libertinorum hominum studia cognosce-  
re, qui fortunam ciuitatis consecuti, hanc  
uere suam patriam esse iudicat. Quam qui-  
dam hinc nati & summo nati loco, non pa-  
triam suam, sed urbem hostium esse iudica-  
uerunt. Sed quid ego hos homines ordi-  
nesque commemorarem: quos priuatae for-  
tunae, quos communis R. P. quos denique  
libertas, ea quae dulcissima est, ad salutem  
patriae defendendam excitauit? Seruus est  
nemo, qui modò tolerabili conditone sit  
seruitutis, qui non audaciam ciuium per-  
horrescat, qui non obstare cupiat, qui non  
tantum, quantum audet, & quantum po-  
test, conferat ad comunem salutis uolun-  
tatem. Quare si quem uestrum forte com-  
mouet hoc, quod auditum est, lenonem  
quendam Lentuli cocursare circum taber-  
nas, precio sperantem sollicitare posse ani-  
mos egentium atq; imperitoru. Est id qui-  
dem ceptum atq; tentatum, sed nulli sunt  
inuenti, tam aut fortuna miseri, aut uolun-  
tate perditu, qui non ipsum illum, sellae at-  
que operis & quaestus quotidiani locum,  
qui non cubile ad lectulum suum, qui deni-  
q; non cursum huc ociosum uite suae sal-  
uum esse uelit. Multo uero maxima pars  
eorum qui in tabernis sunt: nisi uero (ide-  
m) potius est dicendum) genus hoc uni-  
uersum, amicissimum est ocio. Etenim om-  
ne eoru instrumentum, omnis opera ac que-  
stus, frequentera sustinetur, alicui ocio.  
Quoru siquestus oclusus tabernis minui solet,  
quid tandem in census futurum est? Que cu-  
ita sint, P. C. uobis P. R. praesidia no desunt.  
Vos ne R. P. deesse uideamini, prouidete:  
habetis consulem ex plurimis periculis &  
insidijs, atque ex media morte, non ad ui-  
tam suam, sed ad salutem uestram reserua-  
tum, omnes ordines ad conseruandam R.  
P. men.

Tribuni, e-  
uery & sci-  
bae.

Libertini.

Serui.

Nihil timen-  
dum a leno-  
ne Lentuli.

529  
A  
patrie bo-  
na

IN CONIVRAT.  
P. mente, uoluntate, studio, uirtute, uoce  
colentur. Oblecta facibus & telis impiae  
coniurationis, uobis supplex manus ten-  
dit, patria communis. Vobis uitam om-  
nium ciuium, uobis arcem & Capitolium,  
uobis aras, penates, uobis illum ignem Ve-  
stae perpetuu ac sempiternum, uobis om-  
nia templa deorum atque delubra, uobis  
muros atque urbis tecta commendat. Pre-  
terea de uestra uita, de coniugum uestra-  
rum ac liberorum anima, de fortunis om-  
nium, de sedibus, de focis uestris, hodie-  
rno die iudicadam est. Habetis ducem, me-  
morem uestri, oblitum sui: quae non sem-  
per facultas datur, ut sui oblitus, alij me-  
moretur. Habetis omnes ordines, omnes  
homines, uniuersam Remp. (id quod in ci-  
uili causa hodierno die primu uidemus)  
unum atq; idem sentientem. Cogitate, quan-  
ta uirtute stabilitam libertatem, quata deo-  
ru benignitate auctas exaggeratasq; fortu-  
nas, nox una penè delerit. Id ne unquam  
post hac, non modò confici, sed ne cogitari  
quidem possit, uobis hodierno die prou-  
idendum est. Atque hec non ut uos, qui mi-  
hi studio penè praecurritis, excitarem, locu-  
tus sum: sed ut mea uox (quae debet esse in  
Repub. princeps) officio functa consulari  
uideretur. Nunc antequam ad sententiam  
redeo, de me pauca dicam. Ego quanta ma-  
nus est coniuratio (quam uidetis esse  
permagnam) tantam me inimicorum mul-  
titudinem suscepisse uideo: sed eam esse in-  
dico turpem & infirmam, contemptam &  
abiectam. Quod si aliquando, alicuius furo-  
re & scelere concitata manus ista plus ua-  
luerit, eorum uestra ac Reipub. dignitas, me  
tamen quom factorum atq; consilioru P.  
C. nunquam poenitebit. Etenim mors, qua  
illi mihi forasse minantur, omnibus est  
parata. Vita tantam laudē, quanta uos me  
uestris decretis honestatis, nemo est asse-  
cutus. Caeteris enim semper bene geste, mi-  
hi uni conseruatae. R. P. gratulationem de-  
creuistis. Sit Scipio clarus ille, cuius consi-  
lio atq; uirtute Hannibal in Africam redi-  
re, atque ex Italia decedere coactus est. Or-  
netur eximia laude Africanus, qui duas ur-  
bes, huic imperio in festissimas, Cathaginē  
Numantiamq; deleruit. Habeatur uir egre-  
gus L. Paulus ille, cuius curru rex poten-  
tissimus quondam & nobilissimus Perles  
honestauit. Sit aeterna gloria Marius, qui  
bis Italia oblidione & metu seruitutis libe-  
rauit. Anteponatur omnibus Pompeius,  
cuius res gestae atque uirtutes, iisdem qui

Consul me-  
mor alioru,  
sui oblitus.

Quantu glo-  
riam conse-  
quutus est Ci-  
cero.

Viri clarissi-  
mi a rebns  
gestis.

L. CATILINAE. 530  
bus solis cursus, regionibus ac terminis  
continctur. Erit profecto inter horum lau-  
des aliquid loci nostrae glorię nisi fortis ma-  
ius est, patefacere nobis prouincias, quo  
exire possimus, quam curare, ut etiam illi  
qui absunt, habeant quod uictores reuertan-  
tur. Quanquam inest in uno loco condi-  
tio melior externae uictoriae quam dome-  
sticę, quod hostes alienigenae aut oppres-  
si seruiunt, aut recepti beneficio se obliga-  
tos putant. Qui autē ex numero ciuium,  
dementia aliqua deprauati, hostes patriae  
semel esse coeperunt: eos cum a pernicie Re-  
publicę repuleris, neque ui coercere, neq;  
beneficio placare possis. Quare mihi cum  
perditis ciuibs aeternum bellum suscepu  
esse uideo: quod ego uestro bonorumque  
omnium auxilio, memoriaque tantorum  
periculorum, quae non modò in hoc po-  
pulo, qui seruatus est: sed in omnium gen-  
tium sermonibus ac mentibus semper he-  
rebit, a me atque a meis facile propullari  
posse confido. Neque ulla profecto tanta  
uis reperietur, quae cõiunctionem uestram  
equitumque Romanoru & tantam conspi-  
rationem bonorum omnium perfringere  
& labefactare possit. Quae cum ita sint, Pa-  
tres conscripti, pro imperio, pro exercitu,  
pro prouincia, quam neglexi, pro trium-  
pho, caeterisq; laudis insignibus, quae sunt  
a me propter urbem uestram, uestraeque sa-  
lutis custodia repudiata, pro clietibus, pro  
prouincialibus, pro hospitio officij (quae  
tamen urbanis opibus non minore labore  
tueor, quam paro) pro his igitur omnibus  
rebus, & pro meis in uos singularibus stu-  
dijs, proq; hac quam prospicitis ad conser-  
uandam Republicam diligentia: nihil a  
uobis, nisi huius temporis totius mei con-  
sulatus memoriam, postulo. Quae dum e-  
rit uestris mentibus infixata, firmissimo me  
muro septum esse arbitror. Quod si meam  
spem uis improborum fefellerit atq; supe-  
rauerit, commendo uobis paruum meum  
filium: cui profecto satis erit praesidij, non  
solum ad salutem, sed ad dignitate: si eius,  
qui haec omnia suo solius periculo conser-  
uauerit, illum esse filium memineritis. Qua  
propter de summa salute uestra, Patres con-  
scripti, de uestris coniugibus ac liberis, de  
aris ac focis, de fanis ac templis, de totius  
urbis tectis ac sedibus, de imperio, de liber-  
tate, de salute Italię, deque uniuersa Repu-  
blica decernite diligenter (ut instituistis)  
ac fortiter. Habetis enim consulem, qui &  
parere uestris decretis non dubitet: & ea  
quae statueritis, quoad uiuet, defendere,  
L & per

Perpetuum odiu  
hostis domesti.

Merita Ciceronis.

Commendat sc-  
natu paruun  
filium.

Cõclusio de sum-  
ma rerum.

& per se ipsum præstare possit. Consul po-  
steaquam dicendi finem fecit, uertens se  
ad M. Catonem, quem amantissimum patri-  
æ, maximi animi, summi consilij, singu-  
laris constantiæ cognouerat, rogat ut sen-  
tentiam diceret. Tunc M. Cato confurgens,  
in hunc modum disseruit.

ORATIO M. CATO-  
nis, ex Salustio tran-  
scripta.

Lingè mihi aliena mens est, Patres con-  
scripti, cum res atq; pericula uestra con-  
sidero, & sententias nonnullorum mecum  
ipse reputo. Illi mihi disseruisse uidentur  
de pœna eorum qui patriæ, parentibus, a-  
ris atque focis, socijs que suis bellum pa-  
rauerunt. Res autem monet, cauere ab illis  
magis, quàm quid in illos statuamus con-  
sultare. Nam cætera malefacta tum perse-  
quere, ubi facta sunt: hic nisi prouideris,  
ne accidat: ubi euenerit, frustra iudicium  
implores. Capta urbe, nihil reliqui sit ui-  
ctis. Sed per deos immortales, uos ego ap-  
pello, qui semper domos, uillas, signa, ta-  
bula uestras pluris quàm Rempublicam  
fecistis: si ista cuiuscunque modi sint, quæ  
amplexamini retinere, si uoluptatibus ue-  
stris otium præbere uultis, expergiscimi-  
ni aliquando, & cape site Rempublicam.  
Non nunc agitur de uestigalibus, non de  
fociorum iniurijs: libertas & anima uestra  
in dubio est. Sæpe numero Patres conscri-  
pti multa uerba in hoc ordine feci, sæpe de  
luxuria atque auaricia nostrorum ciuium  
questus sum: multosq; mortales ob eam  
causam aduersos habeo, qui mihi atq; ani-  
mo meo nullius unquam delicti gratiam  
fecissent, hand facile alterius libidini ma-  
lefacta condonabam. Sed tametsi uos par-  
uipendebatis, tamen Respublica firma ce-  
rat: opulentiã negligentia tolerabat. Nunc  
uerò id non agitur, bonis ne, an malis mo-  
ribus uiuamus: neq; quantum, aut quàm  
magnificum imperiũ populi Romani sit:  
sed hæc cuiusque modi uidentur, sint no-  
stra, an nobiscum unã hostium futura sint:  
hic mihi quisquam mæfuetudinem & mi-  
sericordiã nominat? Iam pridem equidem  
nos uera rerum uocabula amissimus, quia  
bona aliena largiri liberalitas, malarum re-  
rum audaciã fortitudo uocatur, eò Respu-  
blica in extremo sita est. Sint sanè, quoniã  
ita fe mores habent, liberales ex fociorum  
fortunis, sint misericordes in furibus æra-  
rij. Ne illis sanguinem nostrorum largian-  
tur: & dum paucis sceleratis parcunt, bo-  
nos perditum eant. Bene & compositè C.

Admonitio de  
periculis.

Reprehensio ui-  
torum Cato.

Vera rerum uo-  
cabula amissi-  
mus.

Cæsar paulò ante in hoc ordine, de uita & A  
morte disseruit: credo fallã existimans ea  
quæ de inferis memorantur: diuerso itine-  
re malos à bonis loca tetra, inculta, fœda  
atque formidolosa habere: itaque censuit  
pecunias eorum publicãdas, ipsos per mu-  
nicipia habendos in custodia: uidelicet tim-  
ens, ne si Romæ sint, aut à popularibus  
coniurationis, aut à multitudine con-  
ducta, per uim eripiantur. Quasi uerò mali at-  
que scelesti tantummodo in urbe, & non  
per totam Italiam sint: aut nõ ibi plus pos-  
set audaciã, ubi ad defendendum essent o-  
pes minores. Quare unum equidem hoc  
consilium est, si periculum ex illis meruit,  
si in tanto omnium metu solus non timeret:  
eo magis referet, me mihi atque uobis tim-  
ere. Quare cum de Publio Lentulo, cæ-  
teris que statuatis, pro certo habetote, uos  
simul de exercitu Catilinæ, & de omnibus  
coniuratis decernere. Quanto uos attentius  
ea ageritis, tanto illis animus infirmior  
erit. Si paululum uerò languere uos uide-  
rint modò, omnes iam fetoces aderunt. No-  
lite æstimare, maiores nostros armis Rem-  
publicam ex patua magnam fecisse: si ita  
res esset, multo pulcherrimam eam habe-  
remus: quippe sociorum atq; ciuium, præ-  
terea armorum atque equorum, maior cop-  
ia nobis, quàm illis est. Sed alia fuere, que  
illos magnos facere, quæ nobis nulla sunt,  
domi industria, foris iustum imperium, ani-  
mus in consulendo liber, neque delictò, ne-  
que libidini obnoxius. Pro his nos habemus  
luxuriam atq; auariciã, publicè ege-  
statem, priuatiũ opulentiam: laudamus di-  
uitias, sequimur inertiam: inter bonos &  
malos discrimen nullum est. Omnia uirtu-  
tis præmia ambitio possidet: neq; mirum  
est, ubi uos separatim sibi quisq; consilium  
capitis, ubi domi uoluptatibus, hic pecu-  
niæ aut gratiã seruitis. Eo fit, ut impetus  
fiat in uacuum Rempublicam. Sed ego hæc  
omittò. Coniurauerunt nobilissimi ciues, pa-  
triam incendere, Gallorum gentem, infe-  
stissimam nomini Romano, ad bellum ac-  
cessuerunt. Dux hostium cum exercitu su-  
pra caput est: uos cunctamini etiam nunc  
& dubitatis, quid intra mœnia deprehen-  
sis hostibus statuatis? Misereamini cæseo,  
deliquere, homines, iuuenes, adolescentu-  
li per ambitionem, atque etiam arma-  
tos dimittamus. Vereor, ne ista uobis man-  
suetudo & misericordiã, si illi arma ce-  
perint, in miseriam cõuertatur. Scilicet ipsa  
res aspera est, sed uos non timetis eam, im-  
modò uerò maximè: sed inertia atq; mollicitia  
animi,

Contra sen-  
tentiam C.  
Cæsaris.

Non tepidè  
agendum.

Virius mai-  
rum.

Vitia præse-  
tium.

Reprehensio  
cunctiuium.

\* faciatis.

animi, alius alium expectantes, cunctami-  
ni: uidelicet dijs immortalibus cõfissi, qui  
hanc Rempublicam in maximis sepe peri-  
culis seruauerunt. Non uotis atq; supplicijs  
muliebribus auxilia deorum parantur: ui-  
gilando, agendo, bene cõsulendo, prospe-  
ra omnia cedunt. Vbi focordiæ atq; igna-  
uiq; te tradideris, nequicquam deos implo-  
res, irati infestiq; sunt. Apud nostros ma-  
iores, Aulus Mælius Torquatus bello Gal-  
lico filium suum, quoddam cõtra imperium  
in hostem pugnauerat, necari iussit. Atq;  
ille egregius adolefcentis immoderate for-  
titudinis morte pœnas dedit. Vos de cru-  
delissimis patricibus quid statuatis cõsta-  
mini? uidelicet cetera uita eorum huic sce-  
leri obstat. Verum parcite dignitati Len-  
tuli, si ipse pudicitia, si famæ luæ, si dijs at-  
que hominibus unquam ullis pepercit.  
Ignoscite Cethegi adolefcentiæ, nisi iterũ  
iam patriæ bellum intulit. Nam quid ego  
de Gabinio, Statilio, Ceparo loquar? qui  
bus si quicquam pensi fuisset unquam, nõ  
ea cõsilia de Republica habuissent. Postre-  
mò Patres conscripti, si meherclè peccato  
locus esset, facile paterer uos corrigi ipsa  
re, quoniam uerba mea contemnitis. Sed  
undiq; circumuenti sumus: Catilina cum  
exercitu in faucibus urget Italiq; intra mœ-  
nia, in sinu urbis sunt hostes, neq; parari,  
neq; consuli quicquã potest occultè: quo  
magis properandum est. Quare ita censeo  
ego, cum nefario consilio sceleratorum ci-  
uium Respublica in maxima pericula ue-  
nerit, ijq; indicio Vulturcij & legatorum  
Allobrogum conuicti confessiq; sint, cæ-  
dem, incendia, aliãq; se fœda atque crude-  
lia facinora in ciues patriãq; parauisse:  
de confessis, sicut de manifestis rerum ca-  
pitalium, more maiorum sumendum sup-  
plicium.

Exemplum  
seueritatis.

Properan-  
di, ut inter-  
ficiantur cõ-  
iuratores.

C

43  
Scientia Ca-  
tonis appro-  
bata.  
C. Cæsaris  
periculum.

obiecta, eum protexisse traditur. Ad hæc  
Cicero quoq; illos increpans, à Cæsaris ne-  
ce deterruit. Ferunt cum inter Cæsarem &  
Catonem de reorum pœna esset conten-  
tio, euenisse rem auditu fœdam. Seruilia  
namque Catonis soror, Cæsaris amore sa-  
uo faucia, quasdam literas amatoris scri-  
pras, cuidam parum prudèri ad illum per-  
ferendas dedit: huic ad Cæsaris domum  
uenienti, cum ianitor Cæsarem in senatu  
esse dixisset, confestim ille homo rudis in  
senatum uenit, Cæsariq; epistolam tradi-  
dit. Quam cum Cato uidisset, clamare ce-  
pit, coniuratorum illas esse literas, eas que  
palam recitari debere contendebat. Tum  
Cæsar ueritus, ne publicè legerentur, eas  
Catonem porrexit. Quas cum Cato legisset,  
in Cæsarem reiecit, & illum natura sobriũ,  
ebrium in senatu uocauit. Habent hoc a-  
more, & hæc quæ delicia uocantur, ut ni-  
rum sæpe clarissimum faciant in aliquam  
turpitudinis incurere maculam.  
Sed paulo post accidit res, quæ Cæsa-  
ris mœtem magis perturbauit. Nam apud  
Nouiũ quæstorem à L. Vedio factus est  
reus coniurationis, & magnam illi Q. Cu-  
rius confluera inuidiam, quòd illum in  
senatu participem cõiurationis nominaf-  
set. Veditus Catilinæ chirographum pol-  
licebatur, Curius id se à Catilina compe-  
rissè dicebat. Cæsar grauitè ferens, se hac  
tanta turpitudinis labe aspergi, sui expur-  
gandi causa in senatum uenit. Diutius au-  
tem solito sedente senatu, sit ad curiam in-  
gens infimæ plebis concursus atq; impe-  
tus. Homines enim turbulenti, qui de Cæ-  
sare senatum aliquid durius decernere ar-  
bitrarentur, incensi illius amore, & pericu-  
lo commoti, clamores attollere cœperunt,  
Cæsarem q; ut dimitteret, senatũ seditione  
flagitare. Tum M. Cato, ut Cæsari materiã  
seditionis subtraheret, senatũ persuasit,  
ut magni plebi Romano frumenti nume-  
rum diuideret. Quã quidè largitione per-  
fectum est, ut tenuiorũ animi mirificè Ca-  
toni & uniuerso senatu reconciliarentur.  
Odit parcos uulgus, largos liberalesq; di-  
ligit: amat munificentiam, ducitur epulis:  
mouetur ludis, flectitur donis: & largitio-  
ne cæcantur mentes hominum. Cæsar de-  
inde concionem habuit, in qua concione  
docuit, non modò se inter coniuratos nõ  
fuisse, sed quædam etiam de coniuratione  
cõsuli indicasse. Cumq; ad hoc Ciceronis  
testimonium implorasset, Cicero eum ab  
hac sceleris suspitione purgauit. Consul  
hoc ita fecit, siue quòd de Cæsare nihil cõ-  
pertum

Amatorie lite-  
re ad Cæsarem.

44  
C. Cæsaris à Ve-  
dio de coniura-  
tione accusatus.

Plebs largitioni-  
bus delinuitur.

Purgatio  
Cæsaris.

pertum haberet, siue quodd potius conuicendum putabat. Nam in Cæsare & Crasum, et si manifestè cõuinci potuissent, tamen animaduerti nõ poterat: cum eorum alter ingentibus opibus, alter populari fauore munitus esset. At postea Cæsar uehemèter in L. Vestium inuestus, cum illum in concione asperrimis uerbis lacerasset, cum postea, direpta supellectili, & pignoribus captis, grauiter multauit: & Nouiũ quæstorem detrusit in carcerè, quodd præto-rem passus esset apud se postulari, maiore imperio præditum. Nam magistratus superiores non possunt per inferiores, aut qui pari imperio sunt, cogi. Nec his cõten- tus Cæsar, perfecit, ne Curio præmia darè- tur, quæ ei (quoniam primus coniuuratione detexerat) decreta erant amplissima. Sed ut eò reuertar, unde discedere mihi, pro- pter Cæsaris mentionem, necesse fuit.

Uitio Cæsaris in Vestium et Nouium.

45 Supplicium de coniuurationis summum.

Erant tunc Nonæ Decembres, iamq; ad uesperascere incipiebat: cum post longam cõsultationem in senatu habitam, tãdem ex Catonis sententia senatus (ut diximus) supplicium de rebus sumendum statuisset. Consul igitur optimum factu iudicã, nõ- stem, quæ instabat, antecapere: ne quid di- rum aut fœdum eo spacio ab ijs ageretur, qui per uim illos eripere cogitabant: Cu- ria egreditur, comitante senatu, equitibus Romanis & iuuentute nobilium armata. Et inde ad aedes eorum profectus, à qui- bus rei seruabantur: primò Lentulum, qui in Lentuli Spintheris custodia erat, ex Pa- latio per uiam sacram, ac per medium fo- rum, ad carcerem duxit, & carnifici tradi- dit, iubens ut statim ei laqueo gulam fran- geret. Sed ne qua seditio oriretur, consul illos equites Romanos cõ securis, eductis gladijs, in cliuo Capitolino collocauerat. Hoc idem de Statilio, Cethego, Gabinio, ac Cepario factum est. Nam ad carcerè per prætores educti, omnes strangulati sunt. Posteaquam omnes necati fuerunt, cõsulè ut conatus, ac eorum spem qui per noctè aliquid moliri parabant, debilitaret: ac pre- cederet, ad multitudinem conuersus, ma- gna uoce, ut omnes exaudire possent, Vi- xerunt, inquit: hoc leniore uerbo illos in- teriisse significans. Hæc cum dixisset, nox iam aderat. Tum consul domũ uersus iter cepit, mirifico hominum comitatu, sum- maq; cum gratulatione P. R. quacumq; iter faciebat, per omnes urbis uicos lãpades, lychni, tede atq; faces lucebãt: è fenestris, ex ostijs effusi uiri atque mulieres, Cicero nem urbis conseruatores, custodè liber-

Vox Ciceronis, Vixerunt.

46 Laudes & gratie Ciceroni a.

tatis, Patrem patriæ appellabant, quodd ci- ues essent, quodd liberi, quodd uiueret, eius uirtuti acceptum ferentes. Hęc frequenta & pompa domũ usq; illum celebrauit. O- mitto hic ego postea totius Italię Igiticiã atq; gratulationem, honestissimas præcla- rissimasq; municipiorum & coloniarum laudationes relinquo: gratias prætereo, quæ tum M. Tullio, quæ L. Flacco & C. Promptio à bonis uiris sunt actę. Interea Cicero P. Sestium Capua literis accersitũ, cum illo exercitum quem tum se cum habebat, Antonium summa celeritate cõsequi iussit. His rebus gestis ciuitas, quæ omnis antea trepida erat, metul liberata est: & ual- dè reliqui coniuurationis impetus sunt re- tardati. Et eximiam quandã atq; immorta- lè togatus Cicero, in nã inuidiã, ac mul- torũ inimicitijs implicatã, gloria est conse- quutus. Totius enim libidinosa ac delica- tã iuuetutis, improborũq; omniũ in se o- dia cõtraxerat. Qui Ciceronẽ nõ solum ic- circo oderat, quodd eorũ imperus horribi- les, conatus quæ nefarios represserat: sed etiam, quodd nihil huiusmodi eo uiuo un- quã se perficere posse sperarent. Itaq; per- multi, in quibus etiã C. Cæsar, sed maxime L. Betitia, & Q. Metellus Nepos, Ciceronis res gestas reprehedere ac uexare cõeperũt.

Gloria Cice- ronis inuidia obnoxia.

Cum igitur pridie Kalen. Ianu. Cicero a- biens cõsulatu, uellet res quas in magistra- tu gesserat (ut mos erat) in concione dice- re, Q. Metellus Trib. pl. illi, ne diceret, pro- hibuit: indignum esse dicens facinus, ei, qui in alios animaduertisset in dicta cau- la, ad dicendum ipsi potestatem fieri oportere. Quę res tamen Ciceroni longè hono- rificentior fuit, quàm si illi concionem ha- bere permisisset. Nam cum Metellus ei tantummodò, ut iuraret, permitteret: Cice- ro iurauit, Rem publicam atq; illam urbẽ sua unius opera esse saluam. Cuius iustu- randum tale atq; tantũ, uniuersus P. R. una uoce & cõsensu approbauit, & illum uerè iurasse iurauit.

47 Cicero prohibitus dicere, per- missus est in- rare.

Hanc eius gloriam P. R. alia gloria cu- mulauit. Nam illo & eodè die populus eũ maximo honore, summa læticia atq; fre- quentia, è foro domum reduxit. Kal. uerò Ianu. ea magnitudine animi de Rep. locu- tus est, ut omnes intellexeret, ea quę in cõ- sulatu gesserat, uirtute, non casu esse ge- sta. Et Q. Metellũ, secũ de Rep. disputatẽ, fregit in senatu oratione plenissima gra- uitatis: ostenditq; ei Ciceronẽ, sibi cõ uiro for- tissimo, & ad dicendũ paratissimo futurũ esse certamẽ. Ex hoc ei aduersarij magis irritati,

A irritati, quodd illum in senatu principem uidebant, ad plebem confugerunt.

Rogatio de Gn. Pompeio.

Tum Metellus socio adiutore C. Cæsare ad populum rogationem tulit, ut Põp- ad urbem cum exercitu reuocaretur, eiq; R. P. committeretur: ut uideret, ne quid detrimenti caperet. Et uerbo quidem Põ- peius ad urbem uocabatur, ut Catilinam debellaret: re autem uera id agebatur, ut in Pompeij ditionem imperiumq; resp. decideret: & ut M. Tullij consularis au- thoritas, & senatoria illa ex ea re infringe- retur potentia, tãtiq; hominis successio- ne conseruata R. P. gloria minueretur.

49 Catonis preces ad Metellum.

Huius nephariæ promulgationis cõ in senatu mentio facta esset, surrexit M. Ca- to, petijt à Metello pro sua fide ac digni- tate pluribus uerbis, ut ab incepto desi- steret: obsecrans illum per sui patris mor- tui cinerem, per Numidicum illum Metel- lum, qui maluit de ciuitate dimoueri, quàm turpiter iurare: pẽ omnes Metel- los, præstantissimos ciues, qui seditionis hominibus semper resisterunt, qui sena- tus auctoritatem, bonorum consensum omnibus in rebus semper sequari fuerũt. Ostendebat autem, nihil opus esse ut Põ- peius ad urbem cum exercitu uocaretur: propterea quodd magnum exercitum Ca- ius Antonius, magnas etiã copias Q. Me- tellus Celer, illius frater, contra Catilinã comparassent, atque oppressis domesticis (à qb. fuerat magis cauedũ) ita cõiuratio ef- fer debilitata, ut nullã calamitatẽ ab impor- tuno illo gladiatore R. P. accipere possent.

B

50

Pertinacia Metelli.

Sed cõ Metellus neq; æquitate oratio- nis, neq; auctoritate M. Catonis mouere- tur: cumq; eum cæteri senatores neq; ro- gando, neq; monendõ, de addicta senten- tia mouere possent, sed omnia ille ui & ar- mis se acturum minitaretur: confestim Cato mutata oratione, conuicium ei mi- rificum fecit, & illum tanquam reum ac- cusauit, cum oratione plenissima grauita- tis, tum laudatione atq; approbatione cõ- sti tenatus: & ad extremum addit, nun- quam se uiuo passurum, ut ad urbem cum exercitu Pompeius reuertetur. Sed ad- ueniente rogationis die, cum Metellus & Cæsar prætor, tẽplũ Castoris de nocte arma- tis hominib. occupassent, ualde diffidere bo- ni cõeperunt, ne lex ferretur. Armati enim homines forũ & cõciões tenebãt. Er plebs urbana (quæ noua sēper uidere cupit) Me- tello ad legẽ promulgatã fauebat. Itaque permulti Catonẽ monebãt, ut salutaris suæ ratione haberet. Sed ille incredibili qua-

51 Dies rogatio nis.

da atq; inaudita magnitudine animi, gra- uitate, uirtute præditus (qui nõ sibi, sed se patriæ natũ putabat) periculose facere ma- luit, quàm præcipitanti R. P. nõ subuenire. Itaq; nõ modò sine ullis copijs ac manu, uerũm etiã cum paucis amicis manẽ de- scēdit in forũ, cunctis ad eò de uita eius uiri timentibus, ut nõnulli Catonis familia- res lachrymas non tenerent. Cumq; illũ neq; stertus assiduus uxoris suæ, fordesq; lugubres, neq; fororum lachrymæ, & suo- rum omnium mœror & squalor incredi- bilis, domi retinere potuissent: Cato igitur animo fortissimo, solum cum Munatio Thermo collega (nam cæteri ab ijs pro- hibebantur, qui aditus tẽplũ tenebãt) ue- nit in tẽplum. Sedebat in rostris Metel- lus, Metello proximus Cæsar: tum Cato, ut mutuum illorum intẽmperet sermo- nem, medium se inter eos coniecit, mul- tis plaudentibus, & illius magnitudinem animi admirantibus. Insignis tum fuit o- pera Catonis, præclara Thermi eius colle- gæ. Nam cum librarius Metelli rogationẽ à Catõ legere prohiberetur, Metellus eã ipse in manus assumẽs legere cõcepit. Sed cõfestim Cato legẽ ille manibus eripuit. Metello deinde uerba legis sine scripto re- ferenti, (eam enim memoriter complectebatur) Thermus ad illius os manus oppo- nens, uocem præcludit. Hæc cum Metel- lus grauiter ferret, operæ gladiatoresq; il- lius, signo dato, clamorẽ factis magnũ su- stulerũt, impetumq; facere cõeperunt. Eo metu iniecto, repẽtẽ magna querimonia omnis multitudo de foro discessit. Eie- ctus Cato de Rostris, & penè solus in fo- ro relicto, adhuc uoce & clamore pugnas, cõ à multis ferro & lapidib. appeteretur, subsidio L. Murenæ cõsulis seruat<sup>9</sup> est. Tũ Metell<sup>9</sup> se Catonẽ uicisse putans, armatos discedere iubet: & iterũ ad rostra reuersus, legẽ p̃mulgare cõcepit. Sed hi q; profugerãt redeũtes, mutata uolũtate, Metellũ clamo- rib. & cõuicij, & sibilis cõfestabãt: reuer- soq; Catoni plaudebãt ac fauebãt. Quã- ppter Metell<sup>9</sup> ualde p̃turbat<sup>9</sup> debilitatusq; cõ suis è foro discessit. Cato aut cõ P. R. stu- diũ multis uerbis laudasset, hortatusq; ef- fer illũ, ut legẽ resisteret, in cõbũ ad p̃nicie R. P. & ciuile bellũ excitãti, mirifica homi- nũ læticia sumã cõ gloria se domũ recepit.

Magnanimitas M. Catonis.

Cato rogationẽ legis prohibet.

Vis per armatos in foro.

Victor Cato per constantiã.

52 Q. Metellus & C. Cæsar a magistratu de- iecti.

Deinde cum in senatu multa uerba fa- cta essent de hac Metelli armatorũ excu- sione, de lapidationibus, atq; fuga bono- rũ, nõnulliq; aculei fuissent in C. Cæsare cõiecti, nõnullæ cõtumeliæ in Metellũ:

Senatus decreuit, ut Metellus tribunatu, Cæsar autem se prætura abdicaret: amboq; se ab administratione Reipub. abstineret. Nec his pœnis contentus senatus, cum etiam Metello ignominie notâ inurere uellet, contradixit M. Cato: & ne id faceret, senatum diffuasit. Valde tum à Po. Ro. laudata est illius mansuetudo, & consilium approbatum: quod ea que faciebat, queq; gerebat, nō odio alicuius, sed adductus amore Reipub. faciebat. Ita Metellus priuatus administratiōe Reipub. & à plebe relictus, in Asiâ proficisci statuit, quasi hæc omnia ad Gn. Pompeiū delaturus. Sed prius conaciones habuit, in quibus ille senatum contumeliose lædebat: aiebat, se regnum Ciceronis, tyrannidem Catonis perferre nō posse: uenturum tempus, quo P. R. uehementer pœniteret, quod Gn. Pom. clarissimum uirum tot iniurijs affecisset. Sed postea Pœpeius Catoni & M. Tullio non modo non succensuit, sed utriq; gratias egit. Quin immo (ut Cicero in secunda Philippica, & libro primo Officiorum refert) ut Pompeius primum decedens ex Syria, Ciceronem uidit, illum complexus & gratulans, multis audietibus dixit, frustra se tertium triumphum reportaturum fuisse, nisi Ciceronis in R. P. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Ac postea in cōcio ne quadam dixisse fertur, Rempublicâ Romanâ iustissimas municipio Arpinati gratias agere debere, quod ex eo duo sui conseruatores extitissent, C. Marius, & M. Cicerō: quorum alter eam à domesticis, alter eam ab externis liberasset periculis.

Metelli conciones.

Gn. Pompeius & M. Tullio gratias egit.

52 C. Cæsar cū laude restitutus.

Sed iam ad Cæsarem reuertor: qui contempro senatus grauiissimo decreto, cum diutius in magistratu perseveraret, Senatus quibusdam negocium dedit, ut illum per uim prohiberent. Vestem tum Cæsar mutauit, insignibusq; prætorijs abiectis, moestus se domi ineludit, tempestati cessurus. Hac re patefacta biduo post, cum ingens multitudo ad Cæsarem conuenisset, eiq; in restituenda illius dignitate, operam suam seditiosè polliceretur: Cæsar laudato approbatoq; illius studio, plebem ualde incitatum in patres, oratione (qua ipse clarus habebatur) sedauit. Que quidē modesta senatui (cuius iudiciū semper fuit, homines ab improbis conatibus metu uel pœna detertere, ad rectè factâ præmijis alliere) adeo placuit, ut Cæsari per principes ciuitatis gratias egerit, illumq; in curiam accitum, eiq; restituta prætura, laudibus amplissimis affecerit.

Plura me dicere parantem, Catilina, à quo iam multum digressi sumus, ad se reuocat. Qui dum eâ Romæ gerebantur (ut aliqui dixerunt) circiter iam uiginti milia hominum collegerat. Mea autem sententia maiorem ille impiorum manum aggregauerat. Sed ex his omnib. erat pars quarta militaribus armis instructa, reliqui uerò, non pro militari disciplina arma: sed illa ferè, quibus homines icinere uti solent, portabant. Is igitur Catilina copijs per montes asperos iter facere, sæpe mouere castra, & eadem uallo fossaq; fortissimè cingere, modo urbem, modo Galliam petere: hos obfidere montes, paulo post ad illos transgredi: nūc equo, nunc pedibus iter facere: item crebras uigilias ponere, eas ipse cū primis circumire, in operibus, in agmine multis adesse, milites omnes benigne appellare, monere, hortari: sæpius ipse humi requiescere, quo libentius laborem alij tolerarent. Postremò nunquā Antonio pugnandi potestatem facere, quod exercitū prolatādo, copiasq; augeter, magna quotidie ad illum confluere multitudine undique ex Italia perditorū hominū latronū que: qui spe prædandi, studio que bellandi, agriculturâ & quæstū quotidiana reliquerant. Et simul, quod turcius Catilina esse arbitrabatur, expectare tempus, quo focij Romę incepta perfecissent, & ad urbem accedere, quàm fortunam belli tentare. Iamq; patriæ signa inferre properabat, cum nuncius ad eum peruenit, qui illi Romæ patefactam esse conurationem, & de illis (quos supra commemorauimus) sumptum supplicij nunciat. Hoc igitur nuncio commotus Catilina, iter ab urbe (commutato consilio) ad Galliam transalpinam uertit, sperans Galorum gentem nomini Romano infestissimam, & nouis imperijs semper studentem, ad belli societatem facile posse impelli: cogitauit exteras nationes armatas ad urbem adducere, & exercitus conficere maximos. Augebatur eius spes, quod Allobroges, qui finibus Italię proximiores sunt, à quibusdam coniuratis magnis promissis sollicitabantur, & Galli non inuiti illos audiebant.

Qualis Catilina exercitus.

Labores Catilinae.

Cur pugnae deiecit.

Iter eius uisus Galliam.

C

At Q. Metellus prætor, qui in agro Piceno cū tribus legionib. præsidebat, de Catilinae itinere ex perfugis certior factus, castra celeriter promouit, & sub infimis montis radicibus, per que Catilina iter in Galliam facturus erat, castra trium legionum fecit, & cum magno equitatu, leuiq; armatura

54 Copia Q. Metelli Celeris.

armatura insidiaturus, locis idoneis consedit. Quod ubi Catilina, cum iam in agrū Pistoriensem peruenisset, cognouit, multis de causis non cunctandum amplius existimauit: quin cum Antonio quàm primum pugna decertaret. Quarum causa illa fuit iustissima, quod cum uideret à fronte cum tribus legionibus hostem Metellum adesse, à tergo Antonium cū magno exercitu, qui illum in fuga persequeretur: à lateribus montes, à quibus fuga salus peti prohiberetur, per facile factū arbitrabatur, posse aduersarios, uisj comeari in tercluso, sine ullo uulnere potiri uictoria, si expectaret, ut duo illi exercitus in medio illum clauderent. Et simul ueritus, ne cunctando exercitus dilaberetur. Nam multi ab illo post nuncium rei Romæ malè gestæ, per fugerant: plures etiam ad illum ire festinantes, retrò domum redierant. Accedebat huc, quod indies hostium numerus augebatur. Sollicitabatur etiam inopia rei frumentariæ, quod uisj undiq; clausis, comearus non facile supportari poterat. His igitur causis Catilina, & cum nullam neq; fugæ, neq; præsidij, nisi in prælio, spem uideret, fortunam tentare, & extremum auxilium experiri, decreuit. Quapropter aduocato consilio, omnium que ordinum ad id cōsiliū adhibitis militibus, habuit orationem: quæ quauis in Salustio inserta reperitur, tamen quia illa non tam propria Salustij, quàm Catilinae esse posset, iccirco eius exemplum infra scripsi. Nā tradit Iustinus, quod Pompeius Trogus, magnus historiarum scriptor, Liuium & Salustium reprehendit, quod multis in locis conaciones direptas, pro suis orationibus, eorum libris interposuerint. Itaq; illas orationes, quas Salustius in Catilinario posuit, in persona Cæsaris & Catonis, de coniatorum pœna, inuicem inter se altercantiū (quas nos quoq; huic nostro Operi interseruimus) eas ad uerbum fuisse Cæsaris & Catonis, auctore etiam Plutarcho, minime dubitandum est: qui scribit in uita Catonis, M. Ciceronem in senatu quosdam adhibuisse scriptores, qui celeritate scribendi facillime senatorum sententijs persequerentur: eoq; modo illam Catonis orationem fuisse seruata. Sed ista siue Salustij, (quod ego magis credo) siue Catilinae fuerit, iustis de causis illam hinc potius, quàm meam ponere uolui. Nunc igitur Catilinam ad pugnam milites hortantem, audiamus.

Causa, propter quam Catilina pugnae cupiebat.

Orationes C. Cæsaris, M. Catonis, & L. Catilinae.

55

Compertum habeo, milites, uerba uirtutem uiris non addere: neq; ex ignauo strenuum, neq; fortem ex timido exercitū, oratione imperatoris fieri: sed quantacuiusq; animo audacia natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quæ neque gloria, neque pericula excitant, neque quam hortere: timor animi auribus officit. Sed ego uos, quo pauca monerem, aduocauit, simul uti causam consilij mei aperirem. Scitis equidem, milites, focordia atque ignauia Lentuli quantam ipsi nobisq; cladem attulerit: quoq; modo, dum præsidia ex urbe opperior, in Galliam proficisci nequiterim. Nunc uerò quo in loco res nostræ sint, iuxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hostium duo: unus ab urbe, alter à Gallia obstant: diutius in his locis esse, si maximè animus ferat, frumentum atq; aliarum rerum egestas prohibet: quocumque ire placet, ferro iter aperendum est. Quapropter uos moneo, uti forti atq; parato animo sitis: & cum prælium inibitis, memineritis, uos diuitias, gloriam, decus, præterea libertatem atque patriam in dextris uestris portare. Si uicerimus, omnia nobis tuta erunt, comearus abunde, municipia atq; coloniæ patebunt. Si meruissimus, eadem illa aduersa fient: neque locus, neq; amicus quifquam teget, quem arma nō texerint. Præterea, milites, non eadem nobis & illis necessitudo impendit: nos pro patria, pro libertate, pro uita, pro uirtute certamus: illis superuacaneum est, pugnare pro potentia paucorū. Quo audacius aggredimini, memores pristinae uirtutis. Licuit uobis cū summa turpitudine in exilio ætatem agere: potuistis nonnulli Romæ amissis bonis alienasopes spectare: quia illa sœda atque intoleranda uiris uidebantur, hæc seque decreuistis. Si relinquere uultis, audacia opus est: nemo enim, nisi uictor, pro pace bellum mutauit. Nam in fuga salutem sperare, cū arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus auerteris, ea uera demetia est. Sæper in prælio ijs est maximum periculū, qui maximè timet: audacia pro muro habetur. Cū uos considero, milites, & cū facta uestra existimo, magna spes me uictorie tenet, animus, etas, uirtus uestra me hortatur: præterea necsistudo, que etiā timidios fortes facit. Nā multitudo hostiū ne circumuenire queat, prohibet angustie loci. Quod si uirtuti uestrę fortuna inuiderit, cauete ne inulti animam

Circumuenti à duobus exercitibus.

Salus in dextris postea.

Hortatur ad audaciam pugnantem.

mam amittatis: neu capti, sicut pecora, potius trucidemini, quam uirorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam uictoriam hostibus relinquatis.

Qualiter aciem instruxit Catilina.

Hæc cum dixisset, ex castris copias omnes educit, ac primum suum, deinde omnium è conspectu remouit equos: quo milites æquato omnium periculo, firmiori animo in prælium prodirent, & ne qua spes in fuga relinqueretur. Deinde aciem hoc modo instruxit: cõstituit in fronte cohortes octo, & in his unumquemque ex Centurionibus & militibus gregarijs clectum, & optimè armatum disponit. In media acie Syllanos milites: qui etsi erant pauci, propter uirtutem tamen, magnâ in eis Catilina spem uictorię habebat. Illos uerò, quib. ad pugnam, aut propter imperitiã rei bellicę, aut propter quod minus cõmodè armati erant, nõ multũ cõfidebat, in subsidio collocat: nõ speciè opinionẽq; pugnantium præbentes, hostib. terrori elisent. Atq; in sinistro cornu Fesulano quodam, in dextro C. Manlio præposito, ipse in media acie prope Aquilam altitit, quam fatalem ad perniciem R. P. fore putabat. Tali instructa acie Catilina paulò longius progreditur à suis munitiõibus, ut si uellet Antonius prælio contendere, ei potestas non deesset. Quod ubi Antonij exercitus conspexit, clamant occasionem negocij bene gerendi omittendam non esse, ad certamen descendit oportere. At Caius Antonius, etsi propter multitudinem suorum, hostiumque paucitatem, & ueterem bellicam gloriam, multis partibus se superiores existimaret: tamen nimium metuens cõmunem Martem, incertosq; belli euentus, prælio decertare uolebat. Dubitate igitur Antonio, atq; eorũ cupiditati resistente, sibiq; pugnare nõ placere clamante, subito illũ questor suus, P. Sestius uir fortis, orare atq; obsecrare cõpit, ne dubitaret signum dare: interdum etiam illum inculcare, q. magnas opportunitates prolato corrumperet. Victoria (inquit) nobis à dijs immortalib. portèditur. Sicut enim semp depoposcimus, animo sunt milites ad dimicadũ parati, nõ faciliè occasio nem postea reperiemus. Quòd si se Catilina in Galliã recipere poterit, nõ sine multo sanguine, & totius Italię uastitate, uictoriã adepti erimus. Multa alia eiufdẽ generis addès, tandè Antoniu in eã sententiã, ut cũ Catilina cõfugeret, traduxit. Quapropter Antonius permissio exercitu M. Petreio, uiro præstanti animo & uirtute,

P. Sestius exorat C. Antonium, ut pugnare sinat suos.

M. Petreius.

summaq; apud milites auctoritate, & mirifico in re militari usu: ipse quoniam ualitudine minus cõmoda utebatur, in castris permansit. Tunc M. Petreius ex castris producto exercitu, quanquam milites studio pugne ardentis uideret, eos tamen adhortari optimum factu iudicans, concionem aduocat, & milites his uerbis cohortatus est.

ORATIO M. PETREI LEGATI ad milites Populi Rom.

Esti minime oportere intelligebã, milites, uti uos in hac causa ad laudẽ adhortarer: propterea quòd nemo est tam ignarus rerũ, aut tam stultus, qui nõ intelligat; si hoc tẽpore (quod dii omnes auertant) Catilina uicerit, non modò crudelem superbamq; nobis dominationẽ, sed ignominiosam & flagitiosam esse ferendã: nec ullius supplicij acerbitatẽ recusandã. Nostis Catilinã immanitatẽ: scitis in eo nihil præter audaciã, superbiã, libidinẽ, petulantia, cõtumaciam. Nostis amicos, nostis genus eius totũ, uni uersum aleatorũ, ebriorũ, paricidarũ flagitiosorumq; omniũ. Vrbẽ ille latronibus suis diripiendã se daturũ promisit, fortunas nostras, uillas atq; domos, iam sibi diuiniunt, & inter se dispartiuunt. Neq; solũ illi fortunas nostras, sed irati etiam sanguinẽ concupiscunt. Nullus est eius ludus iucundior, quàm sanguinis effusio, quàm cruces, quàm uerbera, quàm ante oculos tormẽta ciuiũ. Et qui sanguinem humanũ solatiũ causa biberunt: cuius nũc sanguinẽ eos in tanta siti, atq; bonorũ odio, nõ haurire cõfietis? Quẽ igitur heres tã atroces, tã immanes nõ excitatũ, apud hũc cuiusquam pficiet aut ualebit oratio? Faciã tñ ego, milites, ut summi gubernatores solèt, qui nauẽ secũdis uetis celerẽ cursum tenentẽ, remis tñ impellũt. Et ut boni aurigę faciũt, qui quanquã equos currentes uident, eos tamen uoce & calcarib. urgent. Sic ego uos ardentẽ, & his rebus uehementer excitatos, ad libertatem defendendam cohortabor, & (ut dicitur) currentes incitabo. Quare percipite quæ: so diligenter quæ dicam, & ea penitus animis uestris mentibusq; mandate. Agitur nunc milites, non quam latè, aut quam magnifici Pop. R. fines futuri sint: sed ut quæ multis maiorum nostrorum laboribus, uictorijs, multis annis parata sunt, hodierno die gladijs nostris retineamus. Nõ estis nunc de gloria, de uectigalibus, aut pro sociorum iniurijs (pro quibus semper Pop. R. exercitus certare consueuit)

A

57

Vituperatio Catilinae.

B

Crudelitas sociorum Catilinae.

C

propter que pugnandum est.

sed

sed pro uestra R. P. dimicaturi, pro deorum immortalium templis, pro fortunis omnium, pro aris atque focis, pro coniugum uestrarum ac liberorum anima, pro libertate, pro salute denique totius orbis terrarum. Est nobis certamen cum immani tetraq; belua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur. A tergo, à frõte, à lateribus tenetur, premitur, urgetur. Si enim elapsa erit de manibus nostris, aduolabit repente ista pestis immanis in agros suburba: nos: uastabuntur tunc agri, diripientur uillae, testa urbis ardebunt, matres familiã, pueri ingenui arripientur, & militibus tradentur. Versabitur in curia timor, in foro cõiuratio, in campo exercitus: in omni aut sede ac loco ferrum atq; flamma dominabitur. Si unquã R. P. militum uirtutẽ, auxilium, fortitudinẽ implorauit, hoc inquam tempore implorat: quæ facibus & telis impie coniurationis obsessa, uobiscum sic agit, & quodam modo loquitur: Multa, quæ in libera ciuitate ferenda non essent, perpessa sum. Quod enim tempus unquã fuit, qui dies, quæ nox, cum non sit per istos scelus aliquod cõtra me admisiũ? Quæ cædes per hoc æ annos sine istis facta est: Quod faciuus, quod flagitiũ non per istos? Superiora illa, quanquã intolerabilia fuerũt, tamẽ ut potui, tuli. Nunc uerò me totam esse in metu, & in maximum discrimẽ adductam propter hunc unum, quis ferre possit? Itaque uos nunc, o fortissimi milites, rogo atque oro, ne me diuino consilio, & consulis prudentia, à Lentuli cæterorumq; intestinorum hostium infidijs ereptam, ab huius nefario latrociniõ opprimi patiãmini. Uobis ego præterea arcem, & Capitolium, uobis muros, penates, aras, sepulchra maiorum, leges, iura, libertatem commendo. Maiores uestri non solũ ut liberi essent, sed, ut imperarent, certabant. Vos uerò, ut huius impuri latronis deterrimũ crudelissimũq; dominatum fugiatis, quid tandem facere oportebit? Quapropter, o fortissimi milites, quoniam res est in discrimen adducta, aut libertatem propriam Romani generis & nominis uestri armis hodierno die retineatis, aut seruituti mortẽ antepõnatis. Illi enim, illi scelerati, quos in uictoria cecideritis, etiã apud inferos paricidij pœnas dabunt. Vestrũ uerò si qui extremum spiritum in acie effuderint, pro eritis sedem & locum consequuturi. Hæc uobiscum patria mea, nunc attendite. Cum multa & uaria, milites, impendent hominibus genera mortis: gauden-

Quantũ periculum imminet Catil.

Verba ipsius Resp. ad milites.

Pulcherrima mors pro patria.

dum potius nobis, quàm dolendum uideretur, si id genus, quod est pulcherrimum, scilicet pro patria uitam profudisse, nobis obtigisset: atque retenta mortẽ nostra fuisset ciuitatis libertas. Nam uita breuis est: cursus uerò glorię sempiternus. Cumq; omnibus sit definita mors, optandum esset, ut pro patria potissimum reddita esset. Etenim si non spiritu, at gloria sempiterna uiueremus. Nũc uerò quod morte esset repellendum, id nos sine cuiusq; nostrũ sanguine uitare possumus. Quod, quo melius intelligi possit, exponam uobis, milites, ex quibus hominũ generibus istæ præclarę Catilinę copię comparatę sunt. Atq; eas ex tribus hominum generibus cõfatas esse audio. Primum genus eorum est ex his colonis, quos Fesulis Sylla constituit. Hi largius suo usi, nouas tabulas à Catilina & locupletũ scriptio nes expectant. Meminerunt enim Syllanis temporibus, ex modicis repente fieri diuites. Hocce ego quamquam fortes uiros esse audio, eos tamẽ minime pertimescendos puto, quòd aut robur illud pristinum ocio & uoluptatibus erit sopitũ, aut si adhuc permanebit, uirtute uobis & numero pares esse non poterunt. Secundũ genus est eorũ ciuium (si ciues sunt potius quàm pecudes) qui dum bona nostra sperant, effuderunt sua. Hi obruti uino, cibo confecti, debilitati stupris, Consules se, aut Prætores, aut Tribunos expectant futuros. In hoc genere sunt illi, quibus Catilina stiparus Romę semper incedebat, quos à complexu suo nunquam dimittebat. Qui non equitando, non iaculando, aut bene armis utendo, non uigilando, non militarem laborem tolerando, eorum iuuetutem exercuere: sed pro his amare & amari, psallere, cantare, conuiuia facere, & alia ludere didicerunt. Quapropter hi ualde contemnendi sunt, propterea quòd nobis magis mala præcaturi sunt, quàm contra nos arma lauri. Tertium genus est uariũ, & ex multis hominum generibus mixtum. In hoc enim sunt omnes aleatores, adulteri, gladiatores, pastores, latrones, paricidæ: facinorosi denique omnes, atque totius Italię pestes. Hocce ego omnes huc conuenisse arbitror, ut hodie scelerum illorum pœnas iam multis annis debitas, luant. Atque ex omni hac copia uix pars quarta est militariibus armis instructa. Multitudo reliqua non scuta, non galeas, non pilas, non militaria arma: sed pro his spatros, lanceas, aut præacutas fudes habet. O

Triplex genus hominum in exercitu Catilinae.

Syllani milites.

Decores paucitimonij.

Facinorosi.

Quanta disparitas utriusq; exercitus.

M prælium

...magnopere perimendū, cum  
...homines cum armatis sint pugna  
...stultissimi cum prudentissimis, e-  
...cum sobrijs, inertes cum fortissimis,  
...dormientes cum uigilantibus. Cum de-  
...iniquitas, scelus, luxuria, egestas,  
...ignauia, temeritas, uitia omnia certaue-  
...runt cum æquitate, cum probitate, cum  
...temperantia, cum copia, cum fortitudi-  
...ne, cum prudentia, cum uirtutibus om-  
...nibus: in huiusmodi etiam pugna deos  
...ipso immortales nobis faustos propiti-  
...osq; sperare debemus. Quapropter nisi  
...feruire malumus, uictoria nobis certa est.  
...Quæ cum ita sint, milites, uos pro Rei-  
...pub. causa, qua nulla res cuiquam potior  
...esse debet, moneo, pro mea summa &  
...uobis cognita in re militari diligentia hor-  
...tor, pro magnitudine periculi obtestor,  
...ut omnia Reipub. subsidia, totum statum  
...ciuitatis, salutem omnium ciuium & li-  
...bertatem, in uestris gladijs, in hoc uno  
...certamine depositam esse & defixam pu-  
...retis. Aliæ nationes seruitutem pati pos-  
...sunt, Romani ferre non possunt. Aut uin-  
...camus igitur oportet, aut nos principes  
...orbis terrarum gentiumq; omnium cum  
...gloria potius moriamur, quam cum igno-  
...minia seruiamus.

58  
Petreius instruit  
aciem.

Hac habita oratione mirum in modum  
accensi sunt militum animi, tantaq; ala-  
critas cupiditasq; pugnandi omnibus in-  
nata est, ut uix signum expectarent. Petreius  
duplici acie instructa, ueteranis cohorti-  
bus in fronte, post eas reliquo exercitu  
in præsidijs collocato, atque rebus om-  
nibus diligenter exploratis, exposcenti-  
bus militibus, & studio pugne ardentibus,  
tuba signum dedit. Signo dato, ita acriter  
utrinque in hostes impetum fecerunt,  
ita repente celeriterque procurerunt, ut  
spaciam pila in hostes conijciendi non da-  
retur: reiectis pilis, cominus gladijs pu-  
gnant. Catilinarij in extrema spe salutis  
constituti, acriter instant: Veterani Petreij  
dictis incensi, & ueteri belli gloria impulsi,  
hostium impetum fortiter excipiunt.  
Pugnatu diu utrinque fortissimè & acerrimè:  
uehemens sit clamor, crepitusq; gla-  
diorum cum gemitu intermixtus. Indigna  
tio hos & belli gloria, illos necessitas &  
desperatio impellit.

59  
Strenuus bella-  
tor Catilina.

Catilina interim suis laborantibus au-  
xilia mittere, saucijs ac defatigatis inte-  
gros, recetioribusq; uiribus milites submi-  
nistrare: sæpè ferire hostem, ad præliū se-  
gniores hortari, fugietes reuocare, huc atq;

illud transcurrere, ita omnia diligentissi-  
mè providere: ut iudicari difficile esset, an  
strenuus miles potius, an optimus impera-  
tor esset. Sed uno atq; eodem tēpore, utri-  
usq; partibus fugebatur. Utinam in L. Ca-  
tilina mens talis fuisset ad gubernandam  
Rēp. quale corpus ad bellādū fuit: utināq;  
summam illius uim ingenij non in scelere  
cōsumpsisset: profectō pauci ciues melius  
quàm ille Rēp. administrassent. Sed cum il-  
lum immoderatus dominandū estus abfor-  
buisset, omnia illa ornāmēta, quæ in eo ma-  
xima fuerūt, hoc scelere obscurata sunt. Et  
dum L. Syllæ & C. Marij similis esse cupit,  
suorū maiorū inuentus est dissimilimus.  
Fuit enim Catilina (ut patre & auum omit-  
tam), nepos illius M. Sergij, cuius uirtutē  
tot bellicę laudes testatur. Quāquā ego nu-  
per quosdā legi, qui Catilinā ex Scipionū  
familia duxisse genus dicerent. Quo nihil  
potest dici imperitius. Sed iam ad pugna di-  
micationemq; reuertamur. Catilinæ igitur  
uirtute illata spe militibus, reintegrato a-  
nimo, cum uehementius pugnerent, An-  
tonij milites paulūm cessere. Quod ubi Pe-  
treius animaduertit, secundam acie labo-  
rantib. subsidio misit: ita cum recētes atq;  
integri defelsis ac uulneratis successisset,  
sustinere Catilinarij impetū nō potuerūt.  
Tum Fesulanus dum circūeundo militib.  
subuenit, interficitur. Manlius cum magna  
multitudine hostiū premeretur, fortissimè  
pugnans occiditur, cum maxima parte mi-  
litum. Catilina ubi rem esse in angusto  
uider, neque ullum esse subsidium, quod  
submitti posset, memor sui generis, & si-  
mul cogitans, quod mors honesta uitā sæ-  
pè turpē exornat: desperata salute, in con-  
fertissimas hostium copias processit: ibi  
multis interfecit, reliquos à se paulūm  
propellit, dum cupidius instat, ad hunc  
se postea omnis multitudine conuertit: illic  
uero pugnat acrius, cominusq; rem gerit.  
Tandem cum multitudine hostium pre-  
meretur, multis grauiusq; uulneribus  
acceptis, ut uix se sustinere posset, ingenti  
circum se edita strage, summa cum laude  
(sic pro Repub. cecidisset) occisus est. At  
ceteri hostes in extrema spe salutis, tan-  
tam uirtutem præstiterunt, ut cum primi  
eorum cecidissent, proximi iacentibus in-  
sisterent: atque eorum quem quisq; uiuus  
locum obrinuerat, mortuus tegebat: per-  
pauci fuga salutem petiere, quos nemo in-  
secutus, facile euaserunt.

Magna in  
Catilina or-  
namenta.

B  
Instauratio;  
pugnae

Catilina for-  
tissimè pu-  
gnans ceci-  
dit.

60  
Bellum cum  
Allobrogē.  
gestum.

contra Po. Ro. excitauerant: quod ego à  
Sallustio (qui hanc coniurationem scrip-  
psit) prætermisum esse miror. Ad horum  
igitur impetus reprimendos, missus est  
cum exercitu C. Pontinius is, qui prætor  
cum L. Flaco coniurationis indicia cepit:  
à quo sæpè cum illis prosperè pugnatum  
est. Et cum Allobroges magnis prælijs fre-  
gisset, Rēsp. metu liberata quietuit, nec ul-  
terius progrediendum existimauit. Nam  
semper Romani imperatores, usque ad id  
tempus, Gallos bello refusandos potius  
quàm laceffendos existimabant: neque ul-  
la alia gens restabat, quæ bellum Po. Ro.  
facere posse uideretur. Cætera omnia ma-  
gna ex parte unius Cn. Pomp. uirtute ter-  
ra mariq; tuta & pacata erant.

At Romæ facta sunt postea de coniura-  
tis multa & grauius iudicia. Damnatus est  
L. Vargunteius senator, P. Antronius, Ser-

61  
Romæ dan-  
nati reliqui  
coniuratores.

uius Sylla, Caius Cornelius, M. Lecca, M.  
Fuluius nobilior, compluresq; alij: per-  
multi tamen coniurationis participes eua-  
serunt. Nam cum Vrbs penè tota & Italia  
hoc scelere infecta esset, Senatus paucorū  
pena reliquorū mētes sanari posse arbitra-  
tus est. Sed illud silentio prætereundum  
non existimaui, quod quamuis leges in ca-  
put domini seruos torqueri prohiberent:  
tamen de hac scelerala cōiuratione, in do-  
minos de seruis quæsitum est, neque ini-  
uria. Statuerant enim prudentissimi ho-  
mines, ut qui se tanto scelere obstrinxis-  
sent, omni hominum atque legum auxi-  
lio nudos esse ac destitutos oportere. Sic  
bellum Catilinarium, post hominum me-  
moriam deterritum & periculosissimū,  
Cicerone togato, Antonio armato, duci-  
bus atque consulibus, sedatum atque re-  
stinctum est.

Questio de ser-  
uis in dominos.

CONIVRATIONIS CATILI-  
NARIÆ Finis.

DE SALLUSTIO IN CATILINÆ

historia quædam dissimulante, Corollarium.

R. IV. **M**ULTA de Cicerone Sallustius in historia Ca-  
tilinæ silētio prætermisit, eaq; cum primis, quæ  
præcipue ad eximiam & singularem Cicero-  
nis gloriam spectarent, consilione, ut qui eius esset inimicus,  
an uerò imprudens, haud facile dixerim. Eo tamen  
potius inclinatus animus, ut dedita opera Sallustium hæc de  
industriaq; omisisse credam, & illam historiam legem, ne  
qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simulatio, in  
his prætermittendis neglexisse, que nequaquam fuerint  
silentio prætereunda. Eorum hic aliqua subiicienda es-  
se duxi.

I. Primum igitur Ciceroni gratiæ sunt amplissimis  
uerbis actæ, quod uirtute, consilio, prudentia sua Remp.  
periculis maximis liberaasset: idq; sine caede, sine sanguine,  
sine exercitu, sine dimicatione, tanta pace, tanto ocio, tan-  
to silentio, ut ipsemet Cicero inquit s. Inuictus in Catili-  
linæ. De hoc uerbum nullum Sallustius.

II. Dein Pater patriæ est à Q. Catulo, ac M. Ca-  
tone frequentissimo senatu nominatus. nec de hoc Sallu-  
stius quicquam. Iuuenalis uerò,  
— Roma parentem  
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.  
Et in 7. Plinij Salus (inquit) primus omnium parens  
Patriæ appellatus, primus in toga triumphum, linguaq;  
lauream merite.

III. Preterea eius nomine decreta dijs immortalibus  
supplicatio est: qui honos ante Ciceronem togato cō-  
tigit nemini. Atq; hæc decreta uerbis est (ut ipsemet in-  
quit) quod urbem incendij, caede ciues, Italiam bello libe-  
rasset. Quæ supplicatio (inquit) si cum ceteris confe-  
ratur, hoc intersit, quod ceteræ de rep. bene gesta: hæc  
una conferata repub. constituta est. Ne huius quidem  
facta ab eo mentio.

III. Ad hæc L. Gellius ei ciuicam à repub. deberi  
dixit. Est hoc quorū silentio præteritum, ut cetera ple-  
raq; dum aduersarium Crispus debita commendatione  
defraudat. Sed audiamus, quid ipsemet Cicero in Pisonem  
de hoc atque alijs ad gloriam suam spectantibus: Me  
(inquit) Q. Catulus, princeps huius ordinis, & auctor  
publici consilij, frequentissimo senatu parentem patriæ  
nominauit. Mihi hic uir clarissimus, qui propter te sedet,  
L. Gellius bis aduentibus ciuicam coronam deberi à rep.  
dixit. Mihi togato senatus, non ut multis bene gestæ, sed  
ut nemini, conseruata reip. singulari genere supplicatio-  
nis deorum immortalium templa patefecit. Idem ad At-  
ticum: Cn. Pompeium confirmat in senatu non semel, sed  
sæpè, multis uerbis Ciceroni salutem imperij atque orbis  
terrarum adiudicasse.

V. Postremò statua eum inaurata Capuæ decurio-  
nes decorarunt, & patronum adoptarunt, propter salu-  
tem illius urbis consulo conseruatam: sicut ut ipsemet pro  
P. Sestio testatur. Sed & in Pisonem: Quorum Ca-  
puæ (inquit) te prætextatum nemo aspexit, qui non ge-  
meret desiderio mei, cuius consilio cum uniuersam remp.  
eum illam ipsam urbem meminerant esse seruata. Næ  
inaurata statua donarunt, me patronum unum asue-  
rant, à me se habere uitam, fortunas, liberos arbitrabantur.  
Hæc Cicero. Sed quid de hoc usquam Sallustius?  
Quasi uerò hæc & hoc genus alia non multo ad rem  
magis facerent, quam aut illa ueterum Romanorū laus,  
deq; corrupti seculi sui moribus querela: aut uerò tam  
libenter ac prolixè tributum Cæsari Catonij præconiū.  
Quorum ut uterque fuerit meritū laudandus, Cæsaris ta-  
men in laudibus, quam & ipse sit coniurationis credi-  
tus participes, tandem commorari, superuacaneum esse  
mihi uidetur, ne dicā præter decorum. Nam illa de oris  
M a gine

gine Urbis & corruptis populi Romani moribus, ini-  
ijisq; motuum civilium siue a proposito digressio, seu ue-  
rius altior repetitio, utcumque nominare libeat, nec alie-  
na profus ab historie argumento uideatur, & Lectori  
accidit non ingrata. Sed de hoc iam satis, modò unum  
addidero. Mirè Sallustius hoc dissimulat, Cæsarem fu-  
isse inter coniuratos habitum. qua de re tam multa in teo-  
rim Suetonium, cuius cum primis probatur in historia fi-  
des. Nam is in suspitione uenisse illum testatur, quasi  
conspiraret cum M. Crasso consulari, item P. Sylla &  
Antonino, post designationem consulatus ambitus con-  
demnatis. Cuius coniurationis meminerunt Tanusius

Geminus in historia, M. Bibulus in edictis, C. Curio pa-  
ter in Orationibus: de qua & Cicero in quadam ad Ata-  
ticum epistola significare uideatur. Sed & autores esse  
ait, qui cum Cn. etiam Pisonem conspirasse Cæsarem te-  
stentur. Nam fuisse inter socios Catilinae nominatum,  
& apud Nonium Nigrum questorem à L. Velleio indi-  
ce, & in Senatu à Q. Curio: quorum hic è Catilina se se  
cognouisse diceret, ille ebiographum quoque eius Ca-  
tilinae datum polliceretur, Suetonium ipse confirmat. quan-  
tumuis hoc dissimulare nosster studeat. Itaq; an hic nula  
la gratia in scribendo sit suspicio, aliorum  
estò iudicium.

## DE FAMILIA ET GENERE CA- tilinae, aliud Corollarium.

### QVO SIT GENERE NA- tus Catilina.

Non fuisse de gente Cornelia Catilinam (id quod  
& falsò Sallustij interpretis affirmat, & à Gymni-  
co perperam est in margine libri adnotatum) inter alia  
esse indicio potest, quòd P. Lentulus qui sine controuer-  
sia de hac gente fuit, non apud Sallustium modò, sed &  
apud M. Tullium, regnum Romae tribus Cornelij's por-  
tendi ex Testis Sibyllinis & aruspicum responso confir-  
met, in quibus antea Cinna Sullaq; fuerit, tertius ipse sit,  
cui fatum foret Urbis potiri. Quòd si Catilina de gente  
Cornelia fuit, cur P. Lentulus se tertium esse ait, ad què  
regnum Urbis atque imperium peruenire esset necesse?  
cur tibi de Catilina nihil, si de eadem gente fuit? Nos igitur  
è Sergiorum familia uetere atque illustri, quae ab Sera-  
gesto illo Troiano (cuius in Aeneid. 5. meminit Vergil.)  
nomen accepit, Catilinam fuisse dicimus. Atque huiusce  
rei testes habemus locupletes atq; idoneos C. Velleium Pa-  
terculum, C. Plinium Secundum, Ammianum Marcellini-  
um, C. Inlium Solinum, Papinianum iuriconsultum,  
Eutropium historicum. E recentioribus Raphaelem Vo-  
laterranum & Felicium Durantinum. Nam Velleius  
quidem Patere, quo loco Cicero meminit: Consul (inquit)  
Sergij Catilinae Lentulijq; & Cethegi, & aliorum utri-  
usque ordinis uiuorum coniurationem singulari uirtute,  
constantia, uigilia curaq; eripuit. Vides ne, ut Sergium

Catilinam dicat? Facit cum Velleio Plinius Secundus,  
qui libro Natural. hist. 7. cap. 28. de Fortitudine agens,  
& Sergiorum familia Catilinam fuisse obiter inuui. M.  
Sergio (inquit) nemo quengquam hominum iure prætu-  
lerit, licet pronepos Catilina gratiam nomini deroga-  
rit. Nec dissentit Ammianus Marcell. 25. Super his M.  
Sergium (inquit) qui uicis & ter uulneratus est in ua-  
rijs pugnis, ut feruit. cuius posteritatis uilium Catilina,  
clarus gloriarum adoresq; sempiternis maculis obumbra-  
uit. Habet eadè iisdè ferè uerbis cap. 4. Solinus. nam de  
M. Sergij fortitudine agens, inter alia ibidem: Beatus  
profectò (inquit) tot suffragijs gloriarum, nisi haeres in  
posteritatis eius successione Catilina, tantas eius adores  
laudum odio damnati nominis obumbrasset. Sed & Di-  
gest. 48. tit. 4. Papinianus: In questionibus (inquit)  
lesse maiestatis etiam mulieres audiuntur. & Coniura-  
tionem denique L. Sergij Catilinae Fulvia mulier detexit,  
& M. Tull. consulens iudicio suo instruxit. Eutropius  
quoque rerum Rom. 6. Sergium Catilinam dicit. unde  
quiuus facit, è Sergiorum familia Catil. fuisse, colligere  
potest. Facit nobiscum è recentioribus (ut dixi) Vola-  
terrannus, qui & ipse in Anthropologia Sergium Catil.  
dicit & Felicius item Durantinus, qui pronepotem M.  
Sergij illius cuius uirtutem tot bellicae laudes testentur,  
Catilinam fuisse confirmat. Quia in re Plinium  
est autorem secutus.

## IOANNES CHRYSOSTOMVS SOLDVS

Bartholomæo Soldo fratri, S.

Dedi operam, mi frater, ut Sallustij de Bello Iugurthino interpretationem inchoa-  
rem: ut haberes quod & utiliter legeres, & commodè doceres. Cum opus absoluerò,  
curabo illud ad te transmittere. Tu interea da operam, ut memoratò teneas, quae præ-  
cepta dedeyim tibi cum à te discederem. Scholasticos assiduo studio atq; labore profe-  
quere, eosq; omni diligentia custodi. Plura scriberem, nisi celeritas nuncij prohibe-  
ret. Vale. Ex monasterio sancti Leonardi, quinto Calendis Ianuarij. M. CCCC.  
LXX. extra Veronam.

IDEM EIDEM:

Mitto ad te expositionem in Sallustium de Bello Iugurthino, sicuti eram pollicitus: Opus  
summo labore confectum. Qua in re ideo maior est à me labor susceptus, quòd non solum sen-  
sentia resq; ipsa mihi fuerunt explicandae, sed ordo quoque uerborum multis in locis est de-  
mon-

monstratus: ut & tu ipse melius intelligeres, & alios facilius doceres. Tu si Sallustium, &  
interpretationem atque expositionem nostram diligenter intutius fueris, aditum intelligen-  
tia tibi multas ad res apertum esse cognosces. Terogo ut des operam, ne tantus labor frustra  
à me susceptus, neue ex industria mea ignauia tibi parua esse uideatur. Quòd si te hoc opere  
nostro delectatum esse intellexero, ad alia maiora agredienda studium meum excitabis.  
Quantum enim tibi prodesse possit scis: ego etiam quantum possim intelligo. Nemo enim est  
qui te mihi in hac luce charior sit, uel cui plus ingenij meum desudare cupiam. Sed fac te di-  
gnum praestes, in quem talia à fratre officia conferantur. Cum epistolam legeris, Brixiam te  
conferes, ad Sanctum Salvatore: & fratrem Stephanium conuenies, cui opus tibi assignam  
dum tradidi. Curabisq; ut textum correctissimum habeas: atque ita lege, ut meo labore pro-  
ficere incipias. Vale: & Pasinum tuum cura diligenter. Vxorem, ceterosq; meos, nomine  
meo saluta. Datum Patavij, quintodecimo Calendis Iu-  
lias, M. CCCCLXX.

## IOANNIS CHRYSOSTOMI SOLDI BRI- xiani Commentaria in Bellum Iugurthinum.



Alustius Romanus Senatorij ordinis fuit. Hic primò se ad Rempublicam contra  
lit, & in ea aliquandiu uersatus est. Postea cum ei in senatu (ut tradit Acron)  
à censoribus obiectum esset, quòd libertinarum sectator esset: tum ille non se ma-  
tronarum, sed libertinarum sectatorem esse testatus est: atque ideo Senatu expul-  
sus est. quod & in principio belli Catilinarij, & in praesenti exordio excusat. Dicit enim, a-  
liam fuisse causam, quam obrem se ab administratione Reipublicae remoueret: quòd uideli-  
cet uirtuti honos non daretur, sed ambitio omnia uirtutis praemia consideret. Sed reuera con-  
stat, Sallustium infamia circa feminas laborasse. nam (ut idem Acron refert) in Faustinae  
Syllae filiae, & Milonis uxoris adulterio deprehensus ab ipso T. Annio Milone, flagellis ca-  
sus est. Igitur Sallustius ob eiusmodi flagitia à Senatu remotus, cum intelligeret sibi ob tam  
ram ignominiam aditum ad honores penitus interclusum, ommissa cura Reipublicae, se ad hi-  
storiam scribendam contulit. In qua re ita claruit, ut omnibus qui historiam scripserunt,  
omnium iudicio anteposatur. Et quemadmodum apud Graecos Thucydides Herodotum,  
ceterosq; qui historiam scripserunt, nobilitate & artificio dicendi superauit: sic apud La-  
tinos Sallustius Linium, ceterosq; historicos facile uicit. Unde Quintilianus Thucydidi Sa-  
lustium comparat, Linium Herodoto. Porro tam in Thucydide quam in Sallustio, mira  
breuitas quaedam, & affectata rerum ubertas commendatur. Nam uterque ita rerum fre-  
quentia creber est, ut uerborum propè numerum, sententiarum numero consequatur. Ge-  
nus autem dicendi pressum & nitidum magis, quam uerbis redundans. In hoc autè opere  
bellum, quod Romani cum Iugurtha rege Numidiae gesserunt, conscribit. Sed antè premitit  
exordium, in quo causam (ut diximus) ostendit, quam obrem se ab administratione Reipu-  
blicae ad historiam scribendam contulit: ne forte ignauiae daretur, si uel tadio laboris, uel  
metu periculi, potius quam iusto iudicio animi, Reipub. reliquisset uideretur. Dicit enim  
sic: Cum multa sint studia & exercitia animi, quibus summa laus & claritudo comparari  
possit (ueluti consilio Reipub. regere, dare operam literis, & alia huiusmodi) hoc tempore  
mihi non placuit per administrationem Reipub. laudem & gloriam comparare: quia uide-  
bam hoc tempore imperia & honores & magistratus dari hominibus indignis, & non uir-  
tute praeditis, sed ambitione corruptis. Et propterea aliud studium atque aliud exercitium  
animi quaerendum esse putavi, in quo laudem & gloriam comparare possem. Sed ex omni-  
bus studijs quae exercentur animo atque ingenio, utilissimum uisum est, historiam scribere;  
& memoria mandare res gestas. Et ideo ad hoc studium atque exercitium me  
contuli, ommissa cura Reipublicae. Sed uideamus quomodo paula-  
tim ueniat ad exponendam hanc causam, atque  
hunc sensum explicandum.





considerando & attendendo naturam suam: contra, i. contrarium: uidelicet aliud, i. quod aliud ens: neq; maius, supple esse: neq; prestabilis, quam supple sit natura humana: & industriam, i. gnauitatem & solertiam magis deesse naturae hominum quam uim, i. uirtutem & potentiam: cum eam imbecille conqueratur, & quam tempus cum eam breuis aut dicat. Sed ut recte reputent, sciunt quod animus est dux atq; imperator, id est, propria potestate fretus gubernator, uita mortalium: qui, scilicet animus: ubi, i. quando: grassatur, i. uolenter & potenter tendit (iuxta quod scriptum est: Regnum caelorum uim patitur, & uolenti rapiunt illud) uia uirtutis, i. per uiam uirtutis ad gloria est pollens, i. ualens, potens & clara abunde, neq; eget fortuna: quippe, i. ut pote quae neq; potest dare neq; eripere cuiquam probitatem, industriam & alias bonas artes, sive artes, ut in Caesariano latius dictum est. Neq; si iusta lance perstrauerimus, contrarium erit illi quod ibidem dictum est. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Non enim loquitur illic de omni re simpliciter, sed de omni ea in quam fortuna uidetur uires suas extendere. loquitur enim de clara fama, ex praclaris factis obtinenda: quod casu quodam fortuito uni potius quam alteri contingit: unde Alexander Magnus dicitur ad sepulchrum Achillis dixisse, eum fuisse perbeatu, quod talem suorum facinororum meruerit habere praeconeum. Caeteram annotabimus etiam, historiographos more poetarum diuersis sententias pro diuersis locis habere solitos. Sin, i. sed si animus, sup. capitis, i. irretitus, illaqueatus, insecutus: prauis, i. peruersis & indebitis cupiditatibus, i. cupiditatibus (Et est Cupido sic feminini generis, cum pro filio ueneris, & deo amoris masculini sit) est pessundatus, i. depresso, & quasi sub pedes datus & deiectus: ad inertiā, i. ignauā & socordiam: & uoluptates, i. illecebras corporis: ipse animus uis paulisper, i. per paulum temporis: libidine perniciosa, i. usq; ad necem nocēte, unde Flaccus: Sperne uoluptatem, nocet empta dolore uoluptas. ubi, i. postquam uires, etas, ingenium: defluxere, i. deperierunt subitō: pro socordiam, i. inertiā uita: tunc, sup. accusatur infirmitas naturae: quae tunc quidem est, sed in excusabilis, propterea quod initio inducitur (Vnde diuus Augustinus, huius auctoris diligēs lector, dicit sic: Dum seruitur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.) quia; auctores transferunt suam culpam ad negotia, i. difficultatem rerum, nimium graphicē Seneca in Epistolis docet: ostendens, esse qui dicant se non esse sumptuosos, sed ita esse mores ciuitatis, &c.

C.A.S.T.

¶ Falso. ] Non solum uulgus, sed etiam doctissimi plerique uiri ( ut apud Stobaeum caeterosq; auctores legitur) cogessent sunt, quod imbecilla sit hominis uita, breuiq; temporis spacio terminetur: itemq; quod casu & fortuna subiecta sit. in his praesertim fuit Theophrastus, qui ( ut inquit Cicero Tusculan. Quae st. lib. 3. ) Mortens accusasse Naturam dicitur, quod ceruis & cornicibus uita diuturnam ( quoru id nihil interesset ) hominib. ( quorum ma-

Quod si his hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena, ac nihil profutura, multumq; etiam periculosa petunt: neq; regeantur magis casibus, quam regeantur casus: & eod magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent. Nam uti genus hominum compositum est corpore & anima est: ita res cunctae, studiaque omnia nostra, corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur praecleara facies, magnae diuitiae, ad hoc uia corporis, & alia huiusmodi omnia breui dilabuntur: at ingenij egregia

xime interfusset) tam exigua uita de disse: quorum si aetas potuisset esse longiorum, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum uita erudiretur. Idem in Callisthene suo laudauit illam sententiam: Vitam regit fortuna, non sapientia. Auctor Cicero Tuscul. quinta. Sed his respondet Sallustius, satis firmam & longam uitam hominibus esse datam, si modo tota bene collocaretur. nec multum fortunam hominum uita dominari ( ea enim uirtutem neq; dare neq; eripere cuiquam potest ) & homines sapientes magis rege re casus quam a casibus regegi. Sed hanc totam disputationem uidere poteris apud Seneca in libro de Breuitate uita. Quippe, &c. Quippe quae in mores uis non habet, ut inquit Seneca. Tempus, etas. ] Dictionem Aetis non habent ois manuscripti. Sorte potius, quam uirtute regeatur. ] Manuscripti, quacumq; ipse uiderim, Sorte potius: pro, Fortuito uirtutem Fors pro fortuna saepe ponitur. Cicero ad Atticum: Sed haec fors uiderit, quae talibus in rebus plus quam ratio potest. Idem: Quemcumq; fors uulerit casum. Sed & impressa quaedam sic habent. Neq; tamen priorem lectionem repudio, quae & ipsa bene habet. Nam contra reputando, neq; maius aliud, neq; prestabilis inuenies. ] Manuscripta, Inuenias: pro, inuenire aliquis possit. diuirtutis, ac per irruentia modi: quomodo & ex impressis quaedam. Est aut multo elegantius, quam quod Gymnicus habet. Qui ubi ad gloriam uirtutis uia grassatur. ] Est in manuscripto quodam, Vi grassatur: i. quomodo & Calpurnius citat. Verum priorem lectionem probandam magis esse duco. Grassatur, pro toto impetu feritur, & quasi pleno gradu contendit. Neq; fortuna eget: quippe quae probitatem, industriam, aliusq; bonas artes, neq; dare neq; eripere potest. ] Est in alij perperam, ut opinor, Neq; fortuna eget. nam & idem alibi, Maiores nostri P. C. neq; casibus, neq; audacia inquam egere. Cicero tamē ablatiuū fere huic uerbo addidit, sicuti & Salsustius interdū. Quamquam ad Atticum Cicero, Ego consilij, inquit. M. Cato apud Gellium: Vitio uertunt ( inquit ) quia multa egen. Accusatiui huic uerbo rē opposita addidit. Ne quid dissimulem tamen, est in manuscriptis uno excepto, fortuna, casu ablatiuo. & haud scio, an apiculus ille quo fit diphthongus, perperam sit ibidem omisus. Illud quamuis leue, non tamen praeterendum esse duxi, Artes hic habere uetusios codices, non Artes: idq; Sallustianum magis. Sic postea, Quascumq; urbes & agros manu ceperat: pro, urbes, quod in peruulgatis exemplaribus est. Habet & Ascensianus codex, Caeterasq; artis bonas: ubi hodie fere, Aliasq; bonas artes. In manuscriptis rō Bonas adiectiuū, post substantiuum ponitur. Sin captus prauis cupiditatibus, ad inertiā & uoluptates corporis pessundatus est. ] In Fabriciano atq; alij quibusdam, diuisim legitur Pessum datus, quomodo Tacitus i. Postquam hic socordia seruauerit, ille per libidines pessum datus sit. Vbi per socordiam uires, tempus, ingenium defluxere. ] Sic in manuscriptis, ubi hodie fere, Defluxere. Id recte an senes, aliorum esto iudicium.

A egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremū corporis & fortunae bonorum initium, sic finis est: omniaq; orta occidunt, & aucta senescunt: animus incorruptus, aeternus, restor humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis prauitas eorum admiranda est, qui dediti corporis gaudijs, per luxum atque ignauitatem aetatem agunt: caeterum ingenium, quo neque melius neque amplius aliud in natura mortalium est, incultum atq; socordia torpescere sinunt: cum praesertim tam multae uariae quae sunt animi artes, quibus summa claritudo paratur.

Non est obnoxius mortalitati animus.

SOLDI.

¶ Quod si hominibus. ] Ordo est: Homines neq; regeantur magis a casibus, quam regeant casus, & procederent eod magnitudinis ubi pro mortalibus, fierent aeterni gloria: si tanta cura bonarum rerum esset ipsis hominibus, quanto studio petunt aliena ac nihil profutura, & multum etiam periculosa. Docet, quomodo possint homines facere, ne regantur a fortuna, sed ipsi regant fortunam: & quomodo possint ex mortalibus immortales fieri, non natura, sed aeternitate gloriae. Et ita perstat in proposito, ut ostendat falsō homines conquiri, quod natura humana sit breuis, & quod a fortuna regatur. Dicit enim, si homines tanto studio bonis artibus & uirtutibus operam darent, quanto studio caduca & nihil profutura quaerunt: profecto non magis regeantur a fortuna, quam ipsi fortunam regeant: & ad eam magnitudinem peruenirent, ut pro mortalibus gloria immortalis fierent. Bonarū. ] Omnia tria sunt genera bonorum: uidelicet bona animi, bona corporis, bona fortuna. Bona animi sunt uirtutes: uidelicet iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia autem diuiditur in his partes: scilicet religionem, pietatem, gratiam, iudicationem, obseruantiam & ueritatem. Prudentiae partes sunt, memoria, intelligentia, prouidentia. Partes fortitudinis, magnificientia, fidentia, patientia, perseverantia. Temperantiae partes, continentia, elemeitia, modestia. Haec igitur uirtutes, earumq; partes, bona animi dicuntur: quae stabilia sunt, nec a possidente possunt auferri. Bona corporis sunt, incolumitas, sanitas, uoluntas, uires, pulchritudo, & haec instabilia sunt, & breui tempore dilabuntur. Bona uero fortunae sunt, diuitiae, honores, dignitates. Et haec quoq; bona nequaquam stabilia sunt, sed pro arbitrio fortunae feruntur: licet Christiana religio fortunam tollat, & cuncta nutu diuino regi atq; euenire confirmet. Dicit ergo Sallustius: Si homines bona animi tanto studio atq; sollicitudine quaererēt, quanto studio quaerunt bona corporis atq; fortunae, quae sunt caduca & instabilia: profecto non magis regeantur a fortuna, quam ipsi regeant fortunam, & ex mortalibus gloria aeterni fierent. Bonarum. ] scilicet bonorum animi, quae sunt uirtutes, quas supra posuimus. Aliena. ] id est extranea a nobis, id est bona fortunae: sicuti sunt diuitiae, quae bona externa dicuntur, quia sunt extra nos. Ac nihil profutura, quae nihil professe possunt, immo plerunq; obstant. Periculosa. ] quis nescit diuitias multas sepe periculo & exitio fuisse petunt. ] appetunt, quaerunt. Neq; regeantur magis a casibus. ] Causa, quare homines putant naturam humanam casibus fortunae esse subiectam, haec est: quia sequuntur ea bona, quae reuera fortuna subiecta sunt: sicuti sunt diuitiae, quae cum ab eis auferuntur, dicunt naturam humanam fortunae esse subiectam. Sed sequantur bona animi, sequantur uirtutes, quae ab eis auferri non possunt: & tunc intelligit, id quod est uerum, uidelicet naturam humanam casibus fortunae non esse subiectam. Et eod magnitudinis procederent. ] id est, ad eam magnitudinem peruenirent. Gloria aeter-

ni. ] ubi sunt mortales, efficerentur immortales: non quia non morerentur, sed quia post mortem facta eorum uiuerent. Nam uti. Ordo: ita res cunctae & omnia studia nostra sequuntur: alia naturam animi, alia naturam corporis. ] Vbi pro sicuti, genus humanum compositum est ex anima & corpore. Nam uti. ] Ostendit quomodo fieri possit, id quod dixit: scilicet ut homines ex mortalibus gloria immortales et aeterni fieri possint. Dixit enim: Sicut homo compositus est ex anima & corpore, anima autem immortalis est, corpus uero mortale: sic etiam omnes res, & omnia quae faciunt, alia sunt mortalia, alia uero immortalia. Res talia sunt, ea quae pertinent ad corpus: sicuti est pulchritudo, diuitiae, nam ista pertinent ad corpus, & ad corpus percutit. Immortalia uero sunt, ea quae pertinent ad animum, sive ad animam: sicuti sunt ea quae exercentur consilio, & prudentia & ingenio. ] hoc breuiter dicitur: Bona animi immortalia sunt, sicuti ipsa anima: bona corporis & fortunae sunt mortalia, sicuti corpus. Si ergo ex mortalibus immortales effici cupimus, sequamur bona animi, & emittamus ac contemnamus bona corporis & fortunae: quia illa sunt aeterna & immortalia, haec uero mortalia & corruptibilia. Studiaq; omnia. ] id omnia exercitia, sicuti facimus et exercemur. alia sequuntur naturā corporis, sicuti sunt bona corporis et fortunae, quae sunt mortalia et corruptibilia sicuti corpus: alia sequuntur naturā animi, & haec sunt bona animi, quae sunt immortalia, sicuti ipsa anima. ] Igitur praecleara facie. ] Ostendit quae sunt ea quae sequuntur naturam corporis, & quae sunt illa quae sequuntur naturam animi. dicit ergo: Pulchritudo corporis, magna diuitia: praeterea uis corporis, & caetera huiusmodi quae ponuntur in numero bonorum corporis uel fortunae, sequuntur naturā corporis, quia sunt mortalia, sicuti corpus: & breui tempore pereunt. Ad hoc. ] id praeterea. Dilabuntur. ] cadunt & pereunt, sicuti corpus. At ingenij. ] Nunc ostendit, quae sunt illa quae sequuntur naturā animi, & immortalia sunt sicuti anima. Ingenij egregia facinora. ] id est praecleara facta ingenij sicuti est, dare operam philosophia, res gestas mauidae memoriae, causas forenses oratoria facultate tractare, & eis scriptis ac memoriae commendare, consilio uiuare rempub. haec & huiusmodi praecleara ingenij ac uirtutis opera immortalia sunt, sicuti anima. Postremū corporis. ] Ordo est: Postremū sic est finis bonorum corporis & bonorum fortunae: id est sic est initium, ac si diceret: Quod opus est multa dicere: bona corporis & fortunae sicuti habent principium, sic & habent finem: quia necesse est ut omne quod oritur, aliquando moriatur: & omne quod crescit, aliquando senescat, & ad finem aliquando perducatur. Sed alia est ratio animi, quia animus aeternus est, & propterea opera eius aeterna sunt similiter. Aeternum dicimus, quod est sine principio & sine fine: sicuti est Deus, qui nec principium habet, nec finem. Sed anima licet finem non habeat, tamen habet principium, quia a Deo creata est. Omniaq; orta occidunt. ]

N

ciant. Id est omnia quae sunt nata, aliquando moriuntur. Et occido, media correpta, significat morior; media uero producta, significat interficio. primum a cado, secundum a cado compositum est. Aucta. ] quae crescunt. Animus incorruptus. ] id est incorruptibilis & immortalis. Aeternus. ] id est, qui finem non habet. Reitor humani generis. ] quia animo & uirtute eius cuncta gubernantur. Agit. ] id est, regit. Virgil. in primo Aeneidos: Tros Tyriusq; mihi nullo discrimine agitur, id est regitur. Habet. ] id est tenet & intelligit. nam habere significat intelligere, ut ait Donatus in Terentium. Quod enim tenemus, corpore habemus: idem quoque commune animo, quo, si quid habemus, intelligimus. Neque se habet. ] ipse animus non intelligitur. Quo. ] id est propter quod. Nunc concludit, dicens: Cum haec ita sint, reprehendendi sunt magnopere illi, qui in uita sua tantum modo curam corporis habent, animum atque ingenium incultum & in exercitum relinquant: cum multae sint artes ac multa studia, in quibus si animum & ingenium exercere uellent, summam laudem & gloriam comparare possent. hoc est quod dicit. Prauat. ] id est peruersus. Corporis gaudys. ] i. uoluptatibus. Per luxum atque ignauitatem aetatem agunt. ] id est, uiuunt in luxuria & ignauia. Ceterum. ] id est sed. Amplius. ] id est maius. nihil enim est melius aut maius ingenio, in natura hominis: quia per exercitationem ingenij summa quaeque claritudo comparatur. Incultus. ] id est ignauus, in exercitum: quia non exercendo ingenium torpescit. Secordia. ] id est negligentia. Torpescere. ] marcescere, corrumpti. Sinunt. ] permittunt. Cum praesertim tam multa. ] Paulatim descendit ad id quod supra diximus: uidelicet ut ostendat rationem consilij sui, quare omnia cura & administratione reip. se ad historiam scribendam contulerit. Tam multa uariaeque sunt artes animi. ] Multa enim sunt studia ac multae artes, in quibus animum & ingenium exercere licet ad gloriam comparandam: ueluti, dare operam philosophiae, in administratione Reipub. uersari, causas forenses tractare, historiam conscribere. haec omnes artes animo atque ingenio exercens, ex quibus summa claritudo comparatur. Claritudo. ] gloria, fama. Paratur. ] id est comparatur & acquiritur.

B AD.

Quod si tanta cura rerum honorum, id est utilium esset hominibus, id est si homines haberent tantam curam bonorum rerum: quanto studio, id est quanto conatu & diligentia; petunt aliena, scilicet ab utilitate: ac nihil profutura, id est nihil utilitatis allatura, & etiam multum periculosa & neque regerentur magis casibus, id est in certis euentibus rerum: quia cum nihil prospiciant, faciunt secundum euenta quasi pro necessitate: quam regerent casus, quia sapiens dominabitur astris. Et ut dicit Lucretius: Nullum uimere, habes si sit prudentia; sed te Nos facimus Fortuna deam, caeloque locamus. Ideoque dicit Philosophus, quod quanto minus est in aliquo sapientia, tanto plus est in illo fortuna: quia tanto plura eueniunt illi a casu. Sultus autem reguntur a casibus, quia coguntur facere secundum necessitatem immergentem: sapientes autem regunt casus, quia prouidentia sua quae perniciosa accidissent, si non fuissent prouisa, sic praeueniendo regunt, ut minus noceant. Et quia prudentes regunt casus, ideo prudenter dixit Naro in principio Aeneidos: Tot uoluerē casus

Insigne pietate uirum: tot adire labores Impulerit. A Et mortales procederet, id est prouenerent eò, id est ad id: magnitudinis, i. ad eam magnitudinem: ubi, id est in quo: aut in qua magnitudine fierent pro mortalibus, id est ubi nunc sunt mortales: aeterni, id est ut aether semper duratur, & ita immortalis. nam uti, id est quem admodum genus hominum est compositum ex corpore & anima: ita cuncta res & omnia studia sequitur natura: alia sup. sequitur naturam corporis, quia cum corporibus. intereunt alia sequuntur naturam animi, id est ut animus aeterna sunt. Dat exempla primo de sequentibus naturam corporis, dicens: Igitur facies, id est figura oris: praecleara, id est ualde formosa & quasi resplendens magna diuitie: ad hoc, id est insuper: uis, id est robur & fortitudo corporis, & omnia alia huiusmodi quae corpus sequuntur: dilabuntur, i. decidunt & intereunt: breuis, s. tempore. At, i. sed e contrario: egregia facinora ingenij sunt immortalia, sicut anima sup. immortalis est. Postremo, i. denique, ut initium est corporis & bonorum fortuna, sic est & finis. Animus existens incorruptus, imò incorruptibilis (sepe enim participia in us pro uerbali ponuntur, ut.

Aut illudatit nescit Bistrudis aras: in Georg. & Aeneid. 7. Diues inaccessos ubi solis filia lucos, id est inaccessibiles, quos nemo accedere debeat. ) & aeternus: quia finem non habet, nec secundum hunc principium: ac liter, si ortum diceret, & interitum censeret. Credebant enim sequentes Pythagoram, animos increatos aeternosque certo numero haberi, & in alia corpora transire: agit, id est, impellit & ducit cuncta: neque habetur, i. dirigitur uolenter a quouis. quod uerum est propter liberum arbitrium. Vim tamen omnem perdurandi & regendi ab eo, a quo & initium habet Deo. Quo magis. ] sancte concludit, malam opinionem peruersamque uitam hominis, non naturam esse culpandam: cum plerique neglecto animo qui aeternus est, corpus caducum colant ac foueant, dicens: Quo, id est quocirca uel propter quod: magis admiranda est praesertim, i. iniquitas & peruersitas eorum: qui dediti gaudijs corporis: agunt aetatem per luxum, id est mollicie & ignauitatem, i. pigritiam: ceterum, i. sed: sinunt, id est permittunt: ingenium, i. uim animi: quo neque melius neque amplius, id est maius est aliud, scilicet quicquam in natura, id est tota substantia naturalis: mortalium, id est hominum: sinunt (dico) torpescere, id est marcescere, quasi torpore, ex pigritia proueniente: incultus atque secordia, id est pusillanimitas: quae est scorsum, id est separata a calore cordis, unde & segnis scorsum ab igni, qui maxime actiuus dicitur. Praesertim cum sint multae et uariae artes animi, quibus summa claritudo, id est nobilitas clarissima: paratur, id est acquiritur. Ita ut non sint audiendi, qui se cessare dicant, cum non habeant quod boni agant.

Neque regerentur, &c. ] Nam sapiens quidem pot ipse fingit fortunam sibi, ut inquit Plautus, uide Prouerbia, Sui cuique mores fingunt fortunam. Casibus. ] fortuna. nam est (ut docet Aristoteles libro 2. eorumque in praesertim) casus latius patet, nam quod est a fortuna, casu est: quod uero casu, non omne a fortunam uenit sepe confunduntur. Immortalia sunt. ] Virtutis enim et bonarum artium gloria est sempiterna. Vni initium, sic finis est. ] Summa qualitas est inter Philosophos, (de ueterum enim Philosophorum opinionibus hic loquimur) utrum quaecumque habeant initium, habitura sint finem. nam uoluit Plato, caelum factum fuisse a Deo, & tamen corrumpti

corrumpti non posse, contra quae multis argumentis differere uidetur Aristoteles lib. 1. de Calo. ait enim, nullo modo fieri posse, ut caeli, si generati est, sit sempiterni. Simplicius tamē cōtendit, Aristot. cōtra Platonē minimē differere, sed cōtra eos qui credebāt, in tēpore caeli creati esse: Platonē uerō uoluisse, tēpus unā cum caelo fuisse factū, quod qui Platonē Timaeū, item Proclū interpretē legerit, facile intelligit. quin aperte Plato ipse lib. 8. de Republ. ait: Omne quod genitū est, corrumptur. unde intelligimus, etiā Platonem uoluisse, quod quicquid principii habet in tempore, sit dissolubile. dicunt igitur Philosophi: Omnia quae in tempore initium habuerūt, mortalia esse. cōtra: In quo nullum unquā principii habuerūt, sempiterna. recte igitur Sallustius inquit: Postremo corporis & fortunae bonorum, uti initium, sic finis est: omniaque orta occidunt, & aucta senescunt. animus, & quae sequuntur. nam animus in tēpore minimē factus est, secundū eos philosophos, qui assueuerūt, animos esse sempiternos. scribit Pausanias in Messenicis, primos omnium Chaldaeos & Indos magos, hominū animos immortales esse, memorie prodidisse. secuti deinde sunt Graecorum plurimi, & maxime Plato, Ariston filius, qui multis in locis a Christiana pietate non dissentit. uerum quibus illi rationibus id probauerit, ipse uidetis, cum alibi, tum maxime in Phaedro & in Phaedone. Cicero Tuscul. lib. 1. affirmat, credere se, etiam alios tot seculis disputasse de animis: sed quod litteris extet, Pherecydem Syriū primum dixisse, animos hominū esse sempiternos. quod refert etiā Iosephus in 1. & 2. contra Iudeos lib. priore, & Theopompus apud La

ertium. Incorruptus. ] immortalis, qui corruptioni non est obnoxius, purus, diuinus. Agit. ] regit. Neque ipse habetur. ] neque ipse cuiquam subiectus est. omnibus enim his rebus inferioribus dominatur animus. Neque regerentur magis, quam regerent casus. ] R I V. Haec manuscripta uolumina, contra quam hodie legitur: ut subaudias, Casibus. id est magis breuitati Sallustiana conuenit. Quale propemodum est illud apud Plinium libro 7. de Cicerone: Omnium triumphorum lauream adepte maiorem. nam subauditur Lauream. Quod quidam non attendentes, neque rationem breuius loquentia Pliniana habentes, Triumphorum, pro omni triumpho positum enallagen, exastimant. In Mersburgensi est, Neque regerentur magis, quam ipsi regerent casus. Cum praesertim tam multa uariaeque artes sint animi. ] Est in manuscriptoris & impressis ueterioribus, Tam multa uariaeque sunt artes animi. Id mollius est, alioquin sibi illud inuacuum & insauem & s in priore uoce extremum, in insequente primum. Decus atque libertate sua gratificari. ] Illud Gratificari, uarie exponit Cōmentarij. Solutus cōiungit, Libido gratificari, & exponit, Libido gratificandi. Badius addit in expositione sua uerba Velint, quod nulli cōiunctus habet, sed subiungit: Si ordo huius est, Libido gratificari, ponitur more Graecorum pro gratificandi. Sin, libido tenet gratificari, Tenet ponitur quasi pro cogit. Haec ille. Ego puto ordinem esse: Nisi forte quae inhonestae & perniciosae libido tenet gratificari, i. gratis donare decus atque libertate sua potestis paucorum, quasi dicere: Quos uiuat fieri incipit.

GLAR.

Mutationes portantur hostilia. De historia. Vide lib. de Oratore Ciceronis.

Verum ex his magistratus & imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minime mihi hac tempestate cupienda uidentur: quoniam neque uirtuti honos datur, neque illi quibus pro fraude ius fuit, utique tuti, aut eo magis honesti sunt. Nam ui quidem regere patriam aut parentes, quanquam & positis & delicta corrigas, tamen importunum est: cum praesertim omnes rerum mutationes, caedem, fugam, aliaque hostilia portendant. Frustra autem niti, neque aliud, se fatigando, nisi odium quaerere, extremam demeritiae est: nisi forte quae inhonestae & perniciosae libido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari. Ceterum ex ijs negocijs quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum: cuius de uirtute quia multi dixerunt, praeter eundem puto: simul ne per inuolentiam quis existimet memet studium meum laudando extollere. Atque ego credo fore qui, quia decreui procul a Republica. agere aetatem, tanto, tamque utili labori meo nomen inerte imponant. certe, quibus maxima industria uidetur salutare plebem, & cōiunij gratiam quaerere. Qui si reputauerint & quibus ego temporibus magistratum adeptus sum, & quales uiri idem assequi nequuerint, & postea quae genera hominum in Senatu peruenierint: profecto existimabunt me magis merito, quam ignauia iudicium animi mei mutauisse, maiusque commodum quam ex aliorum negocijs Reipub. uenturum.

SOLDI.

Verum ex his artibus. ] Supra generaliter docuit, quemadmodum homines possint ad summam gloriam peruenire, si uideat cōtēnere uelint bona corporis & fortunae, & amplecti bona animi, uidetis uirtutes: & si non patiantur animi & ingenij illi ocio et ignauia torpescere: praesertim cum multa sint studia ac multae artes, in quibus illud ualeat exercere. Nunc specialiter ad causam suam descendit, ut ostendat, in qua arte potissimum ingenium suum exercere uoluerit. Dicit enim: Cum administrato Reipub. una illarum artium sit, in quibus si animum & ingenium exercentur, summa gloria comparari potest: non placuit mihi, hoc tempore in hac arte ingenium meum exercere: & propterea me ad aliam artem, atque ad aliud studium contuli, uidetis

cet ad historiam scribendam: quonia inter cetera studia haec maxime utilissimum est, memoriam mandare res gestas. & ita honesto nomine facti sui excusat. Nam cum propter flagitia sua turpiter a senatu repulsus, administrationem reip. relinquere coactus sit, dicit se non coactus, sed sponte & certo iudicio reipub. reliquisse: quia uidelicet honores & magistratus darentur non uirtute praeditis, sed ambitione corruptis. & haec de causa relicta Republica, se ad historiam scribendam contulisse. Verum ex his artibus. ] Multae & uariae sunt artes animi, ex quibus summa gloria comparari potest: sed ex his artibus, administratio Reipublicae hoc tempore mihi non uidetur esse cupienda. Verum. ] id est sed. Magistratus. ] officia publica, ut

prætura, ædilitas, tribunatus. Imperia. ] ut et: a consules & proconsules, ac etiam prætores. Nam erant prætores urbani, & prætores provinciarum. Hac tempore. ] id est, hoc tempore. Quoniam neque uirtuti bonos datur. Reddit causam, quare administratio reipublicæ hoc tempore sibi non placeat. Dicit enim: Hoc tempore nemo uirtutem ad honores aspirat: id est, nemo per uirtutem honores assequi potest. Et quia occurrebat illud: Si non potes, o Sallusti, per uirtutem honores adipisci, ad piscare per fraudem & ambitionem, sicut multi faciunt. Sed hoc quoque ostendit non esse faciendum, dicit enim: Illi qui per latrocinia & uim & fraudem & ambitionem honores & magistratus assequuntur, in magno periculo uersantur. ualde enim periculosum est, uelle per uim patriam regere, & rempublicam administrare, etiã si delicta & peccata corrigis, quia si postea reru' conditio mutetur, imminet tibi hæc mala ab his quorum delicta correxisti: uidelicet cædes, exilium, direptio bonorum tuoru', & alia huiusmodi mala. Si autem delicta & peccata non corrigas, dementia summa est, uelle regere, & nihil proficere. Quoniam neque uirtuti bonos datur. ] Aut per uirtutem peruenitur ad honores & magistratus, aut per fraudem & uim & ambitionem. Sed hoc tempore per uirtutem non peruenitur: per fraudem uero et ambitionem peruenitur quidem, sed cum magno periculo. & hæc est causa, quare hoc tempore administratio reipublicæ tibi non placeat. Neque uirtuti bonos datur. ] id est: quia hominibus uirtute præditis hoc tempore non dantur honores et magistratus, sicut consulatus, prætura, censura, ædilitas, tribunatus. Imperia. ] imperium dicitur proprie prætura & consulatus, quando aliquis in provinciam mittitur cum officio publico & exercitui: sicuti quando Cæsar missus est in Gallias cum quatuor legionibus, proconsul, hic dicebatur esse cum imperio. Virtuti. ] id est: homini uirtute prædito et ornato. Neque illi quibus per fraudem ius fuit, utique tui, aut eo magis honesti sunt. ] id est, neque illi qui assequuntur magistratus et honores per uim et fraudem & ambitionem, sunt tui: quia in magno periculo uersantur, et quomodo uersantur in magno periculo? ipse subdit causam: Quia periculosum ualde est, per uim patriam regere uelle, etiã si possis, & si delicta corrigas, sicut iustitiam est. Sed quare periculosum est per uim patriam regere? Quia, si postea status reru' mutetur, hæc omnia mala imminet tibi ab his, quoru' delicta correxisti, & qui uolebant te regere Rempublicam: uidelicet cædes, exilium, direptio bonorum tuoru', & alia mala his similia. Et hoc est quod dicit. Per fraudem. ] i. per ambitionem, per uim. Ambire, est blanditijs circumuenire. Qui ergo per ambitionem magistratus obtinere uolebant, popululum largitione pecuniarum & munerum corrumpabant: alii quando conuiuia populo exhibebant, & eo modo fauorem populi sibi conciliabant. Ius fuit. ] i. potestas publica fuit: id est illi qui magistratus assecuti sunt per fraudem. Vtiq; tui. ] Non sunt tui, quia in magno periculo uersantur. & statim causam ipse subiungit. Aut eo. ] id est propter id uidelicet, quia assecuti sunt magistratum. Magis honesti sunt. ] i. propter eum magistratum quem per fraudem assecuti sunt, non sunt magis honorati: quia magistratus sic acquisitus, non tam illis honori est, quam de decori, uel, & quidem melius est: non sunt magis honesti, i. non sunt magis boni, non sunt meliores: neque enim honor homini uirtutem aut bonitatem addit. Nam uirtute regere. ] Quare dixi, quod illi non sunt tui, qui honores assequuntur per fraudem &

uim: Quia periculosum est, per uim patriam regere uelle. Et hoc est quod dicit. Regere uirtutes. ] Hoc autem quod dicit de parentibus, ideo dicit, ut ostendat tã turpe esse per uim patriam regere uelle, quam etiam esset turpe, si quis per uim parentes patriam suam regere uellet. Ostendit ergo Sallustius, turpe esse & periculosum, patriam & parentes regere uelle per uim. Nam uirtute regere patriam & parentes. ] Ordo est: Nam regere uirtutes aut patriam, tamen est importunum: quanquam possis id, & quanquam delicta corrigas, præsertim cum omnes mutationes reru' portendant eadem, fugam, & alia hostilia. Quanquam id possis. ] scilicet facere, ac si diceret: etiã si possis per uim patriam regere, & eius delicta corrigere, tamen non debet quia & turpe est, & periculosum. Importunum. ] id est incommo- dum & periculosum. Importunum, quæsi sine portu. Mare autem, quod caret portu, ualde incommo- dum est & periculosum. Omnes rerum mutationes. ] Quia si mutetur status rerum, ut qui tui erant inimici, in reipub. obtineant postea principatum, imminet tibi hæc mala: Cædes, exilium, & alia huiusmodi mala. Eugam. ] id est exilium. Aliq; hostilia. ] alia mala que hostes facere solent, ut est direptio bonoru'. Portendunt. ] id est denunciant. Frustrã autem niti. ] Vide quod dicit: Velle regere patriam per uim, etiã si possis, tam est turpe & periculosum. Velle autem regere per uim, & non posse, hæc est summa stulticia. Et hoc est quod dicit. Frustrã autem niti. ] Ordo: Autem, id est sed, extreme demencia est, frustrã niti, neque querere aliud nisi odium, fatigando se. Et hoc dico: Nisi forte quem in honesta & perniciosa libido tenet, gratificari suum decus atq; libertatem suam potentie paucorum. Frustrã autem niti. ] id est contendere ut per uim regas patriam, & nihil proficere nisi acquirere odium, est summa stulticia: nisi forte aliquis sit, qui cupiat gratiam reddere magistratum suum & honorem, ac libertatem potentie paucorum. Odium querere ] id est acquirere. Extreme demencie. ] id est summe stulticie. Nisi forte quem libido perniciosa tenet. ] dico quod est extreme demencie, aliquem niti frustrã: nisi illum quem in honesta, id est turpis & perniciosa libido, id est perniciosa cupiditas gratificari, id est perniciosa libido & cupiditas gratificandi tenet. Potentie paucorum. ] uelut potentie Cæsaris & Pompei, qui reipub. pro arbitrio suo uersabant. Sallustius enim floruit temporibus Cæsaris & Pompeij. Multi ergo ambitiosi erant: quia omnia pericula subire non dubitabant, ut se grato redderent Pompeio uel Cæsari: quoniam decus & libertatem suam in his positam esse uolebant. Decus. ] honorem. Gratificari. ] gratiam facere. Quid est gratificari libertatem suam, & decus potentie paucorum, nisi libertatem suam & decus potentie paucorum gratis concedere: & libertatem ac decus suum pro potentia paucorum periculum exponere, ut eis gratos faciant. Caterum. ] Ordo est: Caterum memoria reru' gestaru' in primis est magno usui, ex alijs negocijs, que exercerent ingenio. Supra monstrauit, quare sibi non placeat administratio reipub. Nunc dicit, quemadmodum ex omnibus alijs artibus & studijs que ingenio & animo exercentur, maxime utile sibi usum sit, historiam conscribere. Ex alijs negocijs. ] id est, ex alijs studijs & artibus. Multæ enim sunt artes animi, quibus gloria comparatur, sicuti supra diximus: dare operam philosophiæ, in administratione reipub. uersari, causas tractare forenses, historiam conscri-

scribere, & multa alia: excepta ergo administratione reipub. que mihi hoc tempore non placeat, ex omnibus alijs artibus, maxime utilis uis est historia. Et propterea me ad hæc scribendum uocaui. In primis. ] præcipue, maxime. Magno usui. ] i. magna utilitati. dicimus enim, hæc res magne utilitatis est mihi. Memoria reru' gestaru'. ] i. historia. Inter annales & historiam hoc interit, quia annales dicuntur eorum temporu' que ætas nostra non nouit: historia est eorum annorum uel temporum, que uel uideamus, uel uidere potuimus, dicta autem sunt res gestæ, id est a uidendo. Tamen ista licenter confundit auctoritas: ut Virgilius, Et uacet annales nostrorum audire laborum. Annales posuit pro historia. Cuius de uirtute. ] Nolo, inquit, laudare historiam: quia multi scriptores eam laudauerunt, & etiam, ne uidear per superbia laudare studium meum. Et hoc est quod dicit. Ordo est: Puto esse prætereundum, quia multi dixerunt de uirtute. Cuius. ] id est illius historie. Simul. ] id est, & ne quis existimet me extollere laudando memet, & studium meum, per insolentiam. Prætereundum. ] id est, transeundum scilicet esse, ne dicam aliquid de laude historie, uidelicet quam utilis sit. Simul. ] id est & per insolentiam, arrogantiam & superbiam. Nam arrogans uidetur, qui facta sua laudabat. Atq; ego. ] Ordo est: Atq; ego credo fore, aliquos, qui imponant nomen inertie tanto & tam utili labori meo: quia decreui agere etatem procul a reipub. Credo (inquit) fore nonnullos, qui uocabunt & appellabunt me inertem & ignauium, quod subtraxime ab administratione reipub. & me ad historiam scribendam contuli. Agere etatem procul a reipub. ] id est, uerere procul ab administratione & cura reipublicæ. La bori meo. ] scilicet scribendi historie. Certe quibus. ] Scis qui erunt illi, qui me inertem uocabunt? Ambitiosi, qui blandis salutationibus splendidijs conuiujs auram popularem sibi conciliare conantur: ut qui per uirtutem ad honores aspirare non possunt, ad eos populo corrupto per ambitionem accedant. Certe. ] Ordo est: Certe, subaudi illi imponent nomen inertie, quibus uideatur maxima industria salutare plebem: & gratiam, ueni gratiam conuiujs. Salutare. ] Vulgo dicitur uisitare. Plebeum. ] plebeios homines, ut eos fautores habeant in petitione magistratum. Tres ordines erant Romæ. Ordo senatorius, ordo equestris, ordo plebeus. Senatus prouinciam gerebat, ordo equestris uelut alia Reipublicæ administrabat, plebs bella gerebat. Ex his tribus ordinibus, populus Romanus constabat. Et conuiujs. ] per conuiuia. Solebant enim qui ad honores inibat, et paulo potetiores erant, ingentia conuiuia populo exhibere, ut hac liberalitate sibi fauorem populi conciliarent quod super omnibus effuso sumptu fecisse Cæsarem legimus. Gratiam querere. ] gratiam & fauorem acquirere. Qui se reputauerint. ] Ordo est: Profecto illi existimabant me mutauisse iudicium animi magis merito quam ignauia, & maius commo- dum uenturum Reipublicæ ex ocio meo quam negotio aliorum. Si qui. ] id est, illi si reputauerint, & quibus istorum ego sum adeptus magistratum, et quales uiri nequiterint assequi idem, scilicet quod ego adeptus sum, uidelicet magistratum, & postea que genera hominum peruenierint in Senatum: illi inquam intelligent, me non propter ignauiam, sed iustis de causis subtraxisse ab administratione reipublicæ, & me ad historiam scribendam contulisse: si considerare uoluerint, quibus ego tem-

poribus sum adeptus magistratum, & quales uiri non potuerint assequi illum magistratum: & si considerabunt, que genera hominum peruenierint in senatum. Nam hoc tempore uenerunt in senatum homines sordidi & ignobiles, qui maiestatem Senatus ignobilitate sua polluant. Et propterea ego pati non potui, uersari in administratione reipublicæ, cum uiderem Senatum clementem non ex nobilibus & sapientibus ac præstantibus uiris, sed ex omni fece hominum commixtum atq; pollutum. Et ideo mutauit consilium & iudicium animi mei, ut nollem diutius uersari in administratione reipublicæ, sed potius historiam conscribere: præsertim quum ego iam perfunctus essem honoribus in reipublica: & cum magistratum essem assecutus, quem summi & præstantes uiri assequi non potuerunt. Et hoc est quod dicit: Qui si reputauerint. ] id est considerauerint. Quibus quoque temporibus. ] uidelicet cum adhuc iuuenis essem. Magistratum adeptus sum. ] Hoc ideo dicit, quia postea dicitur aliquis: o Sallusti, tu ideo non uis in administratione reipublicæ uersari, quia non speras te posse aliquem magistratum consequi. Respondet: Hæc non est causa: quia cum essem iuuenis, cum magistratum sum consecutus, quem summi & excellentes uiri assequi non potuerunt. Nunc in hac etate, iam maturus, multo magis me posse assequi magistratus sperare licet. Quales uiri. ] uidelicet præstantes & excellentes. Idem. ] scilicet quod ego sum assecutus, uidelicet talem magistratum. Cicero in Inuentione contra Sallustium, obijcit ei, quod quæstor & prætor provinciam Africanam explauerit, ergo Sallustius hunc magistratum est assecutus, quia prætor provinciam Africanam rexit: quem magistratum Sallust. sit assecutus, non legimus, sed intelligere possumus aliquem ex minoribus magistratibus: ut quæsturam, ædilitatem, fortasse etiam præturam. Sed in hoc nihil temere affirmamus. Que genera hominum. ] uidelicet homines sordidi & ignobiles, qui non erant digni ut in Senatum admitterentur. Magis merito. ] i. iusta de causa. Ignauia. ] id est propter ignauiam, quia laborem subterfugerem administrandæ reipublicæ. Et iudicium animi mei mutauisse. ] ut existimarem melius esse historiam conscribere, quam administrare rempub. Maius commo- dum. ] id est, maior utilitas. Ex ocio meo. ] Duplex est ocio: honestum & turpe. Ocium honestum dicitur, eorum qui subtrahunt se a rebus gerendis, & in aliquo honesto studio plurimum occupantur: sicuti multi philosophi temporibus suis fecisse leguntur, qui nequaquam se ad Rempublicam conferrebant, sed se totos ad contemplandam rerum naturam tradebant. Sicut Plato fecisse legitur, qui Rempublicam non attigit, sed totum tempus in philosophia consumpsit. Ocium turpe dicitur, eorum qui labore profusus fuerint, & signatim dedunt, nec ingenium nec corpus exercentes. Ex ocio meo. ] scribendi historiam. Quam ex alioru' negotio. ] qui reipub. administrant. Ocium proprie est illorum, qui ingenium in aliquo studio contemplationis exercent: ut philosophi, historici, poete faciunt. Negotium est illorum, qui in rebus gerendis occupantur: ut sunt illi qui in administratione reipub. uersantur, in foro causas agunt, qui bella gerunt, & cetera huiusmodi faciunt. Ex negotio. ] id est, ex occupatione & labore administrandæ reipub. Reipublicæ. ] id est in reipub.

B AD. Verum magistratus & imperia: & postremo, id est, ut uno uerbo completar: omnis cura rerum publica.



Nam sepe ego audiui. ] Verè dico, quod maius commodum uenturum est in rempublicam ex ocio meo scribendi historiam, quam ex aliorum negotio: quia animi hominū accenduntur per historiam. nam cum legunt in historia excellentium uirorum facta, accenduntur & inflammantur animi eorum, ut imitentur ea facta quae legunt. Sic enim audiui Q. Maximum & P. Scipionem solere dicere, quod eorum animi magnopere accenderentur, cum excellentium uirorum imagines intuerentur: quia tunc in memoriam ueniebant facta uirorum illorum, quorum imagines intuebantur: sic animi eorum accendebantur, ut facta illorum imitarentur. quod si per imaginem uel picturam tantopere accenduntur animi, quanto magis accenduntur per historiam, quae est imago multo expressior atque politior? Nam imago uel pictura tantummodo exprimit corporis effigiem: sed historia exprimit effigiem animi, consilij, mentis & habitus. ut Cicero pro Archia poeta: An cum status & imagines, non animorum simul laetra, sed corporum, studiose multo summi homines reliquerunt: consiliorum relinquere & uirtutum nostrarū effigiem nonne multo malle debemus, summis ingenij expressam atque politam? Nam sepe. ] Ordo est: Nā ego sepe audiui Q. Maximum & P. Scipionem, et praeterea praecelso uiros nostrae ciuitatis, solus dicere ita: uidelicet animum uehementissimè accendi sibi ad uirtutem, cui intuerentur imagines maiorum. Et etiam dicere, scilicet, id est certè non illam figuram habere tantam uim in se, sed eam flammam crescere in pectore uiris egregijs memoria rerū gestarū: neque illam flammam scilicet prius sedari, quā uirtus eorum adaequauerit famam atque gloriam eorum. Audiui. ] scilicet ad maioribus nati. Quid est hoc quod audiui? hoc quod sequitur. Q. Maximum. ] Hic est, qui Hannibalem iuueniliter exultantem, patientia sua uicit: cuius non dimittere, uincere fuit. De hoc Ennius: Vnus qui nobis cunctando restituit rem. P. Scipio nē. ] Hic est, qui Hannibalem prelio iudit atque fugauit, & Carthaginē tributariā pop. Rom. fecit. Praeterea. ] id est praeter hos. Imagines. ] uel paruas, uel picturas. Caxam. ] id est statuam ceream. Neque figuram ] id est picturam. Tantam uim in se habere. ] Quia animi non accendebantur propter statuam illam uel picturam: sed propter memoriam rerum gestarum, ab eo cuius imaginem intuebantur. Memoria. ] propter memoriam. Bam. ] flammam: id est eam cupiditatem, illud desiderij. Sedari. ] id est comprimere, & extinguere. Cessare. ] quiescere. Sedari. ] scilicet illam flammam, id est illā cupiditatem non prius conquiescere & cessare, quā uirtus adaequaret famam & gloriam: id est, priusquam uirtus pertingeret & perueniret ad aequalem gloriam. Atque. ] Ita quidem maiores nostri uirtute, conabantur maiorem suorum gloriam adaequare. Sed e contrario homines huius nostrae etatis faciunt. nam non famam, neque gloriam aut probitatem uel industriam maiorum suorum, sed sumptus & diuitias adaequare contendunt. Atque. ] id est sed certè. Contrā. ] id est ex contrario. Ordo est: Atque contra, id est e contrario: qui omnium est existens his moribus, qui non contendat cum suis maioribus diuitijs & sumptibus, non autem (scilicet) probitate neque industria, hoc dicit Homines nostri temporis contendunt cum suis maioribus cum diuitijs & sumptibus, non cum probitate & industria: quia conantur superare maiores suos in diuitijs & sumptibus, non autem in uirtutibus.

Quis est omnium. ] quasi dicat, Nemo est qui non faciat hoc. His moribus. ] id est talibus moribus, quales scilicet sunt mores nostri temporis. Diuitijs & sumptibus. ] Per hoc duo uita notat contraria, auariciam & prodigalitatem auariciam in accumulandis diuitijs, prodigalitatem in expendendis. Sumptibus. ] id est expensis. Probitate. ] id est bonitate. Contendat. ] id est certet. Etiam homines. ] Carpit mores sui temporis. & supra luxuriam & auariciam notauit: nunc carpit ambitionem, dicens: Quod ante noui homines erant, qui nullis maiorum suorum imaginibus adiuui, propria uirtute honores assequantur: nunc autem per latrocinia ambitionem eos assequuntur, quasi claritudo in magistratibus sit, ac non potius tales sint magistratus, qualis est eorum uirtus qui eos administrant. Et hoc est quod dicit Homines noui. ] Homines noui dicuntur, qui nulla maiorum suorum nobilitate aut gloria, sed propria uirtute ad honores accedunt: sicuti fuit Marius & Cicero: qui cum maiores sui nulla gloria aut fama rerum gestarū clariffent, facti sunt consules, alter septies, alter semel. Hi nobilitate non acceperunt, sed uirtute sibi peperunt. Ergo noui homines dicuntur ignobiles genere, qui uirtute sibi nobilitatem & gloriam acquirunt. Etiam homines noui. ] Ordo est: Etiam homines eleuantur ad imperia & ad honores furto, & per latrocinia potius quā bonis artibus, qui soliti erant autuenire nobilitatem per uirtutem. Autuenire nobilitate. ] cum essent ignobiles, uirtute nobiles superabant in petendis honoribus. Nunc autem non uirtute, sed per ambitionem ad honores accedunt. Autuenire. ] uincere, superare. Furtim & per latrocinia ] id est, per ambitionem: quia populum largitione pecunijque corrumpunt. Potius quā bonis artibus. ] id est bonis moribus & uirtutibus. Ad imperia. ] uidelicet ad consulatum & praeturam. nā hi duo magistratus propriè dicuntur imperia, quia his fasces cōceduntur. Consul duodecim fasces habet, id est duodecim lictores. Praetor sex. Lictores autem dicuntur à ligando: hi consulem uel praetorem praecedunt, fasces uirgarum securibus alligatos portantes, quae sunt insignia magistratus. Virgō autem reos pro qualitate criminis cadebant, securi autem percutiebant & occidebant. Nituntur. ] id est grassantur & tendunt. Perinde. ] id est similiter. Quasi. ] id est sicut. Perinde. ] quasi ordo pendet à superiori. Dico quod noui homines per ambitionem nituntur ad honores, perinde quasi consulatus & praetura, atque alia huiusmodi sint clara & magnifica per se, ac non habeantur perinde ut est uirtus eorum qui sustinent ea: id est, hi noui homines tendunt ad honores per ambitionem, quia credunt se per honores nobilitatem et gloriam acquirere: sed decipiuntur. Nam honores & magistratus per se non habent nobilitatem aut claritudinem sed clari & magnifici uidentur, si illi uirtute praediti sunt, qui eos magistratus administrant. Et hoc est quod dicit. Atque alia huiusmodi. ] i. ceteri ut tribunatus, celsura, aedilitas, quaestura. Ac non perinde habeantur. ] i. & non reputentur talia, qualis est uirtus eorum qui ea administrant. Sustinent. ] administrant. Et bene dixit Sustinent, quia honores semper sunt cum onere. Verum paulò. ] Inquit, Longius processit, dum mores ciuitatis reprehendo, quia mihi displicent. Nā tota ciuitas auaricia, luxuria & ambitione corrupta est. Hec enim tria uita & hic, & in Catilinario carpsit. Liberius. ] quia licenter carpsit mores ciuitatis. Altius. ] id est

id est longius. Processi. ] progressus sum. Nunc ad incipiam redeo: id est, nunc reuertor ad id quod inciperam, uidelicet ut scribam res gestas à populo Romano. Antè enim bellum Catilina scriperat: sed ingressus erat ab incepto, interponens hoc exordium. B A D. ] Nam ego audiui sepe, Quintum Maximum & Publium Scipionem Praeterea, id est praeter eos, supple alios praecelso uiros ciuitatis nostrae, scilicet Romanae: solitos, quum intuerentur imagines, id est stemmata maiorum dicere ita: uidelicet animum accendi sibi uehementissimè ad uirtutem: scilicet, id est scire licet unde id eueniat quia non ceram illam unde stemmata fiebant: ut in Iuuenalem, ibi: Stemmata quid faciunt: — late scriptū est. neque figurā, i. facie aut imaginē maiorū: habere in se tātā uim, sicut accendat animos inuentūtiū quia sic cuiuslibet animū incendissent: sed eam flammā, i. illud incendium crescere egregijs uiris in pectore: memoria, id est per memoriam rerum gestarum à maioribus suis unde dicit solet, quod picturae & celaturae sint illiteratorum libri. neque flammam illam sedari prius, quā uirtus eorum, scilicet uiuorum praecelso uiros adaequauerit, id est ex aequo affectata sit famam etque gloriam eorum, scilicet maiorum suorum. Atque, id est sed: quomodo: contraria, id est e contrario: quis omnium, scilicet hominum: est his, id est nostri saeculi moribus, id est utiuis iuxta mores nostri saeculi: qui non contendat, id est certare audeat cum maioribus suis de diuitijs & sumptibus: sed non de probitate neque de industria? quasi dicat: nullus. quia quilibet superaret maiores suos in diuitijs & sumptibus: sed uix quiquam probitate aut in industria. Etiam, id est insuper: homines noui (qui nunquam, & quorum maiores nunquam fuerunt in eo magistratu, in quo noui homines dicuntur) qui scilicet homines noui soliti erant autuenire, id est excedere nobilitatem, id est uiros nobiliter per uirtutem nituntur. id est conantur peruenire ad imperia & honores potius furto, id est fraude & occulta largitione quā ex bonis artibus, id est uero uirtute & honesto artificio. Perinde, id est eodem modo quasi praetura, id est officium aut dignitas praetoris: & consulatus, id est dignitas aut officium consulis: atque omnia alia, scilicet officia seu imperia huiusmodi sint clara et magnifica per seipsa, id est simpliciter sine alterius accessione. Ac non habeantur perinde, id est penitus ita: ut est uirtus eorum qui sustinent ea. Sicut enim Comicus asserit: Diuitiae (quae isti bona uocant) perinde sunt atque qui illis utuntur: qui enim illis bene utuntur, illis bona sunt: qui uero male, mala. Consimile est de magistratibus & honoribus in quibus neque salus neque requies est, nisi bene utentibus. Verum ego processi liberius, id est usque maiori licentia, quā lex Praefationis poscat: & altius, id est longius repetens exordium, quā necesse erat: quia inter uita ab Horatio in Arte poetica, damnata est altius sumere exordium rei narrandae. Unde dicit: Nec reditum Diomedis ab interui Meleagri, Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo. Semper ad euentum festinat: & in medijs res, Non secus ac notus auditorum rapit, &c. — Processi inquit, altius, id est euagatus sum ultra institutum dum piget, id est miserece me: & tædet me morum ciuitatis, subaudi nostrae, ut qui contra consueum eos diu tulcrit.

Idem quodammodo dicit in Praefatione Liuuii his uerbis: Legentium plerique haud dubito quā prima originis & proxima originibus minus praebruta uoluptatis sint: festinantibus ad haec noua, quibus iam pridem praue ualentis populi uires se ipse conficiunt. Ego contra hoc quoque laboris premium petam, ut mea conspectu malorum, quae nostra per tot annos uidit etas, tanti per certè dum prisca illa tota mente repeto, auertam: omnis experientia, quae scribentis animum, est non flectere à uero, sollicitum tamen efficere potest. Nunc redeo, id est uenio: ad opus inceptum, id est ad narrationem belli Iugurthinum. Sanè re non semper iterationem signat, sed uerbum cum eo compositum sepe pro se, id est quasi simplex sit, ponitur. Saepè etiam contrarium denotat, ut quotiens cum uerbo ad uelaturam seu clausuram pertinente componitur, ut, uelo & reuelo: claudio & recludo: tecto & retexo: sero & refero: tecto & retego: contraria sunt. Q. Maximum. ] Q. Fabium Maximum Cunctatorum: de quo Liuuius & Plutarchus. P. Scipionem. ] Vel maiorem, uel minorem Africanum. Maiorum imagines. ] Maiorum suorum Romanum in atijs diuitibus habebant. expressi enim cera uultus singulis disponebantur armarijs, ut essent imagines quae comitantur gentilitia funera. Plinius Nat. hist. lib. 35. cap. 2. Per latrocinia. ] In bellis enim ciuilibus multa rapuerant, ac inde diuites facti largitionibus, magistratus emebant. R I V. ] Et contra, quis omnium est his moribus, qui non de uitijs & sumptibus, non probitate, neque industria cū maioribus suis contendat? ] In manuscriptorum est, Quin diuitijs & sumptibus pro, qui non. Et sic identidem Cicero hac particula uititur. Iam non uitijs, sed diuitijs & sumptibus esse legendum, praeter antiquorum fidem, etiam Aescenianus codex indicat. Coniunxit autem haec Sallustius alibi quoque, nimirum ad Caesarem de reipub. ordinandam: uentus (inquit) probitatis & industriae, non sumptibus neque diuitijs studeat. Perinde quasi praetura & consulatus. ] Legendum, Proinde quasi, ut in manuscriptorum est: quoniam ferè semper apud Sallustium. Nunc ad inceptum opus redeo. ] In manuscriptorum non est, Opus. Sed & postea Sallustius, Quamobrem ad inceptū redeo, inquit. Neque prius sedari quā uirtus eorum famam atque gloriam adaequauerint. ] Et hoc loco illud, Eorum, notum omnes legunt. Sanè ambiguum est, quò referendum, Virtus ne eorum, an famam atque gloriam eorum coniungendum: potest enim ad utrunque referri. Badius etiam ita dubitauit, ut bis legeret Eorum, quippe qui exponat: Neque flammam illam sedari prius quā uirtus eorum, scilicet, uirorum praecelso uiros adaequauerit famam atque gloriam eorum, scilicet, maiorum suorum. Quid non sequemur. Lector iudicet, & inueniet nos non temerè dubitasse. Etiam homines noui, &c. furtim & per latrocinia. ] Quidam Ciceronem notari putant. Sed quomodo de eo, quantumuis inimicus diceret, per latrocinia, qui in Catilina sua cum laude non priuauit? Seldus per latrocinia exponit, per ambitionem. Badius uero, neculta largitione. Ego quid certò dicam, plane haesio: feri autem potest, ut de alijs quibusuis loquatur sceleratis inquam, quorum ea tempestate magna erat ratio.

C A S T.

R I V.

G L A R.

Proposito. Iugurtha rex Numidiae. Docilitis. Narratio. De ortu Iugurthae.

Bellum scripturus sum, quod populus Rom. cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primum, quia magnum & atrox, uariisque uictoria fuit: deinde, quia cum primum superbiam nobilitatis obuiam itum est, quae contentio, diuina & humana cuncta permiscuit: eoque uecordiae proceffit, ut studij ciuilibus bellum atque uastitas Italiae finem faceret. Sed prius quam huiuscemodi rei initium expediā, pauca supra repetam, quod ad cognoscendum omnia illustra magis quae in aperto sint. Bello Punico secundo, quo dux Carthaginensium Annibal post magnitudinem nominis Romani Italiae opes maximae attriuerat, Masinissa rex Numidarum in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea cognomen Africano ex uirtute fuit, multa & praecleara rei militaris facinora fecerat, ob quae, uictis Carthaginensibus, & capto Syphace, cuius in Africa magnum atque latum imperium ualuit: Populus Rom. quaecumque urbes & agros manu ceperat, Regi dono dedit.

SOLDI.

Bellum. Exortio praemisso, rem ipsam aggredior. Dicit se scripturum esse bellum, quod populus Romanus gessit cum Iugurtha rege Numidarum. Numidia est pars Africae, in qua regnauit Masinissa rex, socius & amicus populi Romani. hic Masinissa tres habuit filios: Micipsam, Manastabalem & Gulissam. Sed mortuo Manastabale & Gulissa, Micipsa solus regnum obtinuit, qui Adherbalem et Hiempsalem filios ex se genuit. Iugurtham autem filium, fratris sui Manastabalis educauit ut filium, quem Masinissa auis priuatum reliquerat, quia ex concubina natus erat. Sed Iugurtha uirtute & uiribus multum ualebat, ingenio maxime excellens, maior natu Adherbale & Hiempsale. Micipsa igitur timens, ne post mortem suam Iugurtha, paruis liberis Adherbale & Hiempsale existentibus, regnum sibi usurparet, statuit ei obiectare periculum: & eo modo tentare, si quo modo Iugurtha perire posset. Cum igitur populus Romanus Numantiam, ciuitatem Hispaniae, dux Scipione obsideret: Micipsa auxilia pedum & equitum ad id bellum populo Romano misit, quibus Iugurtham praefecit, sperans illi in eo bello posse interire: sed longe aliter euenit. Nam uirtus Iugurthae in eo bello plurimum enituit, ac multa praecleara facinora gessit: ob quae Scipio Iugurtham in obsequio laudatum, ac donis militaribus insigniter donatum, finito bello capta & deleta Numantiam, ad Micipsam remisit cum literis, in quibus uirtutem Iugurthae miris laudibus extollebat. Quo factum est, ut Micipsa mutato consilio atque animo, quem antea interire cupiebat, hunc maxime incolumem esse uellet. Micipsa igitur Iugurtham sibi in filium adoptat, & paulo post mortens, fortunae suas omnes, ac regnum ipsum ei cum liberis commune reliquit. Mortuo Micipsa, cum tres reguli, Adherbal, Hiempsal & Iugurtha, regnum inter se diuidere constituisent: loco & tempore ad id faciendum constitutum, Iugurtha Hiempsalem natu minorem per insidias interfecit. Quo extincto, cum ad occupandum uniuersum regnum adieisset animum, contra Adherbalem exercitum parat: & praelio facto, illum uictum fudit, fugauitque. Adherbal uictus ac regno spoliatus, Romanum uenit: expositaque nefanda crudelitate Iugurthae in se fratremque suum Hiempsalem extinctum, a Senatu petiit auxilium contra illum. Senatus decretum fuit, ut mittantur decem legati, qui regnum inter Adherbalem & Iugurtham diuiderent. Diuiso itaque regno, cum legati Romani ex Africa discessissent, rursus Iugurtha animum intendit ad occupandum regnum Adherbalis, Igitur exercitum comparato, regnum eius inua-

dit. Adherbal necessitate coactus, & ipse copias parat, & Iugurthae obuiam proficiscitur. mox praelio commisso, Iugurtha Adherbalem exercitum fudit, atque ipsum Adherbalem cum paucis equitibus in Ciribam oppidum fugere compellit. Iugurtha oppidum obsidet, interea Adherbal per literas Senatui monet, quo in statu fortunae suae sint positae: regno spoliatum a Iugurtha esse, fame ac ferro ad extremae esse deductum, nec amplius obsidionem posse sustinere. Iugurtham decreta senatus parafacere: petere, ut sibi auxilium mittat. His literis in Senatu uocatis, fuerunt qui conserent, statim Adherbali subueniendum esse, & exercitum in Africam contra Iugurtham esse mittendum. Sed resistitibus amicis Iugurthae, quos sibi pecunias parauerat, ne quid tale fieret: legati ad Iugurtham mittuntur, qui uerbis Senatus cum ab incepto desistere cogent, Iugurtha legatis uerba dedit, quoad usque discederet. Quo facto, illi qui cum Adherbale intra oppidum obsidebantur, persuadent ei ut oppidum Iugurthae tradat, tantum ab eo uitam petat. Deditio igitur facta, Iugurtha statim contra fidem datam, Adherbalem exercitum interfecit. Quae cum Romae nunciata essent, grauius a Senatu sum habitata. Igitur L. Calpurnius Bestia consul cum exercitu contra Iugurtham contra Iugurtham, a quo consul pecunia corruptus, turpiter cum eo foedus fecit, quam rem Senatus populisque Romanis grauius tulit. Post Calpurnium Albinus consul mittitur contra Iugurtham, a quo diu ludificationibus tractus, cum ei res ipse deditio faceret, tandem re infecta, quia tempus comitiorum instabat, Romam redijt, Aulo fratre suo propraetore relicto, qui exercitum & prouinciam praefecit. Hic, seu belli consciendi cupidus, seu ut a rege pecuniam acciperet, mense Ianuario, aspera uentis, exercitum ex tabernaculis in expeditionem uocat. Iugurtha cognita imperitia eius, uelut pauidus, ad eum supplices legatos mittit, ipse exercitum per loca saluosa, uelut fugiens, ducit. Aulus hoc magis insequitur. Vbi Iugurtha uidet se transisset Romanos in locis sibi committit ad pugnam, praelium committit: in quo Romanos fudit, ac fugauit. Postero die cum Aulus & Iugurtha colloquii uenissent, sedes inter eos ita factum est: ut oes Romani incolumes sub iugum mitterentur: & post, ut decem diebus extra Numidiam decederent. Quae cum Romae nunciata essent, dolor ac timor omnes inuasi. Post Auli factus, et Romani exercitus jugam, Metello consuli prouincia Numidia per sortem uenit. Hic optimi imperatoris artibus usus, cum exercitum uitis superiorum ducem licentia solutum accepisset, ad normam ueteris disciplinae reduxit.

atque ita Iugurtham aggressus, aliquot grauius praelys ope eius attriuit. Postremo C. Marius post Metellum consilium creatus, cum ei Numidia prouincia decreta esset, Iugurtham bello persequens, tandem illum ad extrema compulsi: & per prodicionem sibi tradidit, in triumphum duxit. Hoc est totius Operis argumentum. Primum. I quia magnum, id est asperum & difficile. Variasque uictorias, I quia aliquando Romani uicere, aliquando sunt uicti, ut supra monstrauimus. Ergo uaria uictoria: quia aliquando uicerit Romani, aliquando Iugurtha. Superbiae nobilitatis obuiam est. I Sapere certamina erant & seditiones inter patres, id est inter senatus & plebem: quia senatus magna ex parte cuncta pro arbitrio suo gerebat, in hoc ergo bello plebs maxime nobilitati & patribus resistit, sicuti infra uidebitur. Nam magna pars nobilitatis Iugurthae fauebat propter honestatem, quia ab eo pecuniam acceperat: quod plebs molestum forebat. Sed quemodo plebs resistit nobilitati, uidebitur infra. I Nam C. Marius, noui hominis & ignobilis, contra factionem nobilitatis creauit. Et hinc primum factiones in urbe Roma pullulare ceperunt, quia ciuitas quodammodo in duas partes diuisa est: una factio & una pars erat nobilitatis, altera pars plebis. Nec haec partes prius desierunt, quam tota ciuitas atque uniuersa Italia uastata, & caede ac sanguine ciuium repleta est. Contentio certamen, scilicet partium. Diuina & humana cuncta permiscuit. I Hoc ideo dicit, quia ex his partibus bellum ciuile inter Marium & Syllam ortum est, dum plebs Marium, nobilitas Syllam sibi ducem assumit: quod bello omnia iura diuina et humana uiolata sunt, nec enim leges humanae aut diuinae in eo bello ualuerunt: sed prout libido uictoris erat, fiebat. Permissum. I perturbatum. Hoc uocordae proceffit. I id est ad eam insidiam peruenit, quae factionibus in partibus & factionibus. Bellum atque uastitas Italiae finem faceret. I non prius, inquit, partium & factionum certamen cessauit, quam bello & uastitate finiretur Italia. Nam tota Italia bello ciuili Marij & Syllae implicata est. Quae contentio. I Ordo est: Quae contentio permiscuit diuina & humana. & proceffit, scilicet ea contentio eo uecordiae, ut bellum atque uastitas Italiae faceret sine studijs ciuilibus, i. factionibus & partibus, ciuium: quia non prius cessauerunt partes & factiones ciuitatis, quam finiretur bello & uastitate ac clade totius Italiae. Sed priusquam. I Ordo: Sed ego repetam pauca, priusquam expediā initium huiuscemodi rei. Quo. I. ut omnia sint magis illustrata ad cognoscendum, & sint magis in aperto. Sed priusquam. I Ante (inquit) quam incipiā narrare bellum Iugurthae, pauca quae antea gesta sunt, exponam, ut omnia clarius intelligantur, & facilius. Priusquam expediā initium huiuscemodi rei. I. priusquam exponam & explicem initium belli Iugurthini. Pauca repetam. I pauca ante gesta narrabo & exponam. Nam repetere hoc loco non significat rem antea dictam replicare, sed re ante gestam narrare. Quia bellum Punicum secundum gessit uictus ante bellum Iugurthinum. Illustrata. I clariora. Bello Punico secundo. I Ter Romani cum Carthaginensibus bella gesserunt. Primum Punicum bellum confecit Q. Lucretius consul. Secundum Scipio Africanus maior, uictus Hannibalem, Carthagine tributaria facta populo Romano. Tertium Scipio Africanus minor, deleta prorsus & extincta Carthagine. Bello Punico secundo. I Ordo est: Masinissa rex Numidarum est receptus in amicitiam a P. Scipione, cui postea fuit cognomen Africano ex uir-

tute. dico quod est receptus in amicitiam bello Punico secundo, quo Hannibal dux Carthaginensium maxime attriuerat opes Italiae, post magnitudinem nominis Romani & fecerat, scilicet Masinissa multa praecleara facinoraret militaria, ob quae populus Romanus dedit dono regi quoscumque urbes & agros ceperat manu, uictis Carthaginensibus, & capto Syphace, imperium cuius magnum atque latum uoluit in Africa. Bello Punico secundo. Primum Punico bello finito, Q. Lucretius, & M. Manilius consules, pax Carthaginensibus annis 40. data est, uiginti tribus annis post inceptum est secundum bellum Punicum, & 27. anno finitum. Hoc autem ordine gessum est: Hannibal Hamilcaris filius, post mortem patris dux Carthaginensium creatus, quinto mense, postquam a Carthagine discesserat, in Italiam peruenit cum 80. milibus pedum, 10. milibus equitum. Consules P. Cornelius & T. Sempronius, inter se prouincias partiti sunt. Cornelio Hispania, Sempronio Sicilia cum Africa, sorte euenit. Copias uero inter se diuiserunt: Sempronio datae sunt legiones duae, quae octo milia militum continebant, nam singulae legiones quaterna milia militum habebant. Post 300. equites, & hic numerus ex Romanis. Sectorum autem populi Romani datae sunt sexdecim milia pedum, equitibus mille & uiginti. naues longe 160. celeses 12. Cum his terra maris uicinisque copiis in Siciliam profectus est Sempronius, ubi feliciter contra Carthaginenses dimicauit, 7 nauibus captis, ceteris in fugam uersis. Cornelio minores copiae datae sunt, legiones duae cum suis uisio equitibus, & quatuordecim milibus pedum, equitibus mille ducentis ex socijs. Cornelius igitur cum his copijs obuiam proficiscitur Hannibali in Italiam transiit, in transiit Rhodanum primum praelium commissum est, haud grande, sed atrox: in quo superiores Romani fuerunt. 200. ex hostibus ceciderunt in eo praelio: ex Romanis 160. Secundum apud Ticinum flumen, haud longe a Placentia, praelium ab Hannibale & Scipione commissum est, cum omnibus copijs: in quo Hannibal superior fuit, grauius consule uulnerato: quem & periculo liberauit uirum pubescens filij, cui postea cognomen Africani fuit. Et cum P. Cornelius Scipio uiribus & numero copiarum Hannibali par non esset, iussu Senatus, Sempronius reliquit Siciliae, se Scipioni coniunxit, & apud Trebiam castra locauit: ubi cum consilio, uel potius temeritate Sempronij, renitente Scipione, praelium cum Hannibale esset commissum, ingenti clade fusi fugatique sunt Romani. Deinde cum Alpes Hannibal transisset, apud lacum Trasimenum Flaminius consule dux, exercitum Romanum praelio fudit: in quo praelio caesa sunt Romanorum 15. milia, decem milia sparsa fuga per omnem Etruriam, diuersis itineribus Romam petiere. Translato deinde in Apuliam bello, apud Cannas, consulis Aemilij Pauli ac Terentij Varrone, Hannibal praelio commisso, temeritate Terentij, inuito collega ac renitente, exercitum Romanum solum ad internecionem occidit. In hoc praelio Romanorum 40. pedum caesa sunt, equites duo milia ducentis & tanta propere ciuium sociorumque pars caesa traduntur. In his paulus Aemilius consul cecidit. Haec clade res Romana ita afflicta est, ut de summa rerum propere desperatum sit. Cum Maro frater Hannibalis, nuntius huius uictoriae, Carthaginem missus, de rebus & fratre gestis in Italia apud senatum loqueretur, dicit occidisse illum supra ducenta milia, supra quinquaginta milia

millia hostium cepisse. Ad fidem deinde tantæ felicitatis infundit iustus in uestibulo curiæ annulos aureos, qui (ut quidam tradunt) tres modj cum dimidio fuerunt. Verior tamen fama est, modium non excessisse. Hac uis Etoria multæ ciuitates ad eum defecerunt: inter quas Capua, cuius opulentissima. Vario deinde euentu cum Marcello apud Nolam pugnaui. Sed tandem Marcellus cum speculatum exisset, insidijs interceptus occiditur. Dum in Italia hæc ab Hannibale geruntur, P. Cornelius Scipio in Africam mittitur: ibi Syphacem regem Massessulorum, qui cum Carthaginiensibus fœdus habebat, ad amicitiam Romanorum traxit. Massessuli gens affinis Mauris est: in regionem Hispaniæ maximè, quæ sita noua Carthago est, sperans. quo factò, in Hispaniam transit: ubi seditione militaris orta comprimitur. Deinde compositis rebus Hispaniæ, cum rediret Massinissa, quæ cù Carthaginiensibus erat, ad Scipionem uenit, eumque alloquitur: gratias agit ei de fratris filio remisso. ex eo tempore affirmat eam se quaesisse occasionem, quam oblatam deorum beneficio omiserat. Cupere se illi populique Romano operâ nauare: ita ut nemo unius magis enixè adiuuerit rem Romanam. Lætus cum Scipio uidit, audiuitque: cum caput uerû in omnium hostium equitatu Massinissam sciret fide data, acceptaque, firmataque amicia, Massinissa digreditur: permissusque Scipionis populatur agros uicinos, ne sine causa ex Gadis, ubi erat, in continentem transisset: sicque Gadis rediit. Deinde cum Romam Scipio redisset, et in Senatu extra urbem res de in Hispania gestas narrasset, quot opida ex hostibus cui cepisset, acie dimicasset, senatu misso urbem ingressus est. statimque summo omnium consensu ante annos consul creatus est, P. Licinio Crasso pontifice maximo. statimque ingenti classe atque exercitu in Siciliam traiecit, præmissis in Africam Lælio ad quem prædus ex agro inermi agentem, Massinissa cù paucis equitibus uenit: queriturque quid in Sicilia Scipio cunctetur. Cum igitur hæc per Lælium Scipioni nuntiata essent, et in altero annum ei prorogatum esset imperium, cum exercitum in Africam traiecit. Ac primò Viticam ciuitatem obsidere parat. Carthaginienses Hasdrubalem ex Hispania accersunt, ut patriæ propè circumfessæ opem ferat. Syphacem, qui iam Hasdrubalis filiam in uxorem acceperat, orat, ut Carthagini ac uinuerse Africæ subueniat. Hasdrubal cù triginta millia peditum, tria millia equitum coniecisset, Syphaci se coniunxit: qui exercitum quinquaginta millia peditum cum multo equitatu comparauerat, quorum aduentu Scipio ab obsidione Viticæ discessit. Sextodecimo anno belli Punici, Seruilius Cepione et Seruilio Gemino consulibus, Scipioni prorogatum est imperium, donec in Africâ debellatum foret. Scipio igitur castra Syphacis et Hasdrubalis, instructo exercitum nocturno tempore aggressus, incendit. Cæsa sunt, aut flammis cõsumpta, quadraginta millia hominû: capta supra quinq; millia, undecim Senatores nobiles: Carthaginiensium uerò centum octoginta quatuor signa militaria capta. Carthaginienses tanta clade accepta, cum quid agendum esset consulerent i decernunt, exercitum reparandum, Syphacemque oradum ne bello absteret. Igitur nouo exercitum comparato, qui fuit ad triginta millia armatorum, Scipionem ab Viticâ oppugnatione depellunt: cõmissisq; in Campos magnos (sic uocant) prælio, Pœni Numidæque iunguntur à Romanis. Ibi Syphax grauius equo uulnerato, dum obsequitat, si aciem insulantem inhibere posset: effusus in terrâ opprimitur,

ac uinum capitur. Qua clade Carthaginienses coacti sunt Hannibalem ex Italia reuocare. Cum igitur Hannibal in Africâ traiecisset, et cõtra Scipionem castra locasset, duces in colloquium uenerunt, si forte de pace fienda inuicè conuenirent. Cum de pace nihil agerent, uterque exercitum ad prælium instruit. Date utriusque ad pugnam signo, eocurrunt. summa utriusque pugnatum est, tandemque Pœni funduntur. Carthaginiensium sociorumque ea die cæsa sunt supra uiginti millia: totidè ferme capta, cum centis triginta duobus signis militariibus. Elephantis undecim capti, quos ad lxxx. Hannibal in acie locauerat. Nò tamen Romanis incruenta uictoria fuit. nam 10. millia ex Romanis ceciderunt. Post hæc Verminam Syphacis filium, Carthaginiensibus auxiliu ferentem, missa exercitus parte Scipio sudit. cæsa eo prælio xv. millia hominû. Deinde uictis Carthaginiensibus, pax data est his conditionibus: Ut liberi legibus suis uiuerent, populadâ ei die sine Romani faceret: Per fugas, fugitiuorumque captiuos ut Carthaginienses redderet Romanis: bellum ne in Africâ, ne uè extra Africâ iniussu populû Ro. faceret: Naues rostratas traderet: Massinisse res redderet, et fœdus cum eo faceret: decem millia talenta argenti descripta, æquatis pensionibus in annos 50. solueret: centum obidies arbitrato Scipionis darent. Atque ita sine secundo Punico bello à Scipione impositus est. his ita gestis, Romæ uerfus clarissimum omnium egit triumphum. Bello secundo Punico. ] Pœni dicuntur Carthaginienses, quasi Pœni. nam de Tyro Pœnicis regionis parte uenerat, qui Carthaginē considerat. inde Punicos, Carthaginiensibus. Dido namque de Tyro, quæ est pars Pœnicis regionis, uenit, quæ Carthaginē cõdidit. Post magnitudinē nominis Romani. ] Nam iam tunc nomē Romanorum magnum erat per totum orbem terrarum, propter magnitudinē imperij. Italia opes maximè attriuerat. ] quia multas et clarissimas uictorias in Italia ex duobus atque imperatoribus Romanis affectus fuerat, 17. annis, quibus in Italia fuit: sicuti supra monstrauimus. In amicitiam receptus est à P. Scipione. ] eo modo quo diximus. Multa militaris rei et præclara facinora fecerat. ] quia unâ cum Scipione bis Hasdrubalem et Syphacem præclatio atque acie uicit et postremò ipsum Hannibalem, uictis Carthaginiensibus, scilicet Hasdrubale et Syphacem bis prælio uictis, ac ad postremum ipso Hannibale acie superato à Scipione: qui postea eo eam uictoriam dicitur esse Africanam. Capto Syphace: eo prælio quo ipse et Hasdrubal uicti sunt in campos magnos, apud Viticam Africæ ciuitatem, ut supra monstrauimus. Regi dono dedit. ] scilicet Massinissam donasse: ac presente exercitum regem appellasse: postea Senatus decreto, quic quid urbium et agrû bello acquisiuerant in Africâ à Romanis ipsi Massinisse dono datus est.

Bellum scripturus sum. ] Proponit in principio, propositumque commendat quod statim profequitur, dicens in principio: Ego scripturus sum, sed in hoc opere bellis, quod populus Romanus gessit, et publice traclauit et exhibuit cum Iugurtha rege Numidarum: non qui uerus rex esse debebat, sed qui pro rege institutus erat, et sese regem gesserat. Sicut in Euangelio: In diebus Herodis regis Iudæ: qui tamen non ex iussione legitima erat rex, sed à Romanis institutus, scripturus (inquit) sum ob multa: pria

ta: primum, id est prima de causa, quod supple illud fuit magnum: quia multis copijs gessum, et atrox, quia multis trucidatis: et uaria uictoria, id est habens uariam uictoriam nunc Romanorum, nunc Iugurthinorum. Unde uidentur, varia uictoria potius ablatiuis casus quam nominatiui. Deinde, quia primum tum, id est tunc, hoc est, ex eo bello in quo Marius homo nouus et popularis ad consulatum prouectus est: obuiatum est, id est resistentia facta est superbie nobilitatis, i. nobilium, qui pl. beios antea penitus deprimebant. Unde ciuilia bella sub Metello cœnule, qui in hoc bello primas partes gessit, orta attestatur Flaccus in principio secundo Carminum dicens:   
Molunt et Metello consule ciuicum,   
Bellisq; causis et uita et modis,   
Ludumq; Fortunæ quæstusq;   
Principum amicitias, et arma   
Nondum expatiis uicta cruoribus   
Periculose plenum opus alæ   
Traclat, &c. —   
Sane ex eo quod Marius summam gloriam ex hoc prælio, summumque fauorem populû nactus erat, orta est inuidia Syllæ in eum: qui cum acerbum gessit postmodum bellis, quod omnia diuina et humana permixta atque cõfusa sunt. Nam honesta Syllæ uictoria in summi nefas uersa est (ut memorauimus in Catilinario) quæ cõtento, inter patrios et plebeios cõmiserat, i. cõiungit cuncta diuina et humana, id est omnia turbauit: ut quis non mare cælo misceret. Sane antiqui dum maximè cõfusa et perplexa mentes erant, clamabant: O cœli, o terra, o maria Neptunus in in Terentio. Et ideo pro summa commotione dicebat, diuina et humana confundi: aut quia diuina et humana iura indifferenter uiolata sunt. Et sup. processit: eo, id est ad id uecordiæ, id est uesaniae et dementiæ, aut parue prudentiæ. Ve enim nunc significat mulum: ut, Ve pallida apud Horatium. Et Ve grandi subere, ut quidam legunt apud Persium, nunc parum ius, uestibulum, id est paruum stabulum, seu statio. Unde uecors, aut nullus aut peruersi cordis: ut bellum, scilicet ciuile aperte gessum: et uastitas, i. desolatio uastatis agris Italiae: faceret Studijs, id est factionibus et contentionibus ciuilibus finem: sed ego repetam, id est assumam dicendo pauca supra, id est prius gesta: quò, id est ideo ut omnia sint magis illustrata ad cognoscendum, id est ut cognoscatur: et sint magis in aperto, id est manifestò. Vbi gerundium in dum ponitur absolute in significatione passiuâ: ut Valla docet, elegans hic locum. Ordo autem est. Massinissa, rex Numidarum receptus bello Punico secundo, id est tempore belli Punici secundi Bellum enim significat totum illud tempus, quo discordia agitur: Pugna uerò et prælium duntaxat, quo configitur et manus conferitur: quo, scilicet secundo bello Punico Hannibal (scribitur autem frequentius Annibal) dux Carthaginiensium: post magnitudinem nominis Romani, id est postquam nomen Romanum maximum euderat attriuerat, id est captum atterendo absumperat: maximè, id est potissimum: et opes, id est potestates et facultates Italiae, receptus dico in amicitiam à Publio Scipione, cui fuit postea ex uirtute, id est propter uirtutem cõcognomen (dicerent grammatici agnomen: quia cognomen, est cognationis nomen, Agnomen, est ad natum nomen ex aliquo euentu, ut hic ex uirtute et uictoria) Apfricanus: idem autem oratorij quæ quando uelutium datus casus præcedit et sequitur nomen alterius casus, addi

potest tertium datus aut alterius casus, uenustius tamens datus: ut Aeneidos 1. — cui nunc cognomen iulo. Et Linius libro primo, subaudiens cui dicit, Faustulo nomen ferunt fecerat, scilicet Massinissa: multa et præclara facinora, id est facta rei militaris: ob quæ, scilicet facinora et merita, Carthaginiensibus uictis: et Syphace, scilicet rege capto, id est postquam Carthaginienses erant uicti, et captus Syphax: cuius, scilicet Syphacis imperij magnum atque latum: ualuit, id est ualidum fuit in Apfricanis: populus Romanus dedit dono regi, scilicet Massinisse quasque urbes, id est urbes et agros, supple quasque ceperat manu, id est uel bellica. Et per hæc ostendit gratitudinē populû Romani, qui animaduertens in quantâ ne cessitate consistit reipub. subuenerat Massinissam, in eum summa beneficia contulit: quæ res illi maximo iuri usui, ut sequenti docent.   
[ Studijs ] contentionibus. Bellum. ] ciuile Marianum. Hannibal. ] Hamilcaris, Barcbæ filius. Linius, Aemilius Probus et Plutarchus. Attriuerat. ] Sex decim enim annos Italiam ferro ignique uastauit. Massinissa. ] Massinissa seu Massinissa, Gale Massinissa regis filius, cõm à Carthaginiensibus esset, simulans se eam à populando Hispaniæ agris à Gaddus proficisci, clam ad Scipionem cõiungit, ab eoque in amicitiam receptus est. inde constantissimè ad ultimam senectam in Romanos fidei fuit Linius. Rex Numidarum. ] Rex Massessulorum, qui et ipsi Numidæ sunt, ut ex Lino discimus. Capto Syphace. ] Syphax Numidarum rex, cum contra fœdus bellum pro Carthaginiensibus in Romanos suscepisset, uictus à Scipione se in regnū recepit inde maiore exercitum coactò ad hostes pergit, cõmissisq; prælio uinuit capitur. Romæ igitur à Scipione, inde à patribus Albam in custodia militatur. nec multo post Tybure, quò ab Alba tradidus fuerat, mortuus est. hæc ex Lino. Polybius libro 16. scribit, Syphacem in triumpho ductum. Quasque urbes, &c. ] Romani non solum Massinissam in patriâ regnum restituerunt (ei enim uictis à Syphace fuerat) sed etiam Circa oppidum, ceteris urbibus agrisque, quæ ex regno Syphacis pugnando ceperant, ad eum donarunt. Linius Dec. 3. lib. 10.   
Deinde quia tum primùm superbiæ nobilitatis obuiam ium est. ] In quibusdam est, Debius, uelut manscriptis. quæ particula Cicero quoque utitur. In Veneto, quod est à Pincio excusum, Obuiatum legitur pro, obuiatum, sed peccerant uidelicet, quamuis eodem modo, Nerserburgensē habeat, et Florentinum. Sed priusquàm uinuerat rei initium expeditam. ] Manuscripta quædam, Expedio: quomodo Cicero quoque interdum. Velut de Orat. Sed priusquam illa conor attingere, proponam breuiter, et in Philipp. Cui priusquam de ceteris rebus respondeo, de amicitia pauca dicam. Quo dux Carthaginiensium Annibal. ] In manuscriptis est, Carthaginiensium: quomodo et alijs ferè in iisdem. Vult autem et Pricianus Carthaginiensem dicit, libro 4. Sed et Ennius ille uersiculus, quem Cicero alicubi citat, cum Priciano facit: Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis. Nisi quis hoc metri ratione excusatum uelit. Sic infra Sallustius in uictis Carthaginiensibus: et; Bello Carthaginiensi. Item: Syphacem et Carthaginienses. Eodem modo in Catil. Quum sæpe Carthaginienses in pace, &c. Quasque urbes et agros manu ceperat. ] Legendum, Urbes: quomodo in impressis quoque uetus

C. AST.

R. IV.



Manu cepit: pro, pugna cepit: ut alibi idem loquitur T. Lucretius, ab V. C. Quem agrum miles

pro parte viri manu cepisset, cum senex quoque voce qua una posset vindicare.

Micipsa filius Masinisse.

Studia adolescentia.

Lans Iugurtha.

Sine invidia laudem inuenit, que lans modestia est.

Que res vulgo admirationi est: ferè maximi, maximi latrones.

SOLDI.

Igitur amicitia Masinissæ bona atque honesta nobis permansit, sed imperij uitæque eius finis idem fuit. Deinde Micipsa filius eius regnum solus obtinuit, Manastabale & Gulussa fratris morbo absumptis. Is Adherbalem & Hiempalem ex sefe genuit: Iugurthamque; Manastabalis fratris filium, quem Masinissa, quia ortus ex concubina erat, priuatim reliquerat: eodem cultu quo liberos suos domi habuit. Qui ubi primum adoleuit, pollens uiribus, decora facie, sed multo maxime ingenio ualidus, non se luxui neque inertiae corrupendum dedit: sed, uti mos gentis illius est, equitæ, iaculari, cursu cum æqualibus certare: & cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus esse. Ad hoc pleraque tempora in uenando agere: leonem, atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, & minimum ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa tametsi initio lætus fuerat, existimans Iugurthæ uirtutem regno suo gloria fore: tamen postquam hominem adulescentem, exacta sua ætate, & paruis liberis, magis magisque crescere intelligit: uehementer eo negotio permotus, multa animo suo uolebat. Terrebatur cum natura mortalium auida imperij, & præceps ad explendam animi cupidinem. Præterea opportunitas suæ liberorumque ætatis, quæ etiam medio cret uiros spe prædæ transtuleros agit. Ad hoc studia Numidarum in Iugurtham accensa: ex quibus, si talem uirum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat. His difficultatibus circumuentus, ubi uidet neque per uim, neque insidijs opprimi posse hominem tam acceptum popularibus, quod erat Iugurtha manu promptus, & appetens gloriæ militaris, statuit eum obiectare periculis, & eo modo fortunam tentare.

re. ] pro feriebatur: hoc uirtutem & exercitationem Iugurthæ ostendit, qui non dedit se luxurie & ignauie, sed uirtuti & exercitationi corporis. Facere. ] pro faciebat. Loqui. ] pro loquebatur: non ostendit uirtutem suam uerbis: sed cum multa faceret, nihil de seipso dicebat. Quibus rebus Micipsa. ] Ordo est: Micipsa lans men permotus uehementer eo negotio, uolebant multa cum suo animo: postquam intelligit hominem adulescentem magis ac magis crescere, exacta sua ætate, & paruis liberis, existentibus: tamen illi, Micipsa, fuerat lætus in initio, quibus, i. illi rebus existimabat uirtutem Iugurthæ fore gloria suo regno: a principio Micipsa gaudebat, quod Iugurthæ uirtus in dies crescebat: credens & existimans Iugurtham futurum gloriæ regno suo, sed postea timere cepit, cum uideret illum nimium crescere. Timebat enim, ne si ipse moreretur, uel etiã adhuc ipso uiuente, Iugurtha regnum occuparet: quia filij sui Adherbal & Hiempsal, adhuc parui erant, & ipse erat senex. Quibus rebus. ] uidelicet quia Iugurtha ita se dederat ad exercendas uires corporis. Fore. ] id est futurum esse. Gloria. ] id est ad gloriam. Exacta. ] i. finita: quia iam Micipsa ad extremam senectutem uenerat. Paruis liberis. ] i. filijs suis, Adherbale & Hiempale. Re negotio. ] id est ea re uidelicet, qua crescebat nimium uirtus & potentia Iugurthæ. Uolebat. ] id est agitabat, considerabat. Terrebatur eum. ] Micipsa ideo timebat, quia uidebat naturam hominum esse procliuem & cupidam ad imperium. Nam naturaliter homines magis cupiunt imperare, quam seruire. Et propterea timebat, ne si moreretur, Iugurtha capta occasione filios suos interficeret, & regnum usurparet: sicuti etiam fecit. Terrebatur. ] id est pauesciebat. Mortalium. ] id est hominum. Auida. ] id est cupida. Et præceps. ] i. prona, procliuis & inclinata: quia naturaliter homo nititur explere cupiditatem animi sui. Opportunitas. ] i. occasio, scilicet terrebatur. Sine ætatis. ] quia senex erat. Liberoribus. ] id est filioribus, quia adhuc parui erant.

Quo

Quæ etiam medio cret uiros spe prædæ transtuleros agit. Opportunitas, inquit, facit, ut hi qui à natura boni sunt, spe alicuius commodi data, mali & peruersi efficiantur. Nam sæpè hoc euenire solet, ut homo qui à natura bonus est, oblata sibi occasione ad aliquod facinus perpetrandū, dicatur: quod non fecisset, nec excogitasset, nisi occasio sibi oblata esset. hoc est quod dicitur. Quæ. ] s. opportunitas. Etiam midiores. ] non solum malos, sed etiam moderatos & modestos. Spe prædæ. ] id est, spe lucri et commodi. Transtuleros agit. ] id est peruerit, & peruersos facit, ut ex bonis malos faciat. Ad hoc. ] i. præterea. Studia. ] i. fauor & beneuolentia: quia Numidae omnes miro quodam amore Iugurtham diligebant, propter uirtutem eius, & ei fauebant. Iugurtham. ] i. erga & in fauorem Iugurthæ. Ex quibus. ] s. studijs, propter studia Numidarum in Iugurtham, Micipsa timebat, ne si Iugurtham dolo uel ui interfecisset, seditionem populi contra se, uel bellum concitaret. Ordo est: Ex quibus anxius erat, scilicet Micipsa, nequa seditio aut bellum oriretur, si interfecisset talem uirum doli. Talem uirum. ] s. Iugurtham, ac si diceret, Tam gratum omnibus. Ne qua seditio. ] i. ne aliqua discordia. Et seditio propriè dicitur populi discordia, neque enim rectè diceretur, seditio inter duos. & dicitur seditio, quia scorsim initio. Anxius erat. ] i. timebat. Elis. ] i. talibus. Circumuentus. ] i. circumdatus & pressus, scilicet Micipsa. Acceptum popularibus. ] i. tam gratum populo. Popularis dicitur, secundum Donatum in Terentio, qui à populo amatus est: & hoc loco hanc significationem non habet. popularis etiã dicitur cuius, popularis humilis, popularis uilibus dicat, hominibus populi. Manu promptus. ] id est strenuus & fortis manu. Obiectare. ] id est obicere & exponere. Periculis. ] ut quem aperte interficere non audebat, exponendo illum periculis facere interire. Fortunam tentare. ] id est, experiri fortunam, s. si aliquo modo Iugurtha perire possit.

BAD.

Igitur amicitia. ] Post mortem Masinissæ narrat de filijs eius, dicens: Igitur quia tam liberalis erat po Romanis Masinissam: amicitia Masinissæ regis Numidie permansit, usque ad ultimum uitæ eius mansit nobis, scilicet Romanis: bona, quia utilis: & honesta, quia gloriosa. Gloriosum enim est, sibi beneficio de uincere regem. Sed idem fuit finis imperij & uitæ eius: quia simul cum uita eius extintum uidetur imperij eius: uel quia nemo illi successit tali imperio dignus: uel quia tam parum durauit successio rum regnum, ut non regna se uideantur, aut sensus est. Idem, i. eodem tempore fuit finis imperij uitæque eius: hoc est, non prius amisit imperium quam uitam. deinde, scilicet post mortem Masinissæ, Micipsa filius, sup. eius: obtinuit solus regnum: & hoc Manastabale & Gulussa fratribus, supple. eius absumptis, i. ablatis à medio uiuentium moribus: scilicet Micipsa rex genuit, i. propagauit ex se, i. de femine suo: Adherbalem & Hiempalem liberos: & habitum domi, scilicet eodem cultu, quo se habuit liberos, i. legitimos suos, Iugurtham filium Manastabalis, scilicet fratris sui ante obitum eius genuit: quem Masinissa pater Micipsæ, & auus ipsius Iugurthæ reliquerat priuatim, i. sine regno: eo quod ortus erat non ex legitima uxore, sed ex concubina. Qui, scilicet Iugurtha: ubi adoleuit primum, i. grandior ætatis est: pollens, i. ualens uiribus: & decora facie, i. habens decoram faciem: sed existens mul-

to maxime, i. præcipue ualidus ingenio, i. industria et facultate animi: non dedit se luxui neque inertie corrupendum, i. effeminandum: se uti, i. quemadmodum mos est illius gentis: cepit, sup. agitare, scilicet feras: iaculari, i. iacula emittere & proferere: certare cursu cum æqualibus, i. conaui seu contemporaneis suis: & cum anteiret, i. excederet omnes gloria, i. per gloriosam famam: tamen esse, id est erat charus omnibus: ad hoc, i. insuper agere, i. agebat & transigebatur pleraque, i. plurima tempora in uenando: ferire, i. feriebatur: in primis, i. inter primos: aut primum leonem atque alias feras: & facere, i. faciebat (aut intelligatur uerbum Cepit) plurimum, i. plurima præclara facinora: & loqui, i. loquebatur minimum, i. paucissime de se: contra quod faciunt iactabundi de se, qui sibi facile inuidiam concitant. Quibus rebus, i. tam laudabilibus: tamen, i. quantum Micipsa patrum eius fuerat lætus initio: existimans, i. censens & arbitrans uirtutem Iugurthæ affore, i. assuturam esse regno suo: gloriæ, i. ad gloriam: tamen postquam ipse existens ætate sua, scilicet exacta, i. ad extremum usque ætate: & liberis paruis, i. habentem liberos tam paruos, Adherbalem & Hiempalem: postquam intelligit Iugurtham hominem adulescentem, i. iam ferè in flore uitæ magis & magis crescere: permotus, i. perturbatus uehementer eo negotio, i. sollicitudine ex care sumpta: uolebat, i. uersabat & agitabat multa in animo suo. Quia natura mortalium, i. ferè omnium hominum auida imperij: & præceps, i. multum procliuis & prona: ad explendam cupidinem animi, i. id quod aueret & cuperet: terrebatur, i. terrore & timore afficiebatur eum, scilicet Micipsam timentem iam filijs suis uirtutem Iugurthæ: præterea, i. insuper terrebatur eum opportunus, i. idoneus & aptitudo ad fraudem subeundam: ætatis suæ, quæ iam exacta erat: & liberorum, scilicet suorum: que iam nendum ferè inceperat: quæ, s. opportunitas agit etiam medio cret, q. d. nedom summos uiros, qualis erat Iugurtha: transtuleros, i. extra tramitem iustitiæ: spe prædæ, scilicet obtinende. Ad hoc, i. præter dicta, etiam hoc terrebatur eum, uidelicet studia, i. fauores & beneuolentia: Numidarum, i. populi regni sui: accensa, i. uehementer parata: in, id est erga Iugurtham: ex quibus, scilicet studijs Numidarum in Iugurtham anxius erat, i. cum anxietate timens: si interfecisset talem, i. tam præstantem & tam charum omnibus uirum, scilicet Iugurtham doli: ne qua seditio, scilicet aut bellum à uicinis regibus aut populo Romano oriretur. Micipsa circumuentus, i. angustiat: his, i. huiusmodi difficultatibus, i. perplexitatibus, ubi, i. quando uidet, i. considerat hominem, scilicet Iugurtham (sæpius autem hominem Orator quam uirum dicit: contra Poeta, aut auctor est Valla) nam acceptum, i. gratum & placentem popularibus, i. de factione populi existentibus, neque per uim neque insidijs (Conuenientius erat neque per uim neque per insidijs, aut neque ui neque insidijs.) quod, i. quia Iugurtha erat promptus manu, i. ad percutiendum: & appetens gloria militaris: & statuit, i. constituit obiectare eum periculis, scilicet belli: & tentare, id est experiri fortunam, id est aliam belli eo modo.

Deinde Micipsa, &c. ] Masinissa moriens 44: reliquit filios, ex quibus tres erant legitimi: Micipsa, Manastabale & Gulussa, quem Appianus Gelsosam uocat. Scipio minor igitur, cui diuisio regni permissa fuerat (sine enim iusserat Masinissa) regnum trib. legitimis dedit: mortuus autem Manastabale & Gulussa, solus Micipsa regnauit.

CAS.

uide Appianum in Libyca hist. Orofium libro 4. capite 22. & Bupropium libro 4. Quem.] Iugurtham. Transversos agit.] a recto & honesto auerit. Brasimus in Chiliadibus.

RI V.

Deinde Micipsa filium eius regnum solus obtinuit. ] rē hinc, non est in uentis, nec in manuscriptis ipsis: & ex glossa irrepisse uidetur. In eisdem, Dein legitur: in Mersburgensi, Dehinc. Quem Masinissa, quia ortus ex concubina erat. ] In manuscriptis alijsq; uetustioribus, Quod ortus: tamen eisdem sensu. Non se luxui atque inertie corrumpendum dedit. ] Volumen Fabricianum, Non se luxu neque inertie: pro, luxui. quomodo ueteres loqui consueffe annotauit libro 4. Gellius capite 16. Hinc Terentius: Vestitu nimio indulget. pro uentui. & Vergilius: — Teq; aspectu ne subtrabe nostro. pro, aspectui. & Quod nec concubitu indulgent. & Parce meui Ciberea. Sed & Caesarem in Anticatoe Dominatu, pro dominatu, dixisse ostendit: & alibi Ornatu, pro ornatu. Tacitus 3. Per cultum & mundicius, copiatq; & affluentia luxu propior: pro, luxui. & 14. Cruciatu aut premio cuncta peruia esse: pro, cruciatu. Et cum omnes gloria circiret. ] Legendum, Omnis: quomodo & Donatus in Andriam citat, ut est in uetustis exemplaribus. ] Leonem atque alias feras primus aut in primis ferire. ] Sic in Fabriciano est, Non primas. Plurimum facere, & minimum ipse de se loqui. ] In Veneto & alijs quibusdam, De se ipse legitur. Exacta sua atate, & parat liberis. ] Manuscriptum, Exacta atate

sua: ut pronomen sequatur. Vehementer eo negotio permotus, multa animo suo uolebat. ] Manuscripta, Cui animo suo, addita praepositione: quomodo & Aldinum exemplar. pro, Multa secum ipse agitabat, reputabat. Præterea opportunitas sua liberorumq; atatis. ] Legendum & uetustis, Suaeq; liberorum atatis: casq; loquenti diratio historica magis est. Vbi uidet neque per uim neque insidias opprimi posse. ] In Mersburgensi erat, Neque per uim neq; per insidias. Verum prior lectio melior. nam & post eodem modo, Aut per uim aut dolo tentare, inquit.

GLAR.

Iugurthamq; Manastabilis fratris filium, quem Masinissa. ] Illud quem, non Iugurtham, sed Manastabilem referre quidam putant: ideoq; quam uetustiores habent codices, alteram lectionem non putant reuerendam, quæ ita habet: Iugurthamq; filium Manastabilis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, priuatum reliquerat. Vt intelligamus, Manastabilem Micipse fratrem ex concubina ortum, non Iugurtham. Neque obstare quod postea dicit auctor, Hiempsalem etiam antea Iugurtham despectisse, quia materno genere impar erat. Id enim intelligi de genere quod a matre traxerat parens Iugurtha, & in ipsum deinde Iugurtham etiam deriduitum. Nam qua, inquit, alios qui ratione Masinissa Iugurtham in imperium posuisset, nepotem cum filiis? Commentatores uerò de Iugurtha intelligunt. Ipse Lector iudicet, nam ego me hic non profus explicō.

Iugurtha uirtus

\* imperio

Romæ omnia uenalia.

Prætorium.

Finis epistole.

Igitur bello Numantino Micipsa quum populo Rom. equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans uel ostentando uirtutem, uel hostium sæuitia facile eum occurrerem, præfecit Numidias, quos in Hispaniam mittebat, sed ea res longè aliter ac ratus erat euenit. Nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis Imperator erat, & morem hostiū cognouit: multo labore, multaque cura, præterea modestissimè parendo, & sæpè obuiam eundo periculis, in tantam claritudinem breui peruenerat, ut nostris uehementer charus, Numantinis maximo terrori esset. Ac sanè (quod difficillimum in primis est) & prælio strenuus erat, & bonus consilio: quorum alterum ex prouidentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre plerunq; solet. Igitur Imperator omnes ferè res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisq; eum indies amplecti: quippe cuius neque consilium, neq; in cœptum ullum frustra erat. Huc accedebat munificentia animi, & ingenij solertia. Quibus rebus Iugurtha multos ex Romanis sibi familiari amicitia coniunxerat. Ea rempstate in exercitu nostro fuere complures noui, atque nobiles, quibus diuitiæ bono honestoq; potiores erant, factiosi domi potentes, apud socios clari magis quam honesti, qui Iugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant, si Micipsa rex occidisset, fore uti solus \* regno Numidiæ potiretur: in ipso maxime uirtutem, omnia Romæ uenalia esse. Sed postquam Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, & ipse reuerti domum decreuit: donatum atque laudatum magnificè pro concione Iugurtham in Prætorium adduxit, ibique secretò monuit, ut potius publice quam priuatum amicitiam Populi Rom. coleret: neu aliquibus largiri in se uideretur. Periculose à paucis emi, quod multorum esset: si permanere uellet in suis artibus, ultrò illi & gloriam & regnum uenturum: sin proferantur pergeret, pecuniam, & ipsum præcipitem casurum. Sic locutus, cum literis eum, quas Micipsæ redderet, dimisit. Earum sententia hæc erat: Iugurthæ tui in bello Numantino longè maxima uirtus fuit: quam rem certo scio tibi gaudio esse. Nobis ob merita tua charus est: ut idem Senatu populoque Romano fit, summa ope nitentur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulamur. En habes uirum dignum te, atque auo suo Masinissa. Igitur rex ubi ea quæ fama acceperat, ex literis Imperatoris ita esse cognouit: cum uirtute, tum gratia uiri permotus, flexit animum suum, & Iugurtham beneficijs uince-

re ag-

re aggressus est: statimq; cum adoptauit, & testamento pater cum filijs hæredem instituit. Sed ipse paucos post annos morbo atq; ætate confectus, cum sibi finem uitæ adesse intelligeret, coram amicis & cognatis, itemq; Adherbale & Hiempsale filijs, huiusce modi uerba cum Iugurtha fertur habuisse.

SOLDI.

Numantino. ] Numantia ciuitas est Hispaniæ, quæ Scipio Africanus minor diu possessam, uadè cepit atq; deiecit. Ad hoc bellum Micipsa auxilia peditum & equitum misit populo Romano, qui amicus & socius erat populi Romani. Hic igitur peditibus & equitibus quos mittebat in Hispaniam Micipsa, ducem præposuit Iugurtham, sperans illum in eo bello posse interire: uel dum uirtutem suã ostentare uult, uel propter sententiam hostium. Sæuitia. ] crudelitate. Occisurum. ] id est periturum, morturum. Præfecit. ] præposuit. Res longè aliter. ] ac ratus erat, euenit. id est, res multo aliter euenit quàm putabat. Longè. ] id est ualde. Ac. ] pro quam. Ratus erat. ] id est: putauerat. Nam Iugurtha. Ordo est: Nã Iugurtha breui tempore peruenerat in tanta charitate, ut esset uehementer charus nostris: & esset maximo terrori Numantinis: multo labore, & multa cura, præterea parendo modestissimè, & sæpè eundo obuiam periculis. Vbi. ] pro, postquam cognouit naturam P. Scipionis, qui tum erat imperator Romanus: & postquam cognouit morem hostium: dico, fecit hæc omnia: ut id est sicut erat, scilicet homo impigro atq; acri ingenio. Nam Iugurtha. ] Reddit causam, quare res aliter euenit quàm putabat Micipsa. quia Micipsa putabat Iugurtham in eo bello periturum: ipse autem clarior euasit. Vt erat. ] Ac si diceret: Facile cognouit naturam P. Scipionis, & consuetudinem hostium, tanquam homo acuti & acris ingenij. Impigro. ] Dicitur, Caesar uir acer ingenio, & uir acris ingenio, & uir acris ingenij. Impigro. ] ueloci. Acri. ] id est uehementi. Imperator. ] id est dux. Merè. ] consuetudinem. Parendo. ] obediendo, scilicet imperatori. Claritatem. ] id est famã, gloriã. Noltris. ] i. Romanis. At sanè. ] id est & cerè. Quod difficillimum in primis. ] id est que res maxime difficillima est, ut inueniatur in uno & eodem homine & consilium animi, & fortitudo corporis. Strenuus. ] fortis. Quorum alterum. ] scilicet esse bonum consilio. hoc dicit: Euenire solet, ut hi quia ualent consilio, plerunq; sunt timidi, quia prouident et intelligunt ea que contingere possunt: & hi quia ualent uiribus, temerarij sunt, & se imprudenter periculis obijciunt, propter audaciam quam habent ex uiribus. Dicit ergo, esse boni consilio, solet offerri timorem, ex prouidentia uel strenuū prælio, solet afferre temeritatē ex audacia. Ex prouidentia. ] id est propter prouidentiam, nam quia prouident etiam aduersa sibi posse contingere, plerunq; timent. & propterea dicit, rem esse difficillimam, ut hæc duo in uno inueniantur, quia contraria sunt prouidentia & temeritas: & duo contraria non possunt stare simul in uno subiecto. una enim & eadem res non potest esse alba simul & nigra. Igitur quia Iugurtha erat strenuus prælio, & bonis consilio. Age re. ] pro agebat, ferme omnia difficilia & aspera Scipio per Iugurtham faciebat. Amplecti. ] pro amplectebatur. Quippe. ] quia Iugurtha nihil aut excogitabat consilio, aut opere incipiebat sine causa. Erat frustra. ] id est inutiliter, sine causa. Huc accedebat. ] id est ad hoc addebat, adiungebatur, nam accedere, est addi & adiungitunde accessio, est additio & incrementum. M

Micipsa oratio ad Iugurtham.

nificètia. ] id est liberalitas, quia Iugurtha liberalis erat. Solertia. ] industria. Est autē industria præparatio que- dam ingenij exercitata: cui contraria est ignauia, id est torpor ingenij, quando ingenium non exercetur, sed torpore languescit. Quibus rebus. ] Hic, inquit, rebus multis ex Romanis sibi fecerat amicos. Ea tunc præfata. ] id est, eo tempore. Noui atq; nobiles. ] i. ignobiles & nobiles. Eo tempore, inquit, multi fuerunt tā nobiles quam ignobiles, qui Iugurtham incitabant, dicebant, fore ut ipse totum Numidiam occuparet imperium, si Micipsa patrum eius interijisset. Et dicebant Iugurtham hoc facile esse sequi posse: quia in eo magna uirtus erat, & Romæ omnia uendebantur uidelicet prouincia, regna & imperia. Qui autem ita Iugurtham incitabant, erant homines factiosi, auari, potentes. & hoc est quod dicit: Complures, id est ualde multi. Quibus diuitiæ bono honestoq; potiores erant. ] id est, quibus diuitiæ chariores erant quàm honestas & iusticia. Nam cuncti diuitem propter diuitias iusticia & honestate calcata, unum quodq; facinus perpetrarent. Bono et honesto. ] id est utili & honesto. Nihil autē utile esse potest, quod iusticia uacat: secundum Stoicos, & hoc Cicero tractat. & præterea dicimus, bonum iusticiam intelligi: aut certe bono & honesto dixit, utili & honesto secundum Ciceroem: qui in Arte ueteri, honestatis duas partes esse dicit, honestatem simplicem, & honestatem iunctam. Honestas simplex dicitur, quæ appetitur propter se: honestas iuncta dicitur, quæ appetitur partim propter se, partim propter aliud: id est, propter utilitatem. Honestas simplex est uirtus, est autē uirtus habitus animi, nature modo rationi consentaneus. hæc diuiditur in iusticiã, prudentiã, fortitudinē & temperantiã. Iusticia est habitus animi, communi utilitate seruata, suam cuiq; tribuens dignitatem. Prudentia est, rerum bonarū & malonarū & intrarumq; scientia. Fortitudo est, considerata periculorum susceptio, & laborum cum utilitatis ratione persectio. Temperantia est, rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio. Hæc uirtutes in eas partes diuiduntur, quas supra nominauimus, quæ ad simplicem pertinent honestatem. Honestas autem iuncta est, quæ in se honestatis habet & utilitatis considerationem. Sunt enim multa que nos cum dignitate, tum quoq; fructu suo ducunt: ut gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est, frequens de aliqua fama cum laude. Dignitas est, alicuius honestas, & honore ac uerecundia digna auctoritas. Amplitudo est, potentia aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia est, uoluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius causa quem diligit, cum pari eius uoluntate. Bonum ergo Sallustius appellat, hanc honestatis partem, quæ habet cum honestate coniunctam considerationem utilitatis. Honestum autem appellat, superiorem illam simplicem partem honestatis. Sed diuitiæ, quas illi qui Iugurtham accendebant, bono & honesto chariores habebant, neq; se priorē illam, neq; hanc posteriorem partem honestatis attingunt. Potiores. ] id est chariores. Factiosi. ] Factio dicitur, malorum hominum conspiratio. Domi potentes. ] uidelicet Romæ. Apud socios. ] Socij populi Romani

Romani dicebantur, qui erant in pop. Rom. confederatis sicuti erant Latini, sicuti fuit Masinissa & Micipsa. Nam quoties pop. Rom. bellum gerebat, socij auxilia mittebant: ut Micipsam, si socij bellum ab aliquo populo illatum esset, pop. Rom. eis auxilia mittebat, et eos tuebatur. Clavari. ] hoc est fama insignes. Quam honesti. ] i. quam virtute praediti. Clavis autem & nobilitas in bonam & in malam partem accipitur. Pollicitando. ] promittendo. Accendebant. ] i. incitabant, s. dicentes. Occidisset. ] i. mortuus esset, & interiret. In ipso. ] dicebant in ipso esse virtutem. Romae omnia venalia. ] i. Romae omnia vendi: & omnia esse vendibilia, si dici possent. Ecce occasiones ad obtinendum imperium Numidae: In te, o Iugurtha, est virtus, & Romae omnia venduntur. hoc ausum ideo dicunt, quia Iugurtha dicere potuisset: Senatus populusque Rom. non patietur socios suos, uide licet filios Micipsae, regno spoliari, respondendae hoc: Tu omnia pecunias obtinebis, quod etiam postea fecit. Venalia dicuntur, quae ad vendendum exponuntur: a ueneo uenis, id est uendor. Sed postquam Numantia. ] ac si diceret: Ita quidem homines corrupti Iugurtham incitabant: sed Scipio imperator aliter ipsum admonuit, quum delecta Numantia ipsum & donatum & laudatum, domum remissit. Ordo est: Sed P. Scipio adducit in praetorium Iugurtham donatum, atque laudatum magnifice pro concione: postquam ipse Scipio decreuit dimittere auxilia, & ipse decreuit reuerti domum, delecta Numantia. Delecta id est excisa, destructa. Dimittere, uulgò dicitur licentiaré. Auxilia. ] proprie dicuntur copiae, quae a socijs mittuntur in auxilium belli. Ipse. ] Scipio. Reuerti domum. ] id est Romam. Donatum. ] scilicet donis militaribus. Atque laudatum. ] quia miris laudibus Scipio in concione uirtutem Iugurthae & facta illius laudauit. Pro concione. ] i. in concione. Concio est multitudo populi uel exercitus conuocata. Praetorium dicitur tabernaculum imperatoris. Ibijs. ] scilicet in praetorio. Coleret. ] i. seruaret, custodiret. Neu. ] i. & ne. Largiri. ] uel pecuniam uel munus. Insuper feret. ] consueceret. Periculose a paucis emi, quod multorum esset. ] Scipio ciebat & ipse, quod Romae pro pecuniam omnia fiebant: sed tamen monebat Iugurtham, ne pecunias sibi regnum parare uellet: quia cum periculo emitur a paucis, quod est commune omnium. Periculose. ] subaudi, dicebat. Nam omnia pendet ab eo quod dixit, Monuit: & mone re non potuit, nisi dicendo. Periculose a paucis emi. ] et dicebat Scipio, quod si quis uelit emere a paucis hominibus, id quod est commune omnibus, ualde periculose hoc facit, quia omnes non patiuntur, quod pauci uendant ea, quae sunt communia tam sibi quam his qui ea uendunt. Si permanere uellet. ] subaudi, & dicebat. Scipio, inquit, dicebat ad Iugurtham: o Iugurtha, si persequeris in uirtutibus, & gloriam et regnum habebis. Sed si ante tempus per largitionem pecuniarum imperium tibi parare uolueris, & pecunia tua & in ipse peribis. Suis artibus. ] i. uirtutibus. Sic locutus. ] cum haec, inquit, Scipio dixisset, Iugurtham dimisit, & ei literas dedit, quas Micipsae redderet. Barum. ] i. literarum Iugurthae. ] haec fuit sententia literarum Scipionis ad Micipsam. Longe. ] i. ualde. Summa ope. ] i. summa ui-

En. ] pro ecce. Viri. ] Iugurtham. Dignu. ] quia non degenerat a moribus tuis, & ausu fuit Masinisse. Igitur rex. ] Cum igitur rex per literas Scipionis intellexisset id, quod antea per famam cognouerat, mutauit animum suum, ut Iugurtha maxime incolumè esse uellet, què paulo ante interire cupiebat. Ordo est: Rex, Micipsa, permotus tum uirtute ipsius Iugurthae, tum gratia uiri, flexit animu suu, & est aggressus uincere Iugurtham beneficijs. Et statim cum adoptauit, & instituit heredem pariter cum filijs testimonio. Vbi. ] i. postquam ipse rex cognouit ex literis imperatoris, ea esse ita quae acceperat fama. Fama. ] i. per famam. Acceperat. ] i. audiuerat, intellexerat. Tum. ] i. partim. Gratia uiri. ] Scipionis, et uirtus Iugurthae mouit eum & gratia Scipionis, qui ad eum scripserat. Flexit. ] i. mutauit. Aggressus est. ] i. conatus est, & cepit. Bum adoptauit. ] i. filij fecit. Secundus A. Gell. cui extranei sumuntur in locu liberorū, aut per praetorē fit, aut per populū. Quod per praetorē fit, adoptatio dicitur: quod per populū, arrogatio. Ergo adoptare est, extraneū in locū lib erorū sumere. Instituit. ] ordinauit. Sed ipse. ] Scipio. Cū Micipsa ad extremū diē uenisset, corā amicis & cognatis & filijs proprijs, Adherbale et Hiempsale, ita cū Iugurtha locutus est. Morbo. ] aegritudine. Aetate. ] i. senectute. Confectus. ] consumptus, maceratus. Adesse. ] i. imminere: Ordo est: Sed ipse post paucos annos confectus morbo atque aetate, dicitur habuisse huiuscemodi uerba cū Iugurtha, corā amicis & cognatis, et item corā Adherbale & Hiempsale filijs suis, cum intellexisset uerba adesse sibi. Huiuscemodi uerba. ] i. ita uerba. Est autē huiuscemodi indeclinabile, & generis omnis, sicut illi iusmodi. Igitur cum, id est quando quidem Micipsa mitteret populo Rom. auxilia equitū & peditū bello Numantino, id est quod gerebatur circa Numantia ciuitate Hispaniae praefecit, id est ad ducendū ac principē fecit, Iugurtham Numidiam, s. populis suis quos mittebat in Hispaniam sperans eū, Iugurtham occidit, i. in morte, occidendū esse uel ostendū uirtutē: et ita i. meritate sua uel sentia hostiū, Numantinorū, qui bellicosissimi erant. Sed ea res euenit longe aliter ac, i. quam Micipsa, supple erat ratus, i. optinatus. Nā Iugurtha uis, i. secundū q. (et est uenusta locutio) inerat ingenio impigro, id est grauo et strennuo atque acro, id est uehementi: ubi, i. postquam cognouit naturam, id est indolem seu ingenium: & (ut dicitur) conditiones. Publy Scipionis, qui erat tum, i. tunc imperator Romanus, aut potius Romanis: & mores hostium, scilicet Numantinorum peruenerat, id est uisus: breui, scilicet tempore: multo labore & multa cura praeterea, id est in superparando, id est obediendo imperatori modestissime, et (quod dicitur minus decenter) humiliter & eundo obuiam, i. sese obijciendo periculis: peruenerat dico in tantam claritudinem, id est splendorem nominis & gloriae: ut esse uehementer charus nostris, id est Romanis, & esset Numantinis, scilicet hostibus: maximo terrori, id est formidini horrendae. At sane, id est certe. quasi dicat: Si quaeris quomodo id effectus, ipse erat in primis, id est praecipue & strenuus praetor & bonus, id est consilijs quod, scilicet esse simul strennuū in praetorio, & bonum apprimè in consilio, est difficillimum (Male coniungunt quidam Difficillimum & in primis: & quia duo superlatiua non congruunt. Probat quod sit difficillimum, dicens) quorum alterum, scilicet esse bonum consilio, solet plerumque afferre timorem ex prudentia, qua cognoscitur periculum alicui, scilicet

scilicet strennuum esse in praetorio: solet plerumque, hoc est ut plurimum afferre temeritatem, id est inconsiderationem & inconsiderationem ex audacia. Et ego Seruius dicit: Quibus sanguis calidus, ut apud, maior est prudentia, fed minor audacia in bello: contra, quib. frigidus, ut Teutonius: at quibus temperatus, etiam illa mediocriter insunt, ut Gallis. Igitur imperator. ] Docet ut Iugurtha maxime charus & clarus euaserit, dicens: Igitur, quia et strenuus in praetorio, & bonus in primis erat consilio: imperator, scilicet Scipio: agere, id est agebat ferè omnes res asperas, id est difficiles: sicut arduum accepit secundum Aulum Gellium in Praefatione Catullaria, dicens: In primis arduum uidetur res gestas scribere: & habere, id est habebat eum magis in amicitia, id est inter amicos: & amplecti, id est amplectebatur eum indies, id est per singulos dies magis. Quippe, id est ut pote eum supple cuius neque ullum consilium neque ullum inceptum erat frustra, id est irritum aut frustratum inuenit: huc, i. ad has uirtutes accedebat, i. adhibebatur: aut addebat munificentiam, id est liberalitatem animi: & solertia, i. soleri industria ingenij: quibus rebus, id est per quas res, scilicet munificentiam et solertiam Iugurtha conuinxerat sibi multos ex Romanis amicitia familiaris, id est consuetudine familiaris & amicitiae. Cōplures noui, scilicet homines, qui tunc primum dignitatem aut militiam inueniunt: & nobiles, id est amplaudine honorum & bene gestorum clari & noti: erat ea tempestate, id est per id tempus in exercitu nostro: hoc est Romano, quia dum Romanus loquitur, noster Romanus intelligitur: Gallus, Gallicus, & c. quibus diuitiae erant potiores, i. praestantiores & acceptiores bono & honesto, i. quam bonum & honestum, id est quam iustitia qua domi uiri dicitur, & quam honestas. Erant (dicit) factiosi domi: & potentes apud socios, s. Romanos imperij: & magis clari quam honesti, i. potius honoris & fama quam honestatis cupidi: qui accendebant (quae res erat parafecere futuri euentus) Iugurtham non modo iocremi sed maximum animum pollicitando, i. per pollicitationes: fore, i. futurum esse: Scipia rex occidisset, i. mortuus esset: uti, id est ut: ipse Iugurtha potiretur solus imperio Numidae: & supple dicendo (quia sequentia non habentur pollicitando) maximā uirtutem esse in ipso, scilicet Iugurtham: & omnia esse Romae uenalia, id est pecunia a potentibus emenda & impetranda quacunque uellet. Sed postquam Publy Scipio decreuit Numantia existente delecta: dimittere, id est in partes suas remittere auxilia, id est qui auxilio uenerat Numidias: & ipse reuerti domū, scilicet Romam: adduxit Iugurtham in praetorium, id est tabernaculum praetoris, id est imperatoris: existentem donatum magnifice, s. coronis & insignibus uictoriae: & laudatum magnifice pro concione, id est in praetorio: cum intellexisset, id est conuocati ad audiendum: et monuit, sup. eum ibi in praetorio: ut coleret, id est seruaret, i. in praetorio fieret largiri, i. largitiones facere alijs: quibus, id est quibuscumque, perceperat enim largitiones ab eo factas, & sup. dixit monendo, aut monuit illud quod esse multorum: ut succedere in regnum populi Romani suffragio emi periculose, id est cū summo periculo: a paucis, scilicet a uarijs. Sin, id est sed: si uellet permanere in suis artibus, scilicet honestis quibus tunc usus erat: dixit

gloriam & regnum uenurū illi ultra, id est ultra quam peteret: sin, id est sed si pergeret properantius, id est nimis properanter, sup. quod decebat pecuniam suam casuram: & ipsum casurum praecipitem, id est praecipitauerat. Scipio locutus sic dimisit eum cum literis, quae redderet Micipsae: sententia eorum, scilicet literarum erat haec, id est huiusmodi. Iugurtha tui. ] Breuitatis gratia omittit salutationem, quae esse potius huiusmodi: Publy Scipio imperator Romanus Micipsae Numidarum regi & socio Rom. imperij, Salutem dicit. deinde breuiter addit Virtutem Iugurthae tui, id est ad te misit filij per adoptionem & nepotis ex fratre fuit longè, id est longo intervallo, uel hoc est uirtutis aliorum maxima. Quam rem ego cerid scio (id est callidè astruit, etiam si dubitat, ut Iugurtha eius bene uolentiam conciliet) tibi esse gaudio. Iugurtha, supple est nobis charus: ob id est propter merita sua: & non nitetur, id est laborabimus summa ope, id est tota facilitate & potentia nostra: ut sit idem, i. itidem ebarum Senatū & populo Romano. Quidem, id est certe: ego gratulor, id est pro bono tuo hilarem me significo tibi: pro nostra amicitia, id est iuxta nostram amicitiam, quae tibi plurimum bene uolens, id est ecce q. d. Vide causam cur gratulor tibi: tu habes uirtum dignum te, id est genere & factis tuorū: a quo suo Masinissa, & c. Deinde addidit fortè, uale: quod etiam breuitatis causa omisit, rectam tantum ea quae Iugurtham concerneret. Igitur rex, scilicet Micipsa: ubi, id est postquam cognouit ea quae acceperat, id est intellexerat famam, id est ex fama: cognouit esse ita, ut ea acceperat, ex literis imperatoris, scilicet Publy Scipionis ipse permotus tum, id est simul: uirtute uiri, scilicet Iugurthae. cum, id est simul: gratia, id est complacentiae: uisum quam Scipionis: quia dicitur esse, quod Iugurtha inerat quaedam gratia ad captandam beneuolentiam: flexi animum sum ab odio ad amorem et fauorem: & egressus est, id est summa ope conatus uincere, id est deuincere, & sibi favorabilem reddere: Iugurtham beneuolentiam, id est bene factis collegam in eum: adoptauit statim eum, id est in silium legale assumpsit: & instituit eum testamento quod condidit: heredem pariter, id est pari portione: cum filijs, scilicet Adherbale & Hiempsale. Sed ipse Micipsa post paucos annos, scilicet secutos post adoptionem Iugurthae: confectus, id est ad ultimum exhaustus & absumptus: morbo & aetate, id est senio: cum intellexisset, id est persentisceret, finem uitae adesse sibi: dicitur habuisse eum Iugurtham, pro ad Iugurtham huiuscemodi, qualia sequuntur uerba: coram amicis & cognatis: i. amicis, hoc est & consimiliter coram Adherbale & Hiempsale: filijs suis legitimis & naturalibus. Bello Numantino. ] Numantini cum Romanos multis cladijs affecissent, tandem a Scipione Africano Aemiliano obsessi, cum fames urgeret, se ipsi in rabiem uersi ferro, ueneno igniq. peremerunt. Lilius, Paternus, Orosius, Florin. Iugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant. ] animum Iugurthae pollicitationibus accendebant, qui per se uastus, & imperij cupidus erat. Regio. ] Alter, Imperio. Praetorium. ] Imperatoris tabernaculum. Festus. Gratia uiri permotus. ] in maxima enim gratia erat Iugurtha apud omnes. Qui tum Romanis imperator erat. ] Haec uerba lectio, quamuis & in manuscripto quodam & in Beroaldino sit Romanus imperator, casu nominatiuo. Est in Veneto, Praetor: a sed haud dubie perperam. Huc accedebat

B AD.

C

C A S T.

R I V.

municipentia animi, & ingenij solertia. ] illa Et copula, non est in plerisque uetustis. Quibus reb. multos ex Rom. sibi familiari amicitia contulerat. ] In quibusdam est, Quibus reb. Iugurtha. Id quamquam & sententia postulat, & ambiguitatis uitanda ratio (nam alioqui ad P. Scipionem referri uerbum posset) tamen quia non incommode omitti potest, haud magno in discrimine pono, addas ipsum, nec ne. Vt si solus regno Numidia potiretur. ] In alijs est, Imperio Numidia: quomodo & manuscripta cuncta habent, sed eodem plane sensu. Omnia Romae uenalia esse. ] In manuscriptis & impressis uetustioribus, Romae omnia, &c. Id nimirum rectius est. Ne aliquibus largiri infasceret. ] Manuscripta, Ne quibus idq; melius atq; elegantius. Tum uirtute, tum gratia uiri per motus. ] Manuscriptum, Cum uirtute tum gratia. Pariter cum filijs heredem instituit. ] Mersburgense, Pariter cum liberis uerum eodem sensu. Eiusmodi uerba cum Iugurtha fertur habuisse. ] Manuscripta, Dicitur huiusmodi uerba: sed eodem sensu, nec secus exem-

plar Mersburgense, & ex impressis Badianum & Florentinum. ¶ Qui Iugurthae non mediocrem animum pollicentur. ] Non mediocrem, dixisse mihi quidem uidetur, pro Non mediocriter: quod quia Commentatores praeferant, nobis annotandum fuit. Dextra Adherbalem ad sedem, ne medius ex trib. ] Quidam codices habebat, Ante Adherbalem ad sedem. Sanè illud Dextra ambiguum est: nihil enim refert, siue dextra Adherbali, siue Hiempsali intelligas, modo Hiempsal Adherbali proximè ad sedem sit. Sic enim uel ipse Hiempsal, quia iuuenilis erat audacia, fiebat medius, uel Adherbal, quod iure poterat. Si itaque in medio sedere, plus erat quam superiore aliqui loco, nihil refert in utram Adherbali partè ad sedem Hiempsal. Nullo enim pacto fieri potuit medius Iugurtha, siquidem duo hi contigui sedebant. Quare paulo post uerba, in partem alteram, Iugurthae scilicet exponendum est. Alioqui Adherbal se fecisset medium, unde Iugurtha nihil honoris habuisset, frustra q; fatigasset fratrem, ut atati cederet.

GLAR.

Exordium à commemoratione beneficiorum.

Gloria inuidiam uincere, difficillimum. Propositio.

Confirmatio. Monumenta regnorum sunt boni amici, inquit Cicero.

Omnes quibus res sunt minus sceleratae, magis sunt, nescio quo modo, suscipio si ad contumeliam, Terent. in Adelphi.

S O L D I.

Paruum ego te, Iugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi existimans, non minus me tibi, quam liberis, si genuissem, ob beneficia charum fore. Neq; ea res falsum me habuit. Nam ut alia magna & egregia tua facta omittam, nouissimè rediens Numantia, me regnumq; meum gloria decorasti, tuaq; uirtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti: in Hispania nomen familiae nostrae renouatum est. Postremò (quod difficillimum inter mortales est) gloria inuidiam uicisti. Nunc quoniam mihi natura finem uitae facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo obtestorq; te, ut eos qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, charos habeas: ne uis alienos adiungere, quam sanguine coniunctos retinere. Non exercitus, neq; thesauri, praesidia regni sunt, uerum amici, quos neq; armis cogere, neq; auro parare queas. Officio & fide parantur: Quis autem amicior, quam frater fratri? Aut quem alienum fidem inuenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego regnum uobis trado firmum, si boni eritis: si mali, imbecillum, nam concordia paruae res crescunt, discordia maximae dilabuntur. Ceterum te ante hos, Iugurtha, qui aetate & sapientia prior es, ne aliter quid eueniat, prouidere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere uidetur. Vos autem Adherbal & Hiempsal, colite & obseruate tale huc uirum, imitamini uirtutem, & eniti mini, ne ego meliores liberos sumpsisse uidear, quam genuisse. Ad ea Iugurtha, tamen si regem facta locuti intelligebat, & ipse longe aliter animo agitabat, tamen pro tempore benignè respondit. Micipsa paucis post diebus moritur.

Concordia. Discordia.

Adhortatio Iugurthae priuata. Adhortatio aliorum.

C

¶ Paruum ego. ] In exordio huius orationis captat beneuolentiam Micipsa à persona sua, cum ostendit qualem fuerit in Iugurthae. Sine spe. ] sine opibus, quia Mafinissa ausus, ut supra dixi, Iugurtham priuatum reliquit: quia natus erat ex concubina. Si genuissem. ] quando Micipsa Iugurtham paruum accepit in domum suam, nondum filios genuerat. ideo dicit: Quando te paruum accepi in domum meam, existimauit me ita charum tibi fore, sicuti filijs, si filios genuissem. Neq; ea res falsum me habuit. ] id est, neq; ea res me decepit: quia semper me charum habuisti, & non sefellisti opinionem meam. Et nunc captat beneuolentiam à persona auditoris, id est à persona Iugurthae, cum quo loquitur: quia pietatem erga se commemorat, & praecara facta eius. Nam ut alia. ] Ecce causam reddit, quare Iugurtha non sefellit opinionem suam: quia semper eum mirifice coluit ut patrem, & eius honori non defuit. nam Iugurtha magno honori Micipse fuit in alijs in rebus, tum praecipue in bello Numantino. In Hispania nomen familiae nostrae renouatum est. ] Si-

cuti supra monstrauimus, Mafinissa amicitiam cum Scipione contraxit, cum Scipio ipse ex Hispania discederet: uel certe quia Mafinissa antequam se cum Romanis coniungeret, multa cum Hasdrubale duce Carthagenensium bella in Hispania gesserat contra Romanos: & nomen eius in Hispania propter hoc celebre erat, quod post multos annos Iugurtha bello Numantino insigni uirtute ac gloria renouauit. In Hispania. ] in qua est Numantia. Renouatum est. ] quod erat iam uetustate detritum, & prope memoria extinctum. Postremò. ] Ordo: Postremò uicisti inuidiam gloria, quod est difficillimum inter mortales: id est quae res difficillima est inter homines. Hoc loco ideo dicit, quia (ut diximus supra) uirtuti semper comes est inuidia: nam qui uirtute praediti sunt, semper eis inuidetur. Sed Iugurtha uirtute superauit inuidiam: quia uirtus ei non inuidiam peperit, sed beneuolentiam conciliauit. Nam propter uirtutem Iugurtha ab omnibus amabatur, sicuti supra monstrauit. Gloria. ] id est uirtute. Nunc postquam. ] Beneuolentiam

tiam comparauit & à persona sua, & à persona auditoris. Descendit ad causam, ut ostendat quid uelit ab eo. Per hanc dextram. ] intelligimus Micipsam hanc dextram, dextram Iugurthae apprehendisse. Hoc dicitur, i. demonstratue dixit: ostendens, Adherbalem & Hiempsalem qui aderant. Generes sanguinis. ] coniunctione, nam Micipsa & pater Iugurthae fratres erant. Beneficio meo. ] quia te adoptaui in filium, & nunc per adoptionem frater eorum es. Malis. ] id est magis uelis. Non exercitus. ] Sententiae generales pulcherrimae. Armis. ] id est uis. Cogere. ] id est comparare, acquirere. Auro. ] id est pecunijs. Parare. ] id est acquirere. Officio. ] Officiu dicitur, cum homo facit quod ex honestate facere debet. Parantur. ] uel parantur, id est acquiruntur officia. Quis autem. ] Micipsa per rationem conuenit concludere intendit, ut si regnum incolumem seruari uoluit, concordet sint. Et propositio est talis: Si regnum, & filij, incolumem seruari uultis, uos oportet esse concordet, & amore coniunctos. Ratio propositio est: Nam amici magis quam exercitus aut pecuniae praesidio regni sunt. Nemo autem amicior est quam frater fratri. Ergo uos qui fratres estis, oportet esse concordet, & amore coniunctos. Eidem. ] id est fidelem. Imbecillum. ] id est infirmum. Boni eritis. ] id est concordet & unanimes. Maximae. ] scilicet res. Ceterum. ] ante hos, scilicet Adherbalem & Hiempsalem. Ante hos. ] id est magis quam hos, scilicet decet. Decet. ] inquit: ut tu magis quam hi provideas, ne inter uos discordia oriatur: quia tu & aetate & sapientia antecedis eos. Nam in omni certamine. ] Reddit causam & rationem, quare Iugurtham magis quam Adherbalem et Hiempsalem prouidere deceat, ne discordia inter eos oriatur: quia si inter uos discordia & contentio oriatur, oes tibi hanc culpam adscriberent et attribuerent: quia tu es potentior et propter aetate, & propter sapientiam, & propter uires: quia in omni certamine, & in omni dissensione, ille qui plus potest, dicitur facere iniuriam, & esse causa totius discordiae. pari ratione, si inter uos discordia oriatur, omnes existimabunt, & Iugurtha, causam discordiae à te proficisci: quia tu plus potes, et propterea magis te quam illos prouidere decet, ne inter uos discordia & certamen oriatur. Ne aliter quid eueniat. ] discordia aliqua. Nam in omni certamine. ] in omni contentione & discordia. Opulentior. ] id est potentior. Vos autem. ] & Adherbal. Nunc Micipsa conuertit sermonem ad filios, Adherbalem & Hiempsalem. Colite. ] amate & honorate. Hunc talem uirum. ] scilicet Iugurtham: ac si diceret, tanta uirtute & glori praeditum. Nitimini. ] conamini, & date operam, ne melior sit filius Iugurthae, quem adoptaui, quam uos, quos genui. Meliores liberos. ] Notandum, liberos numero plurali dici etiam de uno. Meliores liberos sumpsisse. ] Iugurtham. Quam genuisse. ] scilicet uos. Ad ea Iugurtha. ] Quamuis, inquit, Iugurtha intelligeret Micipsam facta locuti fuisse, & aliud habuisse in animo, aliud dixisset: tamen benignè respondit, sicuti tempus postulabat. Biceps. ] scilicet Iugurtha. Agitabat. ] id est uerbat, cogitabat in animo suo: non enim respondit sicuti cogitabat in animo, sed sicuti tempus postulabat.

BAD.

¶ Paruum ego Iugurtha. ] More sentit captat in principio beneuolentiam Iugurthae à persona sua, propter beneficia in eum collata: sicut Terentianus Simo in Andria

accipit loqui cum liberto suo Sosia. Ego postquam te emi à parulo, ut semper tibi apud meusis ac clemens fuerit seruitus, scis, &c. dicit itaque Micipsa: Iugurtha, ego suscipi, id est suscipi & quasi in gratiam capi: sicut suscipit Israel puerum suum: te paruum amisso patre, scilicet Manasabale: existentem sine spe, scilicet regni: cum ex illegitimo coitu natus esset: & sine opibus, quia illegitimi non succedunt. & Mafinissa ausus ipsum Iugurtham, ut dictum est, priuatum reliquit: existimans me fore, hoc est futurum esse: non minus charum, id est dilectum & amabilem tibi quam liberis, hoc est legitimis filijs: si genuissem, quia tunc nondum genuerat: non minus dicit charum ob beneficia, scilicet in te collata: quam supple, liberis generationem. Neq; ea res habuit me falsum, i. deceptum & illusum spe aut opinione, unde sequitur. Nam ut alia omitam. ] Calidè commemorat Micipsa merita Iugurthae, ut ille se merito diligere speraret, dicens: Neq; falsum me habuit ea res, scilicet quia existimabam te mihi charum fore. Nam ut omitam, id est silentio praeteream alia facta tua magna & egregia: tu rediens nouissimè, id est ultimè: quia res maxime noua, ultima uideo tur facta: Numantia, id est ex bello Numantino: decorasti, id est ornasti & me & regnum meum gloria, quia laudatus à Scipione rediit: & fecisti tua uirtute, id est per uirtutem tuam: Romanos amicissimos nobis ex amicis, id est ubi prius tantum amici fuerant. Nomen, id est gloria & fama: sicut apud Aeneidem Aeneid. 2.

Et nos aliquid nomenq; decemq; Gesimus. Et in Bucol.

Semper bonos nomenq; tuum, laudesq; manebunt. Familiae, i. domus nostrae: est innouatum, id est noua gloria nobilitatum in Hispania: ubi antea clarum fuerat ex gestis Mafinissae, cum Hasdrubale contra Romanos: clarum effectum est ex gestis Iugurthae cum Scipione pro Romanis. Postremò quod, id est quae res: est difficillimum, id est difficillima acquisitio inter mortales: tu uicisti, id est superasti inuidiam gloria, id est per gloriam tuam: quia tamen si liuor summa petit, tamen inuidia non est ferè nisi inter pares aut pro paribus, quos enim plebeiorum felicitati regie inuidet, nisi forte pro rege aut principe suo, &c. Cum igitur tantam gloriam nactus fueris, destitum est illi inuideri. Nunc quoniam natura facit mihi finem uitae, id est quia matura morte decedo: ego moneo & obtestor te per hanc dextram, id est quam teno, uidelicet tuam, id est per uirtutem tuam: quae in dextera potissimum perspicitur: & per fidem regni, id est quam debes regno: uti, id est ut habeas charos hos, scilicet duos filios meos: quos illi demonstrauit hoc dicens: qui existentes tibi propinqui genere, id est confanguinitate, quia patruales: sunt fratres tibi beneficio meo, id est per adoptionem meam: ne, id est ne me malis, id est magis uelis adiungere, scilicet tibi ad societatem regni: alienos, quam retinere coniunctos sanguine, id est necessitudine sanguinis: quia non exercitus neq; thesauri sunt praesidia, quam proiectiones & custodiae regni: uerum, id est sed amici quos neque queas, hoc est nemo queat cogere armis: neq; parare, id est comparare auro, sed, supple qui parantur, id est acquiruntur officio, hoc est debito & honesto factore: fide, id est fidelem. Autem, pro sed: quae est amicior, hoc est magis amicus: sunt qui legant Amicitior: sed minus audiendi: quam frater, supple est fratri, quasi dicitur: Nullus, aut quem alieni inuenies fidum, id est fidelem



Postquam illi, &c.] Anspicitur narrationem de discordijs inter regulos sumpti: post mortem Micipse, dicens: Postquam reguli fecerant, si Micipse defuncto: ius Regi, i. debitas exequijs (Declinamus autem iusta substantiã, & tantum pluraliter, pro iustis officijs & exequijs defunctorum) more regio, i. ut regem decet magnificẽ, i. pompose & sumptuose ipsi reguli, i. minores reges seu coheredes regni: Adherbal, Hiempsal & Iugurtha conuenierunt in unum, scz locum: ut disceptarent, i. discerent & disputarent ac tractarent: de cunctis negocijs, scz ad regnum spectantibus. Sed Hiempsal, qui erat minimus, scilicet natu ex illis: existens feroc natura, i. ex naturali inclinatione despicens: pro eo qui despexerat, quasi sit aspernatus etiam antea non solum tunc: ignobilitatem, i. ingenerositate (si dicatur) Iugurthæ: qui nobilior quidem, sed minus generosus erat: quia erat impar, i. inferior: genere materno, quia ex concubina genitus: affedit, i. fedit iuxta Adherbalem fratrem maiorem natu: dextera, id est à dextera parte, ne Iugurtha foret medius ex tribus: quod scz mediũ sic esse dicitur, i. reputatur apud Numidias: honori, i. ad honorem: quia mediũ locus à natura assignatur principi, ut soli inter planetas, & concordia in corpore humano. deinde tamen fatigatus, hoc est, crebra admodum sollicitatus à fratre, scz Adherbale ut concederet etati, quia minor supra maiorem federat: uix, i. cum difficultate summa est traductus: in alteram partem, i. sinistram. Ibi, i. tunc aut in eo loco: cum differerent multa de regno administrando, Iugurtha ait inter alias res: oportere omnia consulta & decreta quinqueenni, i. facta à Micipsa proximè elapso quinqueennio rescindi, i. irrita haberi. Nam, supple ait Micipsam cõfectum, i. consumptum: annis, hoc est sentio: ualuisse animo, i. ratione: parum per ea tempora, scilz quinqueenni, Tum, i. tunc idem Hiempsal respondit placere sibi, scilz ut omnia rescindantur. Nam, sup. ait illum ipsum, scz qui hoc dixerat: Iugurthã peruenisse in regnum, i. in partem regni: adoptione, i. per adoptionem Micipse bis tribus annis proximis, scz quinqueenni, quod uerbum descendit alius, i. profundius (ubi manifestè alium, pro profundo dicitur: aliter non desecet disseet. Sicut contra, caelum dicitur profundum) in pectus, Iugurthæ, quã quisquam ratus erat. Itaq; i. & ita: quis ægerime iult uerbum Hiempsalis: Iugurtha anxius ira & metu, ne ab hereditate penitus excluderetur, sup. cepit aut more historico: moliri, i. moliebatur, i. machinabatur cum summa mole, i. difficultate: & parare, i. parabat: & habere, i. habebat in animo: modò, i. solummodò uel duntaxat ea quibus Hiempsal caperetur, i. capi posset per dolum. Quæ, scz machinata & parata: ubi, i. postquã procedunt, i. ad effectum perueniunt tardius, scilz quã sperabat: neq; i. & non: & animus, scilz Iugurthæ ferrox: non lenitur, i. non mulcetur neq; mitigatur (ut tamẽ solet per temporis moram, unde Venus in lunonem Aeneidos quinto: Quam nec longa dies pietas nec mitigat ulla.)

statuit, i. constituit persicere inceptum, i. necem Hiempsalis: quouis modo siue per dolum & clam, siue per uim & manifestè. Placuit primo conuentu, i. ad consultationem habendam conuentione: quem ego memorauit, i. reititauit factum ab regulis, i. coheredibus regni thesauros diuidi propter dissensionem ortam: inter coheredes: & siue imperij constituiti singulis, i. suam cuiq; partem assignari. Et ita tempus decernitur, i. addicitur communi de-

creto: ad utramq; rem, scilz ad thesauros diuidendos, & ad regnum disperdicendum: sed, supple decernitur maturius, i. prius ad pecuniam distribuendam. Reguli, i. coheredes seu pares regni concessere interea, i. aberunt in loca propinqua thesauro: alius, sup. concessit aliò, i. ad aliud locum. Sed Hiempsal utebatur fortè, i. à casu in oppido Thirmita, scz nomine: domo eius qui existens proximus licitor, i. satelles & custos corporis Iugurthæ fuerat semper charus & acceptus, ei scz Iugurthæ. (Sedus legit in oppidum Thirmitidum hoc ordine: Sed Hiempsal concessit, supple in oppidum Thirmitidum. Quidam licitor proximus Iugurthæ: qui charus & acceptus fuerat ei, scilz Iugurthæ: utebatur fortè domo eius, quam Hiempsal illic habuerat: sed prior lectio concinnior est) quem, scz lecto rem: ille, scz Iugurthæ oblatum casu, i. à fortuna: ministrum, scz ad tale negocium peragendum: onerat, i. opprimis promissis & impellit uti, i. ut eat, scilz in hospitium Hiempsalis, tanquam iusens suam domum (ergo non domum Hiempsalis) parat, i. comparat: claus portarum adulterinas, i. ad similitudinem uerarum factas. Nam uerè claus referrebantur, scz singulis noctibus, postquam portæ erant clausæ, ad Hiempsalem. Cæterum, i. sed: insuper, supple dicitur seipsum uenturum cum magna manu ubi, i. quando: res, i. uilitas postulat. Numida hospes ille confecit breui, scz tempore mandata Iugurthæ, atq; intro ducit noctu milites Iugurthæ: uti, i. sicut erat doctus à Iugurthæ qui, scz milites postquam irrupere in aedes, scilicet quis tenebat Hiempsal: querebant regem, scz Hiempsalem: diuersi, i. per diuersa loca: & interficere, i. interficiebant alios, i. quosdam ex familia Hiempsalis dormientes: alios occurrantes, i. post excitationem obuiam uenientes. Scriuari, i. scribantur loca abditia, i. abscondita: & effringere, i. effringebant clausa, scz loca: & miscere, i. miscebant strepitu & tumultu omnia tam clausa q̃ nō clausa: quia cum ui grassarentur, ubiq; erat strepitus pedum, & tumultus ex clagore armorum, & clamore. Quum interim, i. Breuitur ut cætera serè, perferribit inuentionem & occisionem Hiempsalis dicens: Quum, i. quãdoquidem: Hiempsal (multi scribunt Hiempsal, sed per uerum iudicio perperam) repetitur à militibus Iugurthæ aut à Numida illo: interim, dum scilz sic querebatur: occultans se in tugurio, i. casula & paruo tegmine mulieris ancillæ, i. seruilis conditionis. Vbi notanda est regula Ciceroniana: Cuius species præmissa est, eius non addendũ genus unde quia omnis ancilla mulier, sed nō econtrariò, & quia omnis gemellus frater, sed nec econtrariò: ita res etè dixeris mulieris ancillæ, & fratres gemini: sed non ancillæ mulieris, nec gemini fratres) quo, i. in quod tugurium: ipse perfrigerat initio, existens pauidus & ignarus loci. Numida à Iugurthæ missi referunt caput eius, scilz Hiempsalis ad Iugurtham: sicut erant iusti, scz à Iugurthæ, ubi per id quod dicitur factum, intelligitur etiam quod non dicitur, uidelz Hiempsalem obrutum esse. aliter enim non retulissent caput eius.

Proximus licitor.] Proximus licitor dicebatur, qui proxime magistratum uel regem præcedebat. unde autè dicitur sit Licitor, docent Gellius lib. 12. cap. 3. & Plutarchus in Quæstionibus. Portarum.] Hic quidam existimant Sallustium loqui de portis oppidi: hac (ut putò) ratione ducti, quod porta murorum sit, munitionumq; atq; castrorum: ut ait Valla. Nec haud pauciet eorum sententia esse, qui existimant, licitorè parauisse adulterinas clausas

C.A.S.T.

ues adium suarum, uide Sabellicum. Tugurio Tugurthi quid sit, & unde dicatur, docent Iureconsulti, Dig. lib. 50. hic uerò poni uidetur pro humili loco in urbe. Liu. lib. 62. ait, Iugurtham bello Hiempsalem petijisse, uictumq; interemisse. In prouinciam Romani deleta Carthagine eam partem Africa, quæ sub Carthaginiensium imperio fuerat, in prouincie formam redegerunt: ostendunt Patriculus, Appianus, & Sallustius infra.

RIV. Etiam antignobilitatem Iugurthæ.] Legendum, Antea. Id est plenus est & sonantius. Quid si diuisim legas, Et iam antea: ubi nos coniungim Etiam. Deinde de iamen ut etati concederet. Manuscripta, Dein tamen: quæ particula sanè est in ueterum scriptis frequens. Ita postea: Dein loca exusta solis ardoribus, Dein de excensiplar manuscriptis, ubi hodie serè, Deinde. Metseburgenensis cedex, Deinde tamen ut etati. Vix in alteram partem traductus est. In manuscriptis est, Transductus, quod antiquitatis magis redoleat, & apud Terentium et Caspianum reperitur. Ibi cum multa de administrando imperio differerent, Iugurtha inter alias res ait, oportere quinqueenni cõsulta & decreta omnia rescindi. Manuscriptum, inter alias res iacit, pro, inter alia hoc significat & inuit, oportere quinqueenni cõsulta, &c. Nam sic interdum hoc uerbo utitur, Cicero ad Atticum 2. Sed illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscure, iam etiam ex ipis Quingue uiris loqui quoddam. Quid nam id est pro, quod obscure & lectè significat. T. Linius 6. ab V. C. Ad hoc domi concionantis in modum sermones pleni criminibus in Patres: inter quos cum amisso dis crimine uera auana iaceret, thesauros Gallici auri occultari à Patribus fecit, pro, Significauit. Sed & uerbo iactare in eodè significato utitur. Vt 5. ab V. C. Iactantibus non obscure Galatias, haud magna mercede se adduci posse, ut obsidionem relinquunt. Est apud Tacitum, iactare fortuitos sermones. lib. 5. idem: Si qua discordes iactent, inquit. Fuit credo, qui quid sibi nans uellet & iacti, natus intellexerit. Is igitur deceptus specie lecti (ut est infamia) substituentum putauit, ait. Quid si cui uulgata lectio magis arridet, is persuasum sibi habeat, animum errore & uana specie atque imagine ueri præoccupatum in causa esse, cur ei minus castigatio nostra placeat. Hæc iam annotaram,

Cæterum fama tanti facinoris per omnem Africam breui diuulgatur. Adherbalem, omnesq; qui sub Micipsæ imperio fuerant, metus inuadit. In duas partes discedunt Numidæ, plures Adherbalem sequuntur: sed illum alterum bello meliores: Igitur Iugurtha quã maximas potest copias armat, urbeis partim ui, alias uoluntate imperio suo adiungit: omni Numidia imperare parat. At Adherbal, tamen si Romam legatos miserat qui Senatam docerent de cæde fratris, & suis fortunis: tamen fretus multitudinẽ militum parat armis contendere. Sed ubi res ad certamen uenit, uictus, ex prælio profugit in prouinciam, ac deinde Romam contendit. Tum Iugurtha patris consilij, postquam omni Numidia potiebatur, in ocio facinus suum cum animo reputans, timere populũ Romanum; neque aduersus iram eius usquam, nisi in auaricia nobilitatis, & pecunia sua spem habere. Itaque paucis diebus post cum argento & auro multo legatos Romam mittit, quos præcipit uti primũ ueteres amicos magnis muneribus explent, deinde nouos acquirant, postremo quencunq; possunt largiendo parare ne cunctentur. Sed ubi Romam legati uenere, & ex præcepto regis hospitibus alijq; quorum eã tempore erat in Senatu authoritas pollebat, magna munera misere: tanta comutatio incessit, ut rex maxima inuidia in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurthæ ueniret: quorum pars spe, alij præmio induci, singulos ex Senatu ambiendo, nitebantur ne grauius in eum confuleretur. Igitur ubi legati satis confidunt, die constituto Senatus utriq; datur. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

quum ecce affertur & aliud manuscriptum, in quo ipso idè reperi: ut iam nullus scrupulus relinquatur. Cæterum Decreta rescindi Sallustius, pro irrita in se facta, fieri, siue pro irritis haberi dixit: quomodo & Cicero, Casaris acta rescindere, constituta ab alio rescindere, iudicium uel res iudicatas rescindere, atque hoc genus alia. pro infirmare, dissoluere, labefactare, nam his uerbis interdum eodem modo est usus. Quod uerbum in pectus Iugurthæ alius, quã quisquam ratus erat, descendit. Legendum, Quã quisquam ratus, omisso illo uerbo Brat: quod ex glossa inepti alicuius & insulsi literatoris irrepissit credo in contextum. Sed Hiempsal oppido Thirmita. Manuscripta cuncta, In oppido, addita præpositione: quomodo & Badianum, & alia quadam. Exemplar Florentinum, Venetum, atque ex his deriuata, In oppido Thirmita: quasi ad uerbum Concessere referatur. sed perperam, meo iudicio. Occultans se in tugurio mulieris ancilla. Manuscripta non habent additam præpositionem In. Scruus in primum Aeneidos hunc locum citans, præpositionem addit, nisi sint mendosi codices. Iidem in 8. At Donatus in Andriam quidem In omittit, cez sententiis ad unum quotquot ipse uiderim exemplaribus: in Phormionem uerò, addit, præterquam in codice Romano, ubi hic locus contra quã in alijs serè est omissus. Nihil uulgata lectio haud sanè displicet, pro, Delitescens in tugurio, abdensq; sese. Nisi quis legendum forte putet, Cum interim Hiempsal reperit occultans in tugurio, accusatio omissio, quomodo ad Atticum Cicero: Inuentus est uix in horis suis occultans, ut uidelicet absolytè actum ponatur. Tame si in Metseburgenis est, Occultans sese: ut nihil certi quis affirmare queat.

Sed Hiempsal in oppido Thirmita fortè eius utebatur domo.] Aldinus codex hæc uerba (Fortè eius utebatur domo) Parentheficos signis includit, cum nominatiuus Hiempsal ad Utebatur uerbum construat. Sodus hanc domum Hiempsalis esse credidit, cum sit licitoris. Et ipse auctor statim de Iugurthæ, atque aded de licitore subiungit: Impellitq; uti tanquam suam domum uisens eat. Sodus Badian in hoc rectè redarguit, ut eum qui auctoris sensum non intellexerit.

GLAR.

scilicet infensu Iugurthæ propter crudelitatem

Contendere armis.

Explere munera.

Tanti.

¶ Tanti facinoris. Id est, tanti sceleris. facinus in bonam & malam partem accipi potest. nam & bonum & malum facinus dicimus. Diuisatur. Id est, sagitur. Adherbalem. ] Ordo: Metus inuadit Adherbalem, & omnes qui fuerat sub imperio Micipse. Numidia. ] Tota provincia Numidarum in duas partes diuisa. una pars Adherbale, altera Iugurtha sequebatur: sed plures tamē sequuntur Adherbalem qui meliores erant bello, sequitur Iugurtha. Copias. ] exercitū. Qui senatū docerent. ] qui senatui exponerēt. Profugit in prouinciā. ] Romani partes terrarū, quas bello subiugabat, prouincias appellabant, ad quas uel praetores uel praefules cū officio mittebant, qui eas regerēt. Multa ergo oppida in Africa po. Ro. habebat, quos per magistratus administrabat. Hac ergo loca que po. Ro. habebat, dicebatur prouincia. In hac prouincia rex Adherbal uictus a Iugurtha profugit: deinde Romā uenit. Cōtendit. ] i. uadit, proficiscitur. Tunc Iugurtha. ] cum Iugurtha Hiempsale occidisset, et Adherbalem regno spoliasset, scelus suū in animo perpetrans, timere cepit po. Ro. nec aliquā spem habebat aduersus irā eius, nisi in auaricia nobilitū Romanorū, et in pecunia sua. Ordo est: Tunc Iugurtha reputat facinus suū cum animo suo. Timere. ] pro timebat populū Ro. Neq; habere. ] pro habebat, spem usq; aduersus irā eius, nisi in auaricia nobilitatis, & in sua pecunia, postquā poterat omni Numidia in ocio patris consilijs. ] i. perfectis consilijs, i. cum perfectisset id quod facere decreuerat: uidelicet cum Hiempsale interfecisset, et alterū fratrem Adherbale regno expulisset, & totū regnū Numidiae usurpasset, sicuti facere cogitauerat. In ocio. ] in quiete & pace: quia nemo ei impedimentū afferebat. Reputans. ] cōsiderans, per tractans. Populū Rom. timere. ] Timebat enim po. Ro. quia sciebat illū non esse passurum socios suos tam indignē et crudeliter fuisse uexatos a Iugurtha. Vsq; . ] i. in aliqua re. Nisi in auaricia nobilitatis. ] quia sperabat nobiles senatores Romae auaros, & se posse pecunia corrumpi, ne paterentur aliquid decerni contra senatum: quod etiā fecit. In auaricia nobilitatis. ] i. nobilitum ciuium Romanorū. Et pecunia sua. ] quia sperabat nobiles Ro. ciues posse corrumpere. Quibus praecipit ne cunctentur. ] i. ne morentur, i. ne ducent. Sed ubi Romani legati. ] Ostendit quanta mutatio animorū Ro. facta sit, postquam legati Iugurthae Romam missi, ciues numeribus & pecunia corripuerunt. Dicit enim, Iugurtham facta largitione in gratiam omnium uenisse, quē ante omnes odio habebant. Sed ubi. ] Ordo est: Tanta commutatio incescit, ut Iugurtha ueniret in gratiam nobilitatis, ex maxima inuidia. Vbi. ] pro postquam legati Ro. uenere, & misere magna munera hospitibus & alijs, auctoritas quorum pollebat in senatu ea tempestate, dico misere magna munera ex praepcepto regis. Quorū pars inducti spe. ] alij inducti praemio mittebantur, ambiendo singulos ex Senatu ne consuleretur grauius in eum. Hostiibus. ] uel qui susceperant legatos hospitij, uel qui aliquando suscepti fuerant hospitio a Iugurtha in prouincia Numidiae. Ea tempestate. ] eo tempore. Pollebat. ] i. potestas erat. Incessit. ] inuasit. Vt ex maxima inuidia. ] i. odio. Bece commutatio, quoniam primō maximē oderant, ei postea fauebant, etiā summē diligebat. Quorum. ] nobilitū. nam nobilitas collectiue nō est. Pars spe. ] quidam inducti spe, quam legati faciebant, promittebant enim in futurum magna munera. Alij praemio. ]

alij inducti praemio, qui iam munera uel pecunias acceperant. Ambiendo. ] i. blandiis circumueniendo & blandiendo: quia qui corrupti erant, alios senatores sigillatim alloquebatur blanditijs, rogātes ne in Iugurthā graue aliquid decernerent. in cum. ] i. Iugurthā. Confidetur. ] i. decerneretur & deliberaretur, determinaretur. Igitur legati. ] postquam legati uisi sunt numeribus & pecunijs satis sibi propitios reddidisse senatores, ut iam confidere possent, dies statuitur, in quo & rex & Adherbal, & ipsi legati in senatum uenirent. Locutum. ] i. in senatu. Accipiunt. ] id est audiunt, intelleximus. Vtriusq;. ] s. & regi & legatū. Senatus datur. ] ut Senatus eos audiat. ¶ Ceterum fama tāti facinoris, quale est occidisse fratrem regis, et patriualem suum diuisatur breuiter per omnē Africā, metus inuadit Adherbale fratrem Hiempsalis, & oēs qui fuerant, dum uiuere sub imperio Micipse patris Adherbale. Numidia descendit post illud factū in duas partes: plures sequuntur Adherbale, qui erat uerus rex: sed meliores, i. peritiores et utiliores bello, a ad bellū gerendū sequuntur, supple illum alterum, s. Iugurthā. Igitur quia disensione uidit Iugurthā, parat copias quam potest maxime, & parat adiuuere suo imperio: urbes partim, i. quas dā ui: & alios uoluntate, i. spōte, et imperare omni Numidia. Adherbal tamen si miserat legatos Romam: quid docerent, i. certiorē facerent senatum de eade, i. necē fratris, s. Hiempsalis: & de fortunis, i. aduersitatibus & potentijs suis: tamen fratres, i. consilij, & adiutus multitudine militū parat contendere cum Iugurtha armis, i. uis. Sed ubi res uenit ad certamen, i. ubi pugnatum est: ipse uictus profugit ex prelio in prouinciā, regionem prius deuictam, & postea regno adiectam: ac contendit, id est proficiscitur debine Romam. Tunc, id est tunc Iugurtha peractis consilijs, postquam poterat, scilicet ut omni Numidia: reputans in animo, id est secum estimans facinus suum in ocio, id est cum iam ocium haberet: timere, supple cepit aut timere, pro timebat populū Romanum: neq; habere, id est nō habebat uquam spem aduersus iram eius, scilicet populi Romanū: nisi in auaricia nobilitatis, scilicet Romanae, & in pecunia sua. Itaq; mittit post, id est postea paucis diebus legatos Romam cum multo auro & argenteo quibus praecipit, uti, id est ut replant primū pecunia ueteres amicos: deinde exquirant, id est indagent nouos: postremo, ne cunctentur, id est ne differant parare, id est acquirere largiendo, id est per largitiones quacūq; possint. Sed ubi, i. postquam legati, scilz Iugurtha uenere Romam: & misere, i. miserunt ex praepcepto regis, s. Iugurthae magna munera hospitibus, scilz regis, i. ijs quibus cum ius hospitalitatis habebat se uocuo recipiendi hospitio: & alijs quorum auctoritas pollebat, i. plurimū ualebat ea tempestate in senatu: tanta commutatio, scilicet sententiarum & animorum: incescit, scilicet senatoribus: ut Iugurtha ueniret in gratiam & fauorem nobilitatis, id est nobilitū Romanorum: ex maxima inuidia & maleuolentia, id est ubi cum profecutus fuerant summa inuidia & maleuolentia. Quorum pars, id est alij inducti spe, s. futurorum munerum: & alij praemio, scilicet iam accepto: mittebantur ambiendo, id est more ambientium orando, singulos ex senatu: ne consuleretur, i. ne per consultationem desineretur: sententia ferretur, grauius, i. diuini quam uolebat: in cum, s. Iugurtham. Igitur ubi, i. postquā legati satis cōfidunt, s. parti suae et sententiae per senatū danda: senatus datur

B A D.

B

C

datur utriusq;, s. Adherbali accusatori & legatis Iugurthae defensoribus: hoc die constituto, s. ad agendum de controversia ipsorum: nos accipiunt Adherbalem locutum, id est tunc in senatu hoc modo. ¶ Quam maxime potest copias armat. ] In Mersseburgē & imprefis uictoribus, Copias parat: pro, cōs parat. In ceteris manuscriptis est uulgata lectio, consentiente Beroaldino. Urbes partim ut, alius uoluntate imperio suo iungit. ] Legendū, Urbs. & adiuugit, ex manuscriptis & uirgibus quibusdā. De eade fratre, & suis fortunis. Manuscripta, Et fortunis suū, ut pronomen sequatur: id quod elegantius est. Nec fecit ex imprefis quaedam. Ac deinde Romam contendit. ] In uictis est, Debinc. qua uoce per sepe & alijs utitur. Tum Iugurtha paratis consilijs, postquā omni Numidia poterat. ] In quibusdam est, Peractis consilijs, in manuscripto, Patris: pro perfectis, quae in animo habuerat. idq; uerbi maxime omnium placet. Sic dicimus, Peragere incepta, patrare facinus pro, peragere, perficere. In ocio facinus suum cum animo reputans. ] Sic & Fabricianū, & cetera manuscripta, quomodo Cicero alicubi: Multa mecum ipse reputauit, inquit. Verū in quibusdā tamē

SOLDI

C

est, in animo, pepererit ut opinor. Romā legatos mitti, quibus praecipit. ] Manuscripta, Quis praecipit: quomodo & alias sepe. Vti primū ueteres amicos magnū munere explēat. ] In manuscriptis & alijs quibusdā nō est, Magnis. Deinde nouos acquirat. ] Est quidē in Mersseburgē atq; alijs uictis Exquirat: sed in Fabriciano, cuius nos plerūq; fidē sequimur, Adquirat: pro, cōparent, concilient, adiungant. Id enim propriē hoc loco significat. Habent eodem modo cetera manuscripta. Sed ubi legati Romam uenere, & ex praepcepto regis. ] Pepererit est in recentioribus omiffa copula Et, quae est in antiquioribus addita. Vti ex maxima inuidia & maleuolentia, in gratiam & fauorem nobilitatis Iugurtha ueniret. ] In uictoribus quibusdā est Maleuolentia additum, cui fauorem statim opponat, sicut inuidia gratiam. In manuscriptis tamen & recentioribus non est idem additum, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. Sine gulos ex senatu ambiendo. ] Fabricianum, Ambiendo, nec aliter Mersseburgē. ¶ Facinus suum cum animo reputans. ] Alij codices habent, in animo reputans, cum in praepositione: quod et simplicius est, & apud auidores frequentius.

GLAR.

Exordium ab officio.

\* ita Proposito.

Confirmatio de sua persona meritis.

Senat.

Senatores. Ordo patet, & sensus. Dicit enim: Pater meus moriens praecepit mihi, ut existimarem administrationem regni Numidae tantummodo esse meam, sed regnum ipsum esse populi Rom. Procuratorem. Id est administrationem. Eius, scilicet regni. Penes uos. ] apud uos esse, id est regnum ipsum esse uestrum. Et ita attentos facit auditores, cui ostendit, hoc de quo loquitur, ad eos pertinere. Enterer. ] conarer. Stimul. ] id est & praecipit ut darem operam, ut essem maxime utilis populo Romano. Vsu. ] id est utilitati. Vos mihi cognatorum, uos affinium. ] Cognati genus paternum respiciunt, affines genus maternum. Dicerem. ] id est existimarem. Si ea fecissem. ] Pendet a superiori. Hoc enim respicit illud quod dicit, Praeceptis scilicet praecipere non potuit nisi dicens. Ergo subauditur, Et dicebat me habiturum exercitum, diuitias, munimenta regni in uestra amicitia, si ea fecissem. Si ea fecissem. ] id est, si ita existimasset, sicuti mihi praecipiebat. In uestra amicitia. ] quia uestra amicitia erit mihi exercitus, erunt diuitiae, erit munimentum regni. Et ex his uerbis sibi beneuolentiam conciliat audientem, cum in nulla re nisi in amicitia populi Romani se esse habuisse ostendit. Quae cum praecpta. ] Nunc aduersarium in odium adducit, cum superbiam eius & crudelitatem ostendit: qui contempto & neglecto imperio populi Romani, se regno crudeliter expulsi. Agitare. ] id est seruare. Ex hoc sibi beneuolentiam comparat, cui laudat officium suum sine arrogantia. Contempto imperio uestro. ] Ex hoc indignationem senatus contra Iugurtham concitat. Masinissa me nepotem. ] Personam Masinissae nominat artificiose: quia hic & amicitiam instituit cum populo Romano, & eam dum uixit officiosissime coluit. Expulsi. ] ui eiecit. Atque ego. ] Exordio praemisso, transit ad narrationem: in qua breuiter exponit, quid uelit. Petit enim auxilium a senatu contra Iugurtham. Licet & illa potuerit esse narratio, in qua rem gestam breuiter aperuit: uidelicet quemadmodum regno expulsus sit a Iugurtha. Atque ego P. C. ] Vide quid dicat. Vtinam ( inquit ) ita mihi euenisset, ut si aliquando in meo necessitatibus opus esset auxilium petere a uobis, id facere auderem magis propter beneficia mea erga populum Romanum, quam propter beneficia maiorum meorum. Ac si diceret: Dolco quoddam, cum a me nullum beneficium acceperitis, cogar a uobis beneficium petere. Nam si aliquando uobis aliquod beneficium praestitisset, iusta causa esset cur in meo necessitatibus, ego quoque a uobis beneficium & auxilium peterem. Nunc autem nullum meum erga uos beneficium, sed tantummodo beneficia maiorum meorum, audaciam praestant ad petendum a uobis auxilium. Sed uellem potius ut mea erga uos beneficia, quam beneficia maiorum meorum, hanc praestarent audaciam. Et hoc est quod dicit. Ordo est: Atque ego, o patres, uellem potius me posse petere a uobis auxilium ob beneficia mea, quam ob beneficia maiorum meorum: quoniam ego eram uenturus ad miseriarum, ac si uellem maxime beneficia debere mihi a populo Romano, quibus non egerem, sed uti uterer debitis si erant desideranda. Bonis miseriarum. ] id est ad eas, hoc est tantis miseris, scilicet ad quantas perueni. Ob mea. ] id est propter mea, scilicet beneficia. Meorum maiorum. ] In hac parte latenter tangit, populum Romanum memorem esse debere beneficiorum maiorum suorum, scilicet Masinissae aui, & Micipsa patris sui. Nam ut supra monstrauimus, Masinissa in Africa contra Cartha-

ginenses multa praecleara facinora gessit: Micipsa etiam bello Numantino pop. Rom. iuuit. Ac maxime. ] Vide quid dicat: Vellem, inquit, ut pop. Rom. mihi beneficia deberet: sed nollem eis indigere. & si beneficijs pop. Rom. indigerem, uellem posse uti debitis, non gratuitis. Beneficia debita dicuntur, quae alij debent ex merito nostrorum grauita dicuntur beneficia, quae aly nobis praestant, non ex merito nostro, sed ex gratia sua & liberalitate, cum nihil nobis debeant. Deberi mi. be. a pop. Rom. ] Quomodo pop. Rom. debet adherbali beneficijs? Si pop. Rom. accepisset aliqua beneficia ab Adherbale, tunc ei deberet beneficia. Vti debitis uterer. ] id est uterer his beneficijs, quae mihi deberentur ex merito meo a pop. Rom. Sed quoniam. ] ac si diceret: Nollem ut mihi esset necesse petere auxilium a pop. Rom. sed quoniam necessitas incumbit, propterea ad uos confingineq; enim per me tutus esse possum. Et hoc est quod dicit. Sed quoniam. ] Ipsa probitas, id est ipsa bonitas, ac si diceret: Quoniam bonitas mea & innocentia per se tuta esse non potest, neq; Iugurtha cognoscere potui qualis esset, ad uos confugi. Neq; mihi in manu fuit Iugurtha. ] id est neq; mihi cognitus est Iugurtha qualis esset. Et est modus notandus. Ba in manu esse dicitur, quae palam cognoscuntur. Nam id quod in manu habemus, nobis est notum. Confugi. ] id est re curri. Quibus, quod mihi miseriarum est, cogor prius oneri quam uos. ] Doleo, inquit, q. prius uobis sum oneri quam utilitati: quia a uobis beneficium peto, antequam aliquid utilitatis uobis attulerim. Vsu. ] id est utilitati.

¶ Patres conscripti. ] Haec oratio in genere deliberatio uersatur. suadet, in senatu, ut sibi suppliciter ferre iubeant, ostendens id utile & honestum ac facile factu Romanis fore: utile, ut socijs Romani imperij permanerent honestum, quia id pater & auus meriti erant: facile, quia dicitur est: Nos ut per oecium tuti simus, in manu uestra est, patres conscripti, qui sic dicti sunt quia a Romulo primo erant centum seniores ad ius dicendum conscripti. deinde alij centum additi, qui omnes a similitudine curae: aut quod seniores essent patres conscripti, appellabantur. Ordo autem est. O patres conscripti, id est uos senatores Romani: Micipsa pater meus praecipit mihi moriens, & ita in suprema uoluntate: cui quia seruo enunciarum creditur, plurimum autoritatis intra tribuuntur: id est ut ego existimarem, id est censerem, putarem: tantummodo procuratorem, id est gubernationem, & non dominium aut ueram possessionem regni Numidae esse meam. Caeterum, id est sed uos imperium eius, scilicet regni esse penes uos & populum Romanum, id est in potestate uestra & pop. Rom. & ita callide asserit Romanos debere regnum Numidae tutari ut suum. Simul, supple praecipit, ut ego enterer esse uobis domi & militiae, id est tam in pace quam in bello: quam maximo usui, i. ingratissimam utilitati: & supple, ut ducerem, id est reputarem: uos, supple esse mihi loco cognatorum, id est consanguineorum & necessariorum & loco affinium, i. acquiritorum per legem. Et supple dicitur bat (nam id non praecipit) si ego fecissem ea quae praeparatime habiturum, supple esset in uestra amicitia, id est per uestra amicitiam: exercitum, diuitias & munimenta, id est praesidia & protectiones regni. Quae praecpta patris, scilicet Micipsa: cui ego agitarem, id est agitari inciperem Iugurtha homo sceleratissimus omnium quos terra iustinet: & ita captiua beneuolentia & cōmiseratione ex odio et scelere aduersarij sui, expulsi me nepotem Masinissae pop. Rom.

A Rom. amicissimi, & diu uicere utilissimi: socijs atq; amicis populi Romani etiam stirpe, quia a patre & auo: expulsi inquit, regno & omnibus fortunis, id est possessionibus, & hoc uestro imperio contempto. Atq; ego, o patres conscripti (quoniam eram uenturus ad miseriarum, id est ad eas miseris, uti debeam a uobis auxilium implorare) uellem potius me posse praeterea uobis auxilijs ob mea beneficia, scilicet a me in uos collata: quam ob beneficia maiorum meorum, scilicet patris & auine putentur maiores tantum dicendū, ubi cognationum nomina desinunt: ac uelle maxima beneficia debere mihi, scilicet ob merita mea a populo Romano: quibus, scilicet beneficijs mihi debitis, utinam ego non egerem, & ita non cogere ea reponere: sed si ea, scilicet beneficia mihi debita a uobis erant desideranda, id est aliquando exigenda ego uerter, supple ipsius uiti, id est ueluti debitis: sed quoniam probitas, id est proba & honesta uita est parum tuta per se ipsam: neq; fuit mihi in manu, id est in potestate, qualis foret Iugurtha, q. d. Licet sedulo cauerem, ne merito mihi ab illo iniuria fieret: tamen non potui caueri, quin immerenti iniurius esset: & ideo, o patres conscripti, ego confugi ad uos, id est ad auxilium uestrum, quibus (quod mihi est miseriarum, id est summa miseria & summus cruciatus) ego cogor esse prius oneri quam usui, id est militati.

B Micipsa pater meus, &c. ] In eandem sententiam apud Liumum Decadis quinta lib. 3. locutus est in senatu Romae Masinissae filius, cui nomen Masgabae fuit. Cognationem, docent Iureconsulti Digestorum lib. 38. Sed ea si desideranda erant. ] Priscianus lib. 14. ubi citat hunc locum, legit, Secundum ea: ut Secundum hoc loco ualeat post quem admodum apud Ciceronem in Vatinium: Secundum ea quero, seruatus ne in eo fidei exemplar nostrum, quod ceteris omnibus castigatis esse solet, item illud alterum bibliothecae Diui Saluatoris habent: Sed si ea. Et supra, ubi in uulgatis legitur, Quibus utinam non egerem. habet nostrum illud: Quibus non egerem, sine dictione Vtinam. nihil tamen mut. Sed quoniam, & quae sequuntur. ] Si locus non est corruptus, hic erit fortasse sensus: Cum in potestate mea non fuerit, conformare & emendare Iugurthae moretiumq; mea probitas per se parum ab illo tuta foret, ad uos confugi.

C Caeterum ius & imperium eius penes uos esse. ] Eius, non est in omnibus uetus. nec sensus magnopere requiritur: nam genitius ille Regni Numidae, huc est referendus qui antecepsit. Quae praecpta patris mei cui agitarem. ]

Mei, non est in omnibus uetus. & est ab litatore forsan aliquo adiectum, qui uoluerit explicare, quo de patre loqueretur. proinde ac si non id satis est superioribus planius perspicuum foret. Talia per multa possum sunt cum in Sallustio, tum in ceteris fore omnibus adiecta: id quod facile sentit, qui scripta ueterum diligenter euoluit. Ne quid tamen dissimulem, est in manuscriptis duob. hoc loco, Parentis mei. Contempto uestro imperio. ] Manuscripta, Contempto imperio uestro: ut pronomen sequatur, quomodo & Badianus codex. Etiam a stirpe socium atq; amicum pop. Rom. ] Manuscriptum, Ab stirpe. Hoc autem ideo Adherbale, q. Masinissae nepos esset, qui rex socium: & amicum fuerat ab senatu appellatus. Cuius nominis honoris et paucis admōdū, & pro magnis erga se regis meritis atq; officijs dare pop. Rom. confueuit. Quibus utinam non egerem. ] Non est in ulla uisibile manu scripto, quod sciam, illa optandi particula Vtinam ac mea quidem sententia rectius eadem abest. Qui locū expendit, si cuius modo est in literis iudicij, nec uel haud uidebit faciet. Nec exemplar eam Beroaldinum habet. Secundum ea si desideranda erant, uti debitis uterer. ] Codices quidem in pergamenis descripti, consentientibus ut in praesentibus nonnullis, interq; hoc eo qui a Pincio est Vetiustij excusis, Sed ea si, desideranda erant, Verum priorem lectionem esse uerorem, & Prisciano liquet, si enim lib. 13. de praepositione agens: Secundum ( inquit ) quando pro ueritate & ueritate accipitur, loco praepositionis est. Sallustius in Iugurthino: Secundum ea, uti debitis uterer. Lucan. s. secundum Aemathiam his tanta datur. Ita Priscianus. uidelicet hoc dicit, Secundum in Sallustij exemplo, post uel proxime significare. In Lucano, pro. Ut mirari satis non queam, quid ille sibi uelit, qui pro super accipit adnotat. quem in scriptis tamen & Thomas Linacer impiegit.

¶ Secundum ea si desideranda erant, uti debitis uterer. ] Obsecrissime hoc dictum est. Vetiustios codices habebant: Sed si ea desideranda erant, &c. Caeterum uerba, quae per duos deinde sequuntur uerfus, esse luculentia sunt, sensus tamen ad praecedentia nullam faciunt. Nam probitas, quid ad praecedentia? quid deinde hac uerba, Neq; mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret? Haec ideo mihi annotantur, ut eo diligentius codices antiqui inspiciantur. Nam non est mihi dubium multis in locis, temporum potissimum iniuria, ac scolorum quorundam audacia huc antorem mutilum, cuius exemplaria tam uaria leguntur. Multa etiam dissimulo, quia annotationes scribimus, non commentum.

Caeteri reges aut bello uicti in amicitiam a uobis recepti sunt, aut in suis dubijs rebus societatem uestram appetuerunt. Familia nostra cum populo Romano bello Carthaginensi amicitiam instituit, quo tempore magis fides eius quam fortuna petenda erat. Quorum progeniem uos P. C. nolite pati me nepotem Masinissae frustra a uobis auxilium petere. Si ad impetrandum nihil caue habere praeter miserandum fortunam, quod paulo ante rex, genere, fama atq; copijs potens, nunc deformatus aerumnis, inops, alienas opes expecto: tamen erat maiestatis populi Romani, prohibere iniuriam, neq; pati cuiusquam regnum per scelus crescere. Verum ego his finibus eiectus sum, quos maioribus meis pop. Rom. dedit, unde pater & auus meus una uobiscum expulsi Syphacem & Carthaginenses. Vestra beneficia mihi erepta sunt, P. C. uos in mea iniuria despecti estis. Heu me miserum: hinc enim Micipsa pater beneficia tua enasere, ut quem tu parem cum liberis tuis, regniq; participem fecisti, is potissimum stirpis tuae extingtor sit? Nunquam enim ergo familia nostra quieta erit? Semperne in sanguine, ferro, fuga uerfabitur? Dum Carthaginenses incolumes fuere, iure omnia saeuia patiebamur.

CAS.

BAD.

RIV.

GLAR.

A meritis in  
lia.  
Ab ipso cap.  
  
ad hoc de benefi-  
ciji Micipsa  
ex Iugurthano  
a regni illius ca-  
la mutatis alijs.



hostis à latere, uos amici procul. Spes omnis in armis erat. Postquam illa pestis ex Africa ciecta est, læti pacem agitabamus, quippe queis hostis nullus erac, nisi forte quem uos iussissetis. Ecce autem ex improuiso Iugurtha intoleranda erac, scelere atque superbia sese effrens, fratre meo, atq; eodem propinquo suo interfecit, primum regnum eius, sceletis sui prædam fecit. Post ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil minus quam uim aut bellum expectantem, in imperio uestro, sicuti uidetis, extorrem patria, domo, inopem & cooperum miserijs, effecit ut ubiuis tucius quam in meo regno essem.

SOLDI.

Ceteri reges. Per narrationem exposita causa, transit ad confirmationem. Nam tota spes uincendi, ratioq; persuadendi, in confirmatione & consutatione posita est. Est autem confirmatio, per quam argumenta de nostra causa fidem & auctoritatem & firmamentum adiungit oratio. Omnes autem argumentationes simulantur aut ex his que attributa sunt personis, aut ex his que sunt attributa negocijs. Personis attributa sunt, nomen, natura, uictus, fortuna, habitus, affectio, studia, consilia, facta, casus, orationes. Hoc loco arguit à factis, dicit enim quid fecerint maiores sui pro pop. Ro. Simul à partibus iusticie arguit, ut antea diximus. Nam iustum est, benemerentibus gratiam referre, in hoc argumento maxime perstat, ut meminerint beneficiis aut aut sui Masinisse, aut patris Micipsæ, dicit ergo: Ceteri reges in uestram amicitiam uenere necessitate coacti, cum sibi magis quam uobis prodesse quererent. Sed Masinissa auus meus uobiscum amicitiam contraxit eo tempore, quo uobis se maxime esse utilem intelligebat, fidei magis quam fortune ratione. Ceteri reges. familia nostra, uidelicet Masinissa. Bello Carthaginensi. s. bello Punico secundo: hoc supra monstrauimus. Instituit. inceptit, inchoauit. Fides eius magis quam fortuna. quia tunc Masinissa pauper erat. Vnde Lilius refert, ad eum Romanos transiisse tantummodo cui ducentis equitibus. Ergo fides eius magis quam fortuna erat petenda: quia potentia eius erat parua, ut pote qui spoliatus erat à Carthaginensibus, & cum his postea foedus fecerat. Petenda. i. expetenda, desideranda. Quorum progeniem. Ad famam referuntur: sed familia nomen est collectiuum, & in numero sing. plures significat. unde nunc dicit, Quorum filios, s. me nepotem Masinisse, nolite pati frustra petere auxilium à uobis. Si nihil aliud. Nunc uitur locus ad eliciendam misericordiam accommodatis. Plures locos Cicero tractat, quibus misericordia captatur: quorum primus est, per quem, quibus in bonis fuerimus, & nunc quibus in malis sumus, ostendimus. Hoc loco uitur Adherbal. dicit enim: Si nihil haberem aliud quod uos moueret ad præstandum auxilium, fortuna mea uos mouere deberet quia paulo ante eram rex potens genere, fama, exercitu, fortunisq; omnibus: nunc inops, calamitatibus & miserijs plenus, omnibus rebus spoliatus, alienas opes mendicare compello. Hic locus diligenter tractatus, sine dubio multum ualet ad animos flectendos ad misericordiam. Si nihil aliud. Ordo est: Tamen erat maiestatis populi Romanis, prohibere iniuriam, neq; pati regnum cuiusquam crescere per scelus. Si non aliud cause haberem ad impetrandum, præter miserandam fortunam. Quod. pro qua, ego paulo ante rex potens genere, fama atq; copijs, nunc deformatus aruibus, & inops, expecto opes alienas. Ac si diceret: Si nullam causam societatis & amicitia haberem cum populo Romano: tamen maiestatis populi

Romani esset, miserabili fortune mee subuenire, & non pati ut aliquis usurpet regnum alterius per scelus: sicuti fecit Iugurtha. Genere. sanguinis nobilitate. Nunc deformatus. id est deturpatus. Aerumnis. id est per aerumnas. Aerumna proprie dicitur labores onerosi, diæ ab aerumnulis, que (secundum Plautum) sunt fucille, quibus religatus sarcinus uiuatores gerebant, secundum Festum Pompeium. Alienus opes. aliena præsidia uel opes, facultates. Tamen maiestatis erat populi Romani. Arguit hoc loco à partibus fortitudinis, que res magnas & excelsum sequitur, à partibus, iusticie, que quod suum est cuiq; restituit. Per scelus crescere. sicuti cre scit regnum Iugurthæ per scelus, qui Hiempsalem dolo interfecit, & Adherbalem regno expulit. Verbum ergo his. Vide quod dicat, & quomodo hoc cum superiore sensu coniungat. Si non haberem aliam causam, præter miserandam fortunam, tamen propter maiestatem uestram deberetis mihi subuenire. Sed præter fortunam miserabilem habeo alios causas, uidelicet amicitiam & societatem antiquam quia pop. Rom. propter societatem & amicitiam donauit maioribus meis hoc regnum, de quo sum expulsus, & de quo auus meus & pater meus uia nobiscum expulerunt Syphacem & Carthaginenses: hoc est quod dicit. Verum. id est, sed. His finibus. id est eo regno. Pop. Rom. dedit. Hoc supra dixit: quia uisus est Carthaginensibus, et capto Syphace, pop. Rom. dono dedit Masinisse quas eunq; ciuitates & loca bello acquisiuerat in Africa. Vnde auus meus. Masinissa. Pater. s. Micipsa. & ex hoc ostendit, societatem antiquam que fuit inter suam familiam & pop. Rom. uestra beneficia mihi crepta sunt. id est non possum uti uestro beneficio: quia id quod uos dedistis aliquando maioribus meis, mihi abstulit Iugurtha. Vos in mea iniuria despeti. dum Iugurtha facti iniuriam, uos despicit. Et ita indignationem senatus contra Iugurtham concitat. Heu miserum me: hucine Micipsa pater. Exclamatio est, que fit ad significandum doloris, aut aliquid indignationis, per hominē, aut urbem, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem. Locus etiam unis est ex his, ex quibus in nos misericordia captatur, & odium atq; indignatio in aduersarium concitatur. quod fit, quoties cum indignatione conquerimur, quod ab ijs à quibus minimo conueniat, male tractemur amici, propinquis, quibus benefecimus, quos adiutores recitauerimus. Hucine. Huc, inquit, o pater Micipsa tua beneficia peruenerunt, ut quem tu in filium adoptasti, hic filiorum tuorum interfector existat. Micipsa. Sermone ad patrem mortuum conuertit. Iure omnia sua patiebatur. dum Carthaginenses in imperio fuerunt, merito omnia mala patiebatur. Nam iustum erat ut eos hostes haberemus, qui erant hostes pop. Rom. Hostes à latere. s. Carthaginenses. Nam & Carthaginenses & Numida in Africa sunt.

A Latere.]

A latere. id est à uicino. Electa. Nam hoc tempore quo Adherbal hæc dicebat, Carthago deleta erat ab Africano minore. In toleranda audacia. Iugurtham in odium adducit, superbiam eius, arrogantiam & crudelitatem exponens. Regnum eius scelus sui prædam fecit. quia Iugurtha post scelus suum, quo Hiempsalem interfecit, regnum eius rapuit. Post ubi. Ordo est: Postquam ille Iugurtha effecit me extorrem, sicuti uidetis: dico me, nihil minus expectantem quam uim aut bellum: & effecit me inopem patria domo, & cooperum miserijs ita, scilicet ut essem tutius ubiuis quam in meo regno. Eisdem dolis. scilicet quibus cooperat fratrem meum. Nihil minus. quia nihil erat quod minus timerem, quam bellum à Iugurtha. In imperio uestro. Nam, ut à principio dixit, regnum & imperium Numidie uult esse Romanorum: sed administrationem tantummodo suam. Ceteri reges recepti sunt in amicitiam. sup. populi Romanis aut uel bello, id est postquam uel si fuerant, quod Cicero in Officijs pro laude Romanorum dicit: aut appetuerant uestram societatem in suis rebus dubijs, id est cū de rebus suis desperarent. Nostra familia, quia auus Masinissa instituit, id est inceptis cum populo Romano amicitiam bello Carthaginens. quo tempore magis fides petens, scilicet populi Romani, ut in posterum profici, erat petenda quam fortuna: quia tunc maxime attrita erat res Romanarum non procedit autem, ut dicitur equis, scilicet familia nostra, licet cum ducentis tantum equitibus ad Romanos transferat, ut Lilius inquit: quia longe plus momenti est ad pauperem populi transiisse, quod cum ipse pauper esset: talem etiam non diceret contrariū ceteris regibus. Præterea si de familia sua loqueretur, diceret Borm: quia addit, Quorum sicut in Psalmo: Domus Aaron sperauit in Dño, adiutor eorum, &c. In quo genere dicitur, est locutio congrua in re, nõ in uoce quia domus & familia ponitur pro ijs que sunt de eorum: uos patres conscripti, me progenies: et supple nepotem Masinisse: petere, supple à uobis frustra auxilium. Sed, s. &c. Argumentatus est à iusto & honesto: nunc mouet ad cõsirationem, ad quam eisdem Cicero multos adducit locos: quorum primus est, cū ostendimus in quibus bonis fuerimus, & in quibus malis sumus: quod loco uos uos uitur. Est enim grauissimus, nam maximum genus infortunij est, fuisse felicem. dicit ergo: Sed si ego nihil cause haberem ad impetrandum, scilicet quod peti: præter fortunam miserandam, id est miseratione dignam: quod ego paulo ante rex existens, potens genere, fama atq; copijs: nunc deformatus, id est deturpatus aerumnis, & calamitatibus: existens inops expecto opes alienas: tamen, in nihilo minus: erat maiestatis populi Rom. id est pertinebat ad maiestatem pop. Rom. prohibere iniuriam iure pati regnum cuiusquã id est cuiuscunq; crescere per scelus, id est per scelus autem ausum. Tanquam autem Iugurtham, cuius regnum (nisi Romani prospexerint) incrementum sumpturum sit per duplex scelus: ut pote per necem Hiempsalis, & expulsionem Adherbalis hæc conquerentis. Verum ego his finibus, electus sum, &c. Artificiose quidē conatur pop. Rom. incitare cõtra Iugurtham: persuadere autem pop. Rom. ab eo cõcepti, et quasi expulsum esse suo regno: sed id frustra, quonia plurimi largitionibus corrupti erant: ut uerū fateamur illud Ouidianum.

Dat census honores, Censu amicitiam pauper ubiq; iacet. Ordo est: Verum, id est, sed, ego sum electus, id est contem-

ptibiliter expulsus: his finibus. (scz regni patrie sue) quos pop. Rom. dedit maioribus meis, scz auo Masinisse, unde pater, scz Micipsa & auus, scz Masinissa: expulsi uia à uobiscum, i. cum uobis: Syphacem, scz regem potentem in Africa: & Carthaginenses Romani nominis perpetuos hostes: unde dicitur est, quod uel si Carthaginensibus. & capto Syphace pop. Rom. dedit Masinisse quas eunq; urbes & loca in Africa ceperat. uestra beneficia, id est quia à uobis orta: etiam à uobis protegenda sunt, sunt crepta mihi, o Patres conscripti, uos estis despecti & contemti & uili pensati me iniuria, id est per me à iniuriarum: aut in mea id est mihi illata iniuria. Heu me miserum. & est ploratio, pathos mouens, simul cum apostrophe, i. conuersio sermonis ad absentem, immo ad desuntum. O Micipsa pater: hucine, id est an he in hunc exitum, euasere beneficia tua in Iugurtham collata: ut is, scz Iugurtha: quem tu fecisti parem, id est æqualem: cum liberis, i. filijs legitimis tuis: & participet. i. coherede: regni sui postissimum, id est maxime omnium extinctor: stirpis, i. progeniet & sololituæ. Ergo. Etiam indignata uox: nostra familia, non quam erit quietæ, in quiete, uerū ab imine semper in furore, ferro & fuga: Nos patiebatur uis, in merito omnia sua. i. crudelia facinora belli: dum, id est donec Carthaginenses fuerunt incolumes, scz in regno suo: quia hæc hostes erant à latere: & uos o Romani: amici, id est qui nobis eratis amici, supple eratis procul omnis spes, supple nostra inerat in armis. Postquam illa pestis, scz Carthago est ciecta ex Africa (quod in gratia Romanorum dicit) nos læti agitabamus pacem: quippe, id est utpote: quibus nullus hostis erat, nisi forte ille quem uos iussissetis, supple à nobis pro inimico habendum. Ecce autem ex improuiso (Et ita mouet pathos ab eo quod est præter spem. Et bene uitur in tali re. Ecce) Iugurtha effrens, id est ex illius sese audacia intoleranda, & scelere atq; superbia iustre meo, s. Hiempsalem: atq; eodē propinquo suo, scz Iugurthæ: quia patruelli interfecit, fecit primū, i. primo regnū eius, s. Hiempsalis: prædam sui scelus, i. per scelus suum obtentam. Post, i. deinde, ubi nequitiū me capere in eis dē dolo, quibus fratres intercepit fecit me expectantem, id est formidantem, sicuti sperare pro timere capitur, ut Aeneid. 4. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem: nihil minus (quia nequaquam expectabat) quam uim aut bellū in imperio uestro, i. que & quod inferretur mihi in uestro imperio, i. regno quod à uobis tenebã. quidã legitur Ex, & inquit sequit scilicet Effecit me, &c. extorret ex imperio uestro, sed dicamus ut occipimus: Effecit me sicuti uidetis. extorret, i. exulsi patria, scz cõmuni & domo, scz priuata: existens inopem, i. sine facultate & auxilio: scilicet in super cooperati, id est obruti miserijs: ut ego essem ubiuis, id est ubiuisque, locorum uitijs quam in regno meo, ubi maxime tutus esse debebat. Et ita asserit, quod Mariannus Melibæus in Bico. Nos patriam fugimus, &c.

Petenda erat. Masinissa exutus à Syphace regno cum ducentis haud amplius equitibus in Scipionis castra uenit, ut refert Lilius Dec. 3. libro 8. Sed si ad impetrandum nihil cause haberem. Illa particula Sed, non est in codicibus manuscriptoris, nec in ceteris impressis. Nunc deformatus aerumnis, inops, alienas opes expecto. In alijs est, Expecto. Virumq; mea quidem sententia, sic quadrat, uix ut noris, utrum alteri præferas: nisi quod prius illud est in codicibus manuscriptoris. Cic. ad Atticum: Cæsar iam opes regis, non ut ante opem

C. AST.

R. IV.

opem exoptat. Idem alibi, auxilium expetere dixit: quo modo Terentius in Andria, auxilium expetens. Heu me miserum. In tribus manuscriptis est, Eheu, nec aliter citare Probus videtur. Quo loco docet, hanc interiectionem etiam liberæ à numeris orationi, & cum primis historiae conuenire. Quamquam autem Valla hanc particulam nulli casui scribere docet: est tamen inuenire, ubi cum accusatiua iuncta sit. Terentius in Phormione: Eheu me miserum, inquit. Et Cicero in Oratione, antequam iret in exilium: Eheu conditionem huius temporis. Sed Virgilius nullum ei addit casum in Bucol.

Eheu quid uolui misero mihi. — & iterum: Eheu quam pingui maceo est mihi taurus in aruo.

Sed nec Tibullus: Eheu diuitibus uideo gaudere puellam. Idem: Ferreus est eheu, quisquis in urbe manet.

Sunt qui hoc & similibus locis, Heu heu legere solent. Sanè codex Mersburgensis hic habet: Heu heu me miserum, & eodem modo Florentinus. Verum (ne quid distimulem) & heu sine casu septenarium ponitur, ut apud Cicero: Heu quam dispari domino dominaris.

Virgil. Heu fuge nate dea. — & iterum: Heu nihil inuitis sis quenquam fidere diuis.

Sic sepe aliàs, uelut 2. Aeneid: Heu que nunc tellus (inquit) que me æquora possunt

Accipere? — & 4. Aeneid. Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem, Audeat afflatu. — & 2. Heu furis incensa feror.

Semper ne in sanguine, ferro, fuga uersabitur? Manuscripti codices impressi quidam, Versabitur habent. id mihi quidē magis arridet. Hostis à latere, uos amici procul. In manuscriptis est, Hostis ab latere idē melius. Latē pacē agitabamus, quippe quibus nullus hostis erat. In manuscriptis est, Quis hostis nullus erat: pro, quibus ita in Officijs Cicero: A quis male pugnatū est, inquit, pro, a quibus. Sallustius paulo ante: Legatos Romā mittit, quōs præcipit. Sic postea alicubi Quis adiutoribus regem aggressus, impellit ut aduersum Romanos bellum incipiat. Rursum: Quis omnia honesta atq; inhonesta uendere mos erat. Quis omnia regna aduersa sint.

Ecce autem ex improposito Iugurtha intoleranda audacia. Hæc uera lectio. Ceterum est in Mersburgensi, De improposito: sed eodem planè sensu. Dicimus enim, Improposito, ex improposito, de improposito. Cicero pro M. Tullio: Syracusanū improposito in castra Hamilcaris irrupunt. Idem in Verrem: Ex improposito si que res nate essent. Sic & De improposito alicubi dicit. Sicut uis deus, extorret patriam. Fabricianum, Sicuti uidetis: quomodo & aliàs ferē.

Ego sic existimabam, P. C. uti prædicantem audieram patrem meum, qui uestram amicitiam diligenter colerent, eos multum labore suscipere: ceterum ex omnibus maximè tutos esse. Quod in familia nostra fuit, præstitit ut in omnibus bellis adesset uobis: nos uti perocium tuti simus, in manu uestra est. P. C. Pater nos duos fratres reliquit, tertium Iugurtham beneficijs suis ratus est nobis cōiunctum fore. Alter eorum necatus est, alter ipse ego manus impias uix effugi. Quid agam? aut quod potissimum infelix accedam? Generis præsidia omnia extincta sunt. Pater, uti necesse erat, naturæ concessit: fratri, quem minimè decuit, propinquus per scelus uitam eripuit. Affines, amicos, propinquos, cæteros meos alium alia clade oppressit. capti à Iugurtha, pars in crucem acti, pars bestijs obiecti sunt. Pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris, cum mœrore & luctu morte grauiorem uitam exigunt. Si omnia quæ aut amisi, aut ex necessarijs aduersa facta sunt, incolumia manerent, tamen si quid ex improposito mali accidisset, uos implorarem P. C. quibus pro magnitudine imperij ius & iniurias omnes curæ esse decet. Nunc uerò exul patria, domo, solus, atque omnium honestarum rerum egenus, quid accedam? aut quos appellem? Nationes ne, an reges? qui omnes familiae nostræ ob uestram amicitiam infesti sunt? An quoquam mihi adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta plurima sunt? \* An quisquam nostris miserari potest, qui aliquando uobis hostis fuit?

SOLDI.

Ego sic. In tota oratione hoc agit, ut ostendat, se in nulla re spem habere uoluisse, aut præsidia regni sui collocasse, nisi in amicitia & societate po. Ro. Ceterum. i. i. sed existimabam, eos multum laborem suscipere, qui uestram tenerent amicitiam: sed, super omnes esse tutos. Quod in familia nostra fuit. Arguit à partibus iusticiæ, uidelicet à gratia. Nam partes iusticiæ sunt: religio, pietas, gratia, uindictio, obseruantia, & ueritas. Est autem gratia inquam, amicitiarum & beneficiorum alterius memoria, & alterius remunerandi uoluntas cōiunctur. Dicit ergo: Familia nostra semper uobis auxilio fuit in omnibus bellis: iustum est igitur, si grati & memores beneficiorum esse uultis, ut uos mihi uestram in tanta necessitate præstetis auxilium. Quod in familia. i. Ordo est: Nostra familia præstitit, hoc, ut adesset

uobis in omnibus bellis. Quod in nostra familia fuit. i. quantum familia nostra potuit, uobis auxilio fuit in omnibus bellis. Nos. i. Ordo: In uestra manu est, uti nos simus uti perocium. ac si diceret: Parum est quod peto, nam sine bello uos facere potestis, ut tutus sim in regno. Pater nos duos fratres reliquit. Rem ponit ante oculos, ita ut magis geri quam narrari uideatur. Alter cori. i. f. Hiempsal. Alterius. i. Iugurthæ. Propinquus. i. f. Iugurtha oppressit. Quid agam? aut quod potissimum infelix accedam? Color est, qui appellatur Subiectio. est autē Subiectio, cum interrogamus aut querimus quid contra nos dici possit: deinde subijcimus id quod oportet dici, aut non oportet, aut nobis adiuuatio futurum sit, aut aduersarijs obfuturum. Dicit ergo: Quid agam? aut quod potissimum infelix accedam? ac si diceret: A quo præstodiam

dium petam? A' mehi? at hi extincti sunt. An ab adversarijs, propinquis, amicis at hi alius alia clade à Iugurtha sunt oppressi. An ab alijs regibus & nationibus? at omnes infesti & inimici sunt mihi, propter societate & amicitiam quæ mihi est cum po. Ro. Cum igitur & familie nostræ, & propinquorum & amicorum, & affinitis, & regum & nationum, ac gentium omnium præsidia mihi sublata sint: relinquatur, ut ad uos confugiam, & ad uos præsidium petam, P. Con. & à po. Ro. in cuius amicitia & societate familia nostra regni sui præsidia semper uoluit esse collocata. & hoc est quod dicit. Utiur autem colore, qui dicitur Commoratio: quæ sit, cum in loco firmissimo manetur diutius, & eodem sepius reditur. sicut facit Adherbal, qui per totam orationem hoc tractat, & ad hanc sententiam sepius recurrit, ut dicat maiores suos ipem omnem conferuandi regni sui in fide ac societate po. Ro. positam esse uoluisse, nec ad præsidium regni sui aliarum gentium aut regum societates aut fœdera questuisse. Pauci. i. Maram crudelitatem Iugurthæ ostendit, qui supplicia morte grauiora inuenit. In tenebris. i. in carcere. Sed si omnia. i. Ordo est: P. C. tum ego implorare uos, quibus decei ius & iniurias omnes esse curæ pro magnitudine imperij, si quid aduersi accidisset ex improposito, si omnia manerent incolumia, quæ aut amisi, aut facta sunt aduersa necessarijs. Supra dixit præsidia generis, amicorum, affinitum & propinquorum esse sublata, nec se ab eis posse præsidium petere: quia eorum pars extincti sunt, pars in carcere clausi. Nunc dicit: Si pater & frater & amici & propinqui, & omnes supra dicti uiuerent & incolumes essent: tamē si quid mihi aduersi accidisset, ad uos confugissem, à uobis auxilium implorarem: nunc uerò cum eorum mihi præsidia sublata sunt, & exul patria, in tanta calamitate positus sim, ad quos alios confugiam, nisi ad uos? quasi dicat: Nemo mihi relictus est, à quo præsidium petam, nisi à uobis. Et quia quis obijcere potuisset: Sunt & alie nationes, atq; alij reges, à quibus potes auxilium petere. Respondet Adherbal: Non possum, quia omnes mihi & familie nostræ sunt aduersi, propter societatem & amicitiam uestram. Sed si etiam possem ab alijs quam à uobis auxilium petere, non facerem: quia inuestigasti auius nos ita docuit atq; instruxit, ne cum aliquo populo aut rege uel gente societatem & amicitiam haberemus, nisi cum po. Ro. in eò magna nobis & ampla præsidia ad tuendum regnum nostrum futura dicebat. Et hoc est quod dicit. Que aut amisi. i. Hoc pertinet ad patrem, & ad fratrem extincti. Aut quæ necessarijs aduersa facta sunt. i. Hoc pertinet ad affines, propinquos & amicos. Nam necessarij dicuntur, non solum in sanguine, sed & familiaritate atque amicitia nobis coniuncti. Aduersa facta sunt. i. nō solum quantum ad eos qui necati sunt, sed etiam quantum ad eos qui carcere afflicti sunt. Incolumia manerent. i. i. salua atq; integra, & quantum ad uitam, & quantum ad fortunam, & quantum ad dignitatem. Nam ille dicitur incolumis, de cuius salute ac dignitate nihil diminutum est. Pro magnitudine imperij. i. Arguit à fortitudine: cuius partes sunt, magnificentia, fidentia, patientia, perseverantia. Nunc ab ea parte quæ dicitur magnificentia, arguit. Est autem magnificentia, rerum magnarum & excellentium, cum animi ampla quadam & splendida propositione, agitatio atq; administratio. Dicit ergo: Pro magnitudine imperij uestrum uos decet dare operam, ut unusquis-

que ius suum habeat, & iniurias illatas uindictis atque puniatis. An quoquam. i. ab aliquo, ad aliquem locum. Quid, inquit, ire possem, ubi non appareat, quemadmodum maiores mei hostes fuerint illius loci propter uos? Nam quicumq; fuerunt hostes uestri, fuerunt & familie nostræ, propter societatem.

¶ Ergo, o patres conscripti, existimabam. i. cogitabam sic: uti, i. quem admodum ego audieram patrem meum prædicantem, i. seruo asserentem eos qui colerent, i. fouerent & conseruarent diligenter amicitiam uestram, si o scipere nullum laborem: quia Romani tunc multos habebant inimicos: ceterum, i. sed esse maximè tutos ex omnibus, scz populis, i. inter omnes populos. Familia, supple nostra, i. pater & auus: præstitit id quod fuit in familia nostra, i. in potestate eius uidelicet uti, i. ut adesset, id est auxilio esset uobis in omnibus bellis, scz Numantino & Caribaginensibus: & est in uestra manu, i. in potestate uestra: uti, i. ut nos firmi tui, scz ab insidijs Iugurthæ: perocium, i. dum habemus oculum ab hostibus. Patres conscripti, ut sciat is ingratitudinem Iugurthæ: & ita tacite ab ingratitudine aduersarij beneuolentiam captat. Pater, scz licet Micipsa reliquit nos duos fratres, i. Hiempsalem & me Adherbalem: & ratus est Iugurtham fore, i. futurum esse tertium, scz fratrem cōiunctum nobis beneficijs suis, scz patris, i. per adoptionem: alter, scz fratrum quos pater reliquit: est necatus, scz ferro militum Iugurthæ: & ego ipse uix effugi impias manus eius, scz Iugurthæ: ceterum quia alter de duobus dicitur, legamus non Alterius, sed alter eius. ut sit: Ego ipse alter, scz duorum fratrum uix effugi impias manus eius, scz Iugurthæ. Quid agam. i. Color est, qui uocatur Subiectio: qua querimus quid contra nos dici possit: deinde subijcimus id quod oportet dici, aut non oportet: aut quod nobis adiuuatio futurum sit, aut aduersarijs obfuturum. dicit ergo: Quid agam? aut quod potissimum accedam, ego infelix: omnia præsidia, i. auxilia defensoria generis nostri sunt extincta. Pater, scz Micipsa: concessit naturæ, i. naturali dissolutioni: uti, i. quem admodum erat necesse, necessitate facti aut naturali: propinquus, scz sanguine Iugurthæ, quæ minimè decuit, supple id facere: eripuit fratri, scz Hiempsali uitam per scelus: quia parricidium ob auariciam & inuidiam commisit: & ipse Iugurtha oppressit affines & ceteros amicos meos & propinquos: alium alia clade, i. diuersos diuersa neci: pars, i. ipsi partim sunt capti à Iugurtha: pars, i. partim sunt acti, i. sublati in crucem: pars, i. partim sunt obiecti bestijs, ut ab eis deuorentur: pauci, quibus anima, i. uita est relicta: clausi in tenebris, scz carceris aut latebræ exigunt, i. educunt utolentem cum mœrore & luctu: uitam grauiorem, i. molestiorem morte. Sed o patres conscripti, si, i. tamen est omnia, scz præsidia, quæ ego aut amisi per uolentiam Iugurthæ: aut quæ facta sunt mihi aduersa, i. hostilia & inimica: manerent mihi incolumia, i. salua & fauorabilia: tamen si quid, i. aliquid mali, i. aduersi accidisset mihi ex improposito, i. præter opinionem: ego implorarem, i. quodam ploratu et quadam querimonia in auxilium meum uocarem uos: quibus esse curæ decet ius & omnes iniurias quæ à quocunq; fuerint pro magnitudine imperij, i. propterea quod maximum habetis imperium: decet uos curare ius cuiuslibet, ut unicuiq; tribuatur quod suum est: & omnes iniurias, ut eas à uiolentis illatis repellatis, quia duplex est officium iudicijs: alterum, nulli iniuriam inferre alteri, si possit



nem ad fratrem extinetum uerit: nec indigna fratris commemorata, animi omnium in regis ad misericordiam commouentur. Animo meo charissime. ] Affectum suum erga fratrem ostendit. Immaturo. ] id est inueni. Et unde. ] id est a quo, scilicet a Iugurtha propinquo tuo, & fratre adoptiuo. Unde minime decuit. ] Captat misericordiam ex eo loco, per quem cum indignatione conquerimur, quod male tractemur ab his a quibus minime conueniat: propinquis, amicis, quibus beneficiamus. Minime decuit. ] scilicet eripi. Ordo est: O frater charissime animo meo, iamiam tamen puto esse letandum magis casum tuum quam dolendum, quamquam uita sit erepta tibi immaturo, & scilicet erepta sit ab eorum, unde, id est a quo minime decuit, scilicet eripi. Casum tuum. ] id est propter mortem tuam. Non enim reddidit causam, quare magis letandum sit ex morte eius, quam dolendum. Melius fuit mori quam uiuere, sicuti ego uiuo: scilicet in exilio, in egestate, in aerumnis. Hec enim omnia mala cum uita simul amissisti. Eugam. ] Declaret quid sit fuga, id est exilium. Premunt. ] affligunt. Aerumnas. ] id est miseras, & labores. Anima. ] id est uita. Precipitatus. ] id est deiectus. Rerum humanarum spectaculum prebeo. ] Sine dubio ingenti artificio hanc conclusionem tractat. Paulo ante (inquit) rex eram: nunc in tanta mala deductus sum, ut rerum humanarum spectaculum & exemplum sim: quia qui me aspiciunt, discunt ex me, quam mutabilis sit rerum humanarum natura: quia cum paulo ante rex fuerim, nunc autem tamen inops & infelix, doceo rerum humanarum naturam instabilem esse, atque uolubilem. Incertus. ] id est dubius. Quid agam. ] Subiectio, quem colorem etiam supra tractauit. Tuasne iniurias persequare, ipse auxilijs egens. ] Quasi dicat: Non adhuc persequerat fratrem extinetum commemorando. Aut regno consulam. ] id est providebo. quasi dicat: Non possum, cum uita mea & mors in potestate aliorum sit posita. Tuasne iniurias persequare, ipse auxilijs egens. ] O frater, an persequare eum qui tibi iniuriam attulit, cum ego indigeam auxilio: quasi dicat, non possum. non enim possum tibi ad iudicandum iniuriam auxilijs afferre, cum ego ipse egeam auxilio. Aut regno. ] scilicet meo. Cuius. ] scilicet mei. Ordo: Aut ego consulam regno: sed potestas uita & necis eius pendet ex alienis opibus. uita, inquit, mea & mors ex aliorum pendet auxilio. Nam si mihi afferret auxilium, uiuam: si negaret auxilium, moriar. Ex opibus alienis. ] id est ex praesidio alieno. Vitam emori fortunis meis honestus exitus esset. ] ne uiuere contempnus uiderer, si defessus malis iniurijs concessissem. Vitam, inquit, pro dignitate mea honeste mori possem, ne turpiter & cum dedecore uiuere uidear, si malis defatigatus, iniuriam prohibere & superare non ualens, in regnum non rediero. Atque ita neque mihi uiuere placet, neque mori possum sine dedecore. Adherbal in eo statu quo nunc erat, nec mori, nec uiuere honeste poterat: quia regno & dignitate & fortunam omnibus spoliatus, tantquam homo priuatus, turpiter & cum dedecore & iniurijs, & mortuus esset. Quia ergo neutrum honeste facere poterat, medium quoddam petit a senatu populoque Romano, ut praesidio eius restitueretur in regnum. Vitam emori. ] id est uitam mors esset honestus finis status meo. & hoc est quod dicit. Contempnus. ] id est in glorijs, spretus. Iniuria concessissem. ] id est locum de-

dissem iniuria. Quid est locum dare iniuria, nisi uinci ab iniuria, & iniuriam sperare non posse? Nunc neque uiuere libet. ] quia regno pulsus, & fortunis omnibus spoliatus, cum dedecore uiuo. Neque mori licet. ] id est, nec mori possum sine dedecore. Eadem ratione. ] scilicet quia secundum dignitatem generis mei, mori amissio, & fortunam omnibus priuatus, mori non possem. Subuenite mihi misero, ut obuiam iniuria. ] Dissolutio est, quae fit, cum oratio coniunctionibus, ex medio sublati, separatis partibus, effertur. Ne obuiam iniuria. ] id est iniuriam prohibete, arcete, repellite. Regnum Numidia, quod uestrum est. ] Quod est ualidissimum argumentum, & primum & ultimum ponit. Vult enim hoc inbreuere animis auditorum, regnum Numidia esse non suum, sed populi Romani. Per scelus & sanguinem. ] Caudam fratris sui a Iugurtha perpetrata notat, ut animi auditorum contra Iugurtham ad indignationem & odium concitentur. Tabeferre. ] id est corrumpi. ] Jamiam. ] Facit epistrophe ad fratrem accisum, dicens: Jamiam, id est postisimum tamen frater, scilicet Nimesal, charissime animo meo & quenquam uita est erepta tibi immaturo: quia in flore aetatis, immo in uita iam adulescentia: & unde, id est ab illo, ab quo decuit minime, scilicet eam tibi eripi: quia patri tui & fratri adoptiuo, beneficio patris in regni partem accito: tamen ego puto casum tuum magis letandum, id est leticia prosequendum, quam dolendum: quia lator dure potestae ponitur, sunt qui legat, ob casum. Causam afferat, dicens: Non enim amissisti tantum regnum, quod bonum uidebatur: sed amissisti simul et animam, id est uita, fugam, exilium, egestatem & omnes has aerumnas, id est calamitates & miseras, quae premittunt. Et est summi doloris indicium, optate mortem, ut Aeneida. i. — O terque quaterque beati, Quis ante ora patrum Troiae sub manibus altis Contigit oppetere, &c. — At ego infelix precipitatus ex patria regno, quasi dicat: Ex summa felicitate in tanta mala: prebeo spectaculum, id est speculum rerum humanarum. q. d. Tragicum argumentum existens, incertus quid agam, me pro an ego persequare, i. uel scilicet tuas iniurias: existens ipse egens auxilijs, an ego consulam, i. consilio prospiciam regno: ego (inquit) cuius uita & necis, hoc est mortis uolentia potestas: pendet ex opibus, i. potentijs alienis: quia si Romani adiuuores fuerint, uiuam: si non desinturum eum, necandus uidetur. Soldus legit per subiectionem interrogatue sic: Incertus sum quid agam. Tuasne iniurias persequare, ipse auxilijs egens. An regno consulam? Cuius, &c. ut sit ordo: Ego sum incertus quid agam. O frater, persequare ne tuas iniurias, quasi dicat: Non qua ipse, supple sum egens auxilijs. An consulam, hoc est prospiciam & prosum regno, quasi dicat, non: quia uita sum cuius, &c. Vitam mori, hoc est extingui esse honestus exitus fortunae meae, scilicet aduersus. Alij habent Possunt: ut sit, Vitam possem emori: & supple sic honestus exitus esset fortunae meae, ne ego uiderer uiuere existens contempnus: sed melius Contentus scribitur, ne ego uiderer contempnus uiuere: si ego defessus, hoc est defatigatus malis, id est aduersitatibus: cessissem iniurijs, id est uitam honeste mori datur, ne putarer contentus uiuere, si cessissem iniuria: sed melius Contentus scribitur: quia defessus malis. Nunc neque libet mihi uiuere, quia turpe est: neque licet mori sine dedecore, quia turpe posset defessus malis regem cedere iniuria. P. C. ego obte-

ster

A flor uos per liberos atque parentes uestrorum, per maiestatem populi Romani, subuenite mihi misero, ut obuiam iniuria: nolite perire regnum Numidia, quod est uestrum: tabeferre, i. corrumpi per scelus, scilicet Iugurtha, & sanguinem familiae nostrae. ] Tamen letandum magis quam dolendum casum tuum puto. ] Manuscripta, Quam dolendum puto casum tuum. Cuius uita necisque potestas ex alienis opibus pendet ] Manuscripta, Ex opibus alienis: ut adiectiuum sequatur. Oro uos per liberos atque parentes uestrorum. ] In manuscriptis non est Oro, neque in Beroaldino: sed tantummodo per nos, per liberos, quae lectio, haud dubium, quae melior sit. Nec aliter ferre Linius 9. secundi belli Punici: Quibus per uos fidenter uestrum P. C. priusquam

Postquam rex finem loquendi fecit, legati Iugurthae largitione magis quam causa freti, paucis respondent, Hiempalem ob laetitiam suam a Numidis interfectum: Adherbalem uero bellum inferentem, postquam superatus sit, quae quid iniuriam facere nequisset: Iugurtham ab Senatu petere, ne se alium putarent, ac Numantiam cognitus esset, neu uerba inimici ante facta sua ponerent. Deinde utriusque curia digrediantur. Senatus statim consulitur, fautores legatorum, praeterea Senatus magna pars gratia deprauiata, Adherbalis dicta contemnere, Iugurthae uirtutem laudibus extollere: gratia, uoce, denique omnibus modis pro alieno scelere & flagitio sua quasi pro gloria nitentur. At contra pauci quibus bonum & aequum diuitijs charius erat, subueniendum Adherbali, & Hiempalis mortem seuerè uindicandam censent. Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus, homo nobilissimus, impiger, factiosus, audax potentie, honoris, diuitiarum, ceterum uicia sua callide occultans. Is postquam uidit Regis largitionem famosam impudentemque, ueritus (quod in tali re fieri solet) ne polluta licentia inuidiam accenderet, animum a consueta libidine continuit.

Postquam. ] Finita oratione Adherbalis, dicit quid ex altera parte legati responderint. Largitione. ] quae fecerant, ut supra dixit. Magis quam causa. ] Quonia causa eorum turpis erat. Erit. ] consili. Paucis. ] i. cum paucis uerbis. Hiempalem ob iustitiam. ] Hoc falsum est. Uirum bellum inferentem. ] & hoc quoque est falsum. Uirum. ] i. sponte, quem prouocatus non esset. Queri. ] pro conqueri. Adherbalem. ] per omnia sub auditor, respondent, uel dicunt. nam respondentes dicebant. Ac Numantiam cognitus esset. ] Virtutem Iugurthae in bello Numantino monstratam, in memoria reducant. Ac. ] pro quodam. Virum. ] & rex & legati. Curia. ] i. senatu. Consulitur. ] i. rogatur. nam qui senatum rogabat, proposita re de qua deliberandum esset, unquamque senator rogabat ut sententiam suam diceret. Deinde cum super ea re satis dictum uideretur, senatores in sententiam nitentur, nam ab uera curia in alteram partem transferantur. Et hoc erat, ire pedibus in sententiam. Quicquid maior pars decreuisset, scriptis notabatur. Et id tale dicebant Senatusconsultum, uel decretum Senatus. Deprauiata gratia. ] i. fracta & corrupta ipsa gratia, sine per gratiam. Contemnere dicta Adherbalis. ] pro contemnere. Extollere Iugurthae uirtutem. ] pro extollere, i. laudabant. Nitentur pro gloria. ] i. certabant. Pro alieno scelere. ] scilicet ipsius Iugurthae. ita contendebant pro scelere Iugurthae, ut scelus Iugurthae defenderent, qui & Hiempalem interfecerat. Adherbalem regno spoliauerat. At contra quibus bonum & aequum. ] i. honestum & iustum, id est honestum & iustum. Seuerè. ] i. iuste & pro merito uindicandam, i. puniendam. Censent. ] iudicabant. Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus. ] scilicet cetero-

corum scelus expetit, neque in Italia, neque in Africa ququam rei gesserit. ] Ne uerere contemptum uiderer. ] Omnes codices habent, Contemptus, atque ita etiam Saldus legit: quippe qui exponat, Contemptus, i. n. glorijs, spretus. Badius autem putat, Contentus legendum esse. Quid illum mouerit, non hercle intelligo. Sed admonendum erat Lectorem, si forte alij aliud sic curerit, quod me fugerit. Idem Badius non ita multo post, de L. Opimio, cum alij legant: Eum Iugurtham, tamen Romae in amicis habuerat: ipse in inimicis, pro in amicis legit, propter illud Tamen, quod proxime sequitur, tamen accuratissime accipitur & habet sane uerum speciem, sed Lectorem iudicet.

Super omnes Aemilius Scaurus censent, Adherbali esse subueniendum, & Iugurtham esse puniendum, qui Scaurus quamuis auarus & diuitiarum cupidus esset, tamen non permisit se a legatis pecunia corrumpi: quia uidebat eam largitionem tam aperte & impudenter fieri, ut inuidiam in eos qui corrupti essent, accendere posset. Mores autem Scauri describitur hac de causa: quia cum diuitiarum & potentie cupidus esset, mirum uidetur, quod ipse non fuerit a legatis largitione corruptus. Sed Sallustius e causam ostendit, quare non permisit se corrumpi. & dicit: Scaurus quidem erat potissime cupidus, & diuitiarum: sed sua uicia callide & astute occultabat. nolabat enim ut omnes uicia sua intelligerent. Et ideo, cum uideret eam largitionem quam legati Iugurthae faciebant, esse nimis apertam & impudentem, ita ut inuidiam accendere posset: & continui seipsum, & nihil pecuniarum a legatis Iugurthae accipere uoluit: & propterea libere contra Iugurtham in senatu locutus est. Et hoc est quod dicit. Homo nobilissimus. ] ex gente patricia. Impiger. ] in laboribus exercitatus. Factiosus. ] quia factiones amabat. Audax. ] cupidus. Callide. ] astute, maliciose. Is postquam. Ordo est: Is ueritus, scilicet quod solet fieri in tali re, se ne polluta licentia accenderet inuidiam. Continuit animum a consueta libidine. ] Postquam illi uidit famosam & impudentem largitionem regis, scilicet Iugurthae, quam faciebant legati eius. Famosam. ] i. infamem & turpem. Impudentem. ] quia nimis aperte & impudenter eam largitionem faciebant legati. Veritus. ] i. timens, quod in tali re fieri solet. Sic enim uenire solet, ut eiusmodi largitionis odium & inuidiam pariat: quia corrumpunt uerum animi iudicium. Nam cum uel per uisum, uel inuere aliquo, uel gratia corruptus est, non dicit id

GLAR.

Aemilius Scaurus.

quod fecit: & pleriq; non sentit id quod sentire debet. De polluta licentia. ] i. ne turpis & inhonesta largitio. Accenderet. ] concitaret. Animum: i. confusa libidine continuit. ] quia nihil a legatis accipere uoluit. A confecta libidine. ] nam supra dixit, eum fuisse cupidum diuitiarum.

BAD.

Postquam rex loquendi se. ] Post oratione Adherbali afferi sententiam responsum per legatos Iugurtha: qui magis in pecunia quam in facto aut iusta causa domini sui consilii paucis respondebant querele iustissime ipsius regis: id pro summo iudicio habentes, q. Iugurtha mores Scipioni imperatori populo Romano iam pridem satis noti essent. In qua monendi sumus, non nimium esse confidendum adolescentium presertim moribus, qui saepe deteriores sunt. Ordo igitur est: Postquam rex, scilicet Adherbal: fecit finem loquendi, i. contulit: legati Iugurtha, i. missi ab Iugurtha: freti magis largitione Iugurtha quam causa, i. iusta ipsius: respondent paucis, sup. uerbis. Nota enim, raro additur, unde dicimus: Breui, paucis, recta, si qua, dextra, maiores & similia: sub audiendo, Tempore, uerbis, uia, ratione, manu, natu uel tempore. Respondent Hiempsalem esse interfectum a Numidis: callide iacent quod iussa Iugurtha, ob seuitiam suam: quia natura ferax & superbus reuera erat. Et respondent, aut respondentes dicunt Adherbalem inferentem, s. Iugurtha: bellum ultro, i. priusquam laceratus sit: quere, i. conuerii: postquam sit superatus: quod nequisset facere iniuriam, et dicit Iugurtham petere ab senatu, ne se putarent alium: id est quia esset cognitus, scz Scipioni ex exercitui Romano: Numantia, i. apud Numantiam in Hispania: unde laudatissimus redierat: neu, i. neque, i. dicunt eum petere, ne senatores ponerent uerba inimici, s. Adherbali: ante facta sua, s. Iugurtha. Deinde postquam id orauerant, utriq; tam Adherbal quam legati digrediantur a curia, scilz senatoria. Senatus consulitur, id est rogatur sententiam, quod fieri debet statim post abscessum contententium. Fautores legatorum & preterea, i. prater eos magna pars senatus, i. senatorum: deprauata, i. corrupta: gratia, i. beneuolentia in Iugurtham aut fautores eius: aut gratitudine ob dona eius contemere, i. contemnebant dicta Adherbali: & extollere, id est extollebant uirtutem Iugurtha: laudibus, i. plausibus manuum: gratia, id est beneuolentia uultus: & uoce, id est sermone. Deniq; nitebantur omnibus modis pro scelere & flagitio alieno, s. Iugurtha, sup. defendendo & purgando: quasi, id est perinde atq; niterentur: pro sua, i. propria gloria, sup. augenda. At, i. scz. contra, i. e contrariis: pauci (sicut ferē ubiq; pauciores sunt boni, unde Iuuenalis: Rari quippe boni.) quibus bonum, id est iustum & equum erat obariis, i. dilectus & acceptus diuitijs: censabant, i. iudicabant: subueniendum, sup. esse Adherbali: & mortem Hiempsalis uindicandam, id est uindicta prosequendam ferere, i. rigidē. Sed ex omni

Vicit pars maior meliorem.

Vicit tamen in Senatu pars illa quæ uero precium aut gratiam anteferebat. Decretum fit, uti decem legati regnum quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurtham & Adherbalem diuiderent. Cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, & tum in Senatu potens, qui consul C. Graccho & M. Fuluio Flacco interfectis, acerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha tamen Romæ in amicis habuerat, tamen accuratissime accepit: dando & pollicendo multa, perfecit uti famæ, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum Regis anteferebat. Reliquos legatos eadem uia ag-

nibus maxime, sup. censabat id: Aemilius Scaurus homo nobilis impiger, i. strenuus: factiosus, i. seditiosus: audax, id est cupidus potentie, bonoris, & sup. diuitiarum. Ceterum occultans uicia sua, s. ambitionem & auariciam: callidē, i. uersute. Et ita h. s. Scaurus: postquam uidet largitionem regis, s. Iugurtha: famosam, i. infamem: & impudentem, i. inuerecundē factam: ueritus, sup. id quod solet fieri in tali re: ubi potentiores corrupti sunt: ne licentia, s. potentium: polluta, i. uiolata per largitionem: accenderent inuidiam, i. odium: si quis obuiaret: ipse continuit animum, sup. suum a libidine, i. audacitate factionis: & nouarum rerum: consueta, sup. sibi.

CAST.

Deprauata. ] corrupta. Aemilius Scaurus. ] Hic est M. Aemilius Scaurus, princeps senatus, cuius uultu prope terrarum orbis regebatur. hunc laudat sapē Cicero, ut grauem, ut constantem, ut prudentem uirum. nec secus Valerius Max. lumen enim ac decus patriæ Scaurū appellat, uide Ciceronem in Bruto, de Off. lib. 1. in oratione pro Pontico, & ad Lentulum Epistola extrema. Nobilit. ] patricius. Nominis in oratione pro Scauro filio, & auctor de uirtu illustribus. Polluta. ] inquinata, corrupta largitione.

RIV.

Legatis Iugurtha largitione magis quam causa freti. ] Melius, Legati, casu nominatio. id operatum est incuria commissum. A Numidis interfectum. ] Codex Fabricianus, Ad Numidis. Sua quasi pro gloria nitebatur. ] In manuscriptis atq; item impressis uictoriosus, Nitebantur, numero plurali. Idē est uti. Subueniendum Adherbali. ] Manuscriptum, Subueniendum. Iam constat, ita ferē antiquos loqui solitos, ut in gerundij loco e, uocalem u, frequenter ponerēt: id quod passim in fabulis Terentij plantij occurrit. Sic apud Iuuenalem, familia herciscindæ, finium regundorum, communi diuidundo: pro, herciscindæ, regendorum, diuidendo. Annotauit hoc, i. libro Priscianus. Quoniam autem is hoc seridicant in his uerbis quæ a tertia coniugatione nascantur, tamen in quarta etiam fieri constat. Nec est Priscianus male locutus, nam apud ueteres una eademq; coniugatio erat tertia & quarta. id quod uel de Donati meibodo liquet. Nam is solum tres coniugationes ponit. Ut mittam Probum, Diomedem, Victorinum, Seruium, qui idem faciunt. Quariam ipsi tertiā productam uocat, cuius & Phocas meminit. Is postquam uidit regis largitionem famosam imprudentemq;. ] Lege, Impudentemq;. Assinitus uerborum, locum errori fecit. Est autem in manuscriptis Videt, tempore presentis: contra quam Gymnicus habet. Veritus (quod in tali re fieri solet) ne polluta licentia inuidiam accenderet. ] Et tibi, non est in alijs. ac si quid ego iudico, maiore cum gratia abesse poterit. Nec in manuscriptis uoluntibus reperit. Sed & alibi Sallustius, simulq; (id quod in tali re solet) alij portentia atque prodigia nunciabant. Deest fieri.

C

uia aggressus, plerofque capit. Paucis charior fides quam pecunia fuit. In diuisione regni, quæ pars Numidia Mauritaniam attingit, agris uirisq; opulentiore, Iugurthæ traditur. Illam alteram specie quam usu potiore, quæ portuosior, & ædificijs magis exornata erat, Adherbal possedit. Res postulare uideret Africa situm paucis exponere, & eas gentes quibus cum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca & nationes ob calorem aut asperitatem, item ob solitudines minus frequentata sunt, de his haud facile compertum narrauerim: cætera quàm paucissimis abfoluam.

Id est, habebat plus portuum.

SOLDI.

Vicit tamen. ] Quamuis pauci senatores, & maxime Scaurus, cuius magna erat in senatu auctoritas, censuerunt Iugurtham esse puniendum, & Adherbali subueniendum: tamen, fautores Iugurthæ uicerunt, s. ne quid contra ipsum decerneretur: uidelicet, ne pro tantis sceleribus puniretur. Nam uerebatur se & regno & uita spoliari: quemadmodum ipse Hiempsalem interfecerat, & Adherbalem regno priuauerat. Pars illa. ] uidelicet fautores Iugurthæ, qui corrupti erant pecunia, et qui præponebant pecuniam & gratiã ueritati. Quæ uero præcium aut gratiã anteferebat. ] i. quæ præponebat pecuniã & gratiam ueritati. Vero. ] i. ueritati. Decretum fit. ] Dicit, quid decreuerit senatus. Decreuit senatus, ut es legatur decem legati ex Romanis, qui diuiderent regnū totum quod Micipsa tenuerat, inter Adherbalem & Iugurtham. Qui consulibus C. Graccho & M. Fuluio Flacco interfectis, accerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat. ] Dicit, quamobrem L. Opimius præcipue illius legationis eo tempore fuerit potens in senatu, quia hic L. Opimius accerrimē pro dignitate et partibus senatus contra plebem & C. Gracchum tribunum plebis amicauerat, cum esset consul. Res autem ita gesta est. Cuius Gracchus tribunus plebis, plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam, & ad conciliandam sibi populi beneuolentiã tulit: ueluti de colonijs deducendis, de uetibus publicè militibus dandis sine stipendijs diminutione, de minoribus decem & septem annis ad militiam non cogendis. Tulit & de suffragijs sociorum, pares Italos & ciues constituit. Tulit & frumentariam legem, de annonæ pauperibus & quædam. Tulit de iudicibus delictis, nam cum soli antea senatores iudicarent, ob eamq; rem a plebe timerentur, trecentos ex equestri ordine iudices adiecit, patrem senatoribus numerū statuit. Hæc lex potentia senatus magna ex parte præcidit ac minuit, uis laudes elaborato et aream summa diligentia minuit. Ob hæc cum se summè gratum populo reddidisset, Caium Fanium amicū suum ad consulatū gratiã & fauore suo prouexit, ipse tribunus plebis secundo creatus est, plebe id iubente, sine ulla sui petitione. Sed cōsensu sibi infestū anim ad uerteret, Fanium uero consulē ob id ipsum minus potentē, quia sibi amicus erat: rursus alij legibus promulgatis, animos plebis suscitauit, colonias Tarentū atq; Capuā mittendas, & Latinos in eorum ciuitatib; uocidos decernēs. Sed cum L. Opimius factus cōsul, multas ex legibus a C. Graccho latas abrogare decerneret (erat enim ei inimicus, y. Graccho Fanium, amicū suum, in comitijs praeferret) replebam cōsulatus antea acceperat. Gracchus multitudine collecta, aduersus consule resistere statuit: amicis eius, & maxime Fuluio Flacco, uero consulari familiari suo, & in diuisione agrorū collega, cohortante cum, atq; incitante. Quo die Opimius de abrogandis legibus Gracchianis erat laturus, prima luce ab uirgij Capitolium occupatur. ibi dum consilium sacrafecisset, minister quidam Antillus nomine

ne, inter sine asportans, illis qui circa Fuluium erant dixit: Cede bonis ciuilibus mali ciues, quo die illo miser de Fuluanis statim occiditur. Ea de re C. Gracchus quidem indoluit. At L. Opimius consul, quasi data occasione, ad uiscendum suos hauritus est. Imber ea die cetera tamen direxit. Postero die consul senatum summo mane in curiã uocat. ibi dum de rebus ageretur, corpus Antilli cum plantis secus curiam defertur: simulante consule id se mirari, senatus egreditur, & ad indignationem concitatus, decreuit ut Opimius consul uideat ne quid resp. de trimentis capiat, illo statim iubet, ut Senatus arma capiat, atq; equites Romani singuli binos seruos cum armis postero die adducant. At Fuluius contra sperare, & plebem colligere cepit. Igitur postero die Fuluius cum armatis hominibus montem Auentinum occupat. Hunc secutus est Gracchus, tristis, nec armatus, sed uelut in forum uirum, togatus, paruo duntaxat gladio accinctus. ubi Gracchus cum sua multiudine se Fuluio conuinxit, L. Opimius praecipue miserum iuniorem filium Fuluii cum caduceo ad senatum & consulem, qui de concordia ageret. Consul Opimius respondit, si de concordia agere uellent, de Auentino descendere, & se iudicio Senatus permittere, ac uentiam postularent. Quod cum adolescens Graccho & patri retulisset, seruit Caium Graccham uoluisse ad Senatum descendere. Sed ceteris non probantibus, uerum remissus est adolefcens, cum mandatis similibus. At Opimius purgandi cupidus, puero in custodia tradito, contra Gracchum & Fuluium cum multiudine armatorum ac sagittariorum Cretensium profectus, aduersus plebem commisso periturus, & in fugam uertit. Fuluius in quadam balneum se coniecit, ac paulo post deprehensus, cum maiore filio occiditur. Gracchus fugiens, cum in templum Dianæ se contulisset, & sibi ipse nemus inferre uellet, a Licinio & Pomponio fidelissimis familiaribus prohibitus est. Itaq; in fugam coniectum, cum aduersarij uictoriam pontem ligneam illum iam assequerentur, Licinius & Pomponius amici se obicientes, non prius quenquam traxere permiserunt, quam ipsi pugnantibus occisissent. Cuius C. Graccho seruus unus aufugerat Philocrates: ac cum uniuersi certatim eum horrenterent, nemo tamen auxiliū praeferat, nec petenti equū quisquē cōcederet: et iam aduersarij adesset, se in sacru de aru nemus prouipuit. ibiq; a Philocrate seruo occiditur: qui primò dominū, deinde seipsum peremit. Caput eius abscessit, & Septimuleo quodā relatus, stater deinde in sacru de aru nemus prouipuit. ibiq; ac dimidia pōdus traxit, detracto cerebro, et pro eo plūbo in fuso, a Septimuleo, ut aequū pondus auri de publico (ut erat promissum) acciperet. In eo certamine caesa sunt circiter tria milia hominū ex plebe. Corpora C. Gracchi & Fuluij, et aliorū om̄, in Tyberin proiecta sunt, bonasq; eorū publicata. editū est mulieribus, ne lugerēt. Accerrime uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat. ] Nam ut sicut præ apparet, Opimius consul uictor cum tota uoluntate

tria mi,

tria millia hominum ex plebe occidit, quod crudelissimi munia, oculos sepultura solavit, cadaveribus in Tyberim proiecit. B. i. iugurtha. ] Opimius princeps legationis cum ad iugurtham venisset, splendide susceptus est a rege i. atq. ab eo pecunia corruptus, commodum regis famam & fidei suae anteposuit, ob quam rem cum Romanam redisset, cum summo dedecore in iudicio damnatus est: ut tradit Plutarchus in vita Gracchorum. Accuratisimè. ] i. diligentissimè. Perfecit. ] obtinuit. Famam fidei. ] quia pecunia corruptus Opimius, pluris faciebat cōmodum regis, quàm famam suam & fidem. Nam in diuisione regni meliorem partem iugurthae assignauit. Eadem uia. ] i. eadem ratione, s. largitione pecuniarum. Plerosq. ] maiorem partem legatorum pecunia corrupti: paucitamen ex ipsis corrupti non potuerunt. In diuisione. ] Dicit meliorem partem regni per legatos iugurthae fuisse assignatam, pulchriorem uero Adherbali. Quae pars. ] subauditur, eas. ] pars. Mauritaniam. ] in qua habitant Mauri. Illam alteram. ] Ordo est: Adherbal possedit illam alteram partem. Potiorem specie. ] i. pulchriorem quàm utiliore. Specie. ] i. pulchritudine. Quam usq. ] i. utilitate. Quae portuosior. ] quia hac pars plures portus habebat. Res. ] i. propositum. Postulare. ] exigere. Sed quae loca. ] Ordo est: Sed ego haud facile narrauerim comperit de his locis & nationibus, quae loca & nationes sunt minus frequentata aut asperitate aut solitudine, ob calorem. De sita in Aphrica totius uidetur esse dicendum: sed quoniam in Aphrica loca sunt & nationes ad quas homines accedere nō possunt propter asperitatem & solitudinē ipsorum locorum, quae est in eis locis propter solis calorem: ideo de his locis non dicam, quia de his ueram nō habemus cognitionem. Ob calorem. ] Nam Aphrica in meridie posita est, & circa eam calor solis uehementer exarsuat, adeo ut multa loca habitari non possint propter solis calorem: de quibus locis se facile dicere non posse affirmat. Aut asperitate. ] aut solitudine minus frequentata. Conceptio generis est: nam neutrum genus concipit masculinum & femininum. ut hoc loco, cum dixisset Loca & nationes: intulit, frequentata & neutro respondit. Dicit enim, ea loca non esse frequentata & celebrata, propter locorum nimiam asperitatem & solitudinem, quae est in eis locis: & hoc, propter nimium solis calorem. Et ideo ad ea loca rarissimè homines accedunt, & propterea de his perfecta & uera cognitio haberi non potest: & cum uera non possit haberi cognitio, de his dicit se non esse scripturum. Comperitum. ] cognitum. Caetera quàm paucissimis absoluiam. ] i. reliqua loca, uidelicet quae sunt frequentata, & de quibus potest haberi certa noticia, paucis uerbis exponam. Quam paucissimis. ] i. ualde paucis uerbis. Absoluiam. ] i. perfecte exponam. nam absoluerè, est perficere ita, ut nihil desit. Absoluiam. ] i. dicam & exponam.

BAD.

Tamen. ] i. tandem, aut nihilominus, licet pauci cause uera fauerent tamen illa pars. ] maior quae anteferebat uero, i. ueritati aut iustae querelae: precium aut gratiam, fauorem suorum: uic in senatu, ita ut nihil diuini in iugurtham decerneretur. Unde sequitur. Decretis sit, i. decernitur in senatu uti, i. ut decem legati: missi scilicet in Numidiam diuiderent inter iugurtham & Adherbalè, regnum quod Anticipsa obtinuerat. Cuius legationis princeps fuit Lucius Opimius, homo clarus & potens tum, i.

tunc in senatu qui Caio Graccho & Marco Fulvio Flacco consulibus interfecit, scilicet propter leges populares exacerat acerrimè: in i. contra plebem uictoriam nobilitatis, quam obtinuerat nobiles interfecit tribus plebis. Sanè Gracchus ut populo placeret, iulit leges de deducendis colonijs & uetibus publicè militibus dandis sine stipendiorum diminutione de minoribus 17. annis ad militiam non cogendis, de suffragijs sociorum pares Italos & ciues constituens: & praecipue legem frumentariam de annonae pauperibus assignanda: de iudicibus delegendis extra senatum. Quo favore fretus Caium Fannium amicum suum ad consulatum perduxit, tribunus pl. bis constitutus. Sed Lucius Opimius in cōsultatu suo pluribus Gracchi legibus abrogauit, renitentibus Graccho & amico eius tunc consule Marco Fulvio: unde orta seditione, Fuluius Auentinum occupat, quem Gracchus sequitur iustis, & paruo duntaxat gladio accinctus, unde iuniorum filium Fulium cum caduceo ad senatum & consulem de concordia misit: qui retulit consulem decreuisse, si concordia peterent, Auentinum deserere: quo audito, noluit Gracchus ad senatum proficisci: sed ceteris id non probantibus, filius remissus in carcerem coniectus est à consule auidio pugnae. Nam statim cum magna manu in Auentinum irrupit: aduersarios in fugam uertit, unde Fuluius se in quoddam balneum contexit, ac paulo post cum maiore studio deprehensus occiditur. Gracchus in eadem Diana profugit: ubi cum sibi uim inferre uellet, à Licinio & Pompeio fidelissimis familiaribus prohibitus, cum aufugeret uellet, ab aduersarijs in ponte ligno deprehensus fuisset, nisi familiares illi se pro illo morti opposuissent. quibus cadentibus in sacrum earum nemus profugit, ibiq. à Philocrate seruo, qui cum illo aufugerat, id exposulans occisus est: qui occiso domino superuivere nolens, se quoque interemit. Iugurtha tamesi, hoc est quāquam habuerat Romae: cum. ] Lucium Opimium in inimicis, i. inter inimicos suos: tamen accepit eum accuratissimè, hoc est cū summa cura. Et perfecit dandis & pollicendo multa, uti anteferet, s. Opimius: famam, fidei, & postremo omnibus rebus suis: commodum regis, s. iugurthae. Iugurtha aggressus reliquos, s. nouem legatos: eadem uia, s. dandis & pollicendo multa: capit, i. in sententiam suam adducit plerosq. quia fides fuit paucis auior quàm pecunia. Ea pars Numidiae, quae existens opulentiore agris & uiris, attingit Mauritaniam, traditur iugurthae in diuisione regni: Adherbal possedit illam alteram: potiorem, hoc est meliorè specie quàm usq. i. utilitate: quae erat portuosior, hoc est habens plures portus, & magis exornata aedificijs. Res, i. utilitas & commoditas dicitur: uia dicitur exposulare exponere, i. ut exponam paucis situm Aphricae: & attingere eas gentes, i. gentes: quibuscumq. hoc est, cum quibus fuit nobis bellum aut amicitia. Sed ego Narrauerò. ] alij Narrauerim legim. praeteritum pro futuro) haud facile comperitum: quia non est facile comperitum de his, i. iugurthae locis & nationibus: quae loca & nationes sunt minus frequentata ob calorem & asperitatem inter solitudines: sed absoluiam quàm paucissimis caetera.

¶ Verò. ] honesto. L. Opimius. ] L. Opimius praetor Fregellus capit, ac diruit. consul C. Gracchus, & Fuluius perniciosus ciues interfecit. decreuerat enim senatus, ut uideret consul, ne quid Respublica detrimenti caperet, nec duces seditionis necesse satis fuit. amplius enim.

enim tria millia hominum interfecit. quare postea accusatus à Q. Decio tribuno plebis, quod ciues Romanos in dicta causa necauisset, defendente Carbone à populo absoluit. tandè quod à iugurthae pecunia corruptus esset, reus Manlia rogatione factus in exilium indignissimè à Gracchanis iudicibus (ut inquit Cicero) cecidit. Liuius libro 60. & 61. Cicero in Bruto, de Oratore libro 2. in orationibus pro Plancio, pro Sestio, in L. Pisonem, & in Catulnā: Patriculus in posteriore uolumine. Orofius lib. 5. cap. 12. Florus lib. 3. cap. 15. Auctor de uiris illustrib. cap. 65. Plutarchus in Gracchis, Appianus Bellorum ciuiliu lib. 1. C. Graccho. ] C. Gracchus tribunus plebis inter caeteras leges Agrariam quoque tulit, ob quam frater Tiberius occisus fuerat. post tribunatum legitur, quem per biennium cōtinuauerat, cum eius leges abrogaret, tumulum excitauit: ac tandè Auentinum undè cum Flacco armata manu occupauit. tum L. Opimium cōsul cōuocato ad arma populo, & inmissis Cretensisbus sagittarijs, eos fudit. Flaccus in domo cuiusdā, quod iugerat, undè cum filio interemptus est. Gracchus autem fugiens, cum iam cōprehenderetur, ceruicem Euporo seruo, quem nonnulli Philocratem uocant, incidendā praebuit. Auctores sunt Valerius Max. lib. 6. cap. 8. Macrobius Saturnal.

Africa descriptio.

SOLDI.

In diuisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantum modo Asiam & Europam esse, sed Africam in Europa. Ea fines habet ab occidente fretum nostri maris, & Oceani: ab ortu solis decliuem latitudinem, quem locū Catabathmon incolae appellant. mare saeuum & importuosum, & ager frugum fertilis, bonus pecori, arboribus infecundus: caelo terraque penuria aquarum. genus hominum salubri corpore, uelox, patiens laborum. plerosque senectus dissoluit, nisi qui ferro aut bestijs interiēre. Nam morbus haud saepe quenquam superat. Ad hoc malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quomodo inter se permixti sunt, quanquam ab ea fama quae plerosq. obtinet, diuersum est tamen uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatū nobis est, utiq. rem sese habere cultores eius terrae putant, quàm paucissimis dicam. Caeterum fides eius rei penes auctores erit. Africam initio habuere Getuli & Libyes, asperi incultique: quae cibis erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cuiusquam regebantur. Vagi, palantes, quae nox coegerat, sedes habebant.

In diuisione. ] Dicit communem esse opinionem scriptorum, quod orbis terrarum in tres partes diuisus sit: s. Asiam, Europam & Africam. Fuerunt tamen qui dicebant, orbem terrarū tantum in duas partes esse diuisum: scilicet in Asiam & Europam. Et huiusmodi, Aphricam in parte Europae posuerunt. Pleriq. ] i. maior pars scriptorum. Posuere. ] i. scribere. nam Ponere significat scribere. Horatius: Scripor honoratū si forte reponis Achillē. Iuuenal. Semper ego auditor tantum, nunquamne reponam? Id est rescribam. Persius: — Scis ponere lucrum. Pauci tantum. ] subaudi posuere. Sed Aphricam in Europa esse. ] subaudi posuere. Ea fines. ] Describit Aphricā: & ei dat terminos ab Oriente & ab Occidente. Ea. ] s. Aphrica. Fretum nostri maris. ] i. aqua nostrimaris. Nam fretum licet mare significet, proprie tamen dicitur aqua maris mobilis, ab undarum seruire nominatum. Et oceani. ] Oceani est mare magnum, quod uniuersam terram ambiit. Ab ortu solis decliuem latitudinem. ] s. habet. Ab Oriente (inquit) Aphrica habet fines, latitudinem quā dā decliuem, i. pendenti.

lib. 1. Auctor de uiris illustrib. & praeterea in locis proae citatis: Liuius, Patriculus, Orofius, Florus, Plutarchus, Appianus. M. Fuluius Flacco. ] Is consul fuit cum M. Plautio Hypse, anno ab Urbe cōdita 628. postea pro consul Transalpinos Ligures bello domuit, ac triumphauit anno Urbis condita 630. Liuius libro 60. & Marmorum fragmenta, quae summo magistratui continebant. Fidei. ] quam praestare debebat in diuidendo regno. Specie, quā uis potiorem. ] pulchritudinem, quā fructu meliorem. Ob calorem. ] quoniam sunt in eo terra cingulo, quod maxime solis ardore torretur.

Tamen accuratissimè accepit. ] Manuscripta cum R. I. V. Ita, Receptit. rectēne an fecus, alioquin esto iudicij. Quam cum his & Beroaldinum facit. In diuisione regni, quae pars Numidiae. ] & Regni manuscriptorum non habent, & ex glossa fertè irrepit. Agri uirg. ] opulentiore. ] Manuscripta quidē, Agro uirg. ] quomodo & in impressis quibusdam est, & in ipso Merseburgensi. Et eas gentes, quibus cum nobis bellum. ] Legendum ex uetustis, Genios. Sed quae loca & nationes, ob calorem et asperitatem, item ob solitudines, minus frequentata sunt. ] In manuscriptorum atq. uetustioribus est omissa praeposito, item Solitudines. Id rectius esse puto.

Excursus quo amplius at hisioriam. Neq. plura ibi multa est, neq. flumina propter mare salsum.

quem locum Catabathmon incolae appellant. Habitatores eum locum lingua Punicā appellat Catabathmon. Mare saeuum. ] s. est, i. ad nauigandum difficile, & periculosum. Ager fertilis frugum. ] per omnia subauditur est. Terra, inquit, fecunda est, & fructifera. Bonus pecori. ] ager Aphrica bonus est & utilis pecori, quia pasca habet latissima. Pecoris autē appellatio omnia animalia grandiora intelliguntur: ut sunt armenta & greges. Arboribus infecundus. ] sterilis est arboribus. nam ibi arbores non nascuntur. ] ratio autem subinfertur statim: quia ibi neque de caelo pluit aqua, neque de terra manat. Penuria. ] i. inopia. Genus hominum salubri corpore. ] Non potuit breuius & perfectius cuncta describere. In Aphrica (inquit) homines corpora habent sana, raro morbis & infirmatibus. obnoxia & ideo maiori ex parte homines usq. ad senectutē uiuunt. Velox. ] quantum ad cursus celeritatem. Plerosq. ] i. maiorem partem. Senectus dissoluit. ] Dicit homines ibi pro maiori parte non mori, nisi senectute. Dissoluit. ] i. interimit. Ferro. ] uidelicet in pugna dimicando, aut in aliquo priuato certamine. Bestijs. ] uidelicet uel leonibus.

bus, uel alij feris. Nam moribus. ] Verè dico, quia pro  
 matore parte intereunt uel ferè dicitur, uel ferro, aut bestijs  
 quia ex morbo raro moriuntur. Superat. ] occidit, inter-  
 rimit. Virgilius primo Aeneidæ:  
 Clam ferro incautum superat: —  
 id est interficit. Ad hoc. ] id est præterea. Malefici ge-  
 neris plurima animalia. ] scilicet sunt ut leones & serpē-  
 tes. Sed qui mortales. ] Descripsimus Africam & fines  
 eius, & qualitatem terræ atq; hominum. Nunc dicemus,  
 qui homines primò habitauerint Africam: deinde qui ad-  
 iunxerint, cum prioribus se commiscuerint. Et hoc quod di-  
 cam, licet dissentiat à fama multorum: tamen ita nobis in-  
 terpretatum est ex libris Punicis, qui fuerunt Hiempsalis  
 & ita etiam res se habet, sicut habitatores Africa putat.  
 Ordo est: Sed tamè ego quam paucissimis dicam, qui mor-  
 tales habuerint Africam in initio, & qui postea accesserint,  
 aut quomodo sint permixti inter se, uti est nobis interpre-  
 tatum ex libris Punicis, qui dicebantur scilicet esse regis  
 Hiempsalis: & ut cultores eius terræ putant rem sese ha-  
 bere, quantum est diuersum ab ea fama que obinet ple-  
 rosq; mortales. ] homines. Africam habuerint. ]  
 id est habitauerint. Quisq; ] & qui homines postea se  
 peruenierint, & additi sunt & adiuncti. Inter se per-  
 mixti. ] uidelicet posteriores cum prioribus. Quamquã ab  
 ea fama que plerosq; obinet, diuersum est: id est, quãquã  
 hoc quod dicam, dissentiat à fama multorum. nam multi  
 dicunt, rem non ita sese habere. Diuersum. ] differens.  
 Tamen uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis diceban-  
 tur, nobis interpretati est. ] Sallustius libros lingua Pu-  
 nica conscriptos habebat, qui aliquando regis Hiempsalis  
 fuerant. Eos cum non intelligeret, propter diuersitatem lin-  
 guæ sibi fecit interpretari: ex quibus libris accepit, qui pri-  
 mi homines fuerint, qui Africam habitauerint. Cultores.  
 ] id est habitatores. Eius terræ. ] scilicet Africae.  
 Opinio eorum qui nunc habitant Africam, conuenit cum  
 his que accepit ex libris Punicis. Rem sese habere. ] id  
 est rem ita esse, & ueritatem ita esse. Ceterum fides  
 eius rei penes auctores erit. ] Sed hoc (inquirit) creditur au-  
 thoribus Punicis, non mihi: quia auctores Punicis hoc pro-  
 bè nosse poterunt. Africa in initio. ] Primi qui habitae-  
 uerunt Africam, fuerunt Getuli & Libyes, qui ritu feras-  
 rum, sine legibus & sine ullo rectore uuentes, sparsi uag-  
 abantur. Deinde mortuo Hercule, gentes diuersæ, que  
 erant in exercitu eius ex Hispania, per mare in Africam  
 transierunt: hæ autem gentes erant Medi, Persæ, Armeni.  
 Sed Persæ coniunxerunt se Getulis, & conubia mis-  
 culerunt. Medi & Armeni adiunxerunt se ad Libyes. Et  
 ita paulatim in Africa creuit numerus incolarum, urbesq;  
 adificari ceptæ sunt ab his qui antea in tugurijs habita-  
 bant. Postea etiam Phœnices uenerunt in Africam, &  
 multas urbes considerunt, quas Sallustius inferius com-  
 memorat. Habuere. ] id est habitauerunt. Asperi. ]  
 id est duri & rigidi, quantum ad uictum. nam carnis  
 feris & pabulo uesciebantur, tanquam pecora. In-  
 culti. ] quantum ad uictum. Atq; humi. ] id est ex ter-  
 ra. Neq; moribus neq; legibus. ] Inter mores & leges  
 hoc interest. Mos est cõmunis consensus omnium simul ha-  
 bitantium, qui inueteratis consuetudinem facit. Lex est,  
 que aliquid fieri, non fieri præcipit aut uetat. Palan-  
 tes. ] id est, sparsi & uagantes. Quia subauditur, ea parte  
 certis & stabiles sedes aut domicilia non habebant: sed  
 ubicunq; nox eos inuenisset, ibi habitabant.

¶ In diuisione orbis terræ. ] Descripsimus per topo-  
 graphiã loca, regiones, reges & populos Africa, primò  
 point diuisionẽ orbis terræ: quam quia alij bimembre fac-  
 ierunt, diuidentem uniuersam terrã in Asiam & Europam,  
 ut pote qui Africam sub Europa constituunt: alij uerò tri-  
 membre, distinguentes Africã ab Europa: ideo dicit, Ple-  
 riusq;. Unde ordo est: Pleriq;, id est plurimi cosmographi. i.  
 mundi descriptor es: postuere in diuisione orbis. i. glo-  
 biori-  
 tundi terræ, scz uniuersæ: Africam in tertia parte: pauci,  
 sup. dixerunt: Asiam & Europam esse tantummodo scz in  
 diuisione orbis terræ, sup. dixerunt Africam esse in Eu-  
 ropa. Ea scz Africa, habet ab occidente: fretum. i. seruo-  
 ri aquarum: nostrum. i. Itali seu Tyri beni maris: & oce-  
 ni. i. magni maris oceani: totum uniuersum quod à ha-  
 bent ad Mauritaniam. Ab ortu solis. i. ab orientali plaga ha-  
 bent latitudinẽ decliuẽ. i. in conuallẽ descendente: quẽ  
 locum incolæ appellant Catabathmõ, i. descensum, ut di-  
 cã lãthone sequenti Mare, sup. est illic fœtum, utruclen-  
 tum & indomitũ (quocirca monstrum à Palinuro uoca-  
 tur Aeneis. 5. quodlibet mare. Et hinc Flaccus primo Car.  
 Illi robur & simplex  
 Circa pœtus erat, qui fragilem truci  
 Commissit pelago ratem Primum.) —  
 & sup. importuosum. i. multum portũ satiatum habens.  
 Ager, sup. est illic fertilis frugum, unde Flaccus pri. Car.  
 Illam si proprio condidit horreo,  
 Quicquid de Libyis ueritur aris, &c.  
 Et Plin. lib. 10. scribit, in Africa esse regionẽ 250. milium  
 passuum per circuitum fertilitatis eximia: cum centesima  
 fruge agricolis sanus reddenti terra. Et ager est bonus, &  
 utilis pecori, scilicet alende: unde Maro Geor. 3.  
 Quid tibi pastoris Libye, quid pascua uersu  
 Prosequar, & raris habitata mapalia tectis.  
 Sæpe diem noctemq; & totum ex ordine mensem.  
 Pascitur, itiq; pecus longa in deserta sine ullis  
 Hospitijs: tantum campi iacet, &c.  
 Et ager est illic infuscandus arbori. i. ferendus: penuria, i.  
 propter penuriã. i. inopia & difficultatẽ habẽdã rã aqua-  
 ri: celi. i. aeris: per pluuiã, quia illic rarissime pluuit: ter-  
 ra, quia nec frons nec riuos frequẽtes habet. unde areno-  
 sa est regio. Genus hominũ est corpore salubri, i. proximo  
 ad salutẽ, quia sano. unde hic salubre, quod dat salutẽ pro-  
 sano, quod habet sanitatẽ, accepisse dicitur. Et oratori di-  
 ctũ est Salubri corpore. i. habens salubre corpus, & est ne-  
 loxipatiens laborũ, i. facilliter tolerans labores: senectus, i.  
 ultima ætas: dissolutus, i. in morte naturali plebsq;. i. pluri-  
 mos eorum inuisti qui interire ferro, ut in bello: aut bestijs,  
 scz feris aut uenenosis, quæ illic plurimæ sunt. Nam mor-  
 bus haud sæpẽ, id est raro: superat, hoc est uincit usq; ad dis-  
 solutionem, quæquam, id est aliquem eorum. Ad hoc, id  
 est insuper, sup. ibi sunt plurima animalia: generis malefici  
 ei, hoc est de genere malefico, i. facienti homini mali. Sed  
 ego dicã quam paucissimis, hoc est ualde paucis, supple  
 uerbis qui mortales habuerint, i. incoluerint in initio Afri-  
 cam: quisq;, hoc est & qui accesserint postea: aut quomo-  
 do primi & accesserint, sint permixti inter se. Quamquã,  
 supple quod dicam, est diuersum ab ea fama que obinet,  
 hoc est occupat: & creditur facit plerosq;, id est pluri-  
 mos: tamen dicam uti, hoc est quemadmodum: interpre-  
 tatum, id est Latinis uerbis expositum est: ex libris Puni-  
 cis, hoc est Punicæ lingua descriptis, qui dicebantur esse  
 Hiempsalis regis: utiq;, id est & uti, i. e. quemadmodum

A Sunt enim duæ particulae cultores terræ eius, hoc est eius-  
 modi. aut Hiempsalis: putant rem, id est rei ueritatem ha-  
 bere sese. Ceterum, id est sed fides, scilicet creditus: aut  
 fidelitas in descriptione eius rei, hoc est popularum & ha-  
 bitatorum Africae: erit penes auctores, scilicet Punicos.  
 quasi dicat: Nã penes me, quia eam rem penitus exploras-  
 tam non habeo. Prosequitur autem descriptionem dicens:  
 Getuli, supple populiasferi & inculti quibus cibus erat  
 caro ferina, id est ferarum: & pabulum, id est forma ue-  
 scendi aut nutrimentum herbidum: erat humi, id est su-  
 per terram: uti, id est quemadmodum, supple est pecori-  
 bus: habuere, id est tenuerunt in initio Africae. Et scilicet  
 Getuli: neq; regerantur moribus, scilicet institutis ex  
 antiqua obseruatione: neq; lege, scilicet scripta aut lata:  
 nec imperio cuiusquam, scilicet uiri prudentis: sed ipsi ua-  
 gi, id est per uarias loca discurrentes: & palantes, id est  
 oberrantes sine constituto sine & sine ductore: habebat  
 sedes, supple illic quo nox coegerat, supple eos sese recipere  
 aut reclinare.

CAST. ¶ In diuisione orbis terræ. ] Variè terrarum orbẽ an-  
 tiqui partiti sunt. alij. qu. in quatuor, alij in tres, alij in duas  
 tantum partes diuiserunt. ut ipse uiderè poteris apud He-  
 rodotum, Iocratem, Strabonem, & alios tam Græcos  
 quam Latinos auctores. nec tamen illi, qui terrarum orbẽ  
 in duas partes diuiserunt, inter se consensuerunt, ut ui-  
 demus hoc in loco, & apud Varonem de ling. Lat. 4. &  
 de Re rust. lib. 2. Strab. lib. 2. Plin. Nat. hist. lib. 3. cap. 1.  
 Fretum nostrum maris & oceanum. ] id est, fretum Hercu-  
 leum, quod est inter mare nostrum & oceanum.

— Oceanus freta:  
 Europam Libyamq; rapax ubi diuidit unda.  
 Sed miror cur nõ dixerit Sallustius, Africam habere fio-  
 nes ab occidente oceanũ Atlanticum: ut ait Mela, cate-  
 risq; ferè omnes Geographiæ scriptores. Ab ortu solis  
 decliuẽ, &c. ] Pomponius Mela lib. 1. cap. 8. Catabath-  
 mos, inquit, uallis deuexa in Aegyptum sunt Africa. alibi  
 uerò sic ait: Africa ab orientis parte Nilo terminatur,  
 quare dicemus Catabathmũ secundũ Melam ad Nilũ usq;  
 protendi. ego tamẽ scio à Catabathmo ad Canopũ proxi-  
 mũ Nili bostium longissimũ esse interuallum, si Plinio et  
 Straboni credimus: uerum uel pleriq; Nilum Africae ter-  
 minũ esse uoluerunt, Ptolemæus tamen uel Africa ab o-  
 riente mari Rubro terminari. Sed tẽ ad Geographiã scri-  
 ptorẽ reuocet. Catabathmos dicitur Latine descensus, & nõ  
 de uentibus, quod est descendendo. & est nomẽ non tantum  
 uallis, sed etiã oppidi. Plin. Nat. hist. lib. 5. cap. 5. quã Pto-  
 lemæus lib. 4. meminit & Catabathmi magni, & Cata-  
 bathmi parui. Mare. ] Libyicũ. Importuosum. ] maxi-  
 mè propter Sytes. Cælo terraq; penuria aquarum. ]  
 Hinc est, q. in Africa diuersa nascuntur mœstra. Aristot.  
 de Hist. an. lib. 8. cap. 28. & de Generatione an. lib. 2. ca.  
 5. & Plin. Nat. hist. lib. 8. cap. 16. Salubri corpore. ] He-  
 rodotus lib. 4. ait Afros saluberrimò esse corpore, adscri-  
 bitq; causam, quã nec ipse omnino probat, nec ego proba-  
 bilem duco. quare dicemus Afros optima ualitudine esse,  
 ac diutius uivere, quoniã calidiore habitant regione. Ari-

stoteles Problematum sectione 14. Malefici generis. ]  
 ut serpentes, leones, hyanae. Plinius lib. 5. cap. 4. & lib. 8.  
 cap. 16. & 30. Solinus cap. 30. & Herodotus lib. 4. Au-  
 flores. ] Punicorum liberorum.

¶ Quæ locũ Catabathmõ incolæ appellant. ] M. An-  
 tonius Sabellicus in caput Plinij quintum libri 5. mendosus  
 plerosq; cum in Plinio, tum in hoc etiã Sallustij loco Cata-  
 bathmũ legere, in eoq; insigniter illos errare cõfessus. Ipse  
 Catabathmõ legit. Verum Sabellicũ, uirum alioqui lon-  
 gè doctissimũ, & de rep. literaria prolixè meritum, uehe-  
 menter hic hallucinatum esse, cum res ipsa indicat, tum  
 Hermolaus plurib. ostendit, qui & secum facere testatur  
 Plinium, Strabonem, Pomponium, Diodorum, Buthatium,  
 Stephanum, Dionysium, Martianũ, Antoninũ, Solinum.  
 Dicitur autem καταβάθμος, ἀπὸ τῆς καταβάσεως, quod est  
 descendere. Vi uere eos uideas, qui uocẽ esse Punicam ad-  
 notarant. Mare seuum & importuosum. ] Et, non  
 est in manuscriptis nec impressis uetustioribus. Et ager  
 frugum fertilis. ] Ne hic quidẽ copula additur in manu-  
 scriptis. in duobus Frugum sterilis legiatur, sed perperam.  
 Arboribus infuscandus. ] Manuscripta Arborum numero sin-  
 gulari. Africam habuere in initio Getuli & Libyes. ]  
 Manuscripta, initio habuere, propositioe omissa: quomo-  
 do paulo ante, Sed qui mortales initio Africam habue-  
 rint. Vagi palantes, quæ nox coegerat, sedes habebat. ]  
 Codices in membrana descripti præter unum, Quas nox  
 coegerat subaudit, habere. Hoc est: Vbiuq; nox eos  
 oppresserat, ibi cõmorabantur, quem aliqui sedem scabi-  
 lem & domicilium cerium non habere. Exemplar à  
 Pincio Venetijs excusum, ut & alia pietraq; Quod nox coe-  
 gerat: quomodo ferẽ à doctis citatur. pro, Quem in locũ  
 nox compulerat, ibi manebant.

¶ Ea fines habet ab occidẽte fretum nostrum maris &  
 Oceanũ. ] fretum Herculeum intelligit, quod uocat Ere-  
 tum nostrum maris & Oceanũ, quod inter nostrum mare  
 & Oceanum est. Propius ad Geographiã ueritatẽ di-  
 xisset: Ea fines habet ab occidẽte fretum nostrum maris  
 & Oceanũ. Verum hic auctor, quemadmodũ & Lucretius,  
 parũ pensũ hæc habuit. Causã Cæsar apud Latinos, et He-  
 rodotus apud Græcos haudquaquã hæc neglexissent. Cæ-  
 tabathmõ uerò Africae limitẽ ab ortu solis uetustè scibi  
 licet ponit, cum quidam etiam Nilum, quos Ptolemæus re-  
 Etẽ reprehendit lib. 11. cap. 1. Hæc autem uerba, Mare seu-  
 um & importuosum, & ager frugum fertilis, &c. de  
 tota Africa, non de Catabathmo intelligenda. Verum hoc  
 quoq; Lettori considerandum. Quo sensu ad finem huius  
 descriptiuncule, antiquã narret qui mortales initio Afri-  
 cam habuerint, subiectũ est: Ad hoc malefici generis pluri-  
 ma animalia sũt ne Ad hæc, propterea positum, ut sæpe  
 aliter ad hoc, id est, ut homines non ueniant ad extre-  
 mam senectutem. Interpretatum nobis est, utiq; rem  
 sese habere. ] Interpretatum passiuè usurpauit. Nam ea  
 deponentia olim erant communia, ut apud Græcos sunt  
 uerba, auctore Prisciano. Et utiq; duæ sunt dictiones,  
 pro Etui, id est, & quemadmodum Gothi codex habebat,  
 utiq; quod placet, propter uitandam ambiguitatem.

RIV.

GLAR.

Sed postquam ex Hispania Hercules (sicuti Afri putant) interijt, exercitus eius compositus ex uarijs gentibus, amisso duce, ac passim multis sibi imperium petentibus, breui dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ & Armenij, nauibus in Africam transiecti, proximos nostro mari locos occupauerunt: sed Persæ intra Oceanum magis: Hi que alueos nauium inuefos pro tugurijs habuere, quia ne-

S 2 que

que materia in agris, neque ab Hispanis emendi aut mutandi copia erat. Mare magnum, & ignara lingua, commercia prohibebant. Hi paulatim per conubia Gertulos sibi miscuere. & quia saepe tentantes agros, alia deinde atq; alia loca petuerat, semetipsi Numidas appellauerunt. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae Mapalia illi uocant, oblonga, incuruis lateribus recta, quasi nauium carinae sunt. Medis autem & Armenijs accessere Libyes. nam hi propius mare Africum agitabant, Getuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus: hiq; maturae oppida habuere. nam freto diuisi ab Hispania, mutare res inter se instituerant. Nomen eorum paulatim Libyes corrupere, Barbara lingua Mauros pro Medis appellantes. Sed res Perfarum breui adoleuit: ac postea Numidae nomine propter multitudinem a parentibus digressi, possedere ea loca quae proxime Carthaginem Numidia appellatur. Deinde utriusque alteris freti, finitimos armis aut metu sub imperium suum coegere, nomen gloriamque sibi addere, magis hi qui ad nostrum mare processerant, quia Libyes quam Getuli minus edidit bellicosi. Denique Africae pars interior pleraque a Numidis possessa est. uicti omnes in gentem nomenq; imperantium concessere.

SOLDI.

¶ Sed postquam. ] Cum inquit, Hercules in Hispania mortuus esset, exercitus eius, qui mixtus erat ex diuersis gentibus, statim dissipatus est: quia cum essent diuersae nationes per gentes, simul stare non potuerunt, amisso duce. & ideo pars eorum ex Hispania per mare transfuit in Africam. Exercitus eius compositus. ] i. mixtus. Ex uarijs gentibus. ] Nam alij erant Medij, alij Persae, alij Armenij. Amisso duce. ] i. Hercule. Passim. ] i. ubiq; per oes. Imperium petentibus ] quia unusquisq; sibi querebat imperium. Breui dilabitur. ] i. dissipatur & ruit. Proximos. ] i. uicinos. Nostro mari. ] Africo mari, i. Romano, i. mari per quod nos Romani nauigamus, & sub imperio nostro tenemus. Sed Persae inter oceanum magis, i. occupare locos. Nam hi retrahentes se longius a nostro mari mediterraneo, magis oceanum uersus habitauerunt. Hi alios nauium inuersos. ] Alui nauium inuersi fuerunt eis turgura: quia sub fundis nauium inuersis habitauerunt. Et causam ostendit, quare sibi aliter domos aedificare non potuerunt: quia nec in Africa materies lignorum erat, nec ab Hispanis emere poterant, aut comutare. Nam inter Africam & Hispaniam medium est mare: & praeterea cum linguam Hispaniae ignorarent, non satis commode negotiationes exercere poterat. Materies. ] uidelicet ligna. Nam supra dixit, terram Africam esse infecundam arboribus, propter nimium calorem aestum. Copia. ] i. facultas. & declarat, quare non poterant emere ab Hispanis, aut comutare quia mare & ignota lingua prohibebant. Mare magnu. ] i. mare oceanum, quod est inter Africam & Hispaniam. Ignara. ] i. ignota, incognita: s. lingua Hispania, ignota ipsis Persis: uel ignara lingua, s. sua, i. ignorans. Commercia. ] i. negotiationes. Hi. ] s. Persae. Et quia saepe tentantes agros. ] Dicit, quare hi Persae cum Getulis adiuncti, Numidae sint appellati: hi ab initio qualitatem agrorum tentantes sepius, ut terram fertilem & fecundam inuenirent, multa loca diuiserunt: a diuidendo semetipsos Numidas appellauerunt, a Graeco uocabulo. nam uuu significat diuidi. Partiuerunt. ] Antiqui partio & partior dicebant: ut hoc loco partiuerant dixit: nos autem tantum partior dicimus. Tentantes agros. ] i. qualitatem agrorum probantes, an fecunda esset in eis terra, an no. ex hoc eueniebat, ut multa loca diuiderent: quia agros, quos steriles & infecundos probabant, eos deserebant & relinquere, atq; alios tentabant. Ceterum adhuc aedificia Numidarum. ] Dicit ergo Sallustius, quod usq; ad sua tempora aedificia domoꝝ

agrestium siue rudium, Numidarum gentium in modum, siue ad instar carinarum erant facta: quia sic a principio alios nauium inuersos pro turguris habuere. Mapalia illi uocant. ] Ex hoc ergo loco aperte colligitur, quid significent mapalia. nam Mapalia sunt domus hominum agrestium, in agris. Incuruis. ] i. flexis & incuruatis. Nauium carinae. ] Carina est pars nauis inferior. Meos autem & Armenijs accessere Libyes. ] Ita quidam Persae coniunxerunt se Getulis. Sed Medij & Armenij adiunxerunt se ad Libyes populos. Accessere Libyes. ] i. cessere ad Libyes, i. peruenerunt ad Libyes, & se eis coniunxerunt. Libyes autem magis mare Africum Romanum uersus agitabant: Getuli uero in meridie magis uersis, non procul a solis ardoribus habitabant. Mare propius Africum. ] i. magis prope Africam. Agitabant. ] i. habitabant & uiuebant. Sub sole magis. ] in plagam australem magis descendentes. Qui mature oppida habuere. ] Medij & Armenij celeriter urbes habuerunt: quia per mare Africum in Hispaniam nauigare, & mercaturam exercere poterant. Qui. ] s. Medij & Armenij. Nec quengquam mouere debet, quod relatiuum hoc ab antecedente tam longe distet: quia haec oia per parenthesim interposita sunt, uidelicet: Nam hi Libyes mare propius Africum agitabant, Getuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus. Mature. ] i. celeriter. Oppida. ] urbes. Freto. ] i. mari. Diuisi ab Hispania. ] quia, ut dictum est, mare diuidit Africam ab Hispania. Mutare res inter se instituerant: Haec de causis (inquit) Medij & Armenij celeriter urbes condiderunt, quia per mare in Hispaniam nauigare poterant, & mercaturam exercere: unde citò facti sunt opulenti. Sed mirum uidetur, quod supra dixit: Persas, si qui postea Numidae sunt appellati, ideo alios nauium inuersos pro turguris habuisse, propterea quod domos & urbes aedificare non poterant, quia ab Hispanis materia aedificandi emere non poterant nec res comutare, quia mare prohibebat, quod medium erat. Nunc autem dicit, Medos & Armenios celeriter urbes aedificasse, opportunitate maris, per quod in Hispaniam nauigabat, interueniente. Ergo mare Persis erat impedimento, & Medis et Armenijs adiunctio ad nauigandum in Hispaniam. Hoc certe miru uidetur: sed maria erant diuersa. Oceanus, n. mare magnu, Persas ab Hispania diuidebat, et per oceanum nauigare non poterat. Medij autem & Armenij commode per mare Africum in Hispaniam nauigabant. Instituerant. ] i. inceperant. Mutare res. ] i. mercaturam exercere, quae fit per commutationem rerum.

Nomen

Nomen eorum paulatim Libyes corrupere. ] subauditur, instituerat. Cooperant, inquit, Libyes populi paulatim corrumpere nomen Medorum, pro Medis Mauros uocantes. Libyes. ] cum his se coniunxerant Medij & Armenij, ut paulo ante dixi. Sed res Perfarum. ] Dicit, quemadmodum haec gentes in Africa creuerunt, & imperium auerunt, scz Medij, Armenij, Persae. Et Medos quidam atq; Armenios dicit celeriter urbes aedificasse, quia commode in Hispaniam nauigare poterat, et mercaturam exercere. Nunc dicit, quomodo creuerint Persae, qui Numidae sunt appellati, sicuti supra dixit. Sed res Perfarum. ] i. imperium. Virg. 3. Aeneid. Postquam res Asiae Priamiq; euertere gentem. Breui. ] i. tempore. Adoleuit. ] i. creuit. ac si diceret: Ita quidem Medij & Armenij nauigando, & mercaturam exercendo, citò urbes condiderunt, & opulenti facti sunt. Sed et Persae breuiter imperium sibi auerunt, non mercaturam exercendo, sed bella gerendo. Nam Persae, qui Numidae sunt dicti, finitimos populos bello superatos imperio suo subegerunt, atq; ita gloria belli magni facti sunt. Ac postea Numidae nomine propter multitudinem a parentibus digressi, possedere ea loca quae proxime Carthaginem Numidia appellatur. ] Dicit, quod hi Persae qui postea dicti sunt Numidae, cum multo numero & multitudine creuissent, a parentibus suis discesserunt, & ea loca quae sunt prope Carthaginem possederunt, quae loca postea dicta sunt Numidia. Ac postea Numidae nomine, ac si diceret, Hi Persae prius, postea Numidae appellati nomine: digressi a parentibus propter multitudinem, possederunt ea loca, quae prope Carthaginem appellatur Numidia. Digressi. ] i. cum discessissent. Proxime Carthaginem. ] i. ualde prope Carthaginem. Deinde utriq;. ] Dicit, Hi Numidae quibus in duas partes essent diuisi, tam ad bella gerenda sibi iniuncte fuere auxilio, quod ita populos uicinos imperio suo subiugabat. Deinde utriq;. ] uidelicet & hi qui in pristinis sedibus remanserant, & hi qui sedes nauas & loca prope Carthaginem occupauerant. Freti. ] i. cõsisti: quia ubi opus erat, sibi iniuncte auxilia prestabant. Finitimos. ] i. populos uicinos & proximos. Armis. ] i. bello. Nomen. ] i. sanã. Magisq; hi qui ad nostrum mare processerant. ] quia Libyes quam Getuli minus sunt bellicosi. Dicit Numidas, q; Persae prius dicebantur, maiore famam & gloria bello sibi copasse, q; Medos & Armenios. Et haec fuit ratio: quia Getuli, cum quibus se Numidae coniunxerant, magis bellicosi fuerunt, q; Libyes, cum quibus Medij & Armenij se coniunxerunt. Et hoc est quod dicit: Quod nostrum mare processerant. ] scz. Medij & Armenij. Nam supra dixit, Medos & Armenios se ad Libyes adiunxisse, qui mare propius Africam agitabant. Dicit ergo: Numidae nomen & gloria sibi addidere magis q; Medij & Armenij, q; ad nostrum mare processerant, i. iuxta mare nostrum habitauerunt. Et haec fuit ratio, quia Libyes, quibus admixti sunt Medij & Armenij, minus sunt bellicosi quam Getuli, quibus se adiunxerunt Persae, q; postea Numidae sunt dicti. Ad nostrum mare. ] i. mare Africum, quod hoc tempore dicitur mare leo. Deniq; Africa pars inferior pleraque a Numidis possessa est. ac si diceret: Vis uidere quomodo uerū est quod dico, uidelicet q; Numidae maioris belli gloria adepti sunt quam Medij & Armenij, qui postea dicti sunt Mauri. Ecce maioris ex parte gentes omnes quae in inferiori parte Africæ posite sunt, a Numidis bello uictae sunt, et in gentem nomenq; cessare uictorum. Pars inferior. ] uidelicet pars illa quae magis in plagam australem descendens, meridie respicit. Pleraq;. ] i. pro maiori parte. Vixi ois in gentem nomenq; imperantium concessere. ] Consuetudo fuit apud antiquos, ut uicti nomen acciperent eorum qui uicti essent: unde gentes & populi qui fuerant a Numidis, cum bello nomen proprium amiserunt, & Numidae sunt appellati. Et hoc est quod dicit, Imperantium. ] scilicet Numidarum. Concessere. ] id est peruenere.

¶ Sed postquam Hercules interijt in Hispania (sicuti Africi putant: i. quia alij quos Livius & Vergilius sequuntur, dicunt incolumem in Italiam ex Hispania uenisse, & illic Cacum interemisse) exercitus eius, i. Herculis compositus, collectus ex uarijs gentibus dilabitur, i. in diuersa loca discedit: breui, item pover: & hoc duces, Hercules amissio: ac multi petentibus sibi imperium passim, i. ferè in singulis locis. Ex eo numero, scz exercitus Herculis: Medij, Persae & Armenij, i. populi ex Armenia: transfuerunt nauibus in Africam, occupare locos (sic & Aeneid. 1. Deuenere locos. & explorare locos, &c.) proximos nostris, i. Italico mari. Sed Persae, ut cupuere locos magis intra oceanum, i. interiorum ad oceanum: & hi, scz Persae habuere alios, i. carinas seu alios nauium inuersos, i. habebat ima sursum uersa, & contra: pro turguris, i. integumentis a seuita caeli. Quia neq; materia, s. adium faciendarum erat in agris, ut qui arboribus sunt infecundi neq; copia, i. facultas emendi aut mutandi, i. mutuo accipendi, scz materiam ab Hispanijs supple erat: quia mare magnum & lingua Perfarum: ignara lingua, s. Hispanorum (cum tamen ex Hispania uenerint) prohibebant commercia, i. comercationes & negotiationes per precia aut commutationes rerum. Hi, scz Persae: miscuere se cum paulatim per conubia, i. coniugia: Getulos, s. populos. Et quia ipsi Persae tentantes agros, i. facientes periculum de bonitate agrorum: petierant aut partiuerant alia, & deinde alia loca: ipsi appellauerunt semet, i. seipos Numidas, i. diuisos lege, aut pastores. Nam uuu, dicitur diuidi: sed quia Numida prima corripit, forte dicitur a uuu, i. lex. & iduo, i. diuidi: aut quia uuu & dicitur regio pasua, & uuu, ad, inde Numida pastor. Ceterum, i. sed: aedificia Numidarum, quae illi uocant Mapalia, i. turgura i. agrestium sunt adhuc, quasi carinae oblonga tecta curuis lateribus. Medij autem & Armenij accessere Libyes, scz populos. Nam hi, scz Medij agitabant propius, i. magis prope mare Africum: quia Getuli agitabant magis sub sole: aut procul ab ardoribus, scz Aethiopum. Et hi habuere mature, hoc est citò oppida, nam diuisi fretis, i. angusto mari ab Hispania: constituerat mutare, i. per mutationem comparare inter se res, scz quibus egebant. Libyes, hoc est, Libyci corrupere paulatim nomen eorum, appellantes lingua barbaras, scz sua Mauros, pro Medis. Sed res, i. imperium. Saepè enim res pro imperio ponitur, ut Aeneid. 3.

Postquam res Asiae Priamiq; euertere gentem.

Et uisdem primo

Romanes rerum dominos gentemq; togatam.

Sic dicere solemus Lacedaemonios diu rerum potitos: Perfarum, id est eorum qui ex Perside in Africam uenerunt: adoleuit, id est creuit, & aucta est breui: ac postea Numidae nomine, i. sic nominati (ut dictum est q; lege diuisi aut q; pastores) digressi propter multitudinem a parentibus, possedere ea loca, quae proxima aut existenti a proxime Carthaginem Numidia appellatur. Vbi regula elegaie sua peruenit

BAD.

3



perius postea utitur, qua uerbum correspondet uiciniore. Simulq; proximè aut proxima, gratia positiuè propè accusatiuum adnecti, deinde utriq; tam remanentes in Getulita quam qui ad loca uicina Caribagini uenerant freti, id est adiuuantes, i. mutuo auxilio. (Vbi est regula notanda: Quotiens duobus aliquid uicissim conuenit, ita ut hic illi & ille huic, sed neuter sibi aliquid facit aut non facit, ut uterq; alteri, aut neuter alteri non uterq; utriq; nec neuter neutri fecisse dicitur. uerbi gratia: Quia ceteriores Numidæ erant presidio non sibi, sed ulterioribus, et ultiores ceterioribus bene dicit, Utriq; alteris freti. Et si in singulari certamine duo, ut, Brutus & Crassus mutuo occisi sunt, quia neuter se occiderit, non dicam utrumq; ab utroq; sed utrumq; ab altero occisum; & neutrum alteri peperisse, cogere) finitimos, id est conterminos suos sub imperium suum: aut armis, id est bello gesto, aut metu ne geratur, & addidit, sibi nomen & gloriam: sed magis hi, scilicet ceteriores: qui processerant ad mare nostrum, scilicet Tyrrenum: contra ostia Tyberina. quia ut dicitur Aeneid. 1. Urbs antiqua fuit: Tyrji tenuere coloni,

Carthago Italianam contra, Tyberinaq; longè, Ostia, &c. — quia Libyes, id est Libyci, erant minus bellicosi quam Getuli & ita facilius uincuntur. Sanè Græcè dicitur Libys, Libyos, homo ex Libya, quæ est ab Athlata ad Canopum dicta uel à Libya uxore Epaphi, uel quod Libus uentus Aphricus inde flat. deniq; inferior pars Aphricæ est possessa plerumq; id est fere tota à Numidis: & omnes uicibus concessere in gentem & nomen imperantium, scilicet uictorum: hoc est à uictoribus. omnes Numidæ dicti sunt: quod ne Latinis fieret, ab Troianis fingitur Iuno apud Vergilium exorasse Iouem.

CAS T.

¶ Hercules. ] Plures fuisse Hercules satis constat. Dio dorus Si. lib. 4. tres fuisse scribit, alij sex tradunt (ut docet Cicero de Nat. deorum lib. 3.) Vars 4 autem 43. Hercules enumerat, ut notauit Seruius. horum tamen omnium res gestæ in Herculi Iouis & Alcmene filio adscriptæ sunt. Intra oceanum magis. ] sed Persæ interiorum partem Africæ iuxta oceanum occupauerunt. Oceanum. ] Atlanticum. nec credo eos post Getulos ad meridem confedisse, sed inter Libyes & Getulos. Sibi imperium petentibus. ] Alter. Sibi quisque imperium petentibus. quod dicendi genus summopere notandum est. nisi quisque pro quibusq; positum uelimus. Ignara. ] ignota. ut infra. Plerosq; uelocitas & regio hostibus ignara tutata sunt. sic etiam Tacitus: Nihil tam ignarum barbaris. Numidas. ] quasi Nomadas. i. pastores uagos, à πῶς uagos, quod significat pasco. Plinius Nat. hist. lib. 5. ca. 3. Hijs. ] Medi & Armenij. Appellantes. ] Strabo lib. 17. 788 dicit, inquit καυρίασιν ἰσὶν παρὰ τῶν ἄλλων, τὰς οὐρανὸν ὑπερῶν ἰσὶν ἀσπρῶν. Numidæ nomine. ] Numidæ uocati in impresso Lugduni codice apud Sebastianum Grypbium anno Salutis nostræ 1548. legitur Numidæ nomen. ut nomen significet præfecturam & regionem. Magis hi qui ad nostrum mare processerant, quia Libyes, quam Getuli, minus bellicosi. ] Numidæ, inquit, qui domo digressi proximè Carthaginam confederè, maiore belli gloriam adepti sunt, quoniam facilius Libyas proximis, qui minus bellicosi erant, superauerunt. Numidæ uerò, qui interiorum Africam habitabant, minorem sibi gloriam addidit: quippe quibus res erat cum Getulis, qui non ita facile subigi poterant, in uno tamen ex nostris exempla-

ribus legitur: Magis quam hi, qui ad mare nostrum processerant. quam lectionem sequuntur nonnulli, & ita interpretantur: Medi & Armenij, qui sibi Libyes adiunxerunt, minorem belli gloriam adepti sunt, quam Numidæ, qui se Getulis per conubia miscuerunt. quoniam Libyes minus bellicosi erant, quam Getuli, sed (ut opinor) Sallustius de utriq; Numidis, non de Mauris loquitur. quare priorem lectionem magis probo. adiuuant etiam interpretatione nostram sequentia uerba: Deniq; Africæ pars inferior plerumq; à Numidis possessa est. Africam enim inferiorem uocat Sallustius eam Africæ partem, quæ est ad mare nostrum, non quæ ad meridiem uergit.

¶ Amisso duce, ac postim multis sibi imperium petentibus. ] Manuscripta, Multis sibi quisq; imperium petentibus. uerum perperam: nisi quis malit Quisq; pro quibusque positum. Facit cum manuscriptis Florentinum, atq; item Beroaldinum. Hi paulatim per conubia Getulos sibi miscuerunt. ] Manuscripta, Secum miscuerunt: pro conuincere sibi. Additur enim huic uerbo interuero illa Cum præpositio cum suo casu. Cicero: Cum quibus tanta quam purpuram misceri oporteat. Idem: Parentalia cum supplicationibus misceri. Lilius datiuum 9. Dec. 4. Quis concilij nostri eam fecerimus, et nobis miscuerimus. Idem 3. belli Punici secundi: Quod conubium uetustum multas familias claras ac potentes Romanis miscerant.

¶ Sed Persæ intra Oceanum magis. ] Hoc, Intra Oceanum, Badius & rectè & eruditè exponit, inrorfus ad Oceanum. Sine Sallustius Oceanum post Atlantes ad occasum, siue post Getulos ad meridiem crediderit. Nam sequentes loci complures ita & exponendi, & intelligendi. Persarum enim & Getulorum commercium cum Hispanis, tum Oceanum, tum Libyes medijs, qui ad freti Herculeum agitabant, prohibebant. Itaq; illos, hoc est Persas, mare magnum, id est Oceanum, & ignara lingua prohibebant, quo minus cum Hispanis commercia haberent. At Libyes, etsi lingua diuersi, propinquitate tamen locorum facile cum Hispanis res commutare poterant. Et uide, nem ignara lingua dictum sit pro ignorata. Ut infra ad sinempugna Metelli cum Iugurtha de Numidis loquens: Plerosq; inquit, uelocitas & regio hostibus ignara tutata sunt. Ignoratus tamen apud eundem hunc auctorem est, ubi de Iugurtha uictor ad uagantem ait: Ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis autijs itineribus ignoratus Romanos palanteis repèdit aggreditur. Nam quod Badius exponit, Et lingua Persarum ignara lingua, scilicet Hispanorum, non satis facit mihi, cum auctori uerba addat, quæ in nullis inueniuntur codicibus. Medis autem & Armenijs accessere Libyes. ] Ita uulgata habet lectio. Atqui ut Persæ aduenia accessere Getulis, ita Medi ac Armenij externi Libyibus accesserunt: non Libyibus Medis ac Armenijs. Quare magis placet uersitata lectio, quæ ita habebat: Medi ac Armenij accessere Libyibus. Quod quidam temerè mutarunt horrentes datiuum Libyibus, uariis apud Latinos auditum, quanquam tale sit quando inuenimus. Quidam codices etiam habebant Libyas accusatiuum Græcum. Hoc sensu: Medi ac Armenij accessere Libyibus, præpositione ad uerbum lata. Quam lectionem ego nequiquam recuso, & eam secutus est Badius. Porro quæ proximè sequuntur uerba (Nam hi propius mare Africæ agitabant, Getuli sub sole magis hanc procul ab ardoribus) in parenthesi legit Soldus, & rectè. Et illud, Hi ante Propius Libyas referunt, qui Getulis conse-

RIV.

B

GLAR.

C

ranitur. At illud alterum, Hijs, quod post parenthesin ponitur, referre Medos ac Armenios: quod Badius, qui post Soldum scripsit, non aduertit. Quanquam illud Lectior fortassis magis miretur, cum Persarum nomen in Numidarum, Medorum in Maurorum commutatum fuerit, in quid Armeniorum sit mutatum nomen. Sed credendum est, uel abiecta prima syllaba, cum Medis in Mauros concessisse Armenios: aut non admodum certam hanc, quod & auctor asserit, esse historiam. Varia huiusmodi nomina etiam in Getulorum nominibus inuenimus, ut id nullo pacto mirum uideri queat. Magis hi qui ad nostrum mare processerant. ] Puto legendum esse, Aut magis quam hi: aut, Magis hijs. Priorem lectionem habet Soldus. Sed iudicet Lectior. Denique Africæ pars inferior plerumq; à Numidis possessa est. ] Illud Inferior, Soldus exponit de parte quæ magis in plagam Australem

descendens, meridiem respicit. Ego uerò puto referendum esse ad cursum fluminum Africæ, quæ fere à meridia in Septentrionem currunt, ut Egrada, An plega, Mulucha, & reliqua. Quanquam potest & Inferior intelligi, quæ ad occasum est, ut Cesarisense quoque Mauritaniam complectatur. Nem eo Syphacia regio pertinebat, quam Masinissa à Romanis postea habuit: & ipse Sallustius paulo post dicitur us esse: Et Numidite usq; ad flumen Mulucham sub Iugurtha erant. Mala autem flumen prope Mulucham, apud Ptolemaeum dicitur separare Mauritanas. Sanè quanquam Sallustius prætor in Africæ fuerit, multa tamen neglegenter de ea scripsisse uideatur, quæ ad loca attinent, quæ in postterioribus estendunt. Quod de Lilio in Annotationibus nostris maxime in tertiam Decadam non semel conquesti sumus.

Postea Phœnicæ alij multitudinis domi minuendæ gratia, pars imperij cupidine sollicita plebe, & alij nouarum rerum auditi, Hipponem, Adrumetum, Leptim, aliasq; urbes in ora maritima condidit. hæc; breui locum auctæ, pars originibus suis præsidio, alia: decori fuere. Nam de Carthagine silere melius puto, quam parū dicere, quoniam aliò properare tempus monet. Igitur ad Carthagem, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Theredon, ac deinceps duæ Syres, interq; eas Leptis, deinde Aræ Philendon. quem locum Aegyptum uerfus finem imperij habuere Carthaginenses. Post aliæ Punicæ urbes, cætera loca usq; ad Mauritaniâ Numidæ tenent. Proxime Hispaniam Mauri sunt. Super Numidiam Getulos accepimus, partim in tugurijs, alios incultius uagos agitare. Post eos Aethiopes esse, deinde loca exusta solis ardoribus. Igitur bello Iugurthino plerumq; ex Punicis oppida, & fines Carthaginensium, quos nouissimè habuerant, populus Rom. per magistratum administrabant. Mauris omnibus rex Bocchus imperabat, præter nomen cætera ignarus populi Rom. itemq; nobis neq; pace neq; bello antea cognitus. De Africa, & eius incolis, ad necessitudinem rei facti dictum est.

SOLDI.

¶ Postea Phœnicæ. ] Huc usq; dixit, quomodo Getuli & Libyes primi populi fuerunt, qui Africam habitauerunt: deinde, quædam dicitur, Medi & Armeni, his adiuncti, imperium in Africa auxerunt, mutato nomine, ut Persæ Numidæ uocarentur, Medi & Armeni appellarentur Mauri. Nunc dicit, quemadmodum de Phœnicæ regione multi in Africam transferunt, imperij cupiditate ducti, & rerum nouarum auditi, qui nullas in Africa urbes condiderunt. Alij multitudinis minuendæ gratia. ] Variis causis ostendit, quare de Phœnicæ in Africâ multi uenerint. Gratiâ causa, multi descenderant ut multitudinem domi minuere, quia regio tanta multitudinem comode capere non poterat, et pacere. Pars imperij cupidine sollicita plebe. ] Multi imperij affectabant, cum essent potentes, & plebs minuatq; turbâ & inopè inducebatur, ut secum proficiscerentur ad nouum imperium querendum. Sollicitata. ] uerbis & pollicitationibus inducitur. Hipponè, Adrumetum, Leptim. ] Hæc sunt nomina ciuitatû. In ora. ] in regione maritima, uidelicet circa mare. Hæc. ] scilicet urbes. Originibus suis præsidio. ] Aliqua harum ciuitatû præsidio fuerunt Phœnicibus, unde originè dicebantur: alie fuerunt honori & ornamento. Nam de Carthagine. ] quemadmodum Hippona, Adrumetum & Leptis originè ducunt à Phœnicibus: ita de Carthagine nolo dicere, quia melius est de ipsa tacere quam parū dicere. nã et ipsa Carthago à Phœnicibus originè ducit. Sed quia Carthago am-

plissima ciuitas erat, et caput totius Africæ: aluit tacere de ipsa, quam tantummodo dicere à quibus condita esset, nisi etiã totâ explicare historiam. A Phœnicibus autem hoc modo originè ducit. Dido, cum fratre suum Pigmaleonem, qui maritum eius Sichæum interfecerat, fugerit, collecta ingenti multitudine, de Tyro, quæ pars est Phœnicæ regionis, classe in Africam uenit: unde cum ab Hiabâ rege periretur, calidè petijt, ut ei uenderet tantum terræ, quantum possit eorum bouis tenere. quod cum ille promississet, eorum in tenuissimis conygijs sectum tetendit, occupauitq; stadia 23, quæ tria miliaria constiunt. Atq; ita urbem condidit, quæ primò Byssa appellata est, à corio bouis. nã byssa significat bouis corium. postea aucta, Tyros dicta est. postremò Carthago uocata, à Caribâ oppido, unde fuit Dido. Hæc ciuitas postea dictus est. Alia. ] i. ad aliud, uidelicet ad historiam postâ Iugurthini belli persęquendâ. Monet. ] i. hortatur. Igitur. ] ergo succinè & breuiter dicamus de alijs ciuitatibus. Africæ, quædoquid de Carthagine nunc dicere nolumus: quoniam lógâ explicare oporteret historiam, quod nunc facere non possumus, quæ ad aliud tendimus. Igitur. ] Describit ciuitates quæ sunt circa fines Africæ, quæ orientem respiciunt. Nã antea dicit, Africam ab oriente habere fines Catabathmon, qui locus diuidit Africâ ab Aegypto.

Imò iam ante de Carthagine re dicitur in formâ pronuncia.

Ad Ca.

Ad Catabathmon, Lepidus, videlicet circa Catabathmon, nam ultra hunc locum Aphyrica non procedit. Prima Cyrene est. Prima civitas que inveniuntur Catabathmon, est Cyrenis: haec civitas Cyrene dicitur a regina Cyrene, que eam condidit. Colonia. ] Thebeon nomina civitatum sunt. Duae Syrtis. ] Ipse Salustius inferius describit has Syrtis. Sunt autem loca in mari periculosa, quia sunt arenae. Interque eas Lepith. ] Haec civitas inter duas Syrtis est posita, non quod in mari sit fundata, sed extra mare posita inter duas Syrtis. Deinde Philenum ara. ] f. sunt. Quare hic locus dicitur sit Philenum ara, historia est consideranda. nam cum Carthagenenses et Cyrenenses de finibus diu inter se bello decertassent, tandem defatigati ita inter se conveniunt, ut certo die legati utriusque civitatis in domo discederent: et quo in loco ubi inter se fuissent, is locus communis utriusque civitatis finis haberetur. Igitur a Carthagine duo fratres missi sunt, qui Philenus vocabantur, hi celeriter iter suum direxerunt: Cyrenenses tardius ierunt. Hi igitur domi penas intuentes, quia tardius iurant, criminabantur Carthagenenses: dicentes, eos ante tempus constitutum domo discessisse, et propterea celerius venisse: se non passuros, ut uicti domum abeant. Igitur cum Carthagenenses aliam aliquam conditionem equam peterent, Cyrenenses hanc eis obtulerunt, ut quo in loco finis populo suo peterent, ibi iuxta obruerentur: se quoque eandem conditionem subire paratos. Phileni probata conditione, se uitamque suam Republicae condonauerunt: atque ubi finis patriae esse volebant, ibi iuxta sepulchri sunt. ob eam rem Carthagenenses Philenis fratribus aras consecraverunt in eo loco, ubi iuxta obruti ac sepulchri sunt. Philenum ara. ] est locus, ubi finis fuit imperij Carthagenensium versus Aegyptum. Quem locum. ] Ordo est: quem, locum ipsi Carthagenenses habere finem, sicut imperij versus Aegyptum. Post alia Punicae urbes. ] sicut sunt: post loca et civitates quas supra descripsit, sunt alia Punicae urbes, id est urbes Carthagenensium. Cetera loca. ] Apparet magnum fuisse Numidarum imperium. Super Numidiam. ] id est ultra Numidiam. Ordo est: Nos accepimus Getulos uagos agitare partim in tugurijs, alios inculitum. Supra Numidiam. ] ultra Numidiam, inquit, habitant Getuli, partim in tugurijs, alij etiam inculitum uagantes. Et ultra Getulos habitabant Aethiopes. Post Aethiopes loca sunt deserta, exusta caloribus solis. Accepimus. ] i. audiimus, intelleximus. Tuguria sunt uilia aedificia in agris, paleis tecta, a tegendo dicta. Inculitum. ] i. asperum: quia multi ex Getulis sub diuo, hoc est sub aere degunt sine tecto. Agitare. ] id est uiuere, habitare. Post eos Aethiopes esse. ] id est accepimus. Aethiopes sunt, qui ob solis calorem, cui sunt uicini, carnem nigram habent. dicti autem a *αἴθρη*, quod est ardere. (nam *αἴθρη* Graece, Latine significat ardeo) *αἴθρη*, *αἴθρη*, id est a uultu. Deinde. ] subaudi, accepimus, esse loca exusta solis ardoribus, s. propter solis uicinitatem. Igitur bello Iugurthino. ] Ordo est: Igitur pop. Rom. administrabat per magistratus plerumque oppida ex Punice, et fines Carthagenensium, quos nouissime habuerat: dico administrabat bello Iugurthino, i. tempore belli Iugurthini. Postquam totam Aphyricam descripsit, nunc concludit, ostendens qui eam imperio regebant. Nam antea toti Aphyricae imperabant Carthagenenses, Numidae, Mauri, Getuli, Aethiopes totum imperium A-

phyrica inter hos erat diuisum. Sed tempore Iugurthini belli fere totam eam partem quam Carthagenenses tenuerant, populus Romanus per magistratus regebat. Iam a Scipione Aphyricam minor delecta Carthagine, et impetio eius ferme toto in ditionem eius potestatem populi Romani redacta, magna pars Getulorum et Numidiae sub imperio Iugurthae erat. Bochus rex Mauri imperabat. Quos nouissime habuerant. ] quos nuperrime subegerant, duce et imperatore P. Scipione Aemiliano, qui Aphyricam est dicitur: quia imperium Carthagenis, quod erat in Aphyrica, Romano subegit imperio, ipsa Carthagine profusa delecta et exiuncta. Per magistratus. ] uidelicet per consules, uel praetores, uel proconsules. Praeter nomen, cetera ignarus pop. Rom. ] Bochus rex Maurorum ignotus erat pop. Rom. per omnia, excepto nomine: quia nullam amicitiam aut societatem cum pop. Rom. habuerat. Et ideo praeter nomen eius, in ceteris rebus erat populo Romano profusa incognitus. Cetera. ] id est deinceps, id est per cetera, in ceteris rebus. Ignarus. ] id est ignotus, incognitus. Ignarus dicitur, et qui ignoratur. Incolis. ] habitatoribus. Ad necessitudinem. ] id est ad necessitatem. Salustius digressionem facta ad scribendam Aphyricam, dicit se nunc ad propostum redire: quia quidem de Aphyrica, id quod erat necessarium, dixit.

¶ Post ea Phoenices, id est qui uenerant ex Phoenicia, supple egressi Phoeniciae gratia minuenda multitudinis, sicut populi domi, id est quae erat nimis frequens in patria: pars, hoc est partim plebe sollicitate, id est quia plebs erat sollicita cupidine imperij: et alij auti nauarum rerum considerare in ora, hoc est regione maritima, id est ad mare Aphyricam, spectante Hyponem: cui diuus Augustinus postea praesedit: Adrumetum, Lepitum et alias urbes: ergo et ille urbes sunt haec, urbes distantes a uentibus austrae multum, breui sicut tempore: fuisse pars, hoc est partim originibus suis, id est praesens Phoenicibus: praesidio, hoc est ad praesidium et protectionem: aliae fuisse originibus suis decori, id est ad decus et ornamentum honoris. Et si quis dicat, Carthagenem in ea quoque regione Tyrri condiciam esse, et ita etiam de ea re debere loqui, dicit: De his dixat loquor. nam ego puto melius silere, id est penitus nihil dicere de Carthagine, quam dicere parum: cum eius urbis origo et fama factorum ingenium deponat historiam: quoniam tempus monet proparare alio, id est ad alia dicenda. Igitur ut paucis reliquum situm Aphyricae percurrat ad, hoc est iuxta Catabathmon, id est descensum illum (est enim Catabathmos descensus, seu uallis deuexa in Aegyptum, Aphyricam finiens) quod nomen sumitur a *καταβάω*, id est descendendo: qui locus diuidit Aegyptum ab Aphyrica, secundo mari quod Aegyptum respicit. ] prima habitatio, id est urbis habitatum: nil licet est Circe colonia Thebeon, id est urbes illic sitae: deinde sunt duae Syrtis, id est loca arenae in mari habentia breuia uada, id est nunc aquam nunc arenam, ubi nauigantibus summum est periculum. unde Aeneid. prima: ubi breuia et Syrtis urget, miserabile uisu.

Et eiusdem quinto: Hunc ego Getulis agerem si Iugurthino exul. Inter quas, scilicet Syrtis est, Lepith urbs prius dicta deinde, supple sunt ara Philenorum, sicut fratrum: quem locum Carthagenenses habere finem imperij Aegyptum uersus. Ad notandum praeponitur praepositionem fere postponit ut hic,

A. hic, Aegyptum uersus. Post, id est deinceps post aras Philenorum sunt aliae urbes Punicae, id est in Punica regione, dicta a Panis: quia et in uoga multum, ut paena punio, moenia munia, Penus Punica. Numida tenet cetera loca usque ad Mauritaniam, id est Maurorum patriam: mari autem sunt proxime, id est maxime prope Hispaniam. Nos accepimus, id est intelleximus (quia non inderat ea loca) Getulos, sicut populos agitare supra Numidiam, id est in superiore regione quam sit Numidia: agitare, scilicet uic tam ac negocia sua, partim in tugurijs, quae mapalia aut magalia Poenorum lingua dicuntur. id est paruis integumentis contra seuitiam calis: alios qui non habent tuguria agitare uagos, id est uagos ad id incultus, id est magis incultus et asperus, cum sub diuo uide degerent. Et accepimus Aethiopes esse post eos, id est Getulos: deinde loca exusta ardoribus solis, id est torridam Zonam, cui Aethiopes uicini sunt. unde dicti sunt, quasi *αἴθρη*, id est ardentes. *αἴθρη* enim dicitur ardes, et similiter *αἴθρη*, ardes aut nauis seu arbor. Igitur populus Romanus administrabat per magistratus, sicut proconsules aut praetores, in proximam missos bello Iugurthino, id est tempore belli Iugurthini, aut uelto Iugurthi: plerumque, id est plurima oppida ex Punice, sicut oppidis, et fines Carthagenensium: quos, sicut fines ipsi Carthagenenses habuerant nouissime, id est ultime, aut si sit habuerat: dic quos populus Romanus habuerat nouissime, sicut post secundum bellum Punicum: sed, supple magna pars Getulorum et Numidiae usque ad flumen Mulucham, sicut nomen: erant sub Iugurtha: Bochus rex imperabat, id est dominabatur omnibus Mauri: ignarus per cetera (Poeta dicit sine Perignarus cetera, i. in ceteris sicut: Sed cetera Graui) populi Romani praeter nomen, id est famam, uerum itemque, id est et consimiliter neque cognitus erat nobis pace neque bello ante, sicut illud bellum. Satis est dictum de Africa et incolis eiusdem, tam regibus quam populis: ad necessitudinem, rei sicut proposita.

¶ In eodem in Africa descriptione illud est: Prima Cyrene colonia Thebeon. Vbi interpret in sole caligat, hallucinaturque: pueriles uagos blatteras. Sic enim inquit: Colonia Thebeon nomina sunt civitatum. Ordo autem est: Prima est Cyrene colonia Thebeon: id est, Thebeorum.

C. Est enim Thebeon: genitius Graecus: sicut Philenum ara: pro Philenorum, si Latine proferantur. Cyrene uero ab hoc Thebeorum colonia dicitur, quoniam Thebeam condidit: qui ex Laconia profecti Theram insulam coluerunt: de qua Callimachus: Nomen Callisto primum, sed post modo Thera dicta fuit tellus urbis origo mea.

¶ Hipponeum. ] nescio utrum intelligat. duo enim in Africa Hippones erant, Hippo Regius, et Hippo Diarrhytus, ut scribit Ptolemeus lib. 4. Sirab. lib. 17. Plin. lib. 5. ca. 3. et 4. item lib. 6. cap. 34. et Mela lib. 1. cap. 7. Solinus autem cap. 30. sic inquit: Hipponeum Regium postea dicitur, item Hipponeum alterum de interflumio freti Diarrhyton nuncupatum, nobilissima oppida equites Graeci condiderunt. Adrumetum. ] In antiquis libris legitur, Adrumetum. ut etiam apud Solinum cap. 30. ubi sic inquit: Adrumetum atque Carthagini autem est a Tyro populus. sed ut Sylla et Sulla, sic Adrumetum et Adrumetum dicitur. Ceterum diuersis modis auctores hanc civitatem appellant. quam rem nos postea diligenter in lib. nostro de Priomordijs urbium referemus. Lepitum. ] Plinius etiam

lib. 5. cap. 19. scribit Lepitum Tyrionum coloniam fuisse. hinc Silius Ital. lib. 3. Sarranam Lepitum uocat. id est Tyrionem. Tyrus enim dicebatur Sarra, ut Gellius et Nonius docent. sed duae Lepites in ora maritima fuerunt: Lepith parua, et Lepith magna. quare notandum, quod Lepith magna, quae inter duas Syrtis est, a Phoenicibus condita fuit. quod infra docet Salustius. nam Lepith parua minime inter duas Syrtis est, sed circa minorē Syrtim. unde miror nonnullos aliter scripsisse. Aliaque urbes. ] Tabracam, Vticam, Carthagenem, Silium Ital. lib. 3. Plin. lib. 5. cap. 19. In silius lib. 13. Mela lib. 1. cap. 7. Ad Catabathmon. ] Sensus est: Ab Aegypto occasum uersus cum post Catabathmon prima Cyrene est. Secundo mari. ] i. secundum mare. ut loquitur Pompeius ad Domitium scribens, et Cicerone ad Attic. lib. 16. cuius uerba haec sunt: Quae iter secundum mare facimus. Sic etiam Plautus in Rudite, Secundo litatus dicitur est, prope litus. quare existimarem etiam Salustium scripsisse, Secundo mare: non, Secundo mari, nisi hanc eandem dicendi formam inuenissem apud Orosum lib. 1. cap. 2. inquit, secundo mari usque ad aras Philenorum extenditur. nec possumus interpretari, Secundo mari, cum fluxu maris: ut cum dicimus, Secundo flumine. nam est inquit Aristoteles Meteor. lib. 2. ] Meotis et Pontus in Aegeum, et Tyrrenum mare defluent tamen Tyrrenum et Libycum in oceanum decurrunt. imo Plinius in Procemio lib. 3. item cap. 1. et 5. eiusdem libri testatur, per Gaditanum fretum irrum pentē oceanum in maria interiora diffundi: quamuis multi secus existimauerint. ut idem ostendit lib. 4. cap. 13. Colonia Thebeon. ] Thera, quae, cum primum emerit, Callistae uocata fuit: una ex insulis est, quae Sporades dicuntur, distans a Cyreta (ut testatur Strabo) stadijs septingentis, de qua Mela, Plinius, et alij mentionem faciunt. haec igitur insula colonia fuit Laecae demoniorum, ut scribit Herodotus lib. 4. et Strabo lib. 10. inde Batus, quae alij Aristum, alij Aristotelem prius dictum uolunt, cum multitudine profectus in Africa, Cyrenem condidit. quam rem scripserunt Herodotus lib. 4. Pausanias lib. 3. et 10. Strabo lib. 10. et 17. Eusebius in Chronicis, Pindarus et eius interpret in Pylis. Ioannes Zexes, item interpret Apollonij in lib. 2. et Aristophanes in Plutum, Iustinus lib. 13. et Solinus cap. 30. hinc Silius Italicus lib. 2. et 3. Cyrenenses Batiadas appellat. de nomine autem urbis uariae sunt opiniones, ut ex Diodoro Siculo lib. 5. ca. 14. Stephano de Urbibus, Pindaro, Iustino, Seruio Grammatico, et alijs discimus. illud silentio praeterendum minime uidetur. Deprauatus est Eustathij locus in Dionysium, ubi excusus liber habet, Cyrenē Thebeonum coloniam fuisse. nam pro *θεβαιων* scribere debemus *θεβαων*. Duae Syrtis. ] magna et parua. Deinde Ara Philenon. ] Vult Salustius Philenorum aras post duas Syrtis esse non longe a parua Syrti, nam ab Aegypto occidit tem uersus, post Cyrenem est Syrtis parua, sed fallitur Salustius. si Mela, Orofio, Ptolemeo, Straboni, Plutarcho et Polybio credimus, sunt. n. ara Philenorum iuxta Syrtim magnam. Super Numidiam. ] meridum uersus. Aethiopes. ] Hesperios. re. et. n. Homerus (ut inquit Plinius) bipertitos tradit Aethiopes, ad orientem occasumque uersos. Deinde loca exusta solis ardoribus. ] Quasi uero Aethiopes non sint in Zona torrida, sed illis temporibus haec res non ita cognita erant, ut nostro seculo. Mulucham. ] Sic etiam nominant Plinius et Mela. uerum de Graecis Ptolemao atque Strabone Molachab dicitur.

R.I.V. ¶ Post eos Aethiopes esse. ] In manuscriptis legimus, Aethiops: sic rectius, ut sit accusativus Graecus aethiops. Deinde loca exusta solis ardoribus. ] Manuscripta, Dein: atq; ita rectius. Et alij novarum rerum auidi. ] Manuscripta quaedam. Et alij novarum rerum auidi: quomodo & Badianum, ut sint duo ablativi absolute positi. Beroaldinum, Cupidi habet: pro auidi. Verum id ex glossa, ni fallor, irrepit. Haec breui multum aucta. ] Manuscriptum, Haec breui. Usque ad flumen Mulucham. ] Fabricianum, Ad flumen usq; Mulucham. Satis dictum est. ] r. B. r. manuscripta non habent: ac relictus abest. Sed & statim ante, De Africa & de eius incolis. in manuscriptis non reperitur illa praepositio De, nec in Ascensiano, nec in Beroaldino.

GLAR.

¶ Secundo mari prima Cyrene est, Colonia Theron. ] Hic vero Commentatores nostri egregie caecutiunt. Colonia There (inquit Soldus) nomina civitatum sunt: Badius vero Cyrene, Colonia, Theron urbes, inquit, illa sic dicta. Haud dubie Badius iuvenis scripsit. Nam dum ego illi novi, alius erat. Soldum non novi, qui meam praefecit aetatem. Herodotus libro quarto ostendit Cyrenem Coloniam esse. Theron, id est, populi Therae insulae. Theron vero gentium Graecum, ut paulo post Philonem. Poterat alienis uideri ab historico Latino, qui Theronum & Philonorum magis ama-

\* decessere. Occasio inuadendi regni Adherbalis. Interdare animum.

Bellum sumere.

Predas agere.

Alj: Praelium nondum commissum.

SOLDI.

¶ Postquam diuiso regno legati Africa discessere, & Iugurtha contra animi timorem praemia scelera adeptum sese uidet, certum esse ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romae uenalia esse, simul & illorum sollicitationibus accensus, quos paulo ante numeribus expleuerat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipse acer, bellicosus. At is quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuria, meruens magis quam merendus. Igitur ex improviso fines eius cum magna manu inuadit, multos mortales cum pecore atque alia praeda capit. aedificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit. Deinde cum omni multitudine in regnum suum se conuertit: existimans Adherbalem dolore permotum iniurias suas manu uindicaturum, eamque rem belli causam fore. At ille quod neque se parem armis existimabat, & amicitia populi Rom. magis quam Numidis fretus erat, legatos ad Iugurtham de iniurijs questum misit. qui tamen contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia pari decreuit, quam bellu sumere, quia tentatum antea secluserant. Neq; eo magis cupido Iugurthae minuebatur, quippe qui totum eius regnum animo iam inuaserat. Itaq; non uti antea, cu praedatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere coepit, & aperte totius Numidiae imperium petere. Caeterum qua pergebat, urbes, agros uastare, praedas agere: suis animum, hostibus terrorem augere. Adherbal ubi intelligit ed processum, uti regnum aut relinqueret, aut armis retinendum esset, necessario copias parat, & Iugurthae obuius procedit. Interim haud longe a mari prope Cirtham oppidum utriusque exercitus confedit: & quia diei extremum erat, praelium non est inceptum: sed ubi plerunq; noctis processit, obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato castra hostium inuadunt, semio mios partim, alios arma sumentes fugant funduntque. Adherbal cum paucis equitibus Cirtham profugit. Et ni multitudine togatorum fuisset, quae Numidas infuentes a montibus prohibuit, uno die inter duos Reges ceptum atque patratum bellum foret. Iugurtha oppidum circumfedit: uineis turribusque, & machinis omnium generum expugnare aggreditur, maxime festinans tempus legatorum antecapere, quos ante praelium factum ab Adherbale Romam missos audierat.

ret. Caeterum a diphibongo penultima scribenda, ut ut alia ceciderint. Deinde a e Philonem. ] Deinde, inquit, quasi post Syrtis ac Leptim occasum uersus sint Philonorum ara: quod nullo pacto uerum est. Ipse sane ab ortu incipit, ac post Catabathmon occasum uersus Cyrenem nominat. Deinde Syrtim magnam, ad cuius intima sinum, si Ptolemao credimus, Philonorum sunt ara, non post duos Syrtis ac Leptim. Caeterum cum ait: Caetera loca usque ad Mauritaniam Numide tenent. Vides Tingitanam solum Sallustio Mauritaniam dictam, Caetera enim uero sub Iugurtha fuisse, Syphack quondam regnum: quippe Mulucham flumen eius facit finem, quem Straboni ac Ptolemao Molochath dictum existimo. Addit Strabo Molochath Mauritaniam ac Massalytorum fuisse terminum, cum Ptolemaeus Maluam collocet terminum, aliquanto magis ad orientem quam Molochath. Porro cum ait, Super Numidiam Getulos accepimus, ad fluminem lapsum retulit, & montana illa quae Africae secundum Cancr Tropicum imminet. Quare non bene Soldus exponit, supra, id est, ultra. Deniq; cum ait: Post eos Aethiops esse, deinde loca exusta solis ardoribus: perinde loquitur, atque Aethiops circa Torridam zonam esse crediderit: cum Ptolemaeus, alijs Geographi intra Tropicos sub equatore, ac nostra demum et is ibi esse certo deprehenderit.

A ex Africa discesserunt. Statim Iugurtha cogitare coepit, quomodo regnum Adherbalis inuadere posset: quando quidem cognouit id esse uerum quod audierat ab amicis suis, cum apud Numantiam esset uidelicet quod omnia essent uenalia Romae. Contra timorem animi praemia scelera adeptum sese uidet. ] i. postquam uidet se esse contentum impunitatem Iugurthae, contra id quod timebat in animo suo. Nam Iugurtha semper timuerat, ne senatus scelus suum puniret: quia Hiempalem interfecerat, & Adherbalem regno expulerat. Praemia sceleris. ] id est impunitatem: quia senatus non puniuit scelus Iugurthae, immo decreuit ut dimidium regni Numidiae haberet. Apud Numantiam acceperat. ] i. audierat, hoc quod supra monstratum est. Omnia uenalia esse. ] i. omnia Romae per pecunia uendi: quod Iugurtha nunc expertus erat. Nam pecuniam impunitatis sui sceleris emerat a senatoribus, Romae. Sollicitationibus. ] i. promissionibus: quia legati qui pecunia & munera paulo ante ab eo acceperat, miserant ei suum auxilium, fore futurum, ut de eo aliquid tractaretur Romae in senatu. In regnum. ] ut regnum Adherbalis inuadat. Inuadit. ] dirigit. Ipse acer. ] Ecce occasioni quae accendebant Iugurtham, ut regnum Adherbalis inuaderet. Ipse. ] Iugurtha. Acer. ] i. fortis. Bellicosus. ] bello affectus, belli peritus. At is. ] Adherbal. Petebat. ] i. inuadebat. Quietus. ] i. pacificus. Placido. ] i. miti. Opportunis iniurijs. ] i. ad iniuriam commodis, uidelicet cui commode inferri posset iniuria. Fines eius. ] imperium Adherbalis. Magna manu. ] i. multitudine. Vindicaturus. ] i. ultimum. At ille. ] Adherbal. Armis. ] id est bello. Questum. ] id est ad conquirendum. Contumeliosa dicta. ] Quia Iugurtha causam belli quaerebat, legati Adherbalis contumeliose responderunt, ut Adherbal & iniurijs simul & contumelijs concitatus, bellum contra eum susciperet. Sed & Adherbal omnia potius pati uolebat, quam bellum sumere contra Iugurtham, quoniam bello paulo ante ab eo uictus fuerat. Retulerant. ] reportauerant. Prius. ] id est potius. Decreuit. ] scilicet Adherbal. Secus cesserat. ] id est male euenerat. Nam ut supra uisum est, ad Iugurtha praedio uictus est Adherbal. Neque eo. ] id est propter id, quia Adherbal de iniurijs sibi a Iugurtha illatis uindicatam non faciebat, sed tolerabat: non tamen propter id Iugurthae cupiditas minuebatur. Manu. ] id est multitudine. Comparato. ] i. contracto, collecto. Petere. ] i. inuadere. Quae pergebat. ] sub audiuit ea parte. Vastare. ] pro uastabat. Agere. ] pro agebat, i. pellebat uel ducebat. Augere. ] pro augebat. Vbi. ] postquam. Ed praedam. ] i. ad id esset peruenit. Copias. ] i. exercitum. Diei extremum. ] i. extrema pars diei. Plerunq; noctis. ] i. magna pars noctis. Processit. ] i. pertransiit. Obsuro lu. ] scilicet existente. Signo dato. ] uidelicet cum buccina, tuba. Inuadunt. ] i. aggrediuntur. Et ni multitudine togatorum. ] Nisi, inquit, Iugurthinos milites a montibus urbis repulissent, eodie finitum esset bellum quod inceptum erat. nam urbem Cirtham introissent, & regem Adherbale cepissent: sed eius prohibuerunt. Et ni. ] pro nisi. Togatorum. ] i. oppidanorum & ciuium, qui non erant armati ut milites, sed togati ut ciues esse solent, i. toga induiti. Paratum. ] i. perfectum & finitum. Igitur quandoquidem in oppidum Adherbal ingressus est, fugatus uictusque. Oppidum. ] ciuitatem. Circumfedit. ] i. obfedit. Vincit. ] uincit est ge-

nus machina, in modum uitae, ab una parte testu, sub qua milites testu pugnant. Unde, secundum Festum Pompeii, sub uite praehari dicuntur milites, qui sub uinea militari pugnant. Sub uinea iacere dicuntur milites, cum centurio uinea affanibus iude iacere cogitur. hoc genus machinae in urbium expugnatione mernit. admoeri solum erat. Turribusque. ] Turres, sunt aedificia alta atq; inuicita, extra mania ab hoste obsidente constructa, de quibus comode & uite pugnatur. Maxime festinans. ] Iugurtha festinabat, ut si posset, urbem caperet, antequam legati Adherbalis Romam peruenirent. Nam Adherbal legatos Romam miserat ante bellum inceptum. uidelicet cum Iugurtha subita incursione praedabundus fines eius inuadit. Deinde multis locis incensis, uastatoq; agro, & praeda abacta, in regnum suu reuersus est: ut supra uisum est. Vel certe tunc misit legatos, cum intellexit Iugurtham iam coparato exercitu, non praedatoria manu, ut antea, regnum suum inuaderet. Antecapere. ] id est anteuenire & praenire uidet, ut prius urbe caperet quam legati Romam peruenirent. ¶ Postquam autem. ] Post descriptionem Africae, B.A.D. uedit ad historiam, quam miranda breuitate profecutus: inueniens diuataxi regnum Numidiae inter Adherbalem et Iugurtham ex sententia legatorum Romanorum conditum, ac dicens: Autem, pro sed: postquam legati, Romanis discessere ab Africa: & hoc regno, scilicet Numidiae diuiso inter regulos dictos: & Iugurtha uidet contra timorem animi, i. contra id quod timebat in animo suo, uidet magnu malu ab Romanis propter nec Hiempalis, uidet dico se adeptu praemia sceleris, i. ex scelere, quia parte regni maiore quam habuit uisus fuisse, si ille superuixisset: tunc, i. arbitratus esse certu, i. indubitatu & omnino exploratu: quod dicerat ex amicis, i. ex amicorum Romanoru relatione: apud Numantiam, i. cu illic sub Scipione cu Romanis militaret, uidet oia esse uenalia Romae: et accensus simul, i. in super, sollicitationibus, illorum: quos expleuerat paulo ante, f. quam legati mitterent ad eod uindictu regni muneribus, i. donis missis: intendit, i. intendit adicit: animum in regnu, i. in parte regni: Adherbalis, i. quae assignata erat Adherbali: ipse, sup. erat aut intendit, existit acer et bellicosus, i. sed is que petebat, sup. insidijs, uidet Hiempalerat, sup. quietus, i. pacificus: imbellis, i. fugiuus litu et bellu ingenio placido, i. habens ingeniu placidum: ita opportunus, i. idoneus et accommodatus iniuria, sup. accipienda ab Iugurtha: quia magis metuens quam metuendus, Igitur quia animum in regnu Adherbalis inuaderat Iugurtha: ipse inuadit cu magna manu ex improviso fines, i. limites eius, f. Adherbalis aut regni eius: & capit multos mortales, i. homines impro uidos: cu pecore atq; alia praeda, i. aliaru reru & incendijs aedificijs: & petit, i. ingreditur hostiliter praedae: loca: cu equitatu, i. cum equestri exercitu. Deinde Iugurtha, supple conuertit, supple se cum omni multitudine, i. praedonum & praedaru: in regnum suum, i. proprium: existimans, i. arbitrans Adherbalem permotum, i. usq; ad ultionem impulsu: dolore, id est propter dolorem: uindicaturum maq; nu, id est exercitu iniurijs suis: aut Iugurthae, i. ut pete quas intulerat: aut Adherbalis, quippe quos acceperat: & existimans eam rem fore causam belli. At, id est sed ille, scilicet Adherbal: quod, id est quia neq; existimabat se parem, supple Iugurthae: armis, id est rebu bellicis: & quod fretus erat, i. aditus esse: confusus magis amicitia populi Romani quam Numidiae: misit legatos ad Iugurtham questu, i. ad conquirendum: & inuicis, scilicet ab eo illatus: qui, scilicet

f. legati: tametsi retulerunt dicta, id est responsa contumeliosa, id est opprobriosa: tam Adherbal decrevit prius. i. potius pati omnia, scilicet aduersa: quam sumere bellum, scilicet cum Iugurtha quia, supple bellum tentatum, id est autentatum ab Adherbale: scilicet ante secus, supple quam uolebat. Neq; cupido, id est cupiditas Iugurthæ minuebatur magis eo, id est per id quod tam placitum uidebatur fratrem: quippe, id est ut pote qui inuaserat animo, id est intentione: iam scilicet antea totum regnum eius, scilicet Adherbalis. Unde graphicè dicit Lucanus libro primo:

Nulla fides regni socijs: omniq; potestas  
Impatiens consortis erit, &c.

Itaq; non uti.] Prosequitur narrationem de bello Iugurthino contra Adherbalem inito, dicens: itaque, id est et ita: quia animo inuaserat totum regnum Adherbalis: ipse Iugurtha cepit agere bellum non uti, id est quemadmodum: ante, id est prius: cum manu, id est exercitu prædatoria, id est ad prædandum accincto (ubi cum significat comitem, nam manus pro copijs ponitur, alioquin dixisset, Manu sine Cum, non enim iungitur cum instrumento) sed exercitu magno, comparato ad hoc, & cepit petere aperit, id est manifeste imperium, id est regnum & dominium totius Numidiæ. Ceterum, id est sed in fine per uastare, repetere cepit: aut potius uastare, id est uastabat urbes & agros, sup. ea, i. per eam uiam qua pergebat & agere, i. agebat & auerterat prædici: & augere, i. augebat: sibi, s. militibus & fautoribus: animum, i. animositatem: & hostibus terrorem, i. formidinem. Adherbal siue Atherbal: ubi, id est postquam intellexit procellum esse, id est peruentum (impersonaliter ponitur) eo, id est ad id necessitatis uti, id est uti aut regnum esset relinquendum aut retinendum armis: parat necessario, i. propter necessitatem: copias, i. exercitum: & procedit obuius Iugurthæ. Inerim, i. interea dum procedit exercitus utriusq; tam Iugurthæ quam Adherbalis: concedit, i. sedē cepit, & castra metatus est: haud longe à mari propter Cirtham oppidum, ubi magis cōmune postponitur, ut significet quid significatur per minus cōmune Cirtham. Et quia tūc erat extremū, i. extrema pars: dicit, i. lucē, præliū non est inceptum, s. statum: sed ubi, i. postquam plurimū, i. plurima pars noctis processit: lumine, i. naturali: ut pote stellarū aut lune: etiā tūc obscuro, alij legū: Cum lumine, quasi lamē modicū adduxerint milites Iugurthinū: signo, s. in eundē belli per tubam aut aliud quoduis instrumentum dato: inuadunt castra hostium, s. Adherbalis & militū eim: & fugat fundūq; i. prosternunt, s. hostes: partim semisonnos, i. dormitantes et semispore perfusos (ubi notabimus regulam Vallæ: In his quæ ambigunt habent declinationem, seruandam esse consuetudinem. Nam semisonnū potius per secundam, & insonnē ex omnī potius per tertiam dicemus inflexionem) et alios sumentes arma. Adherbal profugit cum paucis equitibus Cirthamini, id est nisi multitudo togatorum, id est ciuium non armatorū, sed in togis existentium. Sanē togati sunt proprie Romani: sed potuit & illis toga esse, nam non est uero simile Romanis: illic tunc fuisse: i. fuisse, supple illic: quæ prohibuit mœnibus, id est ne ingredierentur mœnia Numidas insequentes bellum foret, id est fuisse: captum, id est inceptum cum effectu: inter duos reges, scilicet Iugurtham & Adherbalem: & paratum, id est consummatum, & penitus gestum uo die: quia Adherbal occisus fuisset. Iugurtha itaque prohibitus ingredi: circumscdit,

i. obfedit oppidum, scilicet Cirtham: & aggreditur, id est contendit: expugnare, id est oppugnando capere, sup. ipsum: uineq; turribus & machinis, supple alijs (quia uinea & turres etiam machinæ sunt) omnium generum, id est modorum & formarum. Vinea autem est genus machinæ, in modum uitæ ab una parte teētū, sub qua milites pugnant. unde secundum Festum Pompeium sub uite præliari dicuntur milites, qui sub uinea militari pugnant: habent autem milites connexa & conuexa supra se scuta. Turres, sunt machinæ aliores, unde in mœnia iaciebantur tela. Aggreditur (inquam) expugnare: festinans maxime anticapere, id est præcipere tempus legatorum, quos audiuerat missos Romam ab Adherbale ante prælium factum, scilicet inter ipsos.

¶ Haud longe à mari prope Cirtham oppidum.] Strabo et Plinius scribunt Cirtham in Mediterraneo esse, nec secus tradit Mela. Inquit enim: Cirtha procul mari nunc Sittianorum colonia, non tamen idcirco arguiur Sallust. poterant enim utriusq; exercitus inter mare & Cirtham confedisse, & ita nec longe à mari & prope Cirtham esse. Cirtham sine aspiratione scripsimus, quoniam sic apud Hirtium, Orosum, Plinium, Solinum, Strabonem, Ptolemaeum, & Appianum scriptum inuenimus, nec me fugit, apud Mela, Florum, & interdū etiā apud Liliūm Cirthā legi. Cirtham profugit.] Strabo lib. 17. scribit Adherbalem Viticæ ab Iugurtha obfessum ac interfectum fuisse. quod nullo modo uerisimile uidetur, tum quod repugnat Sallustio & Liliū: tum quod Viticæ erat in provincia. nō enim credendum est, Iugurtham Romanorum urbem obfeditisse. Togatorum.] Iudorū, qui ferebant togam. Infrā. A mœnibus in antiquis quibusdā libris omīssa est præpositio A. Vinea.] Vegetius de Re milit. l. 4. ca. 15. Turribus.] ambulatorijs, de quib. Vegetius l. 4. cap. 17. harum inuentor Diades fuisse dicitur: ut refert Vitruius l. 10. cap. 19. Machinis.] testudinibus, balistis, catapultis, de quib. Vitruius & Vegetius. Tempus legatorū anticapere.] ante reditum legatorum Cirtham expugnare.

¶ Postquam diuiso regno legati Africa discessere.] Sic & manuscripta. Perperam in quibusdā est, Ab Africa, nam & inferius, ubi eos Africa discessisse rursus est, inquit. Certum esse rursus quod ex amicis apud Numantiam acceperat.] Sic & manuscripta. In alijs, Ad Numantiam. quomodo per frequenter Cicero loqui cōsueuit. Sic Virgilius, Ad Troiam dixit: pro, apud Troiam. & Liliū: Dum hæc ad Veios agebantur, pro, apud Veios. Hoc, ni fallor, & glossa nimirum inrepsit. Nam annotarat forte aliquis, Ad pro apud esse positum. & esse ibidem, nō est in manuscriptis, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. Multos mortales cum percore.] Legendum, Mortales. In regnum suum se conuertit.] & Se, non reperitur in Beroaldino, neque in ullo manuscripto: quasi absolute ponatur hoc uerbum. Sic alibi: Nam cum paucis ad pedites conuertit, inquit. & Cor. Tacitus 3. Postquam cadibus seuitum, & magnitudo fame exitio erat, ceteri ad septentriam conuertere. Hæc quoque sine casu ponitur. Existimans Adherbalem dolore permotum, iniurias suas manu uindictarum.] Manuscripta, Dolore permotum Adherbalem: quæ collocatio uerborū melior. Et quia dicit extremū erat, prælium nō est inceptum.] & Est, in manuscriptis non est. Quæ Numidas insequentes à mœnibus prohibuit.] In manuscriptis & impressis quibusdā omīssa præpositio est, Mœnibus prohibuit.

VITRUM

A. Vitrūq; mihi placet, & utroq; modo Cicero loqui conuenit. Cesar. i. belli Gallici, Vitrūq; prohibere dixit, sine addita præpositione. Iugurtha oppidum circumscdit.] In manuscriptis est, Igitur Iugurthæ nec aliter in impressis quibusdā.

GLAR. ¶ Iniurias suas manu uindictarum.] Vide incipit reciprocatione: in uerbo Stas, Iugurtham nne referat, qui intulerat, an Adherbalem, cui illata erat. Ipsius, quod mendium uerbum inter Stas ac Eius Grammatici ponunt, sustulisset hanc dabitatem. m. Vrbes, agros uastare.]

Sed postquam Senatus de bello eorum accepit, tres adolescentes in Africam legantur, eos ab armis discedere, ita sed; illisq; dignum esse. Legati in Africam maturantes ueniunt, eo magis, quod Romæ dum proficisci parant, de prælio factō & oppugnatione Cirthæ audiebatur, sed is rumor clemens erat. Quorum Iugurtha accepta oratione, respondit, sibi neq; maius quidquam, neq; charius autoritate Senatus esse, ab adoleſcentia ita se enisum, ut ab optimo quoq; probaretur, uirtute, non malicia P. Scipioni summo uiro placuisse: ob eandem artes à Micipsa, non penuria liberorum in regnum adoptatum esse. Cæterum quo plura bene atque strenuè fecisset, eo animum suum iniuriā minus tolerare. Adherbalem dolis uitæ suæ infidiatum, quod ubi comperisset, eius sceleris obuiam ille. Populum Rom. neque recē, neque pro bono facturum, si abiure gentium sese prohibuerit. Postremō de omnibus rebus legatos Romam breui se esse missurum. Ita utriq; digrediantur. Adherbalis appellandi copia non fuit. Iugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neq; propter loci naturam Cirtham armis expugnare potest: uallo atque fossa mœnia circumdat, turres extruit, easq; præfidijs firmat. præterea diem noctesq; aut per uim, aut dolis tentare, defensoribus mœnium præmia modo, modo formidinē ostentare, suos hortando ad uirtutem arrigere, profusus intentum cuncta parare. Adherbal ubi intelligit omnes suas fortunas in extremo sitas, hostem in festum, auxiliij spem nullam, penuria rerum necessariarū bellum trahi non posse, exijs qui unā Cirtham profugerant, duos maxime impigros delegit: eos, multa pollicendo ac miserando casum suum, confirmat, uti per hostium munitiones, noctu ad proximum mare, deinde Romam pergerent. Numidæ paucis diebus iussa efficiunt. Licet Adherbalis in Senatu recitatae sunt, quarum sententia hæc fuit.

SOLDI. ¶ Accepit.] id est audiuit, intellexit. In Africam legantur.] i. legati mittuntur. Senatus populūq; Rom. uerbis nunciat.] id est, ex parte Senatus & populū Romano nunciat, scilicet hoc quod sequitur: uidelicet se uelle & censere, id est ne ualde, scilicet hoc, uidelicet ut à bello desistant. Ita.] scilicet censere: ita esse dignum se, scilicet senatu populūq; Romano. Illisq;.] scilicet regibus. Maturantes.] id est festinantes. Eo magis.] id est ideo magis festinantes ueniunt in Africam, quia dum in Africam ire parant, iam Romæ audiebatur, quomodo prælio commisso uictus Adherbal, in urbem Cirtham profugisset, & ibi à Iugurtha obfideretur. Sed his rumor clemens erat.] id est, hæc fama mitis erat: quia non ualde aspera nunciabantur, nec ea res ualde diuulgabatur. Quorum.] scilicet legatorum. Accepta oratione.] id est auditio sermone. Respondit.] Iugurtha, cum audiisset legatos sibi uerbis senatus imperantes, ut à bello desisteret, callidè respondit: Se nihil carius habere auctoritate senatus. id est, se nihil carius habere, quam ut faciat id quod senatus decernit. Ab adoleſcentia.] Hæc omnia sunt clara. Et subaudiuit per omnia, respondit, uel dicebat. Brixij.] id est conatum. Dedi semper operā ab adoleſcentia mea, ut me uisq; optimis laudaret. Ob uirtutē apud Numantiam placui Scipioni optimo imperatori, ob eandem

Duo nomina absque coniunctione ad unum uerbum connexa sunt, cum apud auctores scipius tria, duo rarius. Sed hæc alij committenda. Ad Cirtham oppidum.] Strabonē codex libro ultimo Geographiæ habet, Adherbalē & obfessum, & occisum ad Viticam: ubi planè mendam puto. Viticæ enim hoc tempore in provincia erat Romano rum, qua Legati paulo post Iugurtham literis euocant. Nemo igitur hunc locum ex Strabonē libro 17. cōtra illum ex hoc, qui bene habet, emendare conetur.

Magna ingenia agrè ferunt in uitam.

uirutem Micipsa me in filium adoptauit. Probaretur.] id est laudaretur. Artes.] id est uirtutes. Non penuria liberorum.] id est non quia filios non haberet Micipsa, me in regnum adoptantem sed propter uirtutem, nam filios duos habebat. Ceterum.] sed dicebat, eo, id est ideo animū suum minus tolerare iniuriā. Quod.] pro quā, fecisset plura bene atque strenuè. Apud legatos Iugurtha causam suam mediatio defendit. Dicit enim: Ego hoc bellum non sponte suscepi, sed coactus. Nam cum Adherbal mihi tenderet insidias, & me dolo interficere conaretur: coactus sum me defendere, & iniurias repellere. Num cum multa fortiter fecerim, non possum iniurias tolerare. Sed hoc totū falsum est, quod Iugurtha dicit. Strenuè.] i. fortiter. Minus.] i. nō. Dolis.] id est per dolo. Dolis à ledendo dicitur est. Quod ubi cōperisset.] Et dicebat se obuiā esse sceleris eius. Vbi.] pro postquā comperisset, quod ille uidelicet insidiaretur sibi. Comperisset.] id est inuenisset. Obuiam ille.] id est restitisse. Populum Romanū.] Populum Romanum (inquit) non bene faciet, si me prohibet iniuriam mihi illatam repellere: quod iure gentiū cōcedatur unicuiq;. Nā ius gentiū & ius naturale est, ut unicuiq; um ut repellere liceat. Ab iure gentiū sese prohibuerit.] uidelicet, si prohibuerit quo minus um ut repellat, quod apud omnes gentes licet. Nam ius gentium dicitur, quod apud gētes seruatur.

Ita. ] hoc modo : uidelicet cum Iugurtha ita respondisset. Vtrique. ] scz legati, & Iugurtha. Digrediuntur. ] i. ab inuicem discedunt. Iugurtha ubi eos. ] Iugurtha postquam legatos Rom. ex Aprica discessisse cognouit, cum uideret se Ciribam armis capere non posse, quia per naturam loci munitissima erat, uallo & fossa mœnia circundat: turres alius extruit, & eas praesidijs firmat. hoc est, fecit ne quis ex urbe egredi posset, & ne commeatu introferri possent. Ratus est. ] i. opinatus est. Expugnare. ] id est uincere. Vallo. ] Valli dicuntur sustes fossarum, genere masculino. nam munitio ipsa uallum dicitur neutro genere. nam Vallum est munitio ex sustibus facta, i. ex palis. Vnde qui obsident urbes uallo & fossa, solent eas cingere, ne oppidani subita eruptione exercitum inuadere possint, & ne commeatu ex aliqua parte introduci possint, neque multitudi possit exire: atque ita ad famem ciuicis deducatur, ut ea necessitate deditioem facere compellatur. Praesidijs. ] Praesidium dicitur à praesidendo. Est autem praesidium, electa militum multitudo, ad custodiam alicuius uel urbis, uel arcis, uel castelli, uel alterius cuiuspiam loci munitio posita. Firmat. ] i. munit. Dies noctesq;. ] i. per diem & per noctem. Tentare. ] pro tentabat, more suo. Defensoribus. ] Promittebat ingentia praemia his qui urbem defendebant, si eam sibi tradere uellent. Modò. ] aliquando. Intentus. ] i. sollicitus. Adberbal. ] Ordo est: Adberbal delegit duos maxime impigros, ex his qui profugerant secum uenit Ciribam, & confirmat eos multa pollicendo, & miserando casum suum: uti noctu pergeret ad mare per munitiones hostium, dehinc pergerent Romam. Vbi. ] pro postquam, cognoscit omnes suos fortunas, esse in extremo. Et hostem infestum. ] esse: & nullam spem auxiliij, & obsidionem diutius ferre non posse, propter inopiam rerum necessariarum: duos uiros Romam misit cum literis ad senatum. Omnes fortunas suas. ] i. statum suum. Sedit. ] i. positus esse. Hostem infestum. ] i. hostem in exitum suum paratum & perseverantem. Penuria. ] i. inopia. Rerum necessariarum. ] quia necessaria ad uictum iam deficiere inceperant. Trabi. ] i. prolongari. Impigros. ] i. strenuos. Miserando casum suum. ] i. commiserationem ducendo. Confirmat. ] i. inducit. Paucis diebus iussa efficiunt. ] quia paucis diebus Romanam uenerunt cum literis Adberbalis ad senatum, iussa. ] i. praecpta, quae praeeperat Adberbal. Quarum sententia. ] Sallustius non uerba, sed sententias literarum Adberbalis ponit.

BAD.

Quia corrupti erant pluri, mi ex senatu Romanorum, nihil decenter in hac re geritur, nisi in scriptore, qui omnia fideliter ut gesta sunt, narrat. Dicit enim missos iuuenes ad tantam litem dirimendam, ubi mitti debebat copiosior exercitus ad iniuriam uincendicandam: ut ex ordine patebit, qui talis est. Sed postquam senatus, scz Romanus: accepit, i. intellexit: aut noua (ut dicitur) accepit de bello eorum, scz Iugurthae & Adberbalis: tres adoloscensces (quos non nominat: i. ne uilipendisse eos uisus, etiam diffamasse uoluisse uideretur) legatur, i. mittuntur in Apricam: quibus ad eam, i. conueniendam ab eis reges, scz Adberbal & Iugurtham. & nuncient uerbis, i. nomine aut iussu S. P. Q. R. i. senatus populi Romani.

mani senatum, sup. & populum Romanum censere & uelle eos discedere ab armis: & ita esse dignum se, scz senatu Romano, quem pacis esse auctorem decuit, & illis qui inter se tam propinqui essent. Legati, scz illi tres iuuenes maturantes, i. festinantes ueniunt in Apricam: & eo, i. tanto magis maturantes: quod quum parant proficisci, i. procul facessere, i. discedere: audiebatur Roma de praelio factio, scz inter reges: & de oppugnatione Cirithae, in qua Adberbal erat, facta ab Iugurtha. Sed is rumor, scz de oppugnatione erat clemens, i. mitis & modicus. Ita Sallustius legit. Alij legunt, Demens scz ab effectu, quia dementes faciebat. Quorum scz legatorum: oratione accepta, i. intellecta: Iugurtha respondit quicquam neque, maius neque charius auctoritate senatus, esse sibi: & supple, se esse enixum, i. eminentem conatum ita ab adolecentijs, sua: ut probaretur, i. approbaretur: ab optimo quoque, i. ab omni ualde bono. Et respondit, se placuisse Publio Scipioni uirtute, i. propter uirtutem: non malicia, i. non maligna calliditate: & se a adoptatum esse à Micipsa in regnum non penuria liberorum (quia duos tunc habebat) sed ob eadem artes, i. ob uirtutes quibus Scipioni placuerat. Caeterum, i. in super respondit: quod, i. quia fecisset plerumque, i. ualde multa bene, i. iussu aut prosperè: atque strenuè, i. fortiter: eo, i. propterea animum suum tolerare minus iniurias: quia inbellium est iniurias patienter accipere. Et respondit, Adberbalem esse infidiatum uita sua: dolis, i. per dolo: quod, i. e. illud, hoc est, & respondit: quod ubi, i. postquam comperisset, i. comperitum habuisset: illud, scz Adberbalem infidiatum uita sua, supple se esse obuiam sceleri. Et respondit, populum Romanum factu rum neque, rectè, i. decenter: neque pro bono, i. acquite: si prohiberit, i. procul habuerit & impediuerit: scz, id est, se ipsum Iugurtham à iure gentium, i. quod communi gentium consensu omnibus permittitur, uidelicet uim uis repellere. Postremo respondit se missurum breui, scz tempore: Romanos legatos de omnibus rebus, scz discernendis: & ita, i. post talem responsum: utriusq;. scz tam Iugurtham quam legatos digrediuntur. Et ita copia, i. facultas appellanda, scz ad Romanum senatum: supple erat modò, i. solummodò Adberbali: quia non potuit ius ab legatis obtinere. alij legunt, Non fuit, ut sit sensus: Copia appellandi, i. se se opponendi dictis Iugurthae non fuit Adberbali, scz facta, uterq; autè sensus ferè in idem redit: sed prior placet, quia appellauit. Iugurtha ubi, &c. ] Prosequitur uerbum & sub dolo in genium Iugurthae, qui post abcessum legatorum bellum instaurauit, & pluribus dolis usus est, dicens: i. Vbi, postquam Iugurtha ratus est eos, scz legatos Romanos discessisse Apricam: neque potest expugnare, i. pugnando capere Ciritham, scz oppidum: armis, i. uti: propter naturam, i. naturalem munitioem loci: circundat mœnia, supple eius uallo atque fossa: & extruit turres, scz ad expugnationem oppidi: & firmat, i. fortificat eas praesidio, i. custodia militum imperitorum (nam praesidium diximus esse, quod Galli Guarnison uocant) Praeterea tentare, i. attentabat dies & noctes, i. sine intermissione: aut per uim aut dolis, i. per dolo: & ostentare, i. ostentabat defensoribus mœnium: modò, i. interdu dum praemia, si mœnia prodiderint & ingressum permiserint & modò formidinem, i. tormenta formidanda, si recuauerint: & erigere, i. erigebat ius, scz milites suos: & fautores ad uirtutem, scz ostentandam: & hortando, i. per exhortationes: & ipse intentus parare, id est parabat profusus,

prorsus, id est porro uersus: hoc est, omnino aut ad omnia: cuncta, scz ad expugnationem uilla. At, i. sed: ubi, i. postquam Adberbal intelligit omnes fortunas suas esse sitas, i. collatas in extremo, supple periculo. Et intelligit hostem, scz Iugurtham: infestum, i. uolentem, sup. esse nullam esse spem auxiliij, & bellum non posse trahi, id est protrahi & differri: penuria, id est propter penuriam, id est inopia & difficultate habendi rerum necessariarum, scz ad custodiam oppidi: ut sunt commeatu et arma ac milites animosi) delegit, id est quodam delecto legit rex his qui profugerant una, id est simul secum: Ciritham, in illud oppidum: duos, scz milites maxime impigros, id est in primis strenuos ac ueloces: & confirmat, id est animat eos pollicendo multa, si minus obuiarint: ac miserando, id est ad miserationem concitandam: commemorando casum suum, id est miseriam suam: uti, i. ut pergerent per munitiones hostium noctu, i. tempore nocturno ad mare proximum, et pergerent deinde Romam. Ex hoc loco uidetur orta fictio Vergiliana in nono Aeneidos, ubi Nisus & Euryalus ad Aeneam legantur noctu ab obsidibus Troianis: Numida, scz illi duo efficiunt paucis diebus, & intra paucos dies: quia maxime impigri erant: iussa, i. mandata cui uoluntatem regis. Litera Adberbalis sunt recitata in senatu: quarum, scz illi duo efficiunt paucis diebus, & intra paucos dies: quia maxime impigri erant: iussa, i. mandata cui uoluntatem regis. Litera Adberbalis sunt recitata in senatu: quarum, scz illi duo efficiunt paucis diebus, & intra paucos dies: quia maxime impigri erant: iussa, i. mandata cui uoluntatem regis. Litera Adberbalis sunt recitata in senatu: quarum, scz illi duo efficiunt paucis diebus, & intra paucos dies: quia maxime impigri erant: iussa, i. mandata cui uoluntatem regis.

CAST.

Clemens. ] non, Nimum. Pro bono. ] ut aequum est. Ab iure gentium. ] Aliud est ius gentium, aliud ius ciuile, ut docet Cicero de Offic. lib. 2. ius enim gentium latius patet. Iure consulti uerò aliter diuidunt, ut legimus Digestorum lib. 1. Vtrique. ] Legati & Iugurtha. Vallo. ] Munitio, quae ex uallis, id est patijs fiebat, Vallum dicitur: palis autè uallis, est uallum uti pro palo ponitur. Linius Decadis prima lib. 8. id uerò circumsusio uadij equitatu,

Capitio bene uolentia.

Non mea culpa saepe ad uos oratum mitto, P. C. sed uis Iugurthae subigit, quem tanta libido extinguendi me inuasit, ut neque uos, neque deos immortales in animo habere: sanguinem meum quam omnia malit. Itaque quantum iam mensum socius & amicus populi Rom. armis obfessus teneor: neque mihi Micipse patris mei beneficia, neque uestra de creta auxiliarium, ferro, an fama acrius urgear, incertus sum. Plura de Iugurtha scribere, dehortatur fortuna mea. Etiam antea expertus sum parum fidei miseris esse: nisi tamen intelligo illum, supra quam ego sum, petere, neque simul amicitiam nostram, & regnum meum sperare, utrum grauius existimet, nemini occultum est. Nam initio occidit Hiempsalem fratrem meum, deinde patrio regno me expulit. Quae sane fuerint nostrae iniuriae, nihil ad uos. Verum nunc regnum uestrum armis tener: legatorum uerba quanti fecerit, pericula mea declarant. Quid est reliquum, nisi uis uestra, qua monei possit: nam ego quidem uellem & haec quae scribo, & illa quae antea in Senatu questus sum, uana forent, potius quam miseria mea fidem uerbis faceret. Sed quoniam ed narum sum, ut Iugurthae scelus ostentui essem: non iam morte, neque aerumnas, tantummodò inimici imperium, & cruciatu corporis deprecor. Regno Numidiae P. C. (quod uestrum est) uti libet consulite. me manibus ex impijs eripite, per maiestatem imperij, per amicitiae fidem, si ulla apud uos memoria remanet aut mei Mafnissae.

SOLDI.

Non mea culpa. ] i. propter meam culpam. In hac epistola beneuolentiam captat à senatu: & in odium aduersarium adducit, cum eius crudelitate ostendit, & superbia. Oratum. ] i. ad orandum. Vb. ] uolentia. Subegit. ] id est coegit. Extinguendi. ] i. occidendi. Ecce crudelitatem Iugurthae ostendit. Inuasit. ] i. incesit. Neque uos neque deos. ] i. nec deos nec homines uereatur. Sanguinem meum. ] id est uitam. Nalut. ] id est magis ne

ui uallum peteretur, opusq; inciperet, fieri non poterat. Turres. ] quae essent praesidio caeteris munitioibus. Miserando casum suum. ] conquerendo, & deplorando fortunam suam.

RAV.

Sed is rumor clemens erat. ] Perperam in Mersibus gens & alij plerisque, his rumor. Porro Clemens, pro non minus ponitur: cuius & Priscianus meminit, id est inopia & difficultate habendi rerum necessariarum, scz ad custodiam oppidi: ut sunt commeatu et arma ac milites animosi) delegit, id est quodam delecto legit rex his qui profugerant una, id est simul secum: Ciritham, in illud oppidum: duos, scz milites maxime impigros, id est in primis strenuos ac ueloces: & confirmat, id est animat eos pollicendo multa, si minus obuiarint: ac miserando, id est ad miserationem concitandam: commemorando casum suum, id est miseriam suam: uti, i. ut pergerent per munitiones hostium noctu, i. tempore nocturno ad mare proximum, et pergerent deinde Romam. Ex hoc loco uidetur orta fictio Vergiliana in nono Aeneidos, ubi Nisus & Euryalus ad Aeneam legantur noctu ab obsidibus Troianis: Numida, scz illi duo efficiunt paucis diebus, & intra paucos dies: quia maxime impigri erant: iussa, i. mandata cui uoluntatem regis. Litera Adberbalis sunt recitata in senatu: quarum, scz illi duo efficiunt paucis diebus, & intra paucos dies: quia maxime impigri erant: iussa, i. mandata cui uoluntatem regis. Litera Adberbalis sunt recitata in senatu: quarum, scz illi duo efficiunt paucis diebus, & intra paucos dies: quia maxime impigri erant: iussa, i. mandata cui uoluntatem regis.

GLAR.

Virute, non malicia P. Scipioni summo uiro plac. ] Incerta est distinctio, si ne dicitur, Virute et malicia, ad priora referendum, an ad posteriora. Eadius ad posteriora retulit: fortissimè quòd magis quae malicia placet, quae probetur: ego puto aequè malicia neminem placere, atque neminem probari. Ideoq; ambiguum est.

Adberbalis litera ad Senatum. Narratio.

Amplificatio nes à circumstantijs.

A Rom. pop. commodo. Propositio.

Amplificatio.

Itaque. ] quia cupit me extinguere: ideo iam mentes quinq; me obsidet. Socius. ] Per hoc ostendit, sibi à senatu auxilium deberi. Et est argumentum à partibus iusticiae, uidelicet à gratia. Neque patris mei. ] Contra Iugurtham non optulatur mihi, quòd à patre meo ipse in filij adoptatus est: neque quod nos decreuissit, quae parte regni quaeque possideat: sed calcata pietate, & decreto uestro neglecto, me regno expulit, & uitam mihi auferre conatur.

**Beneficia.** ] s. in Iugurtham, quia Iugurtha à patre meo in filium adoptatus & assumpsit: hoc nihil mihi prodest, quia Iugurtha impius & immemor beneficii, san guinem meum querit. Decreta uestra. ] id quod uos decreuistis: uidelicet ut uterque partem illam regni te neat, quam legati Romani assignauerunt: ipse Iugurtha hoc negligit, & regnum meum inuasit. Ferro an fa me. ] ingentibus malis se premi dicit, ferro & fame. **A crym.** ] i. uehementius. **Vrgeat.** ] i. premat. **Incertus sum.** ] i. nescio, dubius sum. **Dehortatur fortuna mea.** ] s. infelix & aduersa fortuna dehortatur me plura scri bere de Iugurtha: quia timco, ne mihi nō credatur. nā ita euenire solet, ut miseris & infelicibus parē credatur. **Par rā fidei miseris esse.** ] i. parū credi miseris, sicuti ego sum, regno et fortunis omnibus spoliatus. **Nisi tamē intelligo.** ] ac si diceret: Nescio utrū mihi credatis id quod scribo de Iugurtha: sed hoc certō scio, aliud citā prater me, Iugur tham querere. Nam querit hoc, quomodo regnum Nu midia, quod est uestrū, sibi usurpet. **Quare si mihi auxilio esse non uultis, saltem rebus uestris provideate.** Tantū illud à uobis peto, ut me ex manibus eius eripiatis. & hoc est quod dicit. Et ex hoc loco maxime attentos facit eos, ad quos scribit. Dicit enim hoc ad eos pertinere, de quo agitur. **Nisi tamen.** ] i. solummodo. **Illum.** ] s. Iugur tham. **Supra quam ego sum petere.** ] intelligo, inquit, Iugurtham plus quam ego sum querere: non solum me querit, sed etiam aliud. Et ita senatum ualde sollicitū red dit, ne diutius tardet contra Iugurtham provideere. Dicit enim, Iugurtha querit aliud quam me. Et quid est illud quod querit? Imperium Numidia, quod est uestrum, sibi usurpare querit. **Petere.** ] id est querere. **Supra quam ego sum.** ] i. plus quam ego sum. **Neque simul amicitiam uestram, & regnum sperare meum.** ] Ego in telligo, quod Iugurtha hæc duo simul sperare non potest: uidelicet ut & amicus uester sit, & regnum meum te neat atq; usurpet. **Non enim & intelligit Iugurtha, hoc fieri non posse, ut me regno spoliaret, & sit uester amicus.** Et quomobrem? **Quia cum ego iunctus sum societate & amicitia cum populo Romano, aperte intelligit se esse ue strum inimicum, si me regno spoliauerit. ius enim societa tis & amicitia hoc exigat, ut qui mihi hostis est, si etiam uester sit hostis.** Cū autem nunc Iugurtha me regno spo liauerit, aperte se hostem Po. Rom. esse demonstrat atque fatetur: quod si hostis uester est Iugurtha, uidete ne re gnum Numidia, quod est uestrum, sibi usurpet. Et hoc est quod dicit. **Neq; simul.** ] Et intelligo illum Iugur tham non sperare simul amicitiam uestram, & regnum meum: quia amicus uester esse non potest simul, & teneo re regnum meum. Et hæc est ratio: quia ego sum amicus & socius populi Romani, ut necesse sit eum esse uestrum inimicum, qui mihi inferat iniuriam. **Vtrum grauius existi met, nemini occultum est. ac si diceret: Cūm Iugurtha intelligat se amicitiam uestram simul & regnum meum habere non posse, i. cūm Iugurtha intelligat se non posse uestrum amicum esse simul, & mihi inimicum: quis non intelligit, cūm me regno id spoliauerit, illum factū esse ue strum inimicum & hostem? Si autem uester hostis est fa ctus, quis hoc quoque non intelligit, illum aliud querere quam me? uidelicet regnum Numidia, quod est uestrum. Et hoc est quod dicit. **Vtrum grauius existimet, nemini est occultum.** ] i. nemo ignorat, an grauius aliquid cogi tet Iugurtha, i. nemo ignorat, an maius quiddam querat**

Iugurtha quam ego sum. **Vultu.** Adherbal probare hoc, et cōcludere, q. Iugurtha querit aliud quam se Adherba lē uidelicet regnū Numidia, quod est populi Romani, ut senatus citō provideat, quādo res sua agitur. **Nam in ini tio probat hoc Adherbal, quod dicit: uidelicet Iugurthā aliud querere, quam se Adherbalem.** Et hoc probat ab antea facta uita. ac si diceret: Iugurtha hoc facere confue uit, cūm aliquem regno spoliaret, statim aggreditur aliū: & propterea cūm me regno spoliauerit, quis dubitabit quin regnum Numidia, quod est uestrum, statim inua dat? immō illud iam armis tenet, nisi citō provideatis: quum Iugurtha habeat hanc consuetudinem, ut cūm ali quem regno spoliauerit, statim aliud aggreditur. **pro bat ab exemplo, dicens: Iugurtha primō Hiempalem fra trem meum interfecit, deinde me regno expulit.** **Nam in initio.** ] Verū dico, quod cūm Iugurtha me regno spoliare rit, nemo ignorat quin grauius aliquid facere cogitet: quia sic facere consuevit. **Nam in initio Hiempalem occi dit, deinde me regno expulit.** **Quæ sane fuerint nostræ iniuriæ, nihil ad uos.** ] Color est qui uocatur Occupatio: quæ fit, cūm dicimus nos praterire, aut non scire, aut nol le dicere id, de quo tunc maxime dicimus. **ut hoc loco Ad herbal commemorat iniurias acceptas à Iugurtha, ut ostendat eas ad senatum pertinere, quandoquidem ipse Ad herbal socius est & amicus populi Romani: & tamē dicit, Iniuriæ quas intulit Iugurtha, nostræ sunt: id est, ad nos tantummodo pertineant: nihil ad uos, sed pertineant. ac si diceret: De iniurijs nostris nolite esse solliciti, sed sol liciti estē de regno Numidia, quod est uestrum, quod nunc Iugurtha armis tenet. Nihil ad uos.] sed pertineant in iuria nostra. Per occupationem monet Senatū, ut iniu rias illatas à Iugurtha ulciscatur: ut tamen negare uideat ur. Verūm. ] ac si diceret: Si de nostris iniurijs nō curatis, saltem regi Numidia, quod est uestrum, curam ha bete. **Uestrum regnum.** ] s. Numidia, sicut supra dixi. **Administratorem regni uult esse suam, sed regnum ipsum uult esse populi Romani.** **Quantifecerit.** ] id est quanti aestimauerit. **Pericula me declarant.] non enim esse in his periculis, si uerba legatorum obserua set.** **Quid est reliquum.] i. quid superest quod restat, per quod Iugurtha moueri possit. Nisi uis uestra.] id est potentia uestra. **Nam ego quidem.]** Ordo est: Nā, pro quia. **Et hæc quæ ego scribo, & illa quæ antē sum questus in senatu, uana forent potius.] i. potius essent falsa. Quam miseria mea faceret fidem uerbis.] ac si diceret: Vos potestis credere id esse uerum, quod scribo: quia calamitas & miseria mea facit ut credath. **Sed uti nam & hæc quæ nunc scribo, & ea quæ conquestus sum in senatu de Iugurtha, cūm essem Roma, essent falsa potius, quam miseria mea faceret fidem uerbis: uellem ut is quod scribo, non esset uerum, potius quam ut ex miseria mea credatis uerum esse quod scribo. Sed quoniam eō natus sum.]** Ordo est: Sed ego id deprecor, ut euadā non mortem, neque arumnas, sed tantummodo imperium inimi ci & cruciatu corporis. **Quoniam sum natus eō.]** i. ad id, ut essem ostentum scelerum Iugurtha. **Sensis peri det à superiis.** nam antea per occupationem hoc dixi: **Nolo uos de me & de meis iniurijs esse sollicitos. ac si diceret: Non peto ut me restituatis in regnum, quia nolo uos de me esse sollicitos: tantummodo de regno Numi dia, quod est uestrum, estote solliciti: quia quantum ad me attinet, unum solum à uobis peto, ut me de manibus impijs********

**A impijs Iugurtha eripiatis: ne si in potestatem & manus eius uenero, uitam in tormentis & cruciatib. corporis finire compellar.** **Eō natus sum.]** ac si diceret: Quoniam fa tali quadam necessitate ad hoc natus sum, & ad hanc ini feriam me uenire oportebat, ut Iugurtha in me potissimum sua scelera ostentaret. **Scelerum ostentum esse.]** i. ut essem ad ostentationem scelerum Iugurtha, quia Iugurtha sua scelera in me potissimum ostentat. **inimici.]** s. Iugurtha. **Imperit.]** potestatem superbam, & dominationem. **Enadā.]** i. effugit. **Regno Numidia, quod uestrū est, ut libet confidit.]** Color est qui dicitur Permissio: quæ fit, cum in dicendo nos ostendimus aliquam rem to tam tradere & concedere alicuius uoluntati, sicuti hoc lo co facit Adherbal. **Dicit enim. De regno Numidia ego non curo: facite, provideate ut uultis: uestrum est illud. tan tum à uobis peto, ut me de manib. impijs Iugurthæ eripia tis: hoc precor per maiestatem imperij, & fidem amicitia. Confidite.]** provideate. **BAD.]** [Non mea culpa.] In hac epistola Adherbal artificio se captat beneuolentiam ad senatū, & conatur aduersa rium in odium adducere propter superbiam & crudelita tem eius. **Ordo est: O' patres conscripti, id est senatores Romani: ego non mitto sepe ad uos mea culpa. i. per meā culpam oratum, id est ad orationem habendam: sed uis. i. uolentia Iugurthæ: subegit, id est tacite coegit, supple me ad uos oratum mittere. Quem, scilicet Iugurtham: tanta libido. i. mala cupiditas extinguendi me (aly legunt Mei) inuasit, ut neq; habeat in animo. i. neq; cogitet ultores fo res: aut neq; formidet uos, neq; deos immortales, quorū in terdum ultio lenta quidem est, sed timo grauior, Valerio Maximo auctore. unde illud Aeneid. primo: Si genus humanum & mortalia criminis armat At sperare deos memores fandi atq; nefandi. Et supple, ut mali sanguinem, id est uitam meam, aut san guinis effusionem, quasi cum sitatis quam omnia, id est om nes alias res mundi. Itaq; iam quantum mensum.] Pro sequitur licentiarum Adherbalis querelam, dicens in perso na ipsius Adherbalis. Itaq; i. & ita tantopere sanguinem meum sicut: ego socius & amicus populi Romani teneor obfessus armis, s. Iugurthæ: iam quantum mensum. i. usque ad quatuor mensis durationē. **Neq; beneficia patris mei Nici pse collata, s. in Iugurtham: neq; decreta uestra: quia deo creuerūt ab armis discedendum esse, & inter eos contu mendum, ut per legatos constitutum erat: auxiliantur. i. opem ferunt mihi: ita sum incertus an urgeat acrius ser ro. i. armis ferreis: an fame. i. penuria cōmteatus. **Fortuna mea. i. miserabilis calamitas mea dehortatur ne scribam (Sunt enim cōtraria Horor & dehortor, sicut doceo & dedoceo, etc.)** plura de Iugurtha. i. de perfidia eius. **Et iā. i. insuper expertus sum: parū fidei esse miseris. i. miseros ha bere parum fidei, id est credulitatis, id est quod parū crea ditur miseris (Quia ut dicit Lucretius: Quantum quisq; sua numerorum speccat in arca, Tantum habet & fidei.)** — & ita uult dicere, quod frustra quereretur de Iugurtha: nisi tantū. i. nisi hoc solum (inquit) esset: quod intelligo illi. Iugurthā petere supra quā ego sum. i. quiddā quod supra me est, uidelz imperiū Romanū, quod inuasurus sit, si Numidia potiretur. sicq; i. & nō; et intelligo ipsum nō sperare simul amicitia uestrā et regni meū. Et nemini est occultū. i. quilibet scit utrū. s. horū, uidelz an non sperare posse amicitia uestrā: an regnū meū ipse. s. Iugurtha existimet grauius: quia cre****

tum est, quod grauius ferat amittere regnum meū, quam amicitia uestrā. **Nam, ut scitis in quā auidus sit ad regnū meum, & quā paruofaciat amicitia uestrā, ipse occidit in initio. s. discordiā Hiempalem fratrem meū. non dicit nostris, quia ille adoptatiuus tantū erat: deinde expulit me regno patricio. i. paterno. **Sanē. i. ut sanē et ferō loquar: nihil ad uos, supple pertinetis quæ. i. quales fuerint nostræ iniuriæ. i. quas nobis deinde intulit. Verūm ipse tenet nūc armis. i. in regnū uestrū: ut cuius Nicipsa uoluit Adherba lem esse dātaxat administratōrē, ut ipse supra cōfessus est. Et obijdet me, quē uos posuistis. i. cōiunxit: per legatos ue stros imperatōrē Numidia: clausum. s. Cirthā opp. dom: mea pericula. i. mala pericula, in quib. uos fer: de i. nā quāti fecerit. i. penderit uerba legatorū. s. de regno eō dātaxatō & lite dimittat. **Quid reliquū, supple: s. i. quid restat ad huc miseris. i. uolentia Iugurthæ quam posuit moueri, i. diuelli ab instituto. quasi dicat, nihil. Nam ego quidē uel lem & hæc quæ scribo, & illa quæ questus sum antea in senatu forent. i. essent uana. i. mendosa: potius quam miseria mea faciat uobis fidem. i. credulitatem. **Sed quoniam ego natus sum in eo. i. in ea cōditione uita, ut esse Iugurthæ o stentū. i. ad ostentationē scelerū, supple fuerit, i. aucta i. aucta bundus ostentaret me quē per summū scelus lasit. Ego nō deprecor iam. nō molior auertere per precēs mortē: neq; arumnas. i. summās ruinas: sed, supple deprecor tan tummodo imperiū. s. superbiū inimici: & cruciatu corporis, quos duriores morte existimat. ut Aeneid. 2.********

— **Poenas cum sanguine poscunt.** **Patres conscripti, consilite regno Numidia, quod uestrū est: uti, id est ut libet: sed, supple dūtaxat: eripite me ab impijs manibus, supple quod obsecro per maiestatem imperij uestrū per fidem amicitia, si ulla memoria aui mei Mastinisse manet apud uos.**

**Beneficia.]** in Iugurtham. **Decreta uestra.]** ut Iugurtha ab armis discederet. **Supra quā ego sum.]** Non me tantum Iugurtha petiit, sed quod maius est, totius Numidia, & fortasse totius Africæ regnum: nec sperat, se posse & meo regno potiri, & uobis amicum esse, qua re nemini dubiū est, quin ipse sprete amicitia uestra, etiam uobis inuitis meum regnum malit. **Et hoc est quod dicit hisce uerbis: Vtrum grauius existimet, nemini occultū est: id est omnes sciunt, utrum grauius esse sibi putet Iugur thā: non posse, uidelicet sperare amicitiam uestram, an non posse sperare regnum meum. nam palam est, cum gra uis putare, non habere regnum meum, quā amicitiam uestram. **Ostentum esse.]** ut Iugurthæ scelera in me potissimum palam fierent. **Deprecor.]** ut me tantum modo ab Iugurthæ imperio atq; tormentis liberetis, oro.**

**Quem tanta libido extinguendi me inuasit.]** Sic in cunctis, alio qui suspicari possit, extinguendi Mei legendū: ut uidelicet uocales concurrentes locum erroris fecerint. Sed nihil inmutato. **Plura de Iugurtha scribere dehorta tur me fortuna mea.]** ad Nā, licet in Fabriciano sit, non reperi tamen in alijs uelustioribus: ac elegantius abesse po terit, nullo sensus detrimento. **Quam miseria mea fi dem uerbis faceret.]** In nonnullis est, **Vobis faceret, sed alterum quod in manus scriptis quoq; est, magis probārim: pro, ad credendū mihi uos impelleret. Sed ad habendā fidem uerbis meis induceret. Tantū modo inimici imperiū & cruciatu corporis deprecor.]** Hæc nimiri uera lectio est. quāuis in Beroaldino sit, **Cruciatu corporis ut euadam, deprecor. Fuit credo qui nō intellexerit eleganti usum**

usum uerbi Deprecor, is ea quae supersunt adicit de suo. Atq; hoc deinde forte e spacio respicit in contextum. Nisi tamen intelligo illum supra quam ego sum, pe- tere. ] Alij Tatum pro Tamic legunt, quod magis plas-

GLAR.

Sententia. Scilicet ad uul- gus, quod nobi- litas plebis ani- mos iritasset de- sertos adflicto rege.

Præsidium Ro- manum.

Cum non dubi- taret de inuidia Iugurthæ.

ISOLD

His literis recitatis. ] id est cum hæc literæ recita- ta fuissent in senatu. Dicit, quid decreuerit senatus, post- quam literæ Adherbali sunt in senatu recitatae. Qui- dam fuerunt qui censerent, exercitum statim in Africam esse mittendum, & Adherbali subueniendum: interea in senatu decerneretur, quid esset faciendum de Iugurtha, qui legatis non obediuerat, sed fautores Iugurthæ impedi- uerant, ne hoc senatus consilium fieret. Decretum itaque est, ut legati ad Iugurtham mitterentur, qui ei minuerent uerbis senatus, ut ab oppugnatione desisteret. Quam primum. ] id est citò. Consulatur. ] id est de- liberaretur. Interim. ] uidelicet dum exercitus in Af- ricam mittitur. Summa ope. ] id est summa ui- uentium est. ] Nota enim in passiva significatione, ab enitor, id est conor. Ita bonum publicum commune ui- tium est, & ueritatem gratia priuata. Nam bonum com- mune fuisset, subuenire Adherbali, socio & amico pop. Rom. Ut in plerisque solet negocijs. ] sicuti fieri solet in multis rebus & negocijs. Gratia priuata. ] id est gratia quorundam, qui priuatum fauebant Iugurthæ, pe- cunia ab eo corrupti. Legantur. ] id est legati mittun- tur. Maiores natu. ] id est scilicet non, sicuti paulo ante, adolecentes. Amplius nisi honoribus. ] id est per- iurati magnis honoribus, ut consulatu: sicuti Scaurus, qui & consul fuerat, & princeps senatus. In quibus. ] id est in quibus. Hi. ] scilicet legati, triduo nauem ascen- dere, pro ascenderunt quia res erat in inuidia: & quia a Numidis obsecrati, scilicet fuerant. Res erat in inui-

et. Quamquam satis adhuc obscurus manet sensus, quem ego nò proorsus intelligo. Soldus exponit: Supra quam ego sum, id est, Numidiae regnum sine imperium, quod uestris est. Lector cogitet quid mali.

B

dia. ] id est in odio. Nam multi molestè ferebant, quòd Iu- gurtha tam scelcratus esset in Adherbalem, & tam su- perbus ut legatis non paruisset. A Numidis. ] qui ue- nerant ad senatum cù literis Adherbali. Obsecrati. ] rogati. Triduo. ] id est trib. diebus. Vitium. ] ea est ciuitas Africæ, quam Romani tenebant. Appulsi. ] i. aduecti. Literas ad Iugurtham mittunt. ] Cuius rei literas mittit: scilicet ut quæ celerrimè accedat ad prouinciam. Quam ocysimè. ] id est quam celerrimè: hoc est ualde & maximè celerrimè. Accedat. ] i. ueniat. Ad prouin- ciam. ] Sicuti supra dixi, ea pars Africæ quam tenebant Ro- mani, uocabatur prouincia, à porro & uincendo dicta. Ille ubi accepit. ] Ordo est. Ille, Iugurtha, primò cõuotus metu atq; libidine, agitatur diuersus. Vbi. ] pro postea quæ, accepit homines claros uenisse cõtra sui incaptum: quorum, scilicet hominum auctoritatem audiuerat polle- re Romæ. Cum, inquit, Iugurtha audiisset homines sum- mæ auctoritatis uenisse ad se, timere cepit. Sed tamen cum hoc timore erat inuicta libido perficendi quòd se- mel inceperat, uidelicet ut urbem Ciritham expugna- ret, & Adherbalem caperet. Cum ergo metus & libi- do Iugurtham agiterent, uicit tandem libido. Atq; ita circumdato exercitu Ciritham irrumperè conatus est: sed nihil perficere potuit. Pollere. ] id est ualere. Contra incaptus. ] i. cõtra conatum sui: uidelicet ut cogeret eum desistere ab inccepto, et à proposito suo. Metu atq; libi. ] Ipse declarat, & quid timeret, & quid cuperet: time- bat senatum, nisi paruisset legatis, qui uolebant eum ab oppugnatione

A oppugnatione Cirithæ desistere: cupiebat autem ipse urbem capere, priusquam ad legatos ueniret. Aduersus. ] id est in diuersas partes. Agitabatur. ] id est commo- uebatur. Porro. ] id est deinde. Cupidine. ] id est eu- piditate. Ad incceptum scelus. ] uidelicet ut Ciritham urbem expugnaret, & Adherbalem caperet atq; necaret. Rapiebatur. ] ferebatur, ducebatur. Vicit tamè in aui- do ingenio prauum consilium: quia deliberauit prius ex- pugnarè urbem, si nullo modo posset deinde ad legatos ue- nire. Irripere. ] id est per unum ingredi. Nitiur. ] conatur per oppugnationem ingredi. Maximè sperans. ] sperabat Iugurtha, se posse urbem aut ui aut dolis capere, si hostes diuiderentur inter se, nec in uno loco simul omnes pugnarent, sed separati urbem diuersi in locis defende- rent: hoc est quod dicit. Maximè sperans de ducta manu hostium aut ui, aut dolis, se casum uictorie inuen- turum. ] Deducta manu hostium, id est diuisa multiudi- ne hostium qui urbem defendebant, uidelicet ne in uno lo- co simul omnes pugnaret, nam Deduco significat diuido. Aut ui aut dolis. ] id est aut per unum, aut per dolos: quia quando simul omnes in uno loco pugnant, difficilium supe- rantur, & difficilium decipiuntur. Sed si multitudo diuisa est, facilius & ui uincuntur, & dolis decipiuntur. Quod ubi fecit procedit. ] Ordo est: Ille Iugurtha uenit in prouin- ciam cum paucis equitibus, ne amplius morando inten- deret. N. Scaurum quem plurimum metuebat. ] ubi, pro postquam, quod, id est illud scelus procedit, neq; potest ef- ficere id quod intenderat, scilicet uti potiretur Adherba- lis, priusquam conueniret legatos. Senus patet. Secus procedit. ] id est aliter euenit, scilicet quàm putabat. nã sperabat posse urbem capere, aut quam legatos conueniret, sed non potuit. Intenderat. ] id est cogitauerat, & conatus fuerat. & declarat quid sit illud quod intenderat, uolebat enim priusquam legatos conueniret, capere Ad- herbalem. Cõueniret. ] id est alioqueretur. Adher- bali potiretur. ] id est Adherbalem caperet, & eum in potestate suam redigeret. Amplius. ] id est diutius. N. Scaurum. ] principem legationis. Incenderet. ] id est exagitarè, irritaret. In prouinciam. ] dixi antea quid sit prouincia. Venit in prouinciam. ] uidelicet Ro- manorum, ad legatos. At tametsi. ] Ordo est: Ac, id est etiam legati frustra discesserunt cõsumpta multa ora- tione. Tametsi, pro quamuis graues minime nunciabantur ei uerbis senatus. Quod. ] pro quia, non desisteret ab oppugnatione: quamuis legati ex parte senatus exmitter- minarentur Iugurthæ, quia nò desisteret oppugnare Ad- herbalem: tamen nihil fecerunt, sed frustra discesserunt. Ea. ] Ordo est: Italici, uirtute quorum mœnia defensa- bantur, cõfisi se fore inuictos per magnitudinem pop. Rom. facta deditioe suadent Adherbali, uti tradat se & oppidum Iugurthæ. ] suadent, ut dico fecerunt hoc, postquam ea sunt audita Cirithæ, ut pacificatur tantum ui- tam ab eo. Et dicebant, de cæteris fore curæ senatus. Qui urbem Ciritham defendebant, magna ex parte erant Ita- lici. Igitur hi, cum uiderent legatos frustra discessisse, nec se auxilij Adherbali esse relicta, suadent ei, ut se & urbem Iugurthæ tradat, hoc pacto, ut uitam sibi relin- quat. Adherbal quamuis crederet Iugurtham fidem non esse seruaturum: tamen quia illi Italici, qui hoc suadebant Adherbali, cogere etiam poterant si ille nollet, fecit sicuti illi hortabantur, & tradidit se Iugurthæ. Quo factò, sta- tim Iugurtha contra fidem Adherbali interfecit. Ea. ] i.

illa res: uidelicet quomodo legati frustra discessissent, re infecta. Cõfisi. ] Sperabant Italici, si deditio fieret, se nihil mali passuros esse, sed fore omnino inuictos à Iu- gurthæ: quia erant Italici, sub imperio Rom. constituti. Tantum ab eo uitam pacificatur. ] i. solium ex pacto uitam petat. De cæteris rebus. ] Italici dicebant: Adherbal, si uita seruauerit, satis est. cætera senatus curabit. At il- le. ] Ordo est: At, i. sed ille fecit deditioem, ita ut Italici cõ- fuerant: quia potestas cogendi erat penes eosdè, si ille ad- uerfaretur. Tametsi. ] pro quamuis, ille rebatur omnia potiora fide Iugurthæ. Adherbal quauis de fide Iugurthæ dubitaret, uidelicet illum nò seruaturum id quod promitte- ret: tamen quia uidebat fore, ut si nollet, cogere per unum ab ipsis Italici, tradidit se & urbem Iugurthæ. Tametsi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur. ] id est, quauis pu- tabat omnia esse meliora quàm fidem Iugurthæ, uidebat Adherbal se nihil peius facere posse, quàm se fide Iugur- thæ cõmittere: quia sciebat illi nò esse seruaturum fidem. Pe- nes eosdè. ] i. apud eosdè. Italicos: quia si nollet Ad- herbal tradere se & urbem Iugurthæ, sicuti uolebat, ipsi- um coegissent, uel ipsi urbem tradidissent. Necat. ] interfecit. Dicit quid fecerit Iugurtha, postquàm Adherbal in urbem tra- didit. Primò ipsum Adherbal interfecit, deinde oēs Nu- midas adultos, & negociatores qui armati descenderant urbem Italicos seruauit, quia timebat Romanos. Omnes puberes. ] i. adultos. Puberes dicuntur, qui ad cætatem uenerunt, ut in primò barbæ lanuginè emittant. Omnes Numidas. ] uidelicet qui habitabant Cirithæ. nã Cirithæ est ciuitas Numidarum. Negociatores. ] qui non erant ci- ues, nec incolæ Cirithæ, sed aduenæ & peregrini: qui ta- men & ipsi urbem defendauerant. Promiscue. ] i. mix- tim, pariter, sine differentia: quia sic peregrinos, sicuti in- colos, necauit. Vti quisq; armatus obuius fuerat. ] sicuti quisq; armatus sibi resisterat in expugnatione urbis.

BAD.

His literis recitatis. ] i. postquàm hæc literæ Adherba- lis fuerunt recitatae: fuerunt, supple nonnulli inter senatores qui decernerent. i. sanciperent: exercitum mittendum, supple esse quam primum, i. ualde citò, in Africã cõtra Iugurtham sub- ueniendū esse quam primum, id est festinantißimè, Adher- bali amico & socio Romanis imperij: & sup. q. consulere- tur. i. consilium caperetur interim de Iugurtha, id est quid fieret in eò: quonia non paruisset, hoc est nò obediisset: legatis, scilicet Romanis ad dirimendam litem & regnū condi- diuidendum missis. Sed enim, id est elaboratū est: summa ope, id est tota facultate & potentia: ab ipsè fautoribus, re- gis, scilicet Iugurthæ, à quib. prius aditus dicitur esse ta- le decretū, scilicet de mittendo in Africã exercitum fieret, scilicet de senatu. Ita, id est sic, aut in tantum: boni publici, id est decem & conscriuati imperij Romani: deuotum, supple est gratia priuata, id est per gratiam & fauorè paucorū, scilicet potium: ut solet, supple de uicini in plerisque. i. plurimis negocijs: tamè, i. nihilominus: maiores natu, i. seniores & nobiles: nisi magnis honoribus, i. summißimis magistratibus: legantur in Africã, i. in Numidiam: in quib. pro in quibus. i. inter quos fuit Marcus Aemilius Scaurus: de quo me- morauimus supra, existens homo cõsularis & tum, id est tunc princeps potens in senatu (principem alcius colligij Galli, uulgo Decanū aut principalem uocet) hi ascen- dere nauem triduo, i. intra tres dies, postquàm ad legationem designati fuerat: hoc autè ita mutare fecerunt, quia Iugur- thæ erat in inuidia. i. odio. nulli. n. molestè ferebant, q. lega- tis Romanis nò paruisset simul, i. & insuper obsecrati,

id est per sacra rogati erant à Numidijs. flegatis Adherbalis. Deinde postquam accenderunt nauē, ipsi appulsi, s. à uētris: hoc est, aduēti (ubi notabimus imperitiā eorū qui dicunt, Appulsi aut applicui, pro appulsi & applicui est, sunt enim actiua unde recte dixit Maro Anecd. 3. Hinc me digressum uestris Deus appulit oris.

**Et Comicus:** Animum appulit ad scribendam Vticam. i. ad ciuitatem illam Aproricā (quam Romani tenebant, & ubi Cato minor sibi mortē cōsēuit. unde postea Vticēsis dicitur est) mittunt literas ad Iugurtham: mandantes, supple ut ipse accedat quādam ocysimē. i. euēstigio uisū literarū: ad prouinciā, i. in eam partē Aproricā, quam deuicta Carthagine Romani tenebāt (Nouum est, prouinciā dici, quod procul à Roma uicta sit, et imperio adiecta: ad quā in fide tenendam mitterentur interdū pro consules, quod, quia difficilis erat, prouincia erat, quotiens rem difficilem dicere uellent prouinciā difficilem dicerent: & mandantes se missos ad eum, s. Iugurtham ab senatu, s. Romano. Ille, s. Iugurtha ubi accepti. i. intellexit homines, claros. i. nobiles & illustres: quorum auctoritatem audierat poltere. i. plurimū posse in senatu uenisse cōtra inceptū suū. i. ad impediendum expugnationē Cirithae, et necē Adherbalis: agitur primū diuersus. i. in diuersas sententijs: ex istis cōmotus metu ab Romanis, & libidine interficiendi Adherbalis. Quia timebat irā senatus, ni paruisset. i. obtēperauisset legatis. Porro, i. sed cōtrariū animus, supple eius: cecum cupidine, i. cupiditate: rapiebatur ad scelus inceptū, i. cedē Adherbalis. Tamen prauū consiliū aut propriū aut familiarium, s. ut incepta prosequeretur: uicē, hoc est plus potuit in ingenio auisū, s. uindicta eius regni. igitur, quia parere recusat: mittitur summa uirum i. per irruptionem in gredi: Civitatem, oppidum, in quo Adherbal erat obfessus: & hoc exercitū circumdato, id est undique circum muros adhibito, ut ex omni parte insultus fieret: sperans maximē sese inuenturum casum uictoriæ, id est saltem fortunam & casuale uictoriam aut uirum aut doctorem: hoc manu hostium, id est toto exercitū Adherbalis: diducit, id est in diuersa loca distributo. Sperabat enim aut speraturum se aliquos, aut colloquio habito corrupturum. Quod ubi procedit scelus, supple quā sperauerat: neque potest efficiere quod intendat, uidelicet ut potiretur Adherbalis, supple copia (aut potior etiam gentium regni, ut. Diu rerum potius sunt Lacedaemonij: sed illic quoque subaudi uidetur, Imperio, sicut, Venium est ad Dianā, supple eadem. Altera post Petri, supple festi) priusquam conueniret legatos, ut cum eis negocia tractet: ne morando, id est morā trahendo incenderet, scilicet ad irā amplius Scauri, quē metuebat plurimū: uenit in prouinciam, s. Romanorū cum paucis equitibus. Ac tamen, hoc est quāquam graues minae. i. cōminationes nūciabatur per legatos: uerbis, hoc est decreto & ex sententiā senatus: quod, i. quia ipse Iugurtha nō desisteret ab oppugnatione Cirithae: tamen multa oratione consumpta, hoc est frustra habitū dum incepti rationem & causas frivolas adduceret Iugurtha: legati. i. qui missi erant frustra, hoc est ad nullum cōmodum (ut Legati hic sibi participium. aliter enim nō recipere aduerbiū: nec cohereret frustra apte cum Discessere, non enim frustra discessere, hoc est abiuerunt Romā. Postquam ea sunt audita Cirithae Italici quos prius rogatos dixerat: & ex sententiā Soldi, ciues diximus: ubi malum Romanos dicitos. ) quorum uirtute defendebantur ab expugnatione moenia: confisi, hoc est sperantes deditione facta, id est si facerent deditionem: sese fore, id est futuros esse: inuiolatos, id est non esse uiolandos ab Iugurtha: propter magnitudinem populū Rom. suadent Adherbali: ut, id est ut tradat Iugurtha se & oppidum: pacis scatur, id est ex pacto prauo recipiat ab eorum: tantum, id est duntaxat: uitam, id est salutem & dicebant, curam senatus fore, i. senatum habiurum curam de ceteris, scilicet rebus eius, ut de regno. At, i. sed: ille, s. Adherbalis tamen rebatur, i. opinabatur omnia, supple esse potiora. i. firmiora & meliora: fide, i. fidelitate Iugurthae: tamen quia potestis cogendi erat penes eosdem, Italicos, si aduersaretur. i. cōtradiceret uellet. Quare unde illic Italici Respondeam, ex prouincia post diuisionem regni per legatos Cirithae, quasi pro praesidio impositū) facit deditionem, ita ut Itali censuerant, s. seruiata & recepta uita. Iugurtha facta deditione & oppido occupato: necat in primis, i. ante ceteros: Adherbalem: ex cruciatū. i. pennis affectum prius, quod se ueritū ante significauit: in quo etiam immunitas Iugurthae notatur, qui pennis cum sanguine poscit. deinde interficit omnes puberes. i. pubescentes prouincie. i. cōiuse & sine discrimine Numidas. i. de regno Numidiae: atque negotiatores. i. mercatores et operarios externos: uti. i. uel secundū quod quisque fuerat obtinuit. i. occurrit armatus. i. in armis: ergo per legē, à contrario sensu inermis, pepercit: an tamen Italici, ex hoc loco non constat.

**Eniſum est.** elaborati est. Cōsularis. Cōsul fuerat cō. M. Caecilio Metello anno V. C. 630. In senatu princeps. Princeps senae & legabatur à Cōsore, cui forte lectio obtigisset. L. Lu. Dec. 3. l. 7. A Numidijs. Iugurtha Adherbalis tulerat. Diducit manu. Iugurtham. Diuisus & attentatis Adherbalis copijs, ut undique, à menibus, hostes arcerent.

**Et quam primum Adherbali subucinidum.** Et Et, in duobus manuscriptis non erat. Interim de Iugurtha cōsuleretur. Sic in manuscriptis, nisi quod in Fabriciano & Viti, quod Gymnicus habet, additū in spacio erat. Summa ope enisum est, ne tale decretum fieret. In alijs Summa ope enisum, omisso uerbo substantiuo: & sic codices in membrana descripti. Legatur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplius honoribus usi. Legatum, Amplius honoribus, id quod frequens est apud Ciceronem. Operarum incuria hoc mendum irrepit, quamuis eodem modo codex Basilienſis. In quibus fuit M. Scaurus. In alijs M. Aemilius Scaurus. In quibus, pro inter quos dixit. Est enim Graecismus, quomodo in L. alio Tullius: Nisi in bonis amicitia esse non posse, pro, inter bonos. Et tunc in senatu princeps. ] Manuscripta duo, Senatus princeps. Quinquam utrumque recte, & utroque modo Cicero loquitur. S. & in inscriptione quadam Ariminensi, princeps in Senatu legitur: ubi alijs ferē, Princeps senatus. Lilius, Princeps (inquit) Senatus tertium lectus P. Scipio Africanus. Hoc genus honoris (ut in Africani uita testatur Plutarchus) tantum deferri cōsueuit, qui auctoritatem & gloriam maximis in reip. meritis, praesertantibusque rebus gestis essent consecuti. Sicut ad eum ab senatu missos. ] In manuscriptis est omnia coniunctio Que, quomodo & in impressis uelutitibus. Porro animus cecus cupidine, ad inceptum scelus rapiebatur. ] Manuscripta duo, Rapiebatur: ut subaudi, Iugurtham, sed utrum rectius, a liorum est iudicium. nam ego mihi non liquere fateor. Ac tamen si senatus uerbis minae graues nunciabantur. ] Sic in uetustis. Ac si quid ego iudico, elegantius adiectiū sequitur. Porro Senatus uerbis, pro nomine senatus dixit.

Quod

**Quod ab oppugnatione non desisteret.** In manuscripto quodam est praepositio omnia, quomodo Virgil.

— Mene incepto desistere uictam?

Sed praepositionem addas, necne, parum sanē refert. Caesar, oppugnatione desisti, inquit. Cicero: Quasi desisterim praeserta causa. Sic Caesar, consilio desistere, itinere desistere dicit. Cicero praepositionem interdum addit: Ut ab illa mente desisteret. Item: Cur sibi à causa desistere necesse esset. Adherbali uident, ut sese & oppidum Iugurthae tradat. ] Manuscripta, Vti sese & oppidum. Hic est peculiaris serē loquendi mos historicorum & Comicorū. Sallustius postea: Aqua modo sese & iumenta onerare. Idem: Vbi mihi condicione praebata, sese uitamque suā recipi condonauere. Idem in Catilin. Acquitate sese & reip. curabant. Si aduersaretur. ] Fabricianum, Aduersa

**Quod postquam Romę cognitum est, & res in Senatu agitari cōpē: idē illis ministris regis interpellando, ac sapē gratia, interdum iurgijs trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant.** Ac ni C. Memmius tribunus plebis designatus, uir acer & infestus potentiae nobilitatis, populū Rom. edocuisse id agi, ut per paucos factiosos scelus Iugurthae condonaretur, profectō omnis inuidia prolaranda cōsultationibus dilapsa foret. tanta uis gratiae atque pecuniae regis erat. Sed ubi Senatus delicti conscientia populū timeret, lege Sempronia prouinciā futuris consulibus Numidia atque Italia decretae sunt, Consulesque declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius. Numidia Calpurnio, Scipioni Italia obuenit. Deinde exercitus qui in Africam portaretur, scribitur. Stipendiū, aliaque quae bello usui forent, decernuntur. Ac Iugurtha contra spem nuncio accepto (quippe cui Romae omnia uenire in animo haeserat) filium, & cum eo duos familiares ad Senatum legatos mittit: hisque, uti illis quos Hiempsale interfecto miserat, praecipit, ut omnes mortales pecunia aggrediantur. Qui postquam Romā aduentabant, Senatus à Bestia consulens est, placeretne legatos Iugurthae recipi mōnibus, lique decreuere, nisi regnum ipsūmque deditum uenissent, ut diebus proximis decem Italia decederent. Consul Numidia ex Senatus decreto nunciari iubet. Ita infectis rebus illi domum discedunt.

retur: quod antiquitatem magis redolet, quam unice obseruat Crispus. Iugurtha in primis Adherbalem ex cruciatum necat. ] Fabricianum, igitur Iugurtha in primis. Perperam hoc in impressis omisum uidetur, quum mirē interim ad sententiā faciat: quāuis non sit in Merſuburgensi atque alijs.

**Sed ab istē illis faueribus reg. summa ope enisum est.** Enisum est, dixit passuē, tanquam Enitor esset passuum, ut supra Interpretatum ab Interpretor. Triaduo nauim ascendere. Idem Soldus Triduo exponit, id est, tribus diebus. Rectius Badius, triduo, id est intra tres dies, postquam ad legationem designati erant. Deinde uerō breui Vticam uenerē. Utica igitur in Romanas erat prouincia, quam accedere postea Iugurtham uisurum Legati.

**Quod postquam Romę cognitum est, & res in Senatu agitari cōpē: idē illis ministris regis interpellando, ac sapē gratia, interdum iurgijs trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant.** Ac ni C. Memmius tribunus plebis designatus, uir acer & infestus potentiae nobilitatis, populū Rom. edocuisse id agi, ut per paucos factiosos scelus Iugurthae condonaretur, profectō omnis inuidia prolaranda cōsultationibus dilapsa foret. tanta uis gratiae atque pecuniae regis erat. Sed ubi Senatus delicti conscientia populū timeret, lege Sempronia prouinciā futuris consulibus Numidia atque Italia decretae sunt, Consulesque declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius. Numidia Calpurnio, Scipioni Italia obuenit. Deinde exercitus qui in Africam portaretur, scribitur. Stipendiū, aliaque quae bello usui forent, decernuntur. Ac Iugurtha contra spem nuncio accepto (quippe cui Romae omnia uenire in animo haeserat) filium, & cum eo duos familiares ad Senatum legatos mittit: hisque, uti illis quos Hiempsale interfecto miserat, praecipit, ut omnes mortales pecunia aggrediantur. Qui postquam Romā aduentabant, Senatus à Bestia consulens est, placeretne legatos Iugurthae recipi mōnibus, lique decreuere, nisi regnum ipsūmque deditum uenissent, ut diebus proximis decem Italia decederent. Consul Numidia ex Senatus decreto nunciari iubet. Ita infectis rebus illi domum discedunt.

**GLAR:**  
C. Memmius tri-  
bunus plebis.  
Euphronem.  
Apparatus bel-  
li primum susce-  
pit aduersus Iugurtham.

**SOLDI.**

**Quod postquam.** Cum (inquit) Romae cognitum esset, quid efficeret Iugurtha, uidelicet quomodo Ciritham per deditionē accepisset, & contra fidem Adherbalem regem necasset, & cedē ingentem hominum perperasserat: senatus tractare cepit, quid de ipso faciendum esset. Fatores Iugurthae, ne aliquid decerneretur, elaborabant: tempus & gratia & contentione quantum poterant trahabant, & atrocitatem facti Iugurthae mitigabant. Quod post. ] Ordo est: lidem illi ministris regis leniebant atrocitatem facti interpellando, & trahendo tempus. Sapē gratia, interdum iurgijs: postquam quod, id est illud est cognitum Romae: & postquam res cepit agitari in senatu. Agitari. ] id est tractari, discutiri. Ministris. ] id est fautores, qui corrupti erant pecunia. Interpellando. ] id est impediendo. Interpellare proprie est, mediā alterius orationem uel actionem interrompere. Sapē gratia: quia nonnumquam fautores reges senatores, priuatim benignē & suppliciter rogabant, ut amore & gratia sui nihil contra Iugurtham decernere uellent. Interdum iurgijs. ] id est contentioneibus: quia fautores regis aliquando non priuatim, sed publice in senatu causam Iugurthae defendebant, aperte resistentes his qui aliquid contra Iugurtham dicebant esse decernendum. Trahendo. ] id est prolongando, prolatando. Atrocitatem. ] asperitatem, inuidiam. nihil enim tam asperum & tam graue est, quod diuturnitate temporis leue &

molle non fiat. Ac nisi. ] Ordo est: Profectō omnis inuidia foret dilapsa prolatandis cōsultationibus (tanta erat uis gratiae, pecuniae regis) nisi Caius Memmius designatus tribunus plebis, apposituē: uir acer, et infestus potentiae nobilitatis: edocuisse populū Romanum, id agi, ut scelus condonaretur Iugurthae per paucos factiosos. Tribuni plebis primum creati fuerunt ad defensionem plebis contra ius consulum & nobilitatis. horum tribunorum magna erat potestas, adeo ut si totus senatus aliquid decerneret, solus tribunus plebis intercedendo illud impediere possit. Cuius ergo C. Memmius tribunus plebis designatus, uideret maiorem partem senatus & nobilitatis iudicia corruptam, ut scelus Iugurthae impunitum relinquere, populū ad cōsuetudinem uocauit: & ei exposuit, quē admodum per paucos potentes & amicos Iugurthae id tractaretur, ut scelus Iugurthae impunitum relinquere. Quo factum est, ut senatus populū timeret. Itam decerneret, ut consul cum exercitu in Africam mitteretur cōtra Iugurtham. Et hoc est quod dicit: Tribunus plebis designatus, id est electus & creatus, non enim inierat magistratum, sed tantummodo creatus erat tribunus plebis. Acer. ] id est fortis & uehemens. Infestus potentiae nobilitatis. ] id est aduersus & contrarius potentiae nobilitatis. Memmius moleste ferebat tantā esse potentiam Iugurthae, ut prouincijs regeret, et totā reip. pro arbitrio suo gubernaret: idē erat aduersus & inimicus potentiae nobilitatis.

V 3. id agi. ]



Id agi. ]i. tractari. Iugurthæ scelus condonaretur. ] i. ut Iugurthæ scelus non puniretur. nam scelus dicitur condonari, quando impunitum relinquitur. Omnis inuidia prolatandis consultationibus dilapsa foret. ] Vnumquodque scelus, quando recens est, atrox & indignum & punitione dignum videtur: sed si in longum punitio differatur atque protrahitur, per diuturnitatem temporis atrocitas sceleris & inuidia minuitur. Fatores igitur & amici Iugurthæ, quotiens in senatu de ipso agitabatur, dabant operam ut nihil decerneretur, sed in aliud atque aliud tempus differretur: & ita tempus deliberationis prolongando, sensum atrocitatem facti Iugurthæ & inuidiam minuebant. Omnis inuidia. ] i. odium. Prolatandis consultationibus. ] i. prolongandis & protrahendis deliberationibus. Dilapsa foret. ] i. effugisset. Sed ubi. ] Ordo est: Numidia atque Italia provinciæ decreta sunt iuris consilium lege Sempronia. Vbi. ] pro, postquam, Senatus timet populum conscientia delicti. Provinciæ populæ Romani gerebantur alia per consules uel proconsules, alia per prætores: digniores provinciæ gerebantur per consules. Sempronius Gracchus consul legem tulit, ut Italia & Numidia provinciæ regerentur per consules. Cùm ergo Senatus intellexeret, populû per C. Memmii tribunum plebis esse cõmotum: emere cepit. & statim decreuit secundum legem Semproniam, ut qui proximè consules electi essent, Consules declarati sunt, P. Scipio Nasica & L. Calpurnius Bestia. ] hi provinciis inter se partiti sunt: Calpurnio Numidia, Scipioni Italia per sortem euenit. Delicti conscientia. ] nam quia Senatus sciebat se peccasse, propterea timebat populum. Sciebat enim Senatus partem maiorem à Iugurtha esse corruptam: & ideo non puniri scelus eius, quemadmodum & iusticia & dignitas populæ Romani exigebat. Et hoc erat delictum. Decreta. ] i. deliberata. Deinde exercitus. ] Ostendit quanta celeritate prouiderit Senatus contra Iugurtham, postquam timere cepit populû. Portaretur. ] i. nauibus ueberetur per mare. nam mare diuidit Africam ab Italia. Stipendium. ] Stipendium dicitur merces & præmium militare. Vbi. ] i. utilitati. Decernuntur. ] deliberantur, statuuntur. At Iugurtha. ] ita quidem Senatus decreuerat, ut consul cum exercitu contra Iugurtham in Apfricam iret. Sed Iugurtha cùm hoc intellexisset, filium suum & duos familiares legatos misit ad Senatum. Ordo est: At Iugurtha mittit filium, & duos familiares, cum eo legatos, ad Senatum, nuncio accepto contra spem: quippe, pro quia: cui hæserat in animo, omnia ueniam ire Romæ. Contra spem nuncio accepto. ] i. cùm nuncium accepisset contra spem, quia non sperabat Iugurtham, quod senatus contra se exercitum mitteret: quia hoc fixum habebat in animo, quod omnia Romæ essent uenalia, i. omnia Romæ uenderetur. Cùm ergo Iugurtha hoc haberet in animo, quod omnia Romæ uenderentur: sperabat se pecuniam posse redimere impunitatem sui sceleris, quia Adherbalem primò regno spoliarat, postea interfecerat. Sed ubi uidit Senatus decreuisse ut exercitus contra se mitteretur, statim legatos ad eum misit. Cui hæserat in animo. ] i. cui fixum erat in animo. Et quid erat fixum? hoc quod sequitur: uidelicet, Omnia ueniam ire, i. omnia uendi Romæ. Veniam ire. ] i. uenire, hoc est uendi. Hic. ] Ordo est: Et præcepit his, scz legatis, ut ipsi aggrediantur omnes morta-

les pecunia: uti, pro sicut: præcepit illis, s. legatis, quos miserat, scz Romanis, interfecto Hiempsale. Iugurtha totâ suam spem habebat in pecunia sua, & auaricia Romanorum nobilium. Dicit ergo Iugurtha, sicuti quando Hiempsalem interfecit, legatis quos Romanis misit, præcepit uti corrumprent pecuniam quoscuque ciues nobiles possent: sic etiâ præcepit his legatis, quos nunc misit. Omnes mortales aggrediantur pecuniam. ] i. omnes homines pecunia corrumpere tentent. Qui. ] Ordo est: Senatus est consulus à Bestia consul: ne, si an placeret, legatos Iugurthæ recipi moribus, postquam qui, i. illi aduentabat Romam, Bestia consul cùm audisset legatos Iugurthæ Romam appropinquare, Senatum conuocauit, & eum rogauit, an placeret quod legati Iugurthæ intra urbem reciperentur: Senatus decreuit, quod non reciperentur inter urbem, nisi uenissent ut regnum Iugurthæ & ipsum Iugurtham traderent & dederent populo Romæ, quod si non uenissent propter hoc, s. pro acio decem dierum ab Italia recederent. Aduentabant. ] i. appropinquabant. Consul. ] i. rogatus. A Bestia. ] L. Calpurnius Bestia consul erat, ut antea dixit. Moribus. ] i. intermaxima. Neg. ] scz Senatores. Ipsum. ] scz Iugurtham. Deditum. ] Dedit, est tradere. Ex Senatus decreto nunciari iubet. ] Consul iubet, ut legatis nunciatur, quem ad modum decreuisset Senatus. Insestis. ] i. non perfectis. Quid postquam Romæ. ] Commemoratur quid subsecutum sit, & Romæ agitarum post tam immanem ad herbas necem, dicitur: Quid, scz Adherbalem facta de ditione iniquissime cùm multitudine ciuium occisum esse ab Iugurtha, aut iussu eius, postquâ cognitum est Romæ: & res cepit agitari, i. disputari in senatu, hoc est ceperunt senatores disquirere quid contra Iugurtham faciendum decernerent: idem ministri, i. fautores inferentes regi, scz Iugurthæ: interpellando, i. interrompendo consultationem aut orationem de uisione Iugurthæ acceptat ac trabendo, i. protrahendo tempus & perendinando: sepe gratia & fauore, & interdum iurgij: linebat aut leuabant, i. mitigabant aut & mulebant aut atrocitatem facti, i. inuidiam & iram sumptam in Iugurtham, ob atrocitatem facti eius. At, i. sed: ni, hoc est nisi Catus Memmii designatus, i. in proximum annum pronuntius tribunus plebis existens uir acer & infestus, hoc est uim inferens: & obstitens potentie nobilitatis, i. nobilium: edocussset populum Romanum id agi, hoc est prætendi: ut scelus condonaretur, i. ignosceretur & remitteretur Iugurthæ per paucos factiosos, scz potentes de eius factione: profectò, hoc est reuera: omnis inuidia foret, i. iussisset dilapsa, hoc est ex animis omnium lapsa, & ita perisset in protelas dis, hoc est differendis consultationibus, i. dum consultationes factæ in senatu, de eo totiens proferuntur. Tanta, hoc est tam ingens erat uis, i. magnitudo & potentia: gratia, hoc est fauoris atque potentie regis, Iugurthæ. Id aut per modû acclamationis dicit. Sed ubi, hoc est postquâ senatus timet populum, i. tumultu & seditione populis conscientia, i. propter conscientia delicti. Iugurthæ, quod sibi motu esse sciebat, & ita ad se pertinere ut id uindicetur: ideo, sup. provinciæ, uidelicet Italia, quæ erat obseruanda: & Numidia, quæ erat in potestate Romæ. reuigenda: sunt decreta, i. decreto designata futuris Cos. & hoc lege Sempronia, i. per legem quam Sempronius tulit: ut si quando bellum timeretur, consules futuri in provinciis designarentur: ideo aut futuri, ut interea apparatus omnes mortales

A  
B  
B AD.  
C  
E

instruerent. Consules sunt declarati, i. præconis uoce post comitia in futurum annum pronuntiat, s. P. Scipio Nasica & L. Calpurnius Bestia, Numidia obuent, i. sorte data est aut cõgigit Calpurnio, scz Bestia cognominato: & Italia obuent Scipioni, s. Nasice. Deinde scribitur exercitum, s. à cõsulibus: qui portaretur, s. nauibus. i. ueberetur in Apfricâ, s. in Numidiâ, quæ est pars Apfricæ: & stipendium: præcium militare: & alia quæ forent usui bello. i. ad bellum: decernuntur, scz à senatu ipso consuli. At Iugurtha accepto nuncio contra spem, i. cõtra id quod sperauerat: quippe, id est ut potes: cui hæserat, id est fixum & omnino exploratum erat in animo: omnia ire ueniam, i. ut uendantur, i. omnia esse uenalia Romæ: & tamen intellexerat, quod iam sibi hostes, & decretum in se factum: mit filiū, s. suum, & cum eo duos familiares legatos, id est eaduceutores (quos uulgus Ambasiatores uocat) Et ipse præcepit his, filio & legatis illis familiaribus suis: uti, id est quemadmodum, supple. præcepit illis quos miserat, scilicet Romam: interfecto Hiempsale, i. postquam Hiempsal erat interemptus: uti, id est ut aggrediantur, id est adoriatur quasi ex insidijs: omnis mortales, i. omnes homines: pecunia, id est donis pecuniarijs. Aggredimur pro præ uo, uti: terribilitas: dormiri clam, & ex insidijs. Quia uerò difficile est in tali ro quemlibet pecunia capere, ideo Aggrediantur dixit. Sanè adnotabimus, non esse de necessitate accusatum tertie exire in his, licet genuinus ium habeat: sed id tunc fieri decenter, quando dubitari possit, an alterius fit castus: ideoque ubi accusatus additur in his, potius exhibit in erant, Omnes mortales. Qui postquam Romam aduentabat. ] Prosequitur ceptam historiam de legatis missis ab Iugurtha, docetis quemadmodum exclusi sint: ut pateret ut hoc ordine. Qui scilicet legati Iugurthæ: Postquâ aduentabant, id est ueniendo accedebant Romam, senatus est consulus à Bestia, placeret ne, id est an placeret legatos Iugurthæ recipi moribus, id est intra mania. Et hi, scilicet senatores (cùm prius senatus dixisset, ad significationem respiciens) decreuerit ut legati (nisi uenissent: deditum, id est dedituri in potestatem pop. Rom. Est autem supinum uerbum deditum) regnum, scilicet Numidiæ & ipsum Iugurtham) decederent Italia (ubi Decedo gratia prepositionis ablatiuo constructur) in decem diebus proximis, id est intra decem dies proximos. Consul iubet, s. inferioribus magistratibus: nunciari, scilicet ut decedant ex Italia, & decedat senatus: & ita illi, scilicet legati discedunt domum, id est in regionem suam: rebus, scilicet Iugurthæ insestis, i. non factis, hoc est, nemine per largitiones corrupto: quia non fiebat conueniendi potestas. C. Memmii ] hi est, qui postea, cùm peteret consulationem à Saturnino tribuno plebis fuit interceptus, ut Lilius libro 69. Cicero in Oratione 4. in Catilinam, Orosum libro 5. cap. 17. Florus libro 3. & Appianus Bellorum ciuiliū libro 1. literis mandauerunt. Illud notandum, errare Auctorem de uiribus illis, qui scribit, Memmium (est ibi perperam Nummium pro Memmii scriptum inuenimus) tunc prætare candidatum competitorum Glauciam fuisse. cùm cõset, eo tempore Memmium & Glauciam fuisse consules candidatos. fuit Memmii mediocri orator, ut ait Cicero in Bruto. Docuisset. ] productus fortasse in concionem ab aliquo tribu plebis, si ipse, cùm nondum magistratum inisset, aduocande concionis ius non habebat: non enim licebat nisi magistratibus conuocare ad concionem populum: quod aperte declarat Lilius Deca-

dis 4. libro 9. Maiores ueltri ne uos quidem, nisi cùm aut uexillo in arce posito comitorum causa exercitus edictus esset, aut plebi concilium tribuni edidisset, aut aliquis ex magistratibus ad concionem uocasset, forte terneret, coire uoluerunt. Lege Sempronia. ] C. Sempronius Gracchus, de quo supra diximus, legem tulit, ut quotannis senatus duas provinciæ consulares decerneret. Cicero de Provincijs consularibus: Decernende nobis sunt lege Sempronia due, scilicet provincie. & pro Domo sua ad Pontifices: Tu provinciæ consulares, quas C. Gracchus, qui ueniam maximè popularis fuit, non modo non abstulit ab senatu, sed etiam ut necesse esset quotannis constituere per senatum, decreta lege sanxit: eas lege Sempronia per senatum decretas rescidisti? Sallustius igitur inquit: Cùm necesse esset, ut senatus duas provinciæ consulares (ita enim uidebat lex Sempronia) decerneret, Italiam & Africam consilium futuris decreuit. Declarati. ] disignati, consules designabantur sex menses ante, quàm consulatum inirent: ut ex Cicrone, & maxime ex Asconio colligimus. hic enim in expositione orationis 2. cõtra Verrem ait, comitia consularia fuisse 6. Cal. Augusti. & consulatus inibat eo tempore (ut supra diximus) Calendis Ian. uerim haud semper idem mos fuit, ut docet Lilius et Dionysius. nam sæpe cum in mos fuit, magistratum inirent, nec eodem semper die, quin etiam nec eodem mense, ut fuisse apud Liliū & Dionysium uidere poteris. P. Scipio Nasica & L. Calpurnius Bestia. ] Hic P. Cornelius Scipio Nasica pronepos fuit eius qui uir optimus à senatu iudicatus est: filius autem eius, quæ priuatus Tib. Gracchum inirent. quidquid scribit Valerius Maximus lib. 7. cap. 5. nam ita confundit historiam, ut cum non solum Patricius, Cicero, & omnes alij coarguant: sed etiam temporis ratio, de his Scipione & Bestia hæc Cicero in libro de Claris oratorib. literis mandauit: P. Scipio, qui est in consulari mortuus; non multum ille quidem, nec sæpe dicebat: sed & Latine loquendo cuius erat pars, & omnes sale facit: s. superabat. eius collega L. Bestia bonis in ijs oribus tribunatus (nã P. Popiliū & C. Gracchi expulsum sua rogatione restituit) uir acer, & non inferioris tristis exiis habuit consularis, nam inuidiosæ lege Manilia C. Gallus sacerdot, & quatuor consules L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, ciuemque prostantissimum L. Opimium Gracchi interfecit: & a populo ab solutus, cùm in contra populi studium fisset, Gracchi inuidias sustulerit. Hactenus Cicero, consules hi fuerunt anno ab Vrbe condita 642. uel si sequamur Orosum 639. Obuenit. ] uel forte, uel passione. consules enim plerumque aut comparabant inter se provinciæ, aut sortiebantur. Et res in senatu agitari cepit. ] Manuscripta, Agitari cepit. Quamquam idem est utrobique sensus. Cicero in Bruto: Quæ in urbe primum literis oratio est cepta mandari, pro, cepit, & 3. de Oratore: Post adhiberi cepta est ad ornatum etiam & dignitatem. Lilius, ab V. C. Sed contemni (inquit) cepti erant à finitimis populis, pro, ceperant. Vti per paucos factiosos, Iugurthæ scelus cõdonaretur. ] Sic & manuscripti codices, & ceteri uetustiores. atque ita mollis est. Quam duriter enim et asperè concurunt, factiosos scelus? Hoc quàm leue, non tamè prætereundum esse duci. Provincie futuris consilium Numidia atque Italia decreta sunt, consulesque declarati sunt P. Scipio Nasica, &c. ] & sunt, neutro habent codices manuscripti: & irrepsit ex glossa uidetur.

R I V.  
Sed

Sed & Consules ibi, nulla addita conuentione legitur, Cyppe cui Romæ omnia uerum ire in animo hæserat. ] Manuscripta duo, Venire habent: sed uulgata lectio melior, Venum ire. Id enim est, quod & initio dixit, & post repetit, Omnia Romæ uendita esse. Itaque permagnam Iugurtha in auaricia nobilitatis & in pecunia sua spem habebat. Ut omnes mortales pecunia aggrediantur. ] In quibusdam, Omnes mortales uti pecunia aggrediantur sit sit & ipse, legitimo dictionum ordine mutato. Quomodo Cicero: Vix ut intelligitur, inquit, pro, Ut uix. Sed & Sallustius postea: Alij signo dato locum uti desererent. Tamesti (ne quid distimulem) in manuscriptis nõ est. Ut, rectiusq; subaudiendū uidetur. Nec est eo in exemplari quod Ascensius excudit, castigauit Aleander. Nisi regnū ipsumq; deditumq; uenissent. ] In alijs, in regnum. ¶ Lege Senproniam. ] Que sit illa lex, mihi non constat: nec facti faciunt Commentarijs, quorum alter ait Sem

pronius Gracchus legem tulerat, ut Italia & Numidia provinciæ per Coss. regerentur. Badius aut Sempronium legem tulisse inquit, ut si quando bellum timeretur, Coss. futuri in provinciis desinarentur. Hæc ille. Atqui magis sollicitum me tenet, quomodo Memmius, designatus tantum Tribuni, populum edocuerit per nobilium auariciam Iugurthæ scelus condonari. Num concione aduocata, an per alius technas? At idem illud cum ait, Consul esq; declarati: quid illud Declarati, proprie hoc loco significet. Nam designati, i. in futurum animum pronunciaui, quod Badius exponit, non placet: cum statim hic Consul in Africam proficiscatur. Neque uerò ante initium magistratum in provinciis ire cõsueuerunt. Et ipse Calpurnius non ita multo post Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. Fieri potest, ut non integris annis, sed dimidiatis (quod quidam scriptis prodidere) ante designarentur, quam inirent magistratus.

GLA.R.

\* legat  
uobis.

In ultima ora  
Italice.

\* per Satoryram  
sententijs.  
Satyra lex.  
\* multi, cum

SOLDI.

¶ Interea. ] Dum legati Iugurthæ in Africã redeunt: Calpurnius Bestia consul exercitu præparato, eligit homines nobiles & potentes, quos secum ducat in Africã & in Numidiam. & ideo nobiles & potentes elegit, ut si quid minus laudabile fecisset, eorum auctoritate tegeretur. Parato. ] i. præparato. Legit. ] i. legit. Factiosos. ] i. potentes. Factiosos dicuntur, qui multos habent sui studiosos & complices, sibi adherentes. Quorum auctoritate qua deliquisset, munita fore sperabat. ] Sic enim solet euenire, ut si quis socium habeat magnum aliquem & potentem uirum, etiam si male faciatur tamen tolleretur, & recte factum putetur, propter auctoritatem potentis illius uiri, quem habuit socium. Munia. ] i. te. Et. ] Suprà memorauimus. ] Nam suprà mores Scauri descripsi. Memorauimus. ] i. diximus. Nam. ] Iterum dico, quod Calpurnius Bestia homines potentes eo

legit, quos secum duceret: ut si quis peccasset, eorum auctoritate se defenderet. Quia ipse cõsul habebat quidem multas uirtutes, sed habebat uinum auaricia, quo initio omnes uirtutes impediabantur: & ideo facile peccare poterat, ac propterea se potentibus uiris munerat. Artes. ] i. uirtutes. Præpediebat. ] i. impediēbat. Patiens laborum. ] f. erat. Acrit. ] i. uehementi. Belli haud ignarus. ] i. peritus belli. Firmissimus. ] i. fortissimus. Sed legiones. ] Dicit, quomodo exercitus in Africam transfuectus sit. Igitur. ] f. postquam exercitus in Africam traductus est. Commeatus. ] Commeatus dicuntur, ea que ad uictum sunt necessaria, uelut uictualia nunc appellantur. Sed ubi Iugurtha. ] Ita quidem Calpurnius Bestia consul cum exercitu Numidiam ingressus, multos homines & aliquot urbes cepit. Sed Iugurtha ubi hoc intellexit, legatos ad consulem misit, qui illum

illum pecunia corrumpent, & asperitatem ac difficultatem belli ei monstrarent: quo facto, statim animus ad auariciam pronus mutatus est. Ordo est: Sed animus æger auaricia, facile est conuersus ubi, pro postquam, Iugurtha cepit tentare, scilicet eum pecunia per legatos: & cepit ostendere asperitatem belli, quod administrabat. Pecunia. ] i. cum pecunia. Tentare. ] i. experiri. Administrabat. ] f. consilium. Animus. ] f. consilium. Aeger. ] id est infirmus. Auaricia. ] i. propter auariciam. Ceterum. ] consul accepit sibi socium M. Scaurum, ut omnia ex cõsilio & auctoritate eius faceret. Qui tamesti. ] id est infirmus. Auaricia. ] i. propter auariciam. Ceterum. ] consul accepit sibi socium M. Scaurum, ut omnia ex cõsilio & auctoritate eius faceret. Qui tamesti. ] id est infirmus. Qui f. Scaurus temē est abstractus à bono et honesto ad prauū, magnitudine pecunie: tamesti, pro quāuis ille acerrimè impugnauerat regē à principio, plerisq; exactiōe eius corrupti. Quis (inquit) Scaurus à principio regē impugnauest, & cū multi ex factione eius corrupti essent, ipse tamen corrupti non potuisset: tamē nūc ipse quoq; magnitudine pecunie simul cum consule corruptus est, & iusticia atq; honestate ad prauitatem deducendus est. A Principio. ] uidelicet quando ad herbarum Romanam uenit, & de Iugurtha in senatu conquestus est. Tunc. M. Scaurus contra Iugurthā in senatu sententiā dixit, eumq; uehementer impugnauit, plerisq; ex factione eius corrupti. Tūc multi ex factione Scauri corrupti fuerunt à rege Iugurtha, uel à legatis: sed Scaurus ipse corrupti non potuit. A bono. ] i. recto & iusto. Ad prauū. ] i. ad prauitatem et iniusticiā. Abstractus. ] i. deductus. Sed Iugurtha. ] Iugurtha à principio solimodo querebat hoc quomodo bellū protraheret, nec copiam pugnandi hostib. faceret: quia se inferiore esse intelligebat, ut si prælio uictus esset, regnū amitteret. Ergo à principio in hoc tantū elaborabat, ut bellum protraheret, & pugna subterfugeret. Sed postea quā Scauri pecunia corrupti, atq; illi negotij participē fecit, sperare cepit se pacē cum Romanis habere posse. nā consul omnia faciebat ex cõsilio Scauri, summa auctoritatis uiri. Scauri igitur pecunia corrupto, cum rex de pace sperare cepisset, statuit ad consulem ire, & præsens cum eo & Scawo tractare de omnibus que ad pacē pertinebant. Tantimodo belli morā redimebat. ] i. solimodo bellum protraheret & prolongabat, pugna subterfugiens. Precio. ] i. pecunia. Participē negotij Scaurum acceperat. ] i. posteaquā Scaurum pecunia corruerat, & negotij participē fecerat. Recuperandæ pacis. ] quæ amiserat bello sibi à Romanis illato. De omnibus pactionibus. ] i. pacis que ad pacē pertinebant. Agere. ] tractare cum eis, scilicet cū consule Calpurnio Bestia et Scawo socio. & participē omnium consiliorum consulis. Ceterum interea. ] Vide quod dicat: consul pecunia corruptus à Iugurtha, pacem ei se datum esse promiserat, si inter se conueniret: sed ut commodo de pace tractare inuicē possent, necesse erat ut ambo in colloquium uenirent. Igitur consul, ut Iugurtha ad se in castra ueniret, Sextum quaestorē suum misit in Vaccam, ubi erat Iugurtha, causa fidei: puta ut fidē Iugurthæ daret, quod sine periculo ad consulem in castra ueniret. Nam Iugurtha non uenisset ad consulem, nisi data ei fides esset à consule, per quā ueniret ad eū. Hæc igitur de causa consul Sextum quaestorē in urbē Vaccam misit, uidelicet ut fidē Iugurthæ daret: sed tamen simulauit se alia de causa consulmittere quaestorem. Finxit enim, se mittere quaestorem, ut frumentū acciperet, quod legatis Iugurthæ imperauerat, qui ad se uenerant, hoc autē ideo simulauit:

ne quis intelligere posset consilium suum: & ne quis deprehendere posset, illum à Iugurtha pecunia esse corruptum. Fidei causa. ] uidelicet ut Iugurthæ fidē daret, et promitteret illum tutum & inuolutum fore, si ad consulem in castra ueniret. Quaestor. ] Quaestores dicebantur, qui præerat pecunie publicæ, siue urbani, siue prouinciales essent, à querendis pecunijs nominati. Cuius rei species erat acceptio frumenti. ] Consul palam ostendit omnibus, se mittere quaestorem ut frumentum acciperet, quod antea legatis Iugurthæ imperauerat coram omnibus: sed tamen illi misit causā fidei. uolebat. n. consilium suū omnibus, paucis exceptis, esse occultū. Cuius rei. ] uidelicet quod quaestor missus esset in urbē Vaccæ. Species. ] i. color. apparebat. n. q. quaestor missus esset propter frumentū accipiendū, cū reuera missus esset propter fidem Iugurthæ præstandā. Quod Calpurnius palam legatis imperauerat. ] quoniam deditiois mora induciæ agebantur, Iugurtha per legatos suos consuli Calpurnio monstrauit se deditiois esse facturum: sed interea donec deditiois faceret, à consule petebat induciā: quas consul concessit sub hac conditione, ut certis quantitatē frumentū Iugurtha daret, et hoc est quod dicit. Tamē hæc omnia cõposita erant. ] f. ita à consule, iam corrupto, ut consiliū suū omnib. occultaret. Legatis. ] i. Iugurthæ. Nam supra dixit, Iugurthā misisse legatos ad consule. Quoniam deditiois mora. ] Quamobrem cõsul legatis Iugurthæ frumentū imperauit: quo iure hoc fecit? Quia cum legati inducijs peterent à consule, donec Iugurtha deditiois faceret, ille eas concessit sub hac conditione, ut Iugurtha certā frumenti quantitatē daret. aliter eas nequaquam concedebat. Deditiois mora. ] id est propter morā deditiois, donec Iugurtha se consuli dederet, induciæ agebantur. Igitur rex. ] quandoquidā data est ei fides per quaestorē. Constituerat. ] i. decreuerat. In castra. ] scilicet Romanorum. Ordo est igitur: Rex uenit in castra. ac ille locutus pauca præsentē cõsilio, de inuidia sui facti, atq; ut acciperetur in deditiois transiegit reliqua in Bestia & Scawo secretò. Vide quo cõsilio usus sit consul, ut uideretur facere de consilio omnium, id quod faciebat. Cum rex uenisset in castra, statim concilium nobilitatis & principū cõuocauit, ut toto præsentē concilio Iugurtha peteret quod uolebat. igitur Iugurtha præsentē consule & toto concilio, pauca quadam de inuidia sui facti locutus est. Deinde rogauit, ut in deditioem acciperetur. Et nihil aliud præsentē concilio locutus est: sed cetera separatim cum consule Bestia & Scawo tractauit. Deinde sequenti die consul iterum conuocato concilio, sententijs omnium quaesit, nunquid eis uideretur Iugurtha in deditioem accipiendum. Itaq; toto probante & assentiente concilio, Iugurtha in deditioem accipitur, hac conditione accipit hoc, ut xxx. elephantos traderet, & pecus, & multos equos, & parui quoddā pondus argenti: quia omnia quaestori tradita sunt. Præsentē cõsilio. ] Nam in exercituum deditio aliqua faciendā uel suscipienda esset, conuocabantur à duce exercitus capita. & princeps exercitus, ueluti quaestor, legatis, centuriones, & qui in exercitū alia qua præditi erant dignitate, uel qui aliquando magistratum aliquem gerissent. Et de cõsilio eorum faciebat, quod faciendum erat, si res per se uidebatur ut sententijs eorum exquireret. Transiegit. ] id est perfecit. Quasi per legatē Satoryram. dicendo Quasi, ostendit consuli hæc omnia simulasse. Nam consul simulabat se nihil facere uelle, nisi

de consensu consilij: quia lex Satyra est, que uno rogatu plura coninet. hoc modo plura: ut iugurtha fecus feriat, in deditioem iugurtha recipiatur, elephantos tradat, item omnes transiugus: tamen parua & pauca ad concilium referret, magna autem & multa secreta cum Scario perageret. Dicit ergo, tunc consulem conuocato concilio sententias omnium exquisiuisse, quasi legem Satyram seruare uellet, que iubebat ut dux & imperator exercitus sententias exquireret totius concilij, cum graue aliquid deliberandum esset: praesertim cum ipsa deditio facienda uel suscipienda esset. hoc autem ideo fecit, ut si sedus huius deditiois improbaretur a Senatu, sicuti improbatum est: culpam a se in concilium reijceret, & eam sibi cum omnibus esse communem ostenderet. Quasi si traduntur. ] quia quae sit pecunia publicam curat. Calpurnius. ] Dicit quid fecerit consul, composito bello, & pace data iugurtha. Romanus, inquit, Calpurnius profectus est, ut comitia haberet, in quibus magistratus futuri declararentur. Ad magistratus rogandos. ] Rogare legem, uel rogare magistratu est, cum quis populum rogat, & a populo petit ut eam legem quam fert, populus accipiat. & scisciat ac sanciat. Sic & rogare magistratum est, quom quis populum rogat, & ab ipso populo petit ut hunc uel illum magistratum creet: siue consul, siue praetor, siue quaestor, siue quicumque alius magistratus sit creandus. Quo factio, cum candidati, hoc est illi qui petebant magistratum, populo sigillatim supplicasset, ut sibi fauerent, tribus in suffragium mittebantur, & ita magistratus declarabantur. Erat autem populus Romanus in tribus triginta quinque diuisus. Cum populus ad ferenda suffragia conuocabatur, comitia dicebantur. In Numidia. ] ex parte iugurtha. Agitabatur id est agebatur, & erat.

BAD.

Interim dum legati in uia essent, Calpurnius, scilicet consul: parato, id est constituto & permisso sibi exercitui: legit, hoc est delegit homines nobiles, id est claros militum, & factiosos: quorum auctoritas, quia plurimum poterat, ipse sperabat ea que deliquisset in bello gerendos fore id est futura esse munita, id est tecta. Vbi si Vallae credimus, Munita nomen est: quia fore participij non datur potestatem autem nomen esse, quia dicitur Munitior & munitissimus. In quibus hoc est inter quos factiosos fuerat Scarius: de cuius natura & habitu, id est affectu & dispositione ad ingenio: nos memorauimus supra hoc est prius nam multa & bonae artes animi & corporis erant in consule nostro, scilicet Calpurnio: & ita poterat & consultare prudenter, ac facere matur & fortiter, sed non fecit. unde addit. Quas, scilicet bonas artes omnium: auaricia praeprediebat, ne scilicet operarentur bene & fortiter. Docet, quas artes habebat: quia erat patiens laborum, hoc est bene tolerans labores: & acris ingenio, & satis prouidens, & haud ignarus belli, & fortissimus contra pericula & insidias. Sed quasi dicat: Ut ad historiam redeamus: legiones, scilicet Romanae: supple missae sunt Rhegium, ad illud oppidum Calabriae (dicitur a Graeco ῥήγιον, id est abrupum, quod illic Italia ab Sicilia dirupta est. Et inde dicuntur ciues Rhegini, cum a regio oppido Galliae Cisalpinae Italicae dicantur Regiensis) & transuectam inde, id est Rhegio in Siciliam: porro, sed deinde transuectae sunt ex Sicilia in Africa. Igitur Calpurnius consul: paratis, id est comparatis in initio comitibus, id est ad uictum exercitus necessarijs: aggressus est acriter Numidia & cepit pu-

gnando multos mortales, id est homines: et aliquot urbes, id est oppida. Sed uel iugurtha cepit tentare, scilicet animi consulis pecunia: per legatos, scilicet missos & ostendere asperitatem, id est difficultatem belli, quod administrabat: animis, scilicet Calpurnijs: ager, id est imbecillitas auaricia, id est propter auaricia est conuersus facile, scilicet ad pecunia & in sententiam iugurtha. Caterum, id est sed: Scarius assumitur socius & minister omnium eorum filiorum, scilicet consulum, quibus Scarius tametsi impugnat regem acrimae a principio: plerique ex factione eius corrupti, id est cum tamen plerique essent corrupti qui erant ex factione, hoc est conspiratione eius contra fautores iugurtha. tamen abstractus est, scilicet tandem a bono & honesto: in prauum, id est in malum & in honestum. uidelicet in eum & equum pecunia uendere, & non uelut si paritida & incubatoris talem magnitudine pecuniae, hoc est propter magnitudinem pecuniae. Sed iugurtha redimebat, scilicet a consule & ceteris fautoribus tantummodo moribus: hoc est dilatione belli: exstimans, id est arbitrans se esse facturum interim dum bellum susperderetur: Roma aliquid, scilicet quod esset in re suam: precio aut gratia, hoc est fauore & precario: uero, pro sed: peiستا quam accepit, id est intellexit Scarium partem in negotio, scilicet quod cum consule habebat: ipse adducit in maximam spem pacis recipere: cum Romanis statuit, hoc est constituit & decreuit agere cum eis, scilicet consule & Scario: de omnibus factionibus, id est reb. cum eis pacifice praesens, hoc est coram & in praesentia eorum, uel cum esset praesens. Caterum Sextius, uir ille Romanus: quaestor, id est ordine quaestorij: qui uulgō reprobos dicitur. mittitur interea causa fidei, id est ut de fideiitate sua fidem, hoc est credulitate faceret: a consule, scilicet Calpurnio: in oppidum iugurtha, id est quod iugurtha in diuisione assignatus erat: Vacci, si nomine. Cuius rei, i. cuius legationis species, hoc est praetextus & apparetia erat acceptio frumtilij, i. ut inde frumentum acciperent quod, scilicet accipere frumentum: Calpurnius consul imperauerat palam, i. multis audientibus, ne quid mali suspicerentur: quonia induciae agitabantur, id est exercebantur mora, i. propter moram deditiois. Finagebat enim iugurtha se uelle dedere, & propter ea se abstinere a bello, donec de deditiois forma inter se conueniret. Igitur rex, scilicet iugurtha peruenit in castra: uti, hoc est quem ad modum constituerat: ac locutus pauca: concilio, id est prudentioribus exercitus: praesentis, id est audientibus de inuidia facti sit, id est quomodo summa inuidia secuta sit factum a se necessitate quadam compulso ad id: atque uel, id est ut acciperetur in deditioem, scilicet Romanorum: transiugus, id est perfecti reliqua que uolebat: secreta, id est sine arbitrio cum Bestia, scilicet consule & Scario. Deinde postero die sententias exquisitis ab exercitu: quasi per Satyram legem, que uno rogatu priusquam responderetur, multa simul & uaria comprehendit. ut, uelut sine, uelut sine cum iugurtha bellum componatur, elephantos tradat, & c. iugurtha accipitur in deditioem. Sed uti, id est quem ad modum erat imperatum: pro concilio, id est ante concilium prudentium: elephantum triginta, pecus, scilicet oues atque equi multi cum non paruo, id est magno pondere argenti traduntur quaestori, scilicet Sextio, pro reipub. Rom. Calp. praeficitur Romam ad rogandos magistratum, scilicet an consensu eorum & auctoritate confirmanda esset deditio facta: & ita pax agitabatur in Numidia

& in.

in exercitu nostro, quia Romani sperabat pacem: et Numidam simulabant, ut exercitus Rom. delictis corriperetur. Legit. ] Alteri Legat. & mea sententia reclus. Corruptus, id est iugurtha. Belli moram uidebat. ] nihil aliud primum petebat iugurtha eo precio, quo Bestia ceterosq; corruperat, nisi ut traberetur uell. Sextius. ] Fortasse is est, qui postea praerat Africa, cum Marius eo profugit. Appianus Bellorum civilium libro 1. Caterum & in antiquis lapidibus, & in Graecis libris semper ferē Sextius legitur. Fidei causa. ] ne dubitaret iugurtha in castra uenire. Legatis, iugurtha. Deditioes morae. ] Deditio enim inducias consul iugurtha imperauitq; palam frumentum, donec deditio fieret. Praesenti consilio. ] Praesentibus ijs, qui in consilium adhibiti fuerant. Quasi per Satyram legem sententias exquisitis, in deditioem accipitur. ] Diomedes Grammaticus lib. 3. & Festus in dictione Satyra legit: Quasi per Satyram sententias exquisitis, ut subaudiatur legem. est enim lex Satyra, uel Satyra (nam utroq; modo dicitur) que uno rogatu multa simul comprehendit. ut Diomedes & Pomponius Latus referunt. Festus ita inquit: Satyra est ubi genus ex uarijs rebus conditur, & est lex multis alijs referta legibus, multi igitur in quibus Praesens esse uidetur, hunc locum sic interpretantur: Praesens aduocatum est consilium exquisitis sententias, num placerent iugurtham in deditioem his conditionibus accipere, ut uidelicet elephantos triginta, pecus & equos multos, cum magno argenti pondere traderet. & ita his multis conditionibus quasi per Satyram legem, que & ipsa multa simul comprehendit, iugurtha in deditioem accipitur, alij ita exponunt: Quasi per Satyram exquisitis sententias, id est nullo ordine in sententias exquisitis seruato, nec ut seniores prius sententiam rogerentur: sed ut consuli ipsi libisset, quomodo aiunt Insuperantem in Praesentem Digestorum locum esse sparsum cum & quasi per Satyram collectum opus dixit. nam uariarum rerum mixturam sparsim & nullo ordine congestarum Satyram ueteres appellabant. sed haec alij iudicant. Quid si exponamus? Quasi per Satyram legem exquisitis sententias, id est consule & non explicatis conditionibus deditiois. nam uel lex Satyra uno rogatu multa simul comprehendit: sic tunc uno hoc rogatu, num uidelicet placeret, iugurtham in deditioem accipere, omnes deditiois conditiones comprehendebantur. Ut postea tamen intelligamus consilium ipsum (uti clam prius inter se conuenerat) pro consilio elephantos, pecus, equos & argentum imperauisse. ceterum supra pro Postero die antiqui codices habent, Postera die, nec me mouet, quod Varro apud Charisij, item Aconius, et Valla affirmant, diem duodecimum horarum esse generis masculini, nam sapientiam inuenimus feminini. Cicero de Diuinatione lib. 1. Ut ea ipsa die domum ad uesperam redijt. Ad Atticū li. 2. Nos in Formiano esse uolumus usq; ad pridie Non. Martias: sed si ante eam die non ueneris, et ad Q. Fratrem lib. 3. Quod antiquior dies in tuis fuisse adscripta literis. Liuius Decadis primae lib. 6. Exercitum inditō ad portam Exquiliam in postera die. Plinius Natur. hist. lib. 13. cap. 24. Mirum quod eadem die germinat, qua iniectum est. Ad magistratus rogandos. ] Ad creando magistratus. nam eius collega Nafica (ut supra uidimus ex Cicero) mortuus erat, & consularia praetoriaq; comitia haberi non poterant a praetoribus: ut docet Cicero Epistolarum ad Atticum libro 9. quare opus erat, ut Bestia consul rediret

ex Africa ad rogandum populum, ut crearet magistratus. aliter necesse fuisse interregem creari, qui uel alteri interregem prodiret, uel dictatorem diceret, ut saepe factū est. quod leges apud Diorysium Ant. Romanorum lib. 9. & Liuium Decadis primae lib. tertio, septimo, octauo, nono, & Decadis 3. libro 2. 5. 7. decimo, & alibi saepe. Quod autem ad elocutionem attinet, Rogare magistratus, est elegans dicendi forma, pro rogare populum, ut creet magistratus. Liuius lib. 1. ab Vrbe condita: Hodieq; in legibus magistratibusq; rogandis usurpatur idem us. et lib. 38. Comitia consulum rogandis fuerunt. Cicero de Diuinatione libro 1. Comitia consulum rogandis habuit. His annis quindecim. ] Sine dubio hic locus iniquitatus est. id enim tempus intelligit auctor, quod fuit a caede Tiberij ad Scipionem & Bestiam consules. eo enim tempore plebs Romana a nobilibus maxime oppressa est: multiq; perierunt defensores plebis. uerum inter P. Mutium Scouellum, quo consule est in bibliotheca Diu Saluatoris scriptum est, His annis duodecim: ut fortasse intelligat auctor id tempus, quod fuit a caede C. Gracchi & M. Fulcij.

RIV.

Interim Calpurnius parato exercitu legit sibi homines nobiles, factiosos. ] In Fabriciano est, Legat sibi: quomodo & exemplar habet Meschurgense, a uerbo legare. quem admodum Cicero saepe, uelut i Dolabella me sibi legauit, & Caesar Cestium sibi legauit. Item: Ego me a Pompeio legari ita sum passus. Item: Ipsi quos legatos tunc tibi legessi. & Ne legaretur A. Gabinius Cu. Pompeio expetenti. Facilis autem error fuit, minus immutatione literae. Quod ad ephepogiam attinet, legunt alij Calpurnium, addito spiritu. Sed Volaterranus alterum magis probat, qui cum origo ipsa nominis facit. Nam Plutarchus in uita Numae, & in uita uirgini, qui fuerint e Numae liberis, uis uatariis dicitos putat. Quorum autoritate quae deliquisset munito fore sperabat. ] Quid si legas? Impunita fore. Id certe sensus ipse persuere non uidetur, quamuis reclamantibus exemplaribus. Nisi munita posuim dicat, pro, uelut praesidio quodam confutata, et quasi in tuti collocata. Sed & supra: C. (inquit) Bebiun tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius & iniurias omnes munitio foret, pro, armatus & quasi septus atq; uallatus. Belli haud ignarus, firmissimus contra pericula. ] Sic & exemplar manuscriptorum, pro, Constans & intrepidus. Licet in nonnullis, Fortissimus contra pericula reperitur. In Africa transuectae sunt. ] rī sunt in manuscriptis nō est. In initio paratis commeatibus. ] Manuscripta non habent additam praepositionem In: quomodo & Cicero frequenter, ut in Epistolis: Quem admodum senatus initio censuit, & iterum: Redeo ad illud quod initio scripsi. Item alibi: Ipse qui initio proditor fuit, deinde per fuga. Acriter Numidia ingressus est. ] In quibusdam Aggressus est, pro, inuasis. Sed prior lectio est in manuscriptis. Multos mortales & urbes aliquot pugnando cepit. ] Legendum, Mortales. Nam sic ferē Sallustius. Porro peculiare est historicis Mortales dicere, pro hominibus, neq; id aed est apud Oratores frequens. Verum historici & uerbi & figuris poeticae

X. 2



micis exurgitis, atque etiam nunc timetis eos, quibus uos decet terrorem esse. Sed quamquam hæc talia sunt, tamen obuiam ire factionis potentiam animus subigit. Certè ego libertatem, quæ mihi à parente meo tradita est, experiar. Verùm id frustra an ob rem faciam, in uestra manu situm est Quirites. Neque ego uos hortor (quod sæpe maiores uestri fecerunt) uti contra iniurias armati eatis, nihil ui, nihil secessione opus est: necesse est uosmet ipsi more præcipites eant. Occiso Tiberio Graccho, quem regnū sibi parare aiebant, in plebem Romanam quæstiones graues habitæ sunt. Post C. Gracchi & M. Fuluij cædē, item uestri ordinis multi mortales in carcere necati sunt. Vtriusque claudis non lex, uerùm libido eorū finem fecit. Sed sanè fuerit regni reparatio, plebi sua iura restituere, quicquid sine sanguine ciuium ulcisci nequit, iure factum sit.

Occupatio.

Narratio calamitatum plebæ.

paratio.

SOL DI.

¶ Multa me debortantur à uobis Quirites, nisi studiū Reipub. omnia superet. ] In hac oratione Memmius hoc suadere populo Romano intendit, ut libertatē suam tueatur, & eam à nobilitate opprimi non patiatur: ut factū consilij puniatur non ui, neque armis, sed iudicio: ut uide licet quæstionibus & inquisitionibus ueritas inuestigetur, delicta opera ut iuguribus populo Romano dedatur, ut eius iudicio scelus detegatur. Sed in principio orationis beneuolentiam captat à persona sua, cum ostendit studiū suum in Reipub. & in eos ipsos qui audiunt. Multa me debortantur à uobis Quirites. ] Multa (inquit) quæ me debortantur atque deterrēt à studio defendendæ uestræ libertatis: sed amor meus in reipub. omnia uincit, & facit ut illa contemnam quæ me deterrēt à studio defendendæ uestræ libertatis contra nobilitatem. Multa me debortantur à uobis. ] i. multa me debortantur, & Quirites, à defensione uestri. Quirites. ] i. o Romani. Quirites autem dicti sunt uel à Curi hastis Sabinorum: uel à Curibus, quæ est ciuitas Sabinorum, postquam inter Romanulum & Tacitum regem Sabinorum fœdus percussum est. Nisi studiūm reipub. ] i. amor & uoluntas mea prona in reipub. superet, i. uincat. Opes factionis. ] hæc sunt quæ me debortantur à uobis, uidelicet opes factionis, i. potentia partis: uidelicet potentia nobilitatis, quæ est pars aduersa, contra quam uestram defensionem suscipio. Vestra patientia. ] Ac si diceret, Nobilitas potens est ad opprimendam uestram libertatem: & uos patientes estis ad tantam iniuriam tolerandam. Ius nullum. ] quia plebs labores sustinet bellorum, nobilitas honores possidet. Ac maximè, quod innocentia plus periculi quàm honoris est. ] Ecce probat quomodo ius nullum est: quia boni & innocentes plus periculi habent quàm honoris. Hoc autem dicit: Plebs bona & innocens pericula quidem & labores sustinet, sed nobilitas honores habet: quia magistratus & imperia & prouincia per nobilitatem gubernantur, plebs uerò ad bella gerenda detruditur, & ad labores ac pericula subeunda destinatur. Nam illa quidem piget dicere. ] Dixi quod potentia nobilitatis, & uestra patientia, & ius nullum, debortantur me à defensione uestræ libertatis: quia sunt & alia quæ me debortantur, sed piget dicere ea. Et quæ sunt illa? ] Hæc annis 15. superioribus multi ex plebe interfecti sunt à nobilitate, multi etiam uestri defensores perire, quos in ipso periculo deseruisti, & postea interfectos multos reliquistis. Cum ergo hæc in memoriam uenimus, debortantur me à studio uestræ defensionis: quia uideo uos deserere & parafacere uestros defensores. Nam illa. ] Dixi, quod illa me debortantur quæ supra posui: quia illa quæ sequuntur, sine labore & tædio dicere non possum. Ordo est: Nam, pro quia: me piget dicere

illa, scz quæ sequuntur, uidelicet quàm, pro quantum: siue ritus ludibrio superbia paucorum: & piget dicere quàm, pro quantum, scdè multi uestri defensores perierunt inulti. & ut, pro sicut, animus sit corruptus uobis ab ignauia & seordia, qui nec nunc quidem obnoxij inimicū exurgitis, atque etiā nunc timetis eos quibus decet esse terrorem. Commemorat Sallustius iniurias quas plebs accepit à nobilitate, ut ipsam plebem magis contra nobilitatem Romane urbis accendat, & non patiatur diuitijs optimi suam libertatem. Quam ludibrio fueritis superbiam paucorum. ] piget me dicere, quemadmodum superbia nobilitatis uos ludibrio habuerit & lacerauerit, ac pro arbitrio suo tractauerit iam quindecim annis, ex quo Tiberius Gracchus uester defensor interfectus est. Quam fœdè. ] i. cruentè. Multi uestri defensores perierunt. ] scz, Tiberius Gracchus primò, deinde C. Gracchus frater eius, & M. Fuluius. Quomodo perierint C. Gracchus & Fuluius, supra diximus. De Tiberio paulo post dicemus. Ut uobis animus. ] Plebem licenter arguit ignauia, ut eam accendat ad capestrandam libertatem. Obnoxij inimicis. ] i. obligati inimicis: quia timetis eos qui uos timere debent. & ideo quia timetis uestros inimicos, à quibus timendi estis, propterea non exurgitis contra eos, qui tot uobis iniurias intulerunt, & uestros defensores occiderunt. Timetis eos quibus terrorem decet esse. ] i. timetis eos, à quibus uos estis timendi. Sed quamquam. ] Ordo est: Sed tamen animus meus subigit me, obuiam ire potentia factionis: quamquam hæc sint talia. Quamuis, inquit, multa & magna sint quæ me debortantur à uobis, o Quirites: sicuti sunt hæc quæ supra monstrati: tamen animus meus erga uos, & erga reipub. uincit hæc omnia, & cogit me resistere potentia nobilitatis. Hæc talia sunt. ] uidelicet magna & grauiā. Obuiam ire. ] i. resistere. Factionis potentia. ] i. potentia partis aduersæ, nobilitatis. Subigit. ] i. cogit. Certè ego uolo, inquit, experiri libertatem meam, cõtra nobilitatem. Verùm. ] Ordo est: Verùm, i. scdè, est situm in uestra manu, o Quirites, an faciam id frustra: an faciam ob rem, i. o Quirites, in uestra potestate positum est, an experiar libertatem meam frustra, an utiliter. quia si me sequi uoueritis, & uestrum auxilium mihi præstauerit, utiliter experiar libertatem meam. Si autem me deserueritis, frustra & sine utilitate libertatem meam experiar. Ob rem. ] i. utiliter. Frustra. ] i. sine utilitate. In uestra manu. ] i. in uestra potestate. Situm est. ] i. positum est. Neque uos hortor. ] Ordo est: Neque ego hortor uos, ut uos armati eatis contra iniurias. Quod. ] i. quæ rem nostri maiores sæpe fecerunt, i. non hortor uos, ut ui & armis resistatis iniurijs, quas nobilitas uobis infert: sicuti fecerunt sæpe maiores nostri, nam exaestis iam re-

gibus plebs armata bis secessit à patribus in montem Aduentium, nec reconciliari potuit, donec ei Senatus postulata concederet. Causa autem primæ secessionis hæc fuit. Magna inter patres, i. senatum & plebem discordia erat, propter nexos ob es alienum. Nexi dicebantur, qui ita intersper seruiebant creditoribus, sicut, donec debuit persoluis sent. Nexi etiā dicebantur, qui propter debita uncti creditoribus suis tradebantur. Erant autem & murmurabant plebei homines, se foris pro imperio et libertate dimicare, donec autē à ciuib. captos & oppressos tenerent: utroremque in bello quā in pace, inter hostes quā inter ciues libertatem suā esse putabant. Itaque Appio Claudio & Serulio consilibus, cum Volscis in agro exercitum ad urbē uenire nunciaretur, alius horabantur, ne omnino nomina daret, & ne se ad militiā scribi patereur. Patres accipiti re perculsi, in tanto periculo, Serulium consulē monent, ut rem publicā terroribus circumuentam expediat. Tum consul misso Senatu, in concione protulit: docetque, curæ esse patribus, ut plebi consilium & prouidentur: inrim ciuitati dent nomina. Deinde edictū proponit, ne quis unctum, neue clausum teneat, quo minus nomē dare possit: & ne quis miles, donec in castris esset, bona ipsa possideret. Mox uerò ad urbē nexi, nomina profertur. Finito ergo & expedito bello, plebs ad urbē, promissa consilis & Senatus nobilitatisque fide expectans. Appius plebi semper grauius atque infestus, ut fidem collegæ uerū faceret, us de creditis pecunijs dicebat: qui nexi fuerant, creditoribus tradebantur. Plebs promissis elusa & decepta, cum à trib. populis, Volscis, Bœgis & Sabinis bellum instaret, nullā ratione compelli potuit, ut ad militiā nomina daret. Conuenus nocturni & colloquia fiebant, inuicē exhortantium, ne ad bellum gerendum proficiscerentur. Senatus hac de re consultus, increpat consules, quod imperium consilare non exequantur. Sed cum consules nihil proficerent, tādē Dictator creatur, qui edictum proposuit ferè simile edicto Seruli. Atque ita plebe dante nomina, legiones decē conscripte sunt. Mox tribus bellis profertur cõfessio, & parua uictoria de Volscis, Bœgis et Sabinis, cum dictator ad senatum retulisset, quid de nexis fieri placeret: relatio reiecta est. Tum dicta tor iratus: Non placeo (inquit) concordia auctore optabiti medijs sedibus propediem, ut mei similes Romana plebs patronos habeat. ita curia egressus, dictatura se abdicauit. Tum patres timor inuasi, ne si exercitus dimissus esset, rursus congressus occulsi & colloquia secreta conuentusque nocturni fierent cum magno periculo ciuitatis. Itaque simulat ab Equis bellum renouatum esse, ac sub hac specie iubent ut consules legiones & exercitū educant. Plebs quia in consulis uerba iurauerat, ut legione & iuramento solueretur, Consules interficere parabat. Sed cum intellexisset se propter hoc non excludi religione, Sicinio quodam auctore secessit in montem Sacrum, ut quidam uelociter: ut alij dicunt, in montem Auentium. Ibi sine ullo duce, uallo fossaque communiis castris, quieti, rem nullā nisi necessaria ad uitium sumentes, aliquot dies sese tenuerunt. Pauor ingens urbem inuasit. Itaque patres Menedæ & Agrippam, facundum uirum, miserunt ad plebem reconciliandam, qui in concione huiusmodi uerba fecit. Tempore quo in homine nō ut nunc omnia consentiebant, sed in quibus membris suam cuique consilium, suus sermo erat, indignate sunt relique partes, quod suo labore omnia uentri pararentur: uenter autem in medio quietis nihil faceret, nisi quod uoluptatibus datis frueretur. Conspirauerunt igitur,

ne manus ad os cibum ferret, ne os acciperet datū, ne dentes conficerent. Hæc ita dum uentri domare uolunt, ipsa quoque mēbra pariter cū toto corpore ad extremā tabe corruptionemque uenerunt: hinc apparuit, uentris quoque nō esse otiosum officium, qui cibū acceptū in omnes partes corporis redderet, sanguinisque hunc quo uisimus coparans do, cibo mature cõfessio. Menedæ igitur cū docuisset, in plebis in patres esse similem iræ membrorum in uentri, stetit animos omnium, captumque est agi de concordia: cõfessumque plebi est, ut suos magistratus haberet sacrosanctos: qui ei aduersus consules auxilium ferrent, neue cuiquam ex patribus eum magistratum capere liceret. Ita tribuni plebis tunc primū duo creati sunt, C. Licinius, & L. Albinus: atque ita plebs reconciliata est, & se ditio sedata. Causa alterius secessionis hæc fuit. Appius Claudius decemuir capus erat amore in sano Virginiæ filia cuiusdam Virginiæ plebei hominis, Icilio uero tribunicio desponsata. Et cum eam aliter habere non posset, ad explendam libidinem suam, M. Claudio clienti suo negotium dedit, ut illam in seruitutem traheret, quod diceret eam ex serua sua natā: eiq; auxilium suum pollicitus est. Cum ergo M. Claudius eā per forum transeuntem rapisset, eamque seruam suam assereret: re ad tribunal Appij deducta, eā M. Claudius Appio adiudicauit. Virginius pater cum indignitatem rei ferre non posset, simulato cū filia & eius nutrice colloquio, ueluti ab ea rei ueritatem exquirere uellet, antequam uelut serua abduceretur, stricto ferro: Hoc te (inquit) modo filia in libertatem uindico. Pectus deinde puellæ transiit, respexitque ad tribunal Appij: Hoc te (inquit) Appi, caputque tui, sanguine confecto. Ad hoc facinus clamore sublato, Appius cõprehendi Virginiū iubet. ille quæcumque incedit, ferro uitam facit. Icilius Iponius corpus exans que puellæ sublatum populo ostentat: scelus Appij, puellæ infelicem formam, patris necessitatem deploret. Ita plebs in urbe Icilij clamore, & indignitate celeris concitatur. Virginius in castra profectus, ubi ordines ducebat, non minore ibi quàm in urbe tumultum concitat. Scelus Appij, eum cuncta quæ gesta erant exposuit. Supinas deinde tendens manus, cõmilitones appellans orabat, ne quod scelus Appij esset, suum crederent. Viā filia sibi sua ueuolentiam iussit, si liberè ac pudicè uiuere potuisset. cum uelut seruam ad suprum duci uideret, morte melius adimiratum, quàm contumelia liberos uiuere, in speciem crudelitatis lapsam esse. Illis quoque sorores, filiasque & uxores esse. Libidinem Appij cum filia sua nequamquam extinctam. Hæc Virginiū uociferantur, succlamet multitudinem: nec doli illius, nec libertati suæ desuuros. Ita multitudo exercitus concitata, facta agmine eunt ad urbem: & montē Auentinum occupant: ut quisque occurreret, ad repetendā libertatem tribunosque plebis creandos adhortantur. Nam paulo ante creati decemuiris, sublata erant tribunicia potestatis, & prouocatio ad populum, duo munitima libertatis. Alia uox nulla uolentia audita est. Sed non multa post plebs urbana cum liberis & uxoribus factum exercitus secuta, ipsa quoque secessit in montem Auentinum, urbe uelut in solitudine relictā. Patres non re perterriti, L. Valerium & M. Horatium legatos mittunt, qui de reconciliatione cū plebe agerēt. Icilius pro multitudinis respōdit, plebem petere, ut sibi potestas tribunitia & prouocatio restituantur, & sibi decemuiris tradatur, neque cui fraudi esset consilij miles ante plebem. Legati postulata plebs ad senatum deferunt. Senatusconsultum sit, decemuiris

prima

pro pensione quoque tempore se magistratu abdicarent, C. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet: & ne cui fraudi, i. pena esset secessio militum, plebisq; ita plebs conciliata est. Nihil ui, nihil secessione opus est. Nō est opus ui aut secessione, uidelicet ut secedatis & recedatis ad patribus, quem admodum bis nostri maiores fecerūt. Necesse est. ] Est necesse ut ipsimet eant precipites suo more. Vide quid dicat. Memmius respondet tacite quaestioni. posset enim dicere aliquis: O Memmi, tu dicis q non est opus ui aut secessione. quare hoc dicis? An forte patres committunt scelera digna secessione? Memmius respondet: Ita committunt. necesse est enim, ut nobilitas & patres faciant, sicuti facere consueverunt, & scelus scelere addant, ut uestram opprimant libertatem. Ex quo necesse est ut uos eis resistatis non ui, neque armis, neque secessione, sed iudicio & iusticia. Et hic est sensus totius orationis Memmij. Necesse est obsecrare hunc sensum cum sit perior cōiungi dicit enim sicō Quirites, ego uos hortor ut uestrā libertatē defendatis. & resistatis iniurijs patrū, nō ui, neq; armis, neq; secessione, quādamodū merētur. nā quantum pertinet ad ipsos patres, necesse est ut faciāt quādamodum conseruerunt, & ea cōmittant, si mereantur ut resistatis eis ui & armis & secessione. Sed non hortor ut sic resistatis eorum iniurijs. Quid ergo faciendum est? Vindicandum, inquit, in eos censo non manu, neque ui, sicuti merentur: sed iudicio & iusticia: itaque quaestio nibus & tormentis, & iudicio ipsius Iugurthae ueritas indaganda & inquirenda est de crimine, per quod consul tam ignominiosam fedus cum Iugurtha fecit inuisu Senatui populiq; Romani. Nam in eo federe maiestatis Senatus populiq; Romani uiolata est. Et ideo hoc crimen puniendum censo non ui, neque armis, sed iudicio & iusticia. Precipites eant, ] Ire precipitē est, temerē & inconsultē in aliquod malum ruere. est, inquit, necesse ut patres & nobiles ad opprimendam uestram libertatem precipites ruant, sicuti consueverunt. Et ita opportunitate iniurijs nobilitatis in plebem Romanam commemorat. Et primō, quem admodum Tiberium Gracchum defensorem plebis iniuste occiderunt, postea C. Gracchum & Fuluium, qui iura libertatis plebis Romanae tuebantur. Occiso. ] Ordo est: Magna quaestiones habite sunt in plebem Romanam, occiso Tiberio Graccho, quem nobiles aiebant parare regnum. Postquam, inquit, occiderunt Tiberium Gracchum, tanquam regnum affeclantes, multos ex plebe Romana tormenta cruciauerunt, ueluti per torturam & finem ab eis ueritatem elicere uellent. Tiberius autem Gracchus interfectus est, atque hac de causa Romani agros, quos hostibus uicinis bello uictos adimebant, partim uendere, partim in publicum redigere, & egenis ac pauperibus ciuibus pro modica pensione utendos tradere solebant. Sed cum diuites inuicem sententia eis pensiones augere, & hoc modo ex agris pauperes excluderet: lata est lex, quae uetabat quenquam ciuem Romanum habere, plusquam quinquaginta iugera agri. Haec lex auxilio fuit pauperibus ciuibus aliquot annos, cōtra diuites. Sed cum rursus locupletes contempta lege agros occupare cepissent, & ob eam causam pauperes ciues irritati ad militiam dare nomina recusarent, & filios educare nollent: Tiberius Gracchus tribunus plebis creatus, hanc causam suscipere, & pauperibus subuenire cōstituit. Itaq; plebe flagitante, legē promulgat iustissimē scriptam, quae iubeat, ut locupletes accepto precio quod

pro pensione erogauerant, agros publicos dimitterent, & eos pauperibus ciuibus traderent. Factio nobilium & locupletum aduersus hanc legem se opponit, quo minus feratur, & a populo sanciat. Sed cum per se locupletes infirmi essent, M. Octauium tribunum plebis, collegā & familiarem Tiberij cōfirmant, ut legi intercedat: hoc est, auctoritatem suam interponat, ne lex feratur. Est autem tribunorum plebis maxima in prohibendo potestas: nam uno prohibente, alij, etiam si plures sint, nihil efficere possunt. Ob hanc intercessionem iratus Tiberius, priore lege reiecta, quae erat humaniter scripta, alii plebi magis gratam promulgat: uidelicet ut agri qui contra leges erant possessi, dimitterentur, nulla mentione precij facta. Et edicto proposito, omnes urbanos magistratus quicumque agere prohibuit, priusquam de lege Agraria ad populū ferretur. Aerario sigilli imprestit, & per questores quicumque deprimi aut importari uentui. Locupletes cuncti uestes mutauerant, & moili forūm circuibant. Postquam dies comitorum aduenit, M. Octauius intercessione perseuerat. Tiberius Octauium suppliciter rogat, ut ab intercessione desistat. Quod cum negaret Octauius, Tiberius ad rem non legitimam, neque humanam conuersus, M. Octauium tribunum priuare atque amouere cogitauit. Itaque postero die conuocato populo rursus M. Octauium uerbis hortatur, ut ab intercessione desistat. Quod cum impetrare non posset, tulit ad populū de abrogatione Octauij, ac statim tribum in suffragij misit. Brant tribus trigintaquinque: quarum cum decem & septem Octauium abrogassent, & una tantum restaret ad rem persciendum, Tiberius tribum in suffragij misit. Rogat ut ab intercessione desistat, ne de tantam notam sibi inferri patiar. Deinde toto inspeclante populo eum reuerenter amplexus deprecabatur. Ferunt his precibus Octauium oculos lacrymis impleffe, et aliquot cum silentio stetit. Sed ubi ad locupletes & nobiles respexit, qui aderant, rogantes eum ut perseueraret in intercessione, generose Tiberio respōdit: ut faceret quod uellet. Itaque populi iussu abrogato magistratu Octauij, & misso ad Tiberio apparitore qui illum tribunū detraheret, conuersus ex locupletibus & a plebe factus, rixaq; orta est. Octauius per tumultū aufugit. Itaq; lex Agraria, hoc est de diuidendis agris lata est. Tres uiri qui agros diuiderent, creati sunt: Tiberius ipse legis auctor, Appius Claudius focer, C. Gracchus frater. Post haec cum Attali regis testamentum a Pergamenis Romanis transmissum esset, in quo populus Rom. scriptus fuerat: statim Tiberius tulit ad populū, ut regis pecunia ciuibus Romanis, quibus agri dabantur, pro cultura assignaretur. De oppidis autē quae Attali fuissent, nihil ad Senatū, sed ad populū pertinerere dicebat. Haec res maxime Senatū offendit. Postremo aperte contra Senatū, contentione magis quam iusticia & equitate, multitudinem excitare conatus est: as hys legibus: quibus tempora militiae detrahebant, & iudicibus tunc senatoribus parem numerum ex equestri ordine statuēbat. De his rebus ut ad populū ferret, in Capitolium pergit, ut regis pecunia conueniret. Inter haec Flaccus senator in eminenti locum ascendens, quoniam uox eius praecclamore & strepitu multitudinis exaudiri non poterat, manu significauit, uelle se cum Tiberio loqui: usque Tiberij per multitudinem receptus, nunciavit ei, diuites de nece eius agitare, eaq; de causa seruos ac liberos cum armis habere. Haec postquam amici qui cir-

ca Tiberium steterant, audire, subido togas accingunt, hastiaq; de manibus militum quod multitudinem reprimunt, rapientes, se ad resistendum parant. Sed illi qui in concione longius aberant, hanc preparationem admirantes, quum interrogarent, quid sibi uellet ea res, Tiberius manu tangens caput suum, sibi periculum imminere significabat. Hoc signum inimici maligne interpretantes, quasi diadema & coronam regni deposceret, rem Senatui nunciant. Quae de re cum omnes percussis essent, Scipio Nasica Mutuum Scaeuolam consulem cohortatur, ut libertati Romanae Reipub. succurrat. Deinde cum respōdisset consul, se auctorem belli intestini & ciuili discordiae fore: nec quenquam Romanum ciuem sine iudicio necandum, proficiens Nasica: Quando (inquit) consul ciuitatem prodit, qui leges saluas esse cupiunt, me sequantur. Haec dicens, lacrima toga super caput posita, in Capitolium pergit: alijq; post eum toga circa brachium inuoluta percussit. Itaq; subleuorum pedibus reuulsis obuios ferientes, contra Tiberium iudant. Cede igitur & fuga Tiberij sociorum facta, cum ipse Tiberius euisa euadere properaret, toga per quemdam retentus cecidit. Surgenti uero P. Sатурninus collega eius, pede subleuq; caput percussit. Hic primam plagam intulit secundam uero L. Rufus, de qua etiam gloriari solitus est. Ex alijs circiter triginta maculati sunt, subleuis & lapidibus omnes, nemo ferro. Corpus Tiberij cum alijs cadaueribus in Tiberim proiectum est. Nec his finis cladis fuit. nam amicorum & familiarū Tiberij alij indicta causa in exilium pulsati sunt, alij capiti crudelissime trucidati sunt: inter quos C. Iulius eculco cum anguib; insatus, necatus est. Occiso Tiberio Graccho. ] id est postquam Tiberius Gracchus occisus est, duce Scipione Nasica, eo modo quo diximus. Quem regnum parare nobiles aiebant. ] id est, quem nobiles dicebant acquirere signum. Nam (ut supra diximus) cum in concione manu caput suum tangens, salutem suam populo commendaret: nobiles ita interpretati sunt illud signum, ut dicerent Tiberium coronam regni petere a populo. In plebem Romanam magna quaestiones habitae sunt. ] id est, magna inquisitiones factae sunt contra plebem Romanā, mortuo Tiberio. Multi. n. ex plebe funtorij sunt, & multi in exiliū pulsati, & multi sunt interfecti, ut ante diximus. Quaestiones dicuntur inquisitiones criminum, quae fiunt per iudices, adhibitis tormentis, unde quaestiones etiam tormenta dicuntur, per quae ueritas exquiruntur. Habite. ] id est exercitate. Post C. Gracchi et M. Fuluij cōdē. ] de his ante diximus, quem admodum sunt interfecti. Ordo est: Item multi uestri ordinis sunt necati in carcere, post necem Gracchi & M. Fuluij. Multi uestri ordinis. ] id est multi ex plebe. Nam tres ordines erant, Senatoris, Equester ordo, & plebs. Vtriusq; cladis, scilicet & Tiberij, & C. Gracchi. Ordo est: Non lex, sed libido eorum fecit finem utriusq; cladis. Clades significat exitium & perniciem. Dicit ergo: Nobiles fecerunt finem utriusque cladis, non quando debuerunt, sed quando uoluerunt. Non enim legibus paruerunt, sed libidinem & uoluntatem suam expleuerunt. Multos enim ex plebe contra leges sine iudicio necauerunt. Sed sanē fuerit regni reparatio, plebi iura sua restitueret. ] Tiberius Gracchus dum plebi iura sua restituit, nobilitati uisus est querere sibi regnum. Dicit ergo: Concedamus uero esse id quod dicitur aduersarij, uidelicet Tiberij Gracchi regnum sibi querere uoluisse: quod tamen falsum

est. Nam Tiberius Gracchus non sibi regnum quaesuit, sed plebi iura sua restitueret, & libertatem eius defendere uoluit. Et est color qui dicitur Permissio sine concessio, quae fit, quando id maxime negamus, quod concedere uidemur: sicuti nunc. nam uult Memmius negare, quod Tiberius Gracchus regnum affeclauerit & quaesierit. & tamen uidetur concedere, dicens: Sed sanē fuerit regni reparatio, plebi iura sua restitueret. Id est, concedamus uerum esse quod dicunt nobiles, Tiberium Gracchum regnum sibi parare uoluisse, cum plebi iura sua restitueret: & defendere iura plebis uocemus acquirere regnum. Sic enim hic color ybeticus, qui dicitur Permissio, sine concessio fit, quando nos ostendimus in dicendo aliquid concedere, & tamen semper aliqua uerba interponimus, per quae aperte significamus, nos id negare quod concedere uidemur. Sic Virg. in A. Aeneid.

Regni reparatio, uentis pete regna per undas. Regni reparatio. ] Ordo est: Sed restitueret iura sua plebi, fuerit reparatio regni: & iure sit factum, quicquid nō potuit ulcisci sine sanguine ciuium. Totum hoc dicit per concessionem: in qua id maxime negatur, quod uidetur cōcedi. Regni reparatio. ] i. reformatio, renouatio, & restitutio regni. Sanē id dicitur reparari, quod deleti & perditum est. Unde expulsi iam multo tempore ante regibus, regnum extinctum erat Romae: nunc ergo recte dicitur reparatio regni, id est restitutio & reformatio. Plebi iura sua restitueret. ] sicuti fecit Tiberius Gracchus, qui legem Agrariam tulit contra factionem locupletum & nobilium, ut pauperibus ciuibus agri restituerentur, qui eis adempti fuerant per locupletes, contra leges, sicuti supra uisum est. Quicquid sine sanguine ciuium ulcisci nequit, iure factum sit. ] Hoc ideo dicit, quia posset aliquis dicere: O Memmi, tu dicis nobilitatem iniuriam plebi intulisse, quia Gracchos interfecit. Sed uide quid dicas. nam multi existimant Gracchos iure interfeceros fuisse, tanquam ciues seditiosos, & tanquam ciues qui discordiam inter patres & plebem seminarent. Respondet Memmius: Sit ita: concedo Gracchos iure interfeceros fuisse: sed alia scelera nobilitatis & patrum, atq; alias iniurias ostendam, quibus intelligitis, eos uestram libertatem opprimere uoluisse: & ex quibus intelligitis, eos tanquam dominos, uos tanquam seruos esse. Potestis hoc ferre? certe non debetis. Quicquid sine sanguine ciuium ulcisci nequit, iure factum sit. Hoc dicit propter Gracchos, & eos qui cum ipsis interfeceros sunt. Ac si diceret: Concedo, Gracchos iure interfeceros esse: quamquam si in aliquo peccauerant, eos poterant aliter punire, & non interficere. Ulcisci. ] id est uindicari, puniri, passum pro sum est ulcisci. Nequit. ] id est non potest. ac si diceret: Concedo, iure interfeceros esse: sed tamen si quid deliquerant, id puniri poterat sine sanguine. Et ita per haec uerba negat iure interfeceros esse, quamuis concedere uideatur.

¶ Multa me debortantur, &c. ] In hac oratione de libertatē Memmius calidē inducit populū ad libertatis sua defensionem, & ad nobilitatis potētam odio prosequendam. Sanē Quirites dēti sunt Romani ad Curibus oppido Sabino, ut Sabinis aliquid concederetur: quoniam nam inter Romulum & Tatium foedus iustum erat, qui ciuitatem unam ex duabus facerent, auctore L. u. lib. v. Sunt qui aquiri, id est haec dictos uelint: sicut Ouidius Romulum Quiritium uocatum uult in Fastis.

Sine quod bestia Quirit. — Sane raro singulariter reperitur Quiris: sicut & T alien fer, Lucretes, Nannetes. habet autē in genituo plurali per regulā, Quiritū, et per Synopē Quiritū. Horatius 1. Car. Hunc si mobilium turba Quiritum.

inde autem uenit uerbum Quirare, quod est Quirites in auxilium uocare. ut hic facit Memmius. Ordo autem est: O Quirites, id est, o uos cives Romanum multa debentur me a uobis, id est a negocijs uestris curādis deterrent me: nisi studium recipi, id quod deo reip. aut quo studio pro desse reip. superet, id est uincat: omnia, scilicet debortā mentia: aut omnia obstacula, pericula & aduersa. enume rat autem debortantia, dicens: Opes, id est facultates & potentie: factionis, i. factionum, uidelicet Calpurnij et Scawri. Patientia uestra, qua sufferitis tantam dominatio nem cum summa dedecore uestro. Ius nullum, i. quod nul lum sit ius, nullāq; iusticia regnet: ac maxime quod plus pe riculi quam honoris est innocētia. i. uolentibus innocen ter & continenter uiuere. Nam piget, i. tadiosum est ac miserum dicere quidem illa, si notissima uobis: uidelicet quam, i. quantum aut quanto ludibrio, i. irrisioni fueritis superbie paucorum, scz potentum, hic quindēdecim annis, si proximē transactis. Et ut, i. quālibet illa, i. turpiter: & quam, id est quālibet multū, i. non uindictati a uobis perierunt de fenses uestri, scz T. Gracchus, C. Gracchus, M. Fuluius, ut supra diximus. Et ut, i. qualiter animus sit uobis corrup tus ab ignauiā atq; socordia, i. pusillanimitate mala. qui nunc quidem cum, i. maxime deceat & res uergeret expostulet: exurgitis, i. in ultionē iniuriarum, aut in defen sionem libertatis: existentes obnoxij, i. obligati & quasi noxij obstricti inimicis uestris, scz potentibus: sed timetis etiā nunc, quum tā iustam habeatis querelam: eos, scz pau cos potentes: quibus decet, sup. uos: esse terrori, i. ad terro rem. Sed quāquā hęc sunt talia, qualia scz dicta sunt: hoc est, quāquā plurima me debortant: tamen animi, i. studium reip. subegit, sup. me: ire obuiam potentie factionis, i. factionum. Certē ego experiar, i. attentabo libertatem. i. quid possit libertas, que tradita est mihi a parente, i. a patre meo. Verūm O Quirites: siue est, id est postium & constitutum in uestra manu, id est potestate: an ego faciam id, i. an experiar libertatem patris mei: fru strā, i. nequicquam & inaniter: an ob rem, i. commodum & utilitatem, q. d. Si adiutores eritis, ob rem: sin minus, frustra fecero. Et ne ad seditionem hortari uideretur, ait: Neq; ego hortor uos, O Quirites (quod maiores uestri fe cerant) ut, id est ut eam armati cōtra iniurias: quia tunc nihil, id est in nullo opus est: ut, id est uiolento bello: nec secessionē, id est discessionē a patribus in montem Sa crum aut Auentinum, ut fecerant olim Romani, auctore Lulio. Necessē est ut, supple ipsi, scilicet factionis: eant prae cipites, id est in ruinam, i. uolent, id est proprio more, id est in iustitiam. Probat ab exemplis, dicens: Graues quaestiones, id est inquisitiones habita sunt: in, id est contra plebem Ro manam: occiso Tiberio Graccho: quem aiebant homines scz inuiduli: parare, sibi, i. pretendere regnū, i. d. omina tionem in plebem Rom. eo quod populum & eius liberta tem (ut hic tacite innuit) defendere moliebatur. Sanē de eius nec hęc habet: Tiberius Gracchus Africanus ex fi lia nepos, tribunus plebis, quum prorogare sibi potestātē uellet aduersis auspicijs, in publicum processit statim Ca pitulum petijt, ubi oppressus est ab Scipione Nasica, & eius cadauer in Tiberium cum reliquis in ea seditione occi

sis proiectum. Tulere autem in principio legem Agrar iam, cui cedente Octauio, ipse cum Appio Claudio & Caio Graccho executor delictus est in Attali quoq; regis hereditate diuidenda, pecuniam pop. Rom. cui agros di stribuerat, dispartienda censuit, & nihil de oppidis ad se natum pertinere. Ob quas res orta seditione cum Flauio Flaccus periculum illi imminere a potentiōibus signifi casset, & amici eius id audientes togas accinxisserunt, & tela a ministris accepissent: cetera multitudo propter tumultū non intelligente quid ageretur, ipse Tiberius uo lens significare capitis sui periculum agi, manum ad ca put imposuit: quod aduersarij (ut fit) in peiorem partem interpretantes, detulerunt ad senatum: Tiberium uelle sibi diadema imponere, & regnum occupare. Quo intellecto a percussis patribus cum Nasica Mutium Scuelam tunc consulē, cohortaretur, libertati consulat: & ille respon deret se nolle ciuilibus belli auctorem fore, nec quēquā ci uium indemnatum occidere: processit Nasica, Quando, in quens, consul ciuitatem prodiit: qui leges saluas esse co piunt, me sequantur. Itaq; cum multis in Capitolium pro gressus esset orta seditione, Pub. Saturninus pede subleij caput Tiberij percussit, & post Lucius Rufus necē eius peregit. Sanē quia ex manus eius in caput impositio orta est opinio de occupatione regni: ideo dixit, Quem reg num parare homines aiebant. Post Caij Gracchi. ] Addit alia potentium in plebem iniuriosā facinora, dicit Post eadem, id est occisionem Caij Gracchi & Marci Fuluij: de quorū necē supra diximus, i. consimiliter: multi mortales, i. homines: uestri ordinis, i. plebei: i. quia tres erant ordines Romanorū: senatoris, equestris, ple beius: sunt necati, i. occisi in carcere. Lex, scz Porcia, qua ue tat in ciuem anim aduertere poena sanguinis: nō fecit sine utriusq; cladis, i. perniciē, que erat sub Tiberio & Caio Gracchis, hoc est, non abstinēbant ab ampliore cāde pro pter legē: sed libido, i. exaturatus appetitus uindictę euerūt, scz potentum: fecit sine, i. utriusq; cladis. Sed sanē fuerit, i. permittatur esse quod (fuerit enim, permisiui hic est mo di) restituere plebi sua iura, ut uolebant Gracchi, fuerit reparatio regni: quicquid nequit uicij, id est puniri sine sanguine, id est sine sanguinis effusione ciuium uid sit, id est interpretatur factum iure.

[ Multi, i. aliter, multi. Obnoxij ] subiecti. alij ex manuscriptis (ut aiunt) legunt: Obnoxij, quod nō displicet, & ita exponemus, Obnoxij amicitia, i. poenę obligatis ob delicta. hoc n. significat obnoxij, ut ait Festus. Ob rē, i. iustitiam. Occiso Tiberio Graccho. ] Tiberius Grac chus C. Gracchi, de quo supra diximus, frater natu maior in tribunatu plebis leges Agrarias cōtra nobilitē uoluntate tulit: quare cum iterū tribunus fieri uellet, cum daretur eius ad factionis ob optimatib. duce Scipione Nasica occi sus est. Lulius lib. 58. Paternum lib. 2. Orosius lib. 5. ca. 8. & 9. Auctor de Viris illustribus. Florus lib. 3. Plutarch. in Gracchijs: Appianus Bellorū ciuiliū lib. 1. Quē regnū sibi parare aiebant. ] Refert Plutarchus Pompeij, anteq uā Tiberius occideretur, in senatu dixisse, se cōpētū ha bere, diadema et purpureas uestes Graccho, tāquā Romę regnāturo fuisse allatis. quoniam etiā cum Tiberius mortē si bi impēdere significans manu caput tetigisset, nobiles ita acceperūt, quasi diadema posceret. Quaestiones. ] Popu lus & Rutilus, uel Rupilius (ut legitur in antiquis lapi dib. & apud Cic. epistolarū ad Atticū lib. 13. & in Vera re aetione 4. & 6.) consules quaestione noua in Tiberij Gracchi

A

R I V.

B

C

CAST.

A Gracchi amicos maxime seuerant. ut testatur Cicero in Lelio, Paternus lib. 2. & Plutarchus in Gracchijs. In carcere necati sunt. ] Crudeles enim quaestiones (ut inquit Paternus) in amicos clienteq; Gracchorum habita sunt. Orosius libro 5. cap. 12. Opimius consul, inquit, sicut in bello fuit fortis, ita in quaestione crudelis. nam amplius quam tria milia hominum supplicijs necauit, ex quibus plurimi ne dicta quidem causa innocentes interfecti sunt. R I V. Quam fedē, quamq; multi perierint uestri defensores. ] Legendum ē manuscriptis, Quamq; inulti perierunt, hoc est, nulla de his sumpta poena, qui infectati eos fuissent. Similitudo scripturae aniam errori praebuit. nā ex praepositione illa in, facile m fit, si parum animus at tendas. Qui ne nunc quidem obnoxij inimicis exturgi ti. ] Manuscripta quaedam, Obnoxij inimicis, quomodo & sensus ipse exposcit: pro, Reis & causam dicitur ini micis. Atque etiam nunc timetis eos, uelut uos decet terreri esse. ] Manuscripta, Quibus decet, omisso pronomi ne, quod rectius subaudiatur. Nec aliter in impressis qui busdam. Quod sepe maiores uestri fecere. ] Manu scripta, Maiores nostri. Sed uulgata lectio magis aridet. Sed sanē fuerit regni reparatio plebi sua iura restituere. ] Manuscripta, ut & Eroaldinum, Regni reparatio: pro eo quod est, affectatio. Nam & ante dixit, Quem regnū

parare aiebant. rē iura, nō habet illum manuscriptum, neque ex impressis quaedam. Quicquid sine sanguine ciuium uicij nequit, iure factum sit. ] In manuscriptis duobus est, Nequitur: quomodo ueteres loqui solitos, tes tatur Sex. Pompeius. Nequitum (inquit) & nequitur, pro non posse dixerunt. Plaut. in Saturionē: Retrahi ne quitur, quocquō progressa est semel. Cato Originum 1. Quod Terminus sanum fuit, id nequitum exaugurari. Dio medes quoq; adnotant i. ueteres & quitur & potestur interdum dixisse, affectiq; huius rei ex poetis Accio, Cecilio & Ennio exempla, quae nobis non necesse est subijcere hoc loco. Cum manuscriptis facit Eroaldinum. Nam illa quidem piget dicere, his amīs quinde cim. ] Haud dubie de eo loquitur tempus, quo post Grac chos occisos, nobiles uictoria elati in plebem inmodicē sauebant. Ceterum a Tiberij Gracchi cāde hic uicij si msterius decurrit annus, & Caij autē undecimus. Quo re quid sibi hoc in loco nouerit: quindēdecim annorum: uelut, non satis intelligo. corruptum esse ualde uereor, sed ut dicit Lector. Paulo post: Quamq; multi perierint. Qui dam codices habebant inulti, in syllabon: tactum mo menti adfert tenuissimum praedictum, tertie Remorae uo cali uel apposita uel aduēpia. Ne ueram lictionem affir mo, neutram reijcio: quam uerō praeferam, non habeo quod certum dicam.

CLAR.

Adhortatio ad recuperandam libertatem: est a minori.

SOLDI.

[ Superioribus annis. ] Memmius tranfit ad alia cri mina patrum siue nobilitatis, quia de Gracchijs uaria e rat opinio, nunquid iure occisi essent. Vnde Scipio Aemi lianus, qui erat affinis Gracchorum (nam sororem eorū uxorem habebat) cum apud Numaniam bellum gerens audiisset, Tiberium Gracchum interfectum fuisse: inter rogatusq; esset, quid sibi uideretur de morte eius respon dit: illum sibi uideri iure interfectum esse. Memmius igit ur tranfit ad alia scelera nobilitatis, & dicit O Quiri tes, superioribus annis uos molestē ferebatis, quod nobiles erarium expilabant, et pecunias publicas diripiēbāt, & a regibus & populis liberos uicij alia exigebant: hęc tanta scelera nequaquam puniā fuerunt. Et propterea, quia uidebant se impune peccare, leges & maiestātē ue stram hostibus tradiderunt: sicuti nunc fecit consul Bestia, qui tam ignominiosum foedus cum Iugurtha fecit. Or do est: Vos taciti indignabimini superioribus annis, era

rium expilari: & indignabimini reges & liberos popu los pendere uectigal paucis nobilibus: & indignabimini penes eosdem esse & summam gloriam, & maximas di uitias, ac si diceret: O Quirites, nōne uidei nobilitatē & patres in manibus suis uiuere, sam rempublicam ha bere, & eam pro arbitrio suo uersare. Ipsi erarium spo liant, uectigalia publica exigunt, prouincias admissitrat, & in administratione harū rerū in finita scelera nonne committunt. Taciti. ] quia indignabimini, sed nihil dicebatis. Erarium dicitur locus, ubi ara & pecunia pub lica reponuntur. Expilari, i. i. spoliari, & furto diripi. Reges & populos liberos. ] qui bello subacti fue rant a Romanis: & populos liberos, qui reges non ha bent, sed in libertate uiuunt. Uectigal, i. tributum. Uectigal proprie dicitur id praecium, quod penditur pro uectura alicuius rei. Pendere, i. soluere. Tamen hęc talia facinora impune fecisse parum habuere. ] i. no

biles nō satis putauerūt, quōd tanta scelera perpetrassent, nec puniri iussissent: sed etiam alia scelera addiderunt. itaq; leges & maiestatem uestram hostibus tradiderunt. Impunē. ] sine pœna, quia puniri non sunt. Parum habuerunt. ] id est, parum putauerunt. ac si diceret: Non fuerunt cōtenti sceleribus illis, & ideo alia addiderunt. Itaq; ] quia parū putabant scelera subpraescripta impunē perpetrassent. Ordo est: Itaq; leges et maiestas uestra, & omnia diuina & humana, sunt tradita hostib. neq; eos pudet q fecere ea, aut poenitet; sed incedunt magnifici per ora uestra, ostentantes sacerdotia & consulatus; pars ostentates eruphos suos, perinde quasi, i. tanquā si habeat ea honori, & nō prœdæ. Memmii ostendit nobilitatem uniuersam pro arbitrio suo tractare Rempub. & leges & maiestatem populi Romani, & diuina atq; humana omnia uiolare, atq; ea hostibus tradere: quemadmodum supra Sallustius ostendit. Nam maior pars Senatus ac nobilitum pecunia à Iugurtha corrupti, contra leges, & præter maiestatem populi Romani, Iugurthā impunitum dimiserunt, qui in Ierusalem interfecerat, & Adherbalem regno eiecerat. Cum ergo Senatus talia facit, leges & maiestatem populi, & diuina & humana omnia hostibus tradit. Pudet. ] uerecundat est. Poenitet. ] doloris est. Male faciunt. ] nec eos male factū pudet aut poenitet, sed pro cedunt in publicā dignitates & honores suos palam omnibus ostentantes: quia aliquando uel pontifices maximi fuerunt, uel consulatum gesserunt, uel ex hostibus triumphauerunt. Per ora uestra. ] id est, in conspectu uestro. Sacerdotia. ] uel pontificatum, uel aliquod aliud sacerdotium. nam Romani pontificem maximi creabant, qui omnibus sacerdotibus præerat. Perinde quasi honori habeant, non prœdæ, nobiles ex sacerdotiis & ex magistratibus & ex triumphis non tam honorem sibi acquirunt, quā prœdam & diuitias atq; pecunias. Nam qui triumphabant, & qui magistratus Romane reipublice administrabant, multos sibi diuitias & pecunias accumulabant. Et propterea triumphi & magistratus non tam illis honori sunt, quā prœdæ. Sicuti consulatus Bœtiæ consuli non tam fuit honori quā prœdæ. nam multas pecunias accepit à Iugurtha, ut illum in deditio nem acciperet: Bœtia igitur consulatum habuit non tam honori, id est ad honorem, quā prœdæ: quia in eo consulatu plus prœdæ & pecunie acquisiuit, quā honori. Serui are parati, iniusta imperia non perferunt. ] Postquam uitia & scelera nobilitatis ostendit, hortatur plebem ad ea scelera puniendā, & ne uelint pati libertatem suam opprimi, dicit enim: Serui qui pecunia empti sunt, non possunt pati dominos iniustos & crudeles. Vos autem Quiritēs, totius orbis terrarum domini & rectores, quomodo potestis pati ignominiosam seruitutem? Serui are parati. ] id est ipsa pecunia empti. Iniusta imperia. ] id est dominos iniustos & crudeles. Non perferunt. ] id est, non sustinent. Vos Quiritēs in imperio nati. ] id est, uos qui non estis serui, sed domini. Et est color qui dicitur Contentio: qui fit, cum ex contrariis rebus oratio conficitur. Aequo animo seruitutem toleratis. ] id est, uos pati potestis ut uobis dominentur nobiles. At qui sunt hi. ] Ostendit eos non debere pati seruitutem, præsertim ab hominibus sceleratis. Sceleratissimi. ] In odium adducit aduersarios, sceleratos eos & flagitiosos appellans. Cruentis manibus. ] ac si diceret, homicidæ. Immani. ] id est in-

genti. Qui us fides, decus, pietas, honesta atque in honesta omnia questus sunt. ] id est, qui uendunt fidem: nam decus & pietatem, & honestā & inhonestā. Scelerata talibus carior est quam fides & decus & honestas: sicuti supra dixit de legatis, qui in Numidiam pro uinciam missi, meliorem partem regni Iugurthæ aduiderunt. nam hi pecuniam fide cariorē habuere. Deinde dicit: Paucis fides quam pecunia carior fuit. Decus. ] id est honorem. Bœtia decus suam quæ suū habuit quia honorem suum per pecuniam uendit. nam propter pecuniam scelus cum Iugurtha fecit, quod sibi magno dedecori fuit. Honestas. ] ut si quis propter pecuniam pudicitiam suam amitteret. Quæstus. ] id est ad questum. Quæstus dicitur turpe lucrum. Pars eorum. ] Ordo est: Pars eorum habent pro munimento, Tribunos plebis occidisse: alij, scilicet habent pro munimento, quæstiones iniustas fecisse. Pleriq; habent pro munimento, fecisse eadem in uos. ] id est, quidam putant se esse tutos, quia tribunos plebis occiderunt. Alij uero putant se esse tutos, quia quæstiones, id est inquisitiones iniustas & iniquas exerceuerunt. alij putant se esse tutos, quia multos ex plebe interfecerunt. Atque hoc modo uide maxime uidere debent, in demaxime tutos se esse putant. Occidisse. ] id est interfecisse. Tribunos plebis. ] scilicet, Tiberium & C. Gracchos. Quæstiones. ] id est inquisitiones quæ per tormenta sunt. Pro munimento. ] pro defensionē. Itaque. ] id est, hoc modo tantum quisque est maxime tutus, quantum quisque pessime fecit. Metum à scelere suo ad ignauiam uestram transtulerunt. ] hoc est quod supra dixit: Atque etiam non timetis eos, quibus terrori esse decet. hoc enim dicit: Nobiles timere debent propter scelera sua. Nunc aut uos, o Quiritēs, timetis propter ignauiam uestram: quia animus uobis ab ignauia corruptus est, sicuti supra dixit. Et ita ipsi transtulerunt metum à scelere suo ad ignauiam uestram, quia ipsi non timet, qui timere debuerant propter scelera sua. Et uos timetis propter ignauiam uestram, qui timere non deberetis, quia nihil mali fecistis, sed timetis propter ignauiam, quia pusillanimes estis. Ordo est: Illi nobiles scelerati transtulerunt metum à scelere suo ad uestram ignauiam, quos omnes coegit in unum hoc quod sequitur: uidelicet eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere. Eadem cupere. ] scilicet mala. Eadem odisse. ] scilicet bona. sicuti in Catilinario dicit: Idem uelle eisdem nolle, ea demum firma amicitia est. hoc loco dicit: Eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere, inter bonos est amicitia, sed inter malos est factio. Quando ergo mali homines eandem rem cupiunt, & eandem rem odio habent, & eandem rem metuunt, si in unum coniungantur, uocatur factio: si boni homines faciunt hoc idem, uocatur amicitia. Coegit. ] id est congregauit. Quod si tantum. ] Ordo est: Quod, pro sed. Sed profectō neque resp. uestratur, sicuti nunc. ] scilicet uasatur, & beneficia uestraforent penes optimos, non penes audacissimos: si uos haberetis tantam curam libertatis, quā pro quantum, illi sunt accenssi ad dominationem. Aduersarios in odium adducit, cum dicit illos esse cupidos dominandi: Nobiles dominari uobis cupiunt, o Quiritēs, & uos libertatem uestram non curatis. Nam si tantopere curam uestræ libertatis haberetis, quantopere illi cupiunt dominari: profectō neque resp. uas

resp. uasaretur sicuti uasatur, & honores ac magistratus penes optimos essent, & non audacissimos. quia si maiorem curam uestræ libertatis haberetis, honores & magistratus daretis optimis uiris, & non improbis ac sceleratis. Beneficia uestra. ] id est honores, magistratus. Nam po. Ro. beneficiū est, dare honores et magistratus quibuscuq; uoluerint. Penes optimos. ] id est apud optimos. B AD. Vos taciti, id est nihil mutire audentes: indignabamini annis superioribus, id est proximē lapsis: ararium, id est fiscum expleri, id est paulatim suffurari. & reges & populos liberos, scilicet extremos pendere, id est persoluere paucis nobilibus uectigal, id est (ut dicunt) pensiones & prouentus & summam gloriam, & maximas diuitias esse penes eosdem, scilicet paucos potentes. tamen ipsi habuere parum, id est paruipendebant, nec contenti erāt suscepisse impunē hec talia facinora. Itaq; i. ita: leges, maiestas uestra & omnia diuina & humana, sunt tradita postremo hostibus, scilicet uestris, potentibus. Neque pudet aut poenitet eos facere ea: sed ipsi incedunt magnifice per ora uestra. i. ante conspectum uestrum: ostentantes. i. iactantes sacerdotia & consulatus: & pars. i. ipsi partim triumphos suos: quasi habeant ea, sed iam dicta honorari. id est honorem, & non prœdā. i. ad prædam. Serui comparandi, id est empti arei. pecunia dominorum: non perferunt. i. non perferuntur imperia iniusta dominorū. Vos Quiritēs, nati in imperio: toleratis æquo, id est patienti animo seruitutem q. d. id indignē facitis. At qui sunt hi, &c. ] Summo artificio utitur ad odium concitandum: cum sceleratissimos & eosdem abiectionis summam faciorem uos ausis quisq; potius doceat, dicens: At, id est sed: qui, id est quales sunt (ut apud poetam): Qui iuuenes quantos offendant apice uirum? hi qui occupare remp. inuidiosos & callide affuit, q. probare nituntur: uidelicet resp. à paucis potentibus occupatam & inuisam. unde respondet: Sunt, supple homines sceleratissimi: manibus cruentis. i. habentes manus cruentas: cuore innocentium: homines immani auaricia. i. habentes immanem auariciam: nocentissimi, & ydem superbissimi, cum tamen ab conscientiam debent esse submissiores: quibus, sed hominibus: & decus. i. honestas & fides, id est fidelitas: pietas. i. obseruantia & pius cultus Dei & parentum: postremo. i. ut postremo uerbo dicam, omnia honesta atque inhonestata sunt quæstus. id est questus. i. lucrum. Pars eorum. i. ipsi partim habet pro munimento. i. defensorio, in quo confidit, occidisse tribunos plebis: quia per eorum necesse alijs plebis timori sunt. Alij habent pro munimento fecisse quæstiones. i. (ut dicunt) inquisitiones & inquisitiones: post illas accusationes iniustas. i. iniquas, & falsis testib. coprobatis. Pleriq; .i. plurimi eorum habent pro munimento: fecisse in. i. contra uos: eadē. i. occasione & seditionē morisiferam. Itaq; .i. et ita: quantū. i. ut quisq; fecit pessime: tam. i. tantum. hoc est, ita maxime tutus est: quia maxime timetur. quæ quæ enim timet, offendere non audeat. Et ita ipsi transtulerunt in usurpauerunt sibi metū, scilicet, quod metuatur à scelere suo, id est se perpetrato: ad ignauiam. i. inutilitatem ad opus & ostentationē uestrā. q. d. Si uos strenui effectis, ipsi in uos superbi propter scelus a se commissum nō essent. Quos omnis, scilicet sceleratos: cupere eadē. i. eadē rem: odisse eadē,

metuere eadem. i. habere eadem uelle & nolle: & per id p. a. r. i. a. l. u. d. i. a. (quibus nihil melius conciliat inter bonos amicitiam, ut Cicero in Lælio placet) coegit. i. compulsi & congregati in unum. f. collegi. Cogo enim dicitur, quasi coago. i. simul ago seu impello: ut, Tityre coege preus. Sed hæc. i. huiusmodi conciliatio, est amicitia inter bonos (qua ut Cicero docet, parius studiorū maxime conciliat amicitia: quasi uera sit, quā nō nisi inter bonos est) & est inter malos factio. i. seditio scorsum ab alijs celsiorio est machinatio. hoc est, Dum boni consentiunt, emicitia est: dum mali, ut modo pauci potentes, seditio. Quod si, i. corio scio: quod si uos haberetis tantam curam libertatis, sed familiarē recuperandæ, aut si quam aduic bal. uti conferuandæ: quā. i. quantum illi. i. aduersarij uestri sunt accenssi ad dominationē. i. regnū in uos obinēdā. Profectō. i. reuera: neq; resp. uasaretur, ut nunc supple uasatur: uestra beneficia. i. magistratus, quia uobis conferuntur: i. uent, id est essent: penes optimos, non penes audacissimos. Hostibus. ] Iugurthæ. Vos in imperio nati. ] Alii teri Vos imperio nati. ] Eadem cupere. ] eadem cupido, scilicet pecunie & imperij. Eadem odisse. ] idem odium in plebe. Eadem metuere. ] idem metus, i. plebs sua uia repetat, ac noxiis mutetur. Beneficia uestra. ] sacerdotia, consulatus, ceteriq; magistratus. Ararium expleri. ] Merseburgense, Expoliari, sed uulgata lectio melior. Est apud Cicero nem Iugurthi hoc uerbum, ut pro Cluen. Expilato armario, pecunia ablata. & pro Pom. Expilare sacros, diripere prouincias. Sed et alibi, Prosperinae sanam expilauit. Immani auaricia nocentissimi, & ydem superbissimi. ] Legedam, idemq; superbissimi. ex manuscriptis. Serui are parati, iniusta imperia dominorum non perferunt. ] Sic & manserupta & impressa ser. & hanc ueram esse lectionem arabitur. Ceterum Venetum, Argentoratense, alia, Serui are comparati, habent pro pecunia empti. Quod ad sensum attinet, haud magno in discrimine ponam, utrum legas. Nam & parare & comparare, pro emere interdū ponitur. Idem apud Cicero nem, trans Tyberim hortos aliquos parare. & Agros sibi usquam parare. Item, Stuidiosos comparare supellestem. Apud Suetonium in C. Iulio Cesare: Gemmas, torcumata, signa, tabulas epertis antiqui comparare, pro emere. Idem in Caligula: Magisteria sacerdotij ditissimos quisq; & ambitione, & licitatione maxima uitibus comparabant. ibidem: Quum ad saginam serarum numeri prepararū, carius pecudes compararentur, pro emerentur. Columella quoq; Qui nequā uicinum (inquit) suis nummis parat. Vos Quiritēs in imperio nati. ] Merseburgense, Imperio nati. omnia praeparatione, pro ad imperandum alij nati. quomodo legentia probe quadrant. Teren. Credo me natum huic rei. i. Ad hanc rem. Itaq; quā quisq; pessime fecit, tam maxime tutus est. ] Manuscripta, Ita quā quisq; ut si in quoniam uobis ubi interdum utimur illa particula Ita. Quos omnes cupere eadē, quos omnes. Quod si tantā uestram curam libertatis haberetis, quā illi ad dominationē accenssi sunt. ] Manuscripta, Quod si tam uos curā, & quæ sequuntur ut inuicem respondeant, tam & quā.

Maiores uestri, parandi iuris, & maiestatis constituentæ gratia, bis per se celsationem armati Auentinum montem occupauerunt: uos pro libertate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitentini, atque uo uehementius, quo maius dedecus est, parta amittere,

CAS T.

R I Y.

Ab exemplo maiori, item a minori.



**Consilium.** tere, quàm omnino non parauisse? Dicit aliquis, Quid igitur censet? Vindicandum in eos qui hosti prodidère Rempub. non manu, neque ui (quod magis uos fecisse, quàm illis accidisse indignum est) uerùm quæstionibus, & indicio ipsius Iugurthæ: qui si de dicitis est, profectò iusis uestris obediens erit: sin ea contemnit, scilicet æstimabitur qualis illa pax aut deditio sit, ex qua ad Iugurtham scelus impunitas, ad paucos, potentes maximè, diuitiæ, ad Rempub. damna atq; dedecora peruenerint. Nisi fortè dominationis eorum fatietas nondum etiam uos tener: & illa, quàm hæc, tempora magis placent, cùm regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella atque paces, postremò diuina & humana omnia penes paucos erant, uos autem (hoc est Populus Rom.) inuicè ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere. Nam seruitutem quidem quis uestrum recusare audebat?

**SOLDI.** ¶ Maiores uestri parandi iuris & maiestatis construenda gratia. ¶ Maiores uestri (inquit) ut uis sibi & maiestatem pararent & constituerent, bis secesserunt à patribus armati, in montem Auentinum: sicuti supra uisum est. Parandi iuris gratia. ¶ i. causa acquirendi iuris sui, ut plebs ius suum haberet: ex quo concessum est plebi, ut suos magistratus haberet sacrosanctos, qui eam defenderent. Itaque tribuni plebis creati sunt, sicut supra uisum est. Et cùm postea creatis decemuiris plebs tribunos amisisset, iterum secessit in montem, per occasionem Virginitæ occisæ & tribuni plebi restituti sunt. Et maiestatis. ¶ i. uenerationis, nam maiestas est, per quam aliquis ueneratur simul, & timeatur. Antequàm crearetur Tribuni plebis, plebs contemnebatur: sed postquam creati sunt tribuni plebis, uenerari & timeri cœpta est. Summa ope. ¶ i. summis uiribus. Maius dedecus est paria. ¶ i. acquisita. Parauisse. ¶ i. acquisiuisse. Sine dubio turpius est amittere ea que semel sunt acquisita, quàm omnino nunquàm acquisiuisse. Quid igitur censet? (Aliquis mihi fortasse dixerat) O Memmi, tu hortaris nos ut tuamur nostram libertatem: sed tu dixisti supra, quòd non est opus ui, neque armis ad hoc. Quid ergo censet tu esse faciendum? Memmius respondet: Ego censeo eos esse puniendos, qui hosti prodidère rempub. non ui, neque armis: sed quæstionibus, i. inquisitionibus & indicio ipsius Iugurthæ. Quid igitur censet? ¶ Inducit aliquem ita se interrogantem: O Memmi, quid igitur censet? i. quid iudicis esse faciendum? Vindicandum. Hæc sunt uerba Memmij respondentis: Ego censeo uindicandum in eos, qui prodidère Rempub. non manu, neque ui, quòd est magis indignum uos fecisse, quàm illis accidisse. Verum. ¶ i. sed: quæstionibus, scz uindicandum censeo: & indicio ipsius Iugurthæ, qui profectò erit obediens nostris iusis, si ille est deditus. Vindicandum in eos. ¶ i. eos esse puniendos. Hosti. ¶ scz Iugurthæ. Prodidère rempublicam. ¶ Quomodo de republica prodita est in Iugurthæ, quia fecit flagitiosissimum cum eo factus est, iniussu Senatus populiq; Romani. Non manu. ¶ i. per manum, i. per uim, & hoc sequentia declarant. Quæ magis. ¶ i. que res non tam uobis conuenit, quàm illis qui quòd tantum scelus commiserunt, mererentur quacunque ratione puniri, etiam ui: sed hoc uobis non conuenit. Nam uos decet nocentes punire non ui aut armis, sed iudicio & iusticia. Quod. ¶ i. que res, scz punire eos ui. Quæstionibus. ¶ i. inquisitionibus, ut queratur diligenter, & indagetur, qui fuerint auctores & complices huius sceleris, quod cum Iugurthæ factum est. Indicio. ¶ i. per iudiciū, ut Iugurthæ indicet & detegat ueritatem. Qui. ¶ scz Iugurthæ. Deditus. ¶ Deditus est tradere, ius-

**A** Gracchorum dominos & principes fuisse, & totam Romanam Rempub. in eorum potestate & arbitrio fuisse. Populum autem Romanum pauperem & summa cum egestate uix uiuere potuisse, qui uictor omnium gentium totum orbem terrarum suo subegerat imperio. Et reuera nam plebs, hoc est populus & multitudine multa bella agebat, & gentes ac populos infinitos imperio Romano subiebat, & semper in paupertate erat: Senatus autem & nobiles, honores & magistratus & administrationem prouinciarum totius Romanæ Reipublicæ possidebat. Dominationes eorum. ¶ scilicet nobilitas & senatus. Illa tempora. ¶ scilicet post mortem Tiberij & Caij Gracchorum. nam post mortem eorum, per aliquot annos tota Respublica Romana in potestate & arbitrio senatus fuit, tota plebs percussa. Quam hæc. ¶ scilicet tempora, in quibus plebs uis sibi cepit uindicare. Regna. ¶ quia regna que bello subiegebantur, imperio populi Romani per Senatum administrabantur, & similiter prouincie. Sciendum est autem, quòd Romani, si regnum aliquod uel insulam aliquam, uel partem alicuius prouinciæ, uel totam prouinciam aliquam bello subiegebant eadem sine eadem uel per consules, uel per Proconsules, uel per prætores administrabant, & ea prouincia uocabatur. Leges. ¶ iura, iudicia, bella atq; paces, postremo uerò diuina & humana omnia, his omnibus rebus tota Romana Respub. cõseruati & cõtinetur. Penes paucos. ¶ i. apud paucos. i. in potestate paucorum, uidelz senatus & nobilitatis. Vos autem. ¶ hoc est populus Romanus. Ex hoc magis augeat inuidiam. ac si diceret: Tota respub. erat in potestate paucorum: & populus Romanus, qui totum orbem terrarum suo subiegit imperio, uix habebat unde uiuere, ac si diceret: Res indigna est, & non toleranda. Nam seruitute. ¶ Verè dico, quòd satis habebatis si uiuere poteratis: quia seruitutem non recusauisset aliquis uestrum, modò uictum inuenire potuisset: ideo pauperes & miseri eratis.

**B** ¶ Maiores uestri (inuidiose uestri, non nostri, q. d. Vos bis imitandi, cum eos imiter) gratia iuris parandi. ¶ arguiendi, & gratia maiestatis constituendi: armati per secessionem. i. per singularem habitationem: occupauerunt bis montem Auentinum, qui unus est ex septem collib. Romæ. Non neuos nitemini. i. niti debetis q. d. Maxime, licet nõ faciatis: summa ope. i. summa facultate pro libertate, quæ accepistis ab illis, smatoribus uestris. Atq; eo magis, supple debetis niti, quàm illi quòd, id est quia: aut eo, i. tanto magis: quo. i. quanto maius dedecus, i. probrius est amittere paria, i. acquisita: quàm non parauisse, id est acquisisse, omnino, ubi quia Paria dicitur, conformiter dixisset Reperisse uisum, ubi quia fuisse. Dicit aliquis. ¶ scilicet antiprophoriam, obiectionem sibi, cui respondet, dicens: Aliquis, sup. Qui riter, qui audierit quòd dixerim nõ esse opus ui aut secessionem, & tamen obstandum, dicit igitur, o Memmi, quid censet. i. iudicis, sup. faciendum esse. Respondet Memmius, q. d. Ego censeo uindicandum, id est uindicatam exercendam esse in, i. contra eos qui prodidère rempub. hosti, s. Iugurthæ: uindicandum inquam, non manu, s. propria: neq; ui, sup. alia, quòd fecisse, scz uindicatam iustum esse uerum magis indignum uobis, i. magis cõtra dignitatem uestram quàm scz si indignum accidisse illis, q. d. Illi quidem digni sunt in quos ui & manu animaduertetur: sed uobis non est dignum, id est honestum & conueniens, ut in concilijs faceretis. Verum, id est sed ego censeo uindicandum in eos

quæstionibus, i. inquisitionibus & informationibus (ut dicunt) ex indicio, i. reuelatione ipsius Iugurthæ. Et si dicit: Quomodo habebitur Iugurthæ dicit quòd facilius utpote qui, scilicet Iugurthæ: si est deditus, sup. uerè: ipse erit obediens iusis uestris, & ita ueniet uocatus: sin. i. sed si contemnit ea, si iussa uestris, i. illic certè & scilicet existimabit. i. iudicabit: qualis sit illa aut ista pax et deditio: ex qua. i. per quàm maxima impunitas sceleris peruenerit ad Iugurthæ, et maxime diuitiæ peruenerint ad paucos potentes: & damna & dedecora. i. opprobria maxima, supple peruenerint ad rempub. Censeo, sup. sic faciendū, nisi fortè ita sit, quòd fatietas dominationis eorum nondum tenet uos: et si illa tempora, s. subsecuta a necè Gracchorum: quæ, i. in quibus temporibus regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella atq; paces, postremò omnia diuina atq; humana. i. quæcūq; populi Romani, essent: tenent penes paucos. i. in potestate & dominatione paucorum, s. potentium. Autè, profectò: cum uos inuicè ab hostibus, existentes imperatores omnium gentium habebatis satis. i. contenti eratis: retinere animam, i. uitam (nam quis uestrum audebat recusare seruitutem, s. paucorum potentium, quasi diceret, nemo) Et nisi (inquam) illa tempora magis placent uobis quàm hæc tempora, in quibus potentia obuiat, & libertas partim uindicata est, q. d. Puto quòd non.

**C** ¶ Bis per secessionem armati Auentinum montem occupauerunt. ¶ Plebs cùm à patribus premeretur, in Auentinum, ut uult Piso, quam opinionem sequitur hic Sallustius (nã alibi aliter scripsit: ut ex eo loco cognoscimus, qui est apud Diomedem lib. 2. cap. 6. uel, que frequenter fama est, in sacrum montem secessit, agi deinde de cõcordia ceptum: concessumq; in cõditiones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quib. auxilij ratio aduersus cõsules esset: neque cui patrum capere cura magistratum liceret, ita tribuni plebei creati ceperunt. postea cùm à Decemuiris occupata Respublica esset, duce Virginitæ, qui filiam ferro in libertatem uindicauerat, in Auentinum secessit: unde ne esse fuit, ut Decemuiri abdicerent se magistratu. & ita tribunicia potestas prouocatioq; reddita est plebi. hæc ex Lio Decadis prima, lib. 2. & 3. in nostro meliori codice non est deditio illa, Montem. & sanè absq; ullo sensu & elocutionis detrimento abesse possent. Nisi fortè dominationis eorum fatietas nondum etiam uos tenet. ¶ aliter: Nisi fortè nondum etiam uos dominationis eorum fatietas tenet. Et illa, quàm hæc tempora magis placent. ¶ Quidam hunc loci immutare uoluerunt: ego tamen, cùm sic omnia constantissimè uetera exemplaria, quæ ipse uiderim, habent, nihil mutò, sensus est igitur: Et nisi illa tempora magis placent, cùm regna, prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella atq; paces, postremò diuina & humana omnia penes paucos erant, quàm hæc tempora, cùm iam serui esse desinimus, iusq; nostrum recuperamus.

**R I V.** ¶ Dicit aliquis, Quid igitur & censet uindicandum in eos qui hosti prodidère rempub. non manu neq; ui, quòd magis uos fecisse, quàm illis accidisse indignum est: uerùm quæstionibus & indicio ipsius Iugurthæ. ¶ In hunc modò exemplar in pergamentis descriptum. Sed quàm male sit hic locus in recentioribus distimulatus, facile uidebit qui conferre non grauetur. Quid si deditus est, profectò iusis uestris obediens erit. ¶ Sic in quibusdam reperit, uelut Merseburgensis, Veneto, atque alijs. Sed Gymnicus hoc loco rectè Deditus: pro, Si in deditioem uenit. Vt uerè uoce Cicero quoque ad Brutum, quum inquit: Id s. c. pleriq;

plerique interpretantur etiam ad uos sine captiuos, siue dediti: ut pertinet. T. L. Titius 7. ab V. C. Quicquid deinde patiemur, dediti uos nostri passuri. Et paulo inferius Vt dediti: suis parcerent. Sed et Cesar identidem hac uoce in Commentarijs usus est. Cum Gymnicus facit exemplar Fabricianum. In Badiano, quod castigauit Alexander, Deditiuus est, sed haud dubie perperam. Nisi quis ita Sallustium pro Deditio dixisse deditiuum putet, uti Marcellinus alibi Subditiuus dixit, pro Subditio, lib. 26. Sed quid si incuria librariorum hoc commissum forte est? nam sicut procliuus ex alterutro in alterum lapsus. Quamquam et Plautus in Amphitryone (simuldo uacant coadices) Subditiuum, pro Subditio dixit. Sin ea contentum, scilicet estimabilius qualis illa pax aut deditio sit.]

Manuscripta, Estimabilius: id quod sepius magis posulat. Et illa quam hac tempora magis placent, cum regna, &c. Badius legisse uidetur, Et illa tempora magis placent, cum regna, &c. omisit his uerbis, Quam hac. Et planior multo est sensus absque illis. Comparat enim illa tempora, quando regna, prouinciae, leges, iura, iudicia, bella atque paces, postremo diuina et humana omnia penes paucos erant (quod certe factum est post Gracchorum caedem) ad ea tempora quae olim fuerunt, quando plebs in uera fuit libertate. Nisi quod malim legas: Et quam illa, hac tempora magis placent: ita ut illa referatur ad priusnam libertatem, et haec ad praesentia post Gracchorum mortem. Nec multum ambigo ab Sallustio ita scriptum, sed ab scio quoque, ut fieri solet, temere mutatum.

Virum, superfluum uidetur. Ab exemplo facti. \* uim

Peroratio. Amplificatio per collationem.

Impune libet facere, i. regere esse. Vt discernatis bonos a malis.

SOL DI.

Atq; ego. ] Ordo est: Atq; ego tamen paterer equo animo uos ignoscere sceleratissimis hominibus, quoniam sunt ciues, nisi misericordia esset casura in perniciem. Tame si, pro quamuis, ego existimo esse flagitiosissimum, accepisse iniuriam impune. Quamuis (inquit) turpe esse putem, non punire iniuriam acceptam: tamen ego equo animo ferrem uos parcere sceleratis hominibus, quia sunt ciues: nisi talis misericordia manus malum, et maiorē perniciem generaret. Flagitiosissimum. ] i. turpissimum. Iniuriam. ] quia Respub. hosti prodita est. Hominibus sceleratis. ] qui reipub. hosti prodita est. Casura. ] i. uentura. Nam et illis (quantum importunitatis habent) parum est impune male fecisse, nisi deinde faciendi licentia eripiat: et uobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intelligatis aut feruendum esse, aut per manus libertatem retinendam. ] Ordo est: Nam et illis est parum male fecisse impune (quantum importunitatis habent) nisi licentia faciendi deinde eripietur, et aeterna sollicitudo remanebit uobis, cum intelligatis aut feruendum esse, aut libertatem esse retinendam per manus. Reddit causam, quare misericordia in perniciem uentura sit. Quamobrem dixi, quod misericordia in perniciem et ruinam uentura est: quia et illi tantum importuni sunt, ut non contenti impunitate priorum scelerum, alia maiora scelera sint commissuri, nisi omnino eis malefacendi licentia tollatur: et nos

perpetuo solliciti erimus, quando intelligemus, esse necesse quod uel seruamus, uel libertatem per uim retineamus. Quantum importunitatis habent: per parenthesis diuidum est, cum admiratione et indignatione. Nam et illis. ] s. hominibus sceleratis. Parum est. ] parum uidetur eis hoc quod male fecerunt, et puniri non sunt: et quia hoc parum uidetur, scelera sceleribus addent, nisi nunc puniantur, et ex omnino malefacendi licentia tollatur. Impune. ] i. sine poena. Seruendum esse. ] i. iugum seruitutis esse sumendum, quemadmodum seruituti populi regibus et tyrannis subiecti. Per manus. ] id est per uim. Nam fides. ] Verē dico, quod si nunc non punietis sceleratos homines, aut libertatem amittemus, aut eam per uim retinere oportebit: quia non est spes, quae inter uos et patres fides aut concordia uel pax esse possit. et haec est ratio, quia illi uolunt esse domini, et uos non uultis esse serui, sed liberi. uos uis illi uolunt facere uobis iniurias: et uos non uultis tolerare. nam fides dicitur, quando fit id quod dicitur. Nunc ergo dicit: Fides inter uos patres esse non poterit: quia si illi uobis aliquid promittent, non seruabunt. nam uos tanquam seruos tractare et habere cupient et uolent. Illi. ] s. patres et nobiles. Vos. ] uultis. Facere. ] uolunt. Socijs nostris. ] Socios nostros tanquam hostes tractant: quare indigna est populo Rom. et nullo modo toleranda. Socijs nostris. ] Dixi supra qui uocabantur socij populi Romani.

GLAR.

Romani. Potest ne esse pax? ] quasi dicat, Non, Quare ego. ] Memmius postquam ostendit quae mala uentura sint in reipub. nisi facti consulis et socijs eius puniatur: concludit orationē, exhortans populum Rom. ad puniendum scelus consulis, quia sceleratus cum Iugurtha fecerat ignominiosum, sine ulla auctoritate senatus populis Romani. Non peculatus. ] Per comparationem auget atrocitatem criminis. Dicit enim: Hoc non est crimen lese maiestatis, quando quis totam reipub. offendit, sicuti probatur fecisse consul. Peculatus. ] Peculatus dicitur furtum pecuniae publicae. Non peculatus erarij factus. ] id est furti pecuniae publicae non est factum. Aerarium, locus ubi pecuniae publicae reponuntur. Neque per uim socijs erepta sunt pecuniae. ] Si quis socijs expoliasset, et accusatus fuisset, is reus repetundarum dicebatur: sicuti fuit Verres, qui cum reor totam Siciliam rapinis et furtis uexasset, a Siculis querela Romam delatae sunt: atque ita Cicerone causam Siculorum suscipiente, Verres repetundarum reus factus, damnatus est: is autem quod repetundarum accusatus esset, atque damnatus, furtis omnium quos expoliauerat in precium redactis, ex bonis suis uenditis auctione, eam summā restituebat. Quae. ] scilicet expoliare erarij, uel socijs. Tamen ex consuetudine. ] id est propter consuetudinem, quia sepe hac crimina perpetrantur, sed peculatus et repetundarum. Habentur. ] id est reputantur. Hosti acerrimo. ] ac si diceret: Ecce crimen quod puniendum est. Nā crimen est lese maiestatis, quia maiestas totius populi offensa est. Auctoritas senatus, pro diuini imperij uestrum. ] quia sceleratus cum Iugurtha fieri non potuit sine consensu Senatus populis Romani. Domi militiae. ] id est, et Rome et in exercitu respub. uel dita fuit quia et Rome et in exercitu ciues Romani non uiles corrupti temp. prodiderunt. Quae nisi quasita. ] Nisi, inquit, inquisitio facta fuerit de his criminibus, et nisi nocentes puniti fuerint, nihil aliud restat nisi ut nos seruamus illis tanquam regibus: quia illi proprie reges dicuntur, qui possunt facere quicquid uolunt impune. Ordo est: Quid erit reliquum, nisi ut uiuamus obediētes illis qui fecerunt ea. Quae nisi. ] i. nisi illa erunt quasita, et nisi erit uindicata in noxios. In noxios. ] i. contra nocētes, i. nisi nocētes puniti fuerint. Quid erit reliquum. ] i. quid restabit. Illis. ] qui ea fecerunt, uidelicet nobilibus. Obediētes. ] Ac si diceret: Quid restat, nisi ut in seruitutē redacti obediāmus illis, quasi regibus. Nā impune. ] Verē dico, quod nihil aliud restat, nisi ut seruamus illis quasi regibus: quia illi proprie uocantur reges, qui faciunt quicquid uolunt impune. Si ergo illi qui temp. prodiderunt, puniti non fuerint, nōme sunt tanquam reges: nullum enim peccatum grauius committere poterunt. Nam impune. ] hic est color qui dicitur Definitio. nam pro commodo suo definit quid sit rex. Quid est rex? Rex est, qui potest facere quicquid uult, impune. Malis. ] id est magis uellitis. Perperam. ] id est peruersam et male. Recte. ] id est bene. Sed ne. ] id est, sed hortor. Ignoscendo malis. ] dum malis ciuibus parcat. Perditiū eatis. ] id est perditas. Ad hoc. ] id est praeterea. Praestat. ] id est melius est. ut Virgilius: Praestat Trinacrij metas lustrare Pachyni. In reipub. ] Melius est obliuisci beneficiorum, quam iniuriam: sed scelus est in rebus priuatis. Nam priuatum hominem magis decet iniurias obliuisci, quam beneficia: Quam malefici. ] id est iniuria. Et notandum, maleficiū

iniuriam significare. Bonus. ] Reddit rationem, quare melius sit obliuisci beneficium quam iniuriā. quia ille qui in reipub. benefaciit, si non remuneratur, negligentior tantummodo fit ad bene merendum in posterum, sed ille qui malefacit in reipub. si non puniatur, sceleratior fit. Scignior. ] id est negligentior et tardior ad promouendum in posterum. Vbi negligas. ] id est quando contentus premio digno meritum eius et uirtutem aspicere. Imo probior. ] scilicet fit, id est sceleratior et peior. Ad haec. ] id est praeterea. Alia etiam ratio est, quare melius sit obliuisci beneficium, quam iniuriam obliuisci: id est, punire innocentes, quam non remunerare bene meritos: quia si nocentes puniuntur, non sunt qui faciant iniuriam. Et si iniuria non sunt, nunquā indigebis auxilio. Nec tunc indigebis auxilio, quando opus est ut resistamus eis qui nobis iniuriam faciunt. Haud sepe. ] id est quando contentus premio digno meritum eius et uirtutem aspicere. Egeas. ] pro egebis, id est indigebis. At ego tame si existimo uirum flagitiosissimum. ] scilicet Iugurtham accepisse impune, id est sibi condonatum sine punitione iniuriam, scilicet aeternam, ut pote quem inuult (sicut offensam est eius qui offendit, offero) eius qui offenditur) tamen paterer, id est ferrem aequo animo uos ignoscere, id est ueniam dare delinquentibus sceleratissimis, scilicet Calpurnio, Scawro, et consimilibus, quorum consensu Iugurtha impune euectus: quoniam ipsi sunt ciues, scilicet Romani: nisi misericordia, scilicet erga illos habitus esset casura, id est casura in perniciem, id est interitum aut grauis damnus reipublicae. Non. ] id est etiam illa est parum, id est parum uidetur (quantum) quod dicitur: Videte quantum importunitatis habent) fecisse male, scilicet condonando Iugurthae tantum facinus impune, id est sine uindicta, quia peiora facient. Nam nisi licentia, id est mala permissio faciendi, scilicet quae uolent: riptiatur dea inde, supple ab eis: et, id est simul aeterna, id est perpetua sollicitudo remanebit uobis: quum inuictibis aut seruendum esse, id est quod uos aut illis seruire debetis: aut libertatem, supple uestram: esse retinendam per manus, id est per uim, quia nunc opus non est. Nā quidem, id est certe: quae spes est fidei, id est fidelitatis et concordiae scilicet habende cum talibus hominibus tam auaris, ut etiam reipub. decus uendiderint: et dominationibus cupidissimis. Nam ut addit, illi uolunt dominari uos, supple uultis esse liberi: illi uolunt facere iniuriam, et uos uultis prohibere: et ita nulla conueniet inter uos concordia. Postremo illi uolunt socijs nostris ueluti hostibus, id est seruituti et inclementer eos tractant: et uolunt hostibus, scilicet Iugurtha et militibus eius pro socijs: quia cum eis obliuiscunt et conueniunt ac pace agitant: potest ne pax aut amicitia esse in mentibus tam diuersis? d. Nequaquam. Quare ego moneo et hortor uos, ne omittatis tantum scelus impunitum. Tantum dicit scelus: quia non peculatus, id est furtum: erarij, id est publici thesauri, quem furtum uocant: est factus, scilicet ab illis: neque pecuniae sunt erepta socijs per uim, ut ab illis qui repelli dantur accusantur: quae, scilicet flagitia: quamquam sunt grauias, id est grauius et molestē ferenda: tamen habentur, id est reputantur pro nihilo ex consuetudine, quia uulgo talia faciunt. Verum multo grauius commissum est facinus. Nam auctoritas senatus Romani est prodita hosti acerrimo, scilicet Iugurthae eam contentem. Verum imperium est proditum, id est porro datum in manus alterius et reipublicae, sup. uestrae fuit uenialis domi, i. e. de Iugurtha agetur in se-

BAD.





nonnullis omiffa praepositione legitur, per inuolam. quomodo in Catilina: Tanta uis morbi, atq; uis tabes, plerofq; cuius animos inuaserat. Sed utrunq; re-  
 Et ac Latine dicitur, et uroq; modo Cicero loquitur. Nam in Offic. Panetius (inquit) negat ullam pestem ma-  
 iorē in uitā hominū inuāiffe. idem in Epistolis: Mirus fit  
 ror inuāffu improbos. Quāq; regi inuāffa plebs erat. ]  
 In uetustis, Plebes idē; Salustianū magis. Pars nisi so-  
 cios sceleris sui aperiret. ] In uetustis, Nī socios sceleris ape-  
 riret; pro, Nī cōfcius et participes sceleris indicaret. Ex  
 cōfione difceffit. ] Fabricianū, Difcedit, tēpore presenti.  
 Quo se populo Romano deditiffet. ] Soldus expo-  
 nit, ut se populo Romano daret, ac ab eo ueniam peteret,  
 quāfi Iugurtha non ante iam se deditiffet. Quare reftius  
 Badius Quoniam, pro Quo legiffe uidetur, hoc fenfu Quo  
 niam se populo Rom. deditiffet. Potēff et Quando legi,

GLAR.

Occasio sequen-  
tis belli dimif-  
fi Iugurthae.

\* moueri

Oderunt pec-  
care mali formi-  
dine puenē.  
Ne si res palam  
fiat, cōtra publi-  
cam fidem egif-  
se iudicetur.

SOLDI.

[ Ha tempestate. ] Hucusque differunt quem euentū  
 habuerit conatus Memmij, qui inquisitionem facere uole-  
 bat de crimine consulis. Nunc transit ad aliam rem nar-  
 randam. Dicit enim, eo tempore Romae fuisse quendam de  
 Numidia provinciam nomine Mafsiuam, cuius filium fuisse  
 Guluffe, nepotem Mafsiniffae: cui Spurius Albinus con-  
 sul persuasit, ut ad Senatum peteret regnum Numidiae, quan-  
 doquidem ipse erat de sanguine Mafsiniffae, et Iugurtha  
 eo tempore in magno odio esset ac metu. Ea tempesta-  
 te. ] i. eo tempore quo Iugurtha erat Romae. Erat Romae  
 quidam Numida. ] i. quidam de Numidia provincia. Mas-  
 siua filius Guluffae. ] Guluffa fuit filius Mafsiniffae, ut su-  
 pra uisum est. hic ergo cum esset filius Guluffae, nepos e-  
 rat Mafsiniffae. Dedita Ciriba. ] hic ex Africa Romam  
 uenerat, quando Adherbal obfisionem diutius ferre non  
 ualens, Ciribam uellem Iugurthae tradiderat, et ipse ad  
 Iugurtham interfecit erat. Dedita Ciriba. ] i. tradita  
 Ciriba ciuitate in manus Iugurthae. Profugus. ] Pro-  
 fugus dicitur, qui procul a sedibus suis uagatur. Huic  
 Spurius. ] Ordo est: Spurius Albinus, qui post Bestiam ge-  
 rebat consulatum cum Minutio Ruffo, persuadet huic ut  
 petat ad Senatum regnum Numidiae, quoniam esset ex stir-  
 pe Mafsiniffae, et quoniam inuidia cum metu urgebat Iu-  
 gurtham ob scelerata. Post Bestiam. ] Post Bestiam cō-  
 sulem creatus est cōsul Spurius Albinus. Quinto. ] quia  
 quinquies consul fuerat. Ex stirpe. ] id est ex progenie.

pro Quo. Postremo confirmare fidem publicam per  
 sese inuolam fore. ] Vide num necesse sit geminare  
 uerbum Sese. Si Memmij refert, ut Soldus exposuit,  
 non uidetur geminandum: sin rempib. ut Badius effert,  
 fotasū uidebitur, quod omnes codices ita habent.  
 Terrebat eum clamore iuliffis, saepe impetu. ] Badius,  
 Eum, putat exponendum Iugurtham, non Bebiū: quia  
 alioqui diceret, Terrebat Bebiū, uicit tamen impudētia  
 eius. Sed errat, et ceptus malo exemplari, quod Bebiū ha-  
 bebant ante, impudentia. Nam quomodo rex loqueretur  
 dediticium, cum Tribunus, populi Rom. magistratū pro-  
 hibebat? Aut quare rex Tribunum corruperat, si nihil  
 pro eo facere uoluiffet? Deniq; quorsum attinebat Bebiū  
 imperare, si regi licebat contra Bebiū iussum loqui? Cla-  
 mabant igitur in Bebiū, non in regem. At ille quia fuit  
 impudentia, nauici fecit, tanta uis pecuniae erat.

Erat ea tempestate Romae quidam nomine Mafsiua Guluffae filius, Mafsiniffae nepos:  
 qui quia in diffensionem regum, Iugurthae aduersus fuerat, dedita Ciriba & Adherbale  
 interfecto, profugus Africa abierat. Huic Spurius Albinus, qui proximo anno post Be-  
 stiam cum Quinto Minutio Ruffo consulatum gerebat, persuadet, quoniam est stirpe Ma-  
 siniffae sit, Iugurthamque ob scelerata inuidia cum metu urgeat: regnum Numidiae ab Se-  
 natu petat. Auidus cōsul belli gerendi, \* mouere, quam senescere omnia malebat. Ipsi  
 provincia Numidia, Minutio Macedonia suenerat. Quae postquam Mafsiua agitare  
 cepit, neque Iugurthae in amicis satis praefidij est, quod eorum alium conscientia, a-  
 lium mala fama & timor impediēbat: Bomilcarū proximo; ac maximē fido sibi impe-  
 rat, precio (sicuti multa consecerat) insidiatores Mafsiuae parat, ac maximē occultet.  
 Sin id parum procedat, quouis modo Numidiam interficiat. Bomilcar maturē Regis  
 mandata exequitur: & per homines talis negocij artifices, itinera egreffus que eius, po-  
 stremō loca atque tempora cuncta explorat. deinde ubi res postulabat, insidias tendit.  
 Igitur unus ex eo numero qui ad caedem parati erant, paulo inconsultius Mafsiuam ag-  
 greditur, illumque obrunat. sed ipse deprehensus, multis hortantibus, & in primis  
 Albino cōsule, in iudicium profertur. Fit reus magis ex aequo & bono, quam ex iure gen-  
 tium Bomilcar comes eius, qui Romam fide publica uenerat.

Insidias in-  
dere, quod  
nos strui li-  
ximus.

Stirps masculino genere truncum arboris uel radicem, sicut  
 minino uero genere progeniem et profapiam significat.  
 Duae rationes erant, per quas Albinus cōsul suadebat Mas-  
 siuae, ut regnum Numidiae ad Senatum peteret. Prima ratio  
 erat, quia Mafsiua ex sanguine et progenie Mafsiniffae  
 erat. Secunda ratio, quia Iugurtha eo tempore erat in sum-  
 mis angustijs, propter scelerata eius. Inuidia cum metu. ]  
 i. inuidia et metu. Urgebat. ] i. premebat. Aui-  
 dus. ] ostendit causam, quare Albinus consul hoc suade-  
 bat Mafsiuae: quia uidelicet auidus erat belli gerendi. Cum  
 ergo Albino consuli decreta esset provincia Numidiae, ui-  
 debat bellum geri oportere contra Iugurtham, si Senatus  
 regnum Numidiae Mafsiuae concessiffet, quia Iugurtha re-  
 gnum Numidiae sine bello Mafsiuae tradere noluffet. At-  
 que ita futurum erat, ut consul exercitu suo Mafsiuam in  
 regnum induceret: quod sine bello fieri non poterat. A-  
 uidus. ] Consul auidus gerendi belli, malebat omnia mo-  
 ueri, quam senescere. Consul, inquit, cupiebat omnia po-  
 tius in uari, quam consistere, ut sic causam haberet belli  
 gerendi. Notare. ] i. turbari, sin provincia Numidiae.  
 Quam senescere. ] i. quiescere, torpescere. Malebat. ]  
 i. magis uolebat. Ipsi. ] i. Albinus consuli. Minu-  
 tio. ] alteri consuli. Quae pestquam. ] Ordo est: Iugur-  
 tha imperat Bomilcarū. proximo ac maximo fido sibi, ut  
 parat insidiatores Mafsiuae maximē occultet: atque parat  
 precio, sicuti multa consecerat: sed interficiat Numidiam  
 quouis

quouis modo, si id parum procedat. hoc facit: postquam  
 Mafsiua cepit agitare, quae, id est illa: et postquam non  
 esset satis praefidij Iugurthae in amicis, quod, pro quia con-  
 scientia impediēbat alium eorū, et mala fama et timor  
 impediēbat alium. Cum (inquit) Mafsiua tractare cepiffet  
 cum Senatu, ut sibi regnum Numidiae concederetur:  
 Iugurtha desperato amonico praefidio, cum Bomilcare  
 propinquo et amicissimo suo tractare cepit, quomodo  
 Mafsiuam interficeret. itaq; ipsi Bomilcarū imperat, ut ho-  
 mines pecunia praeparat, qui per insidias Mafsiuam in-  
 terficiant occulte. et si occulte per insidias occidi nō pos-  
 set, alio quocunq; modo ipsum interficiant. Quae post-  
 quam Mafsiua agitare cepit. ] id est postquam Mafsiua  
 tractare cepit, ut sibi Senatus regnum Numidiae daret.  
 Alium conscientia impediēbat. ] quia qui pecuniam ab  
 ipso acceperant, non audebant Iugurtham in hac causa  
 defendere, propter conscientiam: uidelicet quia sciebant  
 se pecuniam accepisse. Alium mala fama et timor. ]  
 Vnum pendet ex alio. nam malam famam habebant, qui  
 ad Iugurtham pecuniam acceperant, et ideo timebant.  
 Proximo ] id est propinquo. Fido. ] id est fidei. Pre-  
 cio. ] id est pecunia. Parat. ] id est praeparat. Sin  
 id parum procedat. ] id est si non ueniat ad effectum,  
 uidelicet ut occulte interficeretur. Quouis modo. ] ac  
 si diceret, Aperiē. Numidiam ] scilicet Mafsiuam.  
 Maturē. ] id est celeriter. Exequitur. ] id est perficit.  
 Talis negocij artifices. ] id est per homines qui talia ne-  
 gocij, uidelicet homicidia, perpetrare consueuerant.  
 Explorat. ] id est inuestigat. Paulo inconsultius. ] id  
 est paulo incautus. Sed quomodo dicit paulo incautus eū  
 aggressum fuisse, cum dicat, quod illum interfecerit: ideo  
 hoc dicit, quia licet eum occiderit, tamen ipse quoq; com-  
 prehensus est. Indiciū profertur. ] i. pollicetur se indica-  
 tum esse, cuius consilio Mafsiuam occiderit. Atq; ita cō-  
 fessus est, se ad Bomilcare missum ad interficiendum eum.  
 Igitur Bomilcar accufatur. Fit reus. ] Bomilcar fit reus  
 magis ex aequo et bono, quam ex iure gentium. Ius gen-  
 tium est, ut fides publica inuolam seruetur. Ergo ius gen-  
 tium postulabat et exigebat, ut Iugurtha cum comitibus  
 suis, Romae ob fidem publicam datam, tutus omnino inuo-  
 latus esset. Et si Romae interim deliquiffet inueniretur,  
 non tunc puniretur: sed in locum remitteretur, ubi fides  
 publica ei data erat, scilicet in Numidia. Deinde ab eo sa-  
 tisfactio iniuriarum repeteretur, quod si satisfacere nol-  
 let, tunc eō bello persequi iure gentium populo Romano  
 licuiffet. Hic igitur rigor iuris gentium erat. Sed equitas  
 et bonum de hoc rigore aliquid remittunt. Nam aequum  
 et iustum est, ut qui non accipit iniuriam, non faciat.  
 Cum ergo Iugurtha et comites Romae iuri et inuolabi-  
 les essent, aequitas exigebat, ut ipsi quoq; alijs iniuriam  
 non inferrent. Ius ergo Bomilcar, qui occidit mandauerat  
 Mafsiuam, ex iure equitatis accufatus est. Fit reus. ]  
 id est accufatur, quod Mafsiuam fecerit interfici. Nā reus  
 dicitur ille qui accufatur, siue ille ad quo in iudicio aliquid  
 petitur. Actor dicitur ille qui accufat, siue ille qui petit ali-  
 quid in iudicio. Ex aequo. ] id est ex equitate. Nam  
 aequitas postulat, ut qui non leditur, non ledat: et qui  
 iniuriam nō accipit, iniuriam non inferat. Bono. ] id est  
 ex iusto, ex iudicia. aequum enim est: bonum partes iuris  
 sunt. Ex iure gentium. ] Ius gentium dicitur, quod apud  
 omnes gentes seruatur: quale est, ut legati ubiq; sint tuti,  
 fides publica ubiq; inuolam seruetur: liberi parentes ob-

seruent, et eos in necessitate alant, et similia. Comes  
 eius. ] Iugurthae. et haec erat causa, quare ex iure gentium  
 Bomilcar Romae tutus erat, et inuolabilis, quia comes Iu-  
 gurthae erat, qui Romae uenerat data ei publica fide.  
 Erat ea tempestate Romae, etc. ] Commemoratur  
 quomodo nouo facinore Iugurtha discedere coactus sit  
 innouata belli causa, dicens: Quidam Numida, id est ex re-  
 gno Numidiae, nomine Mafsiua, filium Guluffae, qui fuerat  
 unus ex tribus filijs Mafsiniffae, ut prius dictum est, et ita  
 nepos Mafsiniffae, quia filius filij eius erat, eo tempore, quo  
 superius dicta fuerat Romae: qui, sup. quia in diffensionem  
 regum, scilicet Iugurthae et Adherbali: ipse fuerat ad-  
 uersus, id est aduersarius aut contrarius Iugurthae: abierat  
 profugus ex Africa, recipiens, sicut Romae: hoc Ciriba  
 dedita, sicut Iugurthae: Adherbale interfecit ab eodē eius  
 omnib. puberibus armatis, ut usum est. Spurius Albinus,  
 qui gerebat anno proximo post Bestiam, i. post consulatū  
 Bestiae, consulatus est. Minutio Ruffo: profugus dedita, sicut  
 Numidiae nomine Mafsiuae: quonia sit, i. eo quod esset  
 de stirpe, i. progenie in directa linea, quae sit directio stirpis  
 Mafsiniffae, sicut regis supple. ut urget Iugurtham inuidia, i.  
 odio: cum metu, i. et simul metu. (ubi Cum nota comitē  
 instrumenti: uelut si quis dicat: Percutit de te dextera cum  
 sinistra. pro eo quod est, utraq; manu) et supple. petat  
 ad Senatum regnum Numidiae: hoc autē consulatū Albinus:  
 quia ipse consul, sicut Albinus auidus, i. cupidus belli gerendi  
 di. i. gerendi: malebat omnia moueri, i. commoueri et per-  
 turbari: quam senescere, i. more senescerunt torpescere, sicut  
 gere et in defectu dicitur. Numidia provincia obuenit, i.  
 forte uenit curandam: ipsi. f. Albino: et Macedonia obue-  
 nit Minutio, alteri consuli. Quae, sicut dicta de petendo re-  
 gno: postquam Mafsiua cepit agitare, neq; satis praefidij, i.  
 protectionis et patrocinij est Iugurthae in amicis, quos  
 auro et alijs donis coparauerat (ut prius uisum est) quia  
 conscientia, sicut sceleris impediēbat alii. i. aliquos eorū, sicut  
 corū Iugurthae: quo minus audebāt eius causam defende-  
 rent: et mala fama et timor, sicut tribus plebis impediē-  
 bat alii. i. alios amicos eius. ipse Iugurtha imperat Bomil-  
 cari proximo, praefidio, et maximē fido: ut parat. i. in-  
 struat Mafsiua insidiatores: precio, dato ut constituto:  
 sicuti consecerat. i. id praeparat: multa, uidelicet, ne mittere-  
 tur exercitus in Numidia: ut decretū nō fieret cōtra Iugur-  
 tham: ut in diuisione regni potior pars Iugurthae cederet, et si  
 militia. Ac, supple. imperat: ut occulte, sicut per insidias Mas-  
 siua paratus: maximē, i. maximopere: sin, i. sed si id, sicut oc-  
 cultis agitare insidias: procedat parit. i. nō satis succedat  
 ad uictū, ad necem Mafsiuae peragendū: supple. interfi-  
 ciat Numidiam, sicut Mafsiuam: quouis modo, i. quomodo cūq; pos-  
 set, siue clam siue palam. Bomilcar exequitur, i. perficit  
 maturē, i. propter aetate: quia pericula erat in mora. Si, ne  
 gnū illi addidit fuisse, amiffiffet Iugurtham fauiores suos,  
 et ille nouos facile inueniret. et explorat, i. indagat et  
 inquiri insidias: per homines artifices talis negocij. i. cal-  
 lidos ac perfides insidiatores: itinera, i. deambulationes et  
 egreffus eius, sicut Mafsiuae: et postremo loca, sicut quae egredi  
 solebat: et tēpora, sicut quae egredi solebat, deinde tenendū  
 insidias: ubi, i. post quā res, i. opportunitas aut occasio po-  
 stulabat, i. exigebat ut tale negociū debere fieri, nō quidē po-  
 stulatione iusta aut debita simpliciter, sed cōditionata. Si  
 uidelicet uellet se debita perpetrare, unde cū nullū tēpūs  
 debiti aut cōueniens maleficio, dicere tamē solebat: Romae  
 debita aut cōuenientia factum homicidia, si in ea factum  
 sit, i. a

fit, in qua commodissime & cum minimo periculo committentis fieri potuit. Res igitur, sc3 Bomilcar postulat in insidiis Masiuæ tendere. Igitur. ] quia in insidiis festinãter scendat: unne ex eo numero qui erant parati ad cœdem, scil3 patrãdam: aggreditur Masiuam paulò, i. aliquanto inconsultus, i. imprudens quàm debebat, aut facere poterat: & obruncat illum, sc3 Masiuam; sed ipse deprehensus, sc3 paulò post factum, aut in ipso factò. & ita patet, quòd inconsultus fecerat: quia non prospexerat sibi de fugas proficetur, i. palam fatetur se facturum indicium, i. reuelationem eorum quorum consilio aut iussu id fecerat. & hoc multis hortantibus, supple eum: & in primis, i. præcipue Albino consule. Bomilcar comes, i. socius intimeris: inferior tamen eius, sc3 Iugurtha: qui uenerat Romanam fide publica, sc3 interposita: quòd liceret ei impune cum suis redire: sit reus, i. permittitur accusari in iudicio magis ex æquo & bono, i. quia æquum & bonum uisum est. hoc est, in foro conscientia uisum est iustum, ut qui innocenti mortem inferendam curauerit, licet sub fide publica uenerit, mortem moris luat (eam tamen non luit, ut statim dicitur) quàm ex iure gentium: quia ius gentium uult, ut oratoribus, caduceatoribus, & fide publica interposita uenientibus, licet sine damno redire. (Vnde auctore L. i. lib. 5. ab Vrbe condita: Cum Q. Fabius duces Gallorum in legatione contra ius gentium occidisset, Galli Senones in ipsum non animaduertunt, sed iniuriã ab senatu exposculauerunt: quam quia senatus neglexit, paulò post urbs capta ab iisdem est, occisis potissimum senioribus.)

CAST.

Eum. ] Bëbium. Masiua. ] Hunc L. i. lib. 64. Masiuam uocat. Sp. Albinus. ] Spurius Posthumus Albinus, Orosius. hic (ut supra diximus) rogatione Masiuæ sublati est. Q. Minucius. ] Marcus Minucius appellat L. i. lib. 65. Macedonia. ] Minucius profectus in Macedonia cum imperio Scordiscos & Triballios uicit, ac postea triumphauit. Auctòr Paterculus lib. 2. (et si Minucium non Minucium nominat) & Eutropius lib. 4. in Extremo. Indiciu[m] proficetur. ] Pollicetur se indicaturum, cuius impulsu Masiuam occiderit. Plinius Epistolarum libro 4. Cum illa proficeretur indicium. Fit reus. ] Sensus est: Bomilcar, etsi iure gentium reus fieri non poterat (comes enim erat Iugurthæ, qui fide publica Romanam uenerat: unde & ipse ab omni periculo tutus esse debebat) accusatur tamen ex æquo & bono. æquitas enim requirit, ut qui iniuste quempiã occidi iussit, penam luat. quidam ita exponunt: Etsi Bomilcar, qui tale facinus perpetrauerat, fidemq; publicam uiolauerat, in dicta causa iure gentium occidi poterat: fit reus tamen ex æquo & bono quasi clementia quadam & benignitate populi Romani. quid sit æquum & bonum, docet Budæus in Pandect.

R. IV.

Erat ea tempestate Roma quidam nomine Masiua. ] Manuscripta, Numida quidam, &c. nec secus in impressis uetustioribus. Hinc Spurius Albinus, is qui proximo anno, &c. ] Sic codex in pergamenis descriptus. In recentioribus pronomen Ii desit. Ipsi prouincia Numidia, Minutio Macedonia uenerat. ] Sic & manuscrip. In quibusdam est, Obuenerat. quomodo Cicero simul atq; ei forte prouincia obuenerit. Idem: Verri forte prouincia obuenerit. Vt iure & uerbo Obtingere non nunquam in hunc modum. uelud ad Atticũ: Niam Quimto Iuuenissimo fratri obtigisse audisti. Idem in Vat. Cũ

tibi aquaria prouincia sorte obtigisset. Exemplar Badianum, Buenerat. Superius tamen Sallustius, Scipioni Italia obuenerit, inquit. L. i. uim quidem uerbo Buenerit plerumque utitur: uelut 3, ab V. C. Cui ea prouincia uenerat. & 4. Cui ea prouincia sorte uenit. ut quoniam ferè aliter L. i. uim. In 7. tamen semel quod sciam: Ea (inquit) prouincia On. Manlio obuenerit. pro quo Obtingit, alibi dixit. Illumq; obruncat. ] Manuscripta, consentiente Beroaldino, illum obruncat, omissa coniunctione Que. Fit reus magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentium Bomilcar. ] Manuscripta, consentiente Beroaldino, Megis ex æquo bonoq;. Porro quid ius gentium, quid æquum & bonum, de eo proluxit Budæus in Annotationibus in Pandectis. Ideo autem Bomilcarem Sallustius magis ex æquo bonoq; reum fieri, quàm ex iure gentium ait, quòd quum comes esset eius qui Romanam fide publica uenerat, tutum esse eum ab omni iniuria, par erat. Sed interim reclamabat æquitas, ut qui facta eade fidem ipse publicam uiolasset, non de homicidio reus fieret. Nisi contra quis hunc esse sensum uelit, Bomilcarem quamuis ob reuictum ab se patrãta necce publicam fidem nullo modo foret ad causæ dictionem admittendus: tamen clementia quadam populi Rom. hoc est, Ex æquo bonoq; magis, quàm iure gentium reum factum esse, quum potius fuisse in dicta causa mox ad supplicium respiciendus. Eadem publicam Sallustius pro eo posuit, quòd uulgò Saluum conductum uocat. In eo de apud Ciceronem, Postulare fidem publicam, Glycòt begere: & Eadem alicui publicam dare, Gleyt zusaq;. quòd Sallustius interpretens fidem publicam supra dixit.

GLAR.

Erat ea tempestate Roma Numida quidam. ] Numida, uerbum omittit Aldinus codex, quòd ab omnes habent, nec ego omitendum puto. Sed ipse deprehensus multis hortantibus. ] Vide ut accepit illud Herodianus, certè pro iubentibus ac cogentibus. Verùm id pusillum. Quòd continud sequitur, ingentem habet difficultatem, cum inquit: Fit reus magis ex æquo & bono, quàm ex iure gentium Bomilcar comes eius: qui Romanam fide publica uenerat. Commentatores exponunt, ius gentium esse, propter fidem publicam datam, ut Iugurthæ cum loci non uiolaretur: ergo eum puniri non debere, sed in suum reuerteretur, ac deinde iuri sifteretur. Quæ expositio mihi prouisa displicet. Puto enim auctorem hoc dicere uelle, quando Bomilcar contra ius gentium peccauerat, & fidem publicam factò irritam fecerat, quippe qui perfugam occiderat, & pro suis hostilia fecerat: tamen clementia ac benignitate Romanorũ, ex æquo & bono, hoc est æquitatis consuetudine magis fit reus quàm iure gentium, qui iam indicatus erat: quòd regem haud latuit. Ideoq; eum in Numidiam remisit, ne iudicio damnatus occideretur, Regno in hoc magis quàm uadibus consulens rex. Vades autem à rege pro Bomilcare datos intelligendum, quòd postea auctor, ubi Mitillus Bomilcarem de regis prodicione sollicitat, fatetur his uel his: Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iugurtha fuerat, & inde uadibus datis de Masiuæ nec clãm iudicium fuger at, quòd ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur. Quæ ideo adduximus, quòd hic non satis liquet quid referat illud Quid, cum inquit Qui Romam fide publica uenerat: Iugurtham ne an Bomilcarem. Badius ad Iugurtham refert. Verùm propter quid ea uerba posterit auctor, aut quòd referantur, id uerò haud satis constat, nisi intelligamus & Bomil-

carem fuisse in fide publica, quam tamen factò hostili, ut dictũ est, uiolauerat. Nec enim minus quibus datur, quàm qui dant, eã irritam facere possunt: quòd etiam noster ætate seruatur. Verum ne hoc quidem satis perspicuum, uadibus Numide fuerint, an Romani. Ex amicis, inquit L. uades dederat. Deis illud obsecrissimum est quòd ait

Igitur quanquam in priore actione ex amicis, &c. Nam si de Memmi actione, qua Iugurtham in iudicium traxit, intelligitur quid a Bomilcare, pro quo, non pro Iugurtha, uades dati sunt, ea attineti Totum igitur hic locus cum iudicio legendus, quo ego me nondum explicò.

At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra uerum hiti, quàm animaduertit super gratiam atq; pecuniam suam, inuidiam facti esse. Igitur quanquam in priore actione ex amicis quinquaginta uades dederat, regno magis quàm uadibus consulens, clãm in Numidia Bomilcarem dimittit, ueritũ ne reliquos populares meos inuaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumptum foret. Et ipse paucis diebus eòdem profectus est, iussus à Senatu Italia decedere. Sed postquam Roma egressus est, fertur eò sæpè tacitus respiciens, postremò dixisse, Urbem uentalem, & maturè peniturã, si emptorem inueniret.

Plutarchus dicit eum hoc dixisse, cum inductus sit in triumphum Romæ.

SOLDI.

At Iugurtha. ] Vide quid dicat: Iugurtha non prius cessauit defendere Bomilcarem, quàm cognouit inuidiam facti, & atrocitatem sceleris uncerere gratiam et pecuniam suam. Et ob eam causam cum uideret futurum esse, ut Bomilcar damnaretur, quia plus poterat inuidia & atrocitas sceleris, quàm gratia de pecunia sua ut defenderetur: eum iudicio subtraxit, & occulte in Numidiam eum dimisit, ne de damnato supplicium sumeretur. Et hoc est quòd dicit. Manifestus tanti sceleris. ] Nondum cõstructio. Dicimus enim, Hic manifestus est sceleris, ut hoc loco, Iugurtha manifestus tanti sceleris: quia manifeste omnes intellegunt, causam perpetrare cadis ab ipso Iugurtha esse profectam. Nõ prius omisit contra uerum hiti. ] id est non prius cessauit contra ueritatem tendere, defendendo Bomilcarem. Quam animaduertit. ] id est cognouit. Super gratiam atq; pecuniam suam, inuidiam facti esse. ] sc3 Iugurtha non prius cessauit contra ueritatem tendere, defendendo Bomilcarem accusatum, quàm cognouit inuidiam facti plus posse quàm pecuniam & gratiam suam. Nam Iugurtha gratia & pecunia contendebat tendere, defendendo Bomilcarem defendere: sed inuidia & atrocitas cadis perpetrare plus poterat, ut Bomilcar damnaretur, quàm pecunia Iugurthæ ut Bomilcar defenderet. Inuidiam facti. ] sc3 cadis perpetrata. Igitur. ] ergo, quia uidebat se Bomilcarem defendere non posse, eum clãm in Numidiam remisit. Ordo est: Igitur Iugurtha consulens magis regno quàm uadibus, clãm dimittit Bomilcarem in Numidiam, ueritũ ne metus parendi sibi inuaderet reliquos populares, si supplicium foret sumptum de illo: quanquam dederat quinquaginta uades ex amicis in priore actione. Scimus, quòd qui in iudicium uocantur, uades dare coguntur, se obtenturos esse iudicio. Ergo Iugurtha cum à Memmio tribuno plebis in iudicio uocatus est, dederat ex amicis suis uades quinquaginta; per quos promittebat se staturum esse iudicio, & obtenturum. Nunc autem cum uideret aperte futurum esse, ut Bomilcar damnaretur in iudicio, & de eo supplicium sumeretur: uadibus, sub periculo satisfaciendi pro fuga Bomilcaris, uelut, ipsum Bomilcarem periculo subtraxit, & eum in Numidiam remisit: Hic autem ideo fecit, quia si de Bomilcare supplicium sumptum esset, reliqui inuiserent parere & obedire regi, si eos secum ducere uoluisset, quemadmodum duxerat secum Romam Bomilcarem. In priore actione. ] uidelicet quando à Memmio in iudicium uocatus est, & in concione productus, ut supra ui-

sum est. Actio dicitur, ciuiliu controuersia agitatio siue disceptatio, quæ constat ex accusatione & defensione, siue ex petitione & recusatione uel negatione. Regno magis quàm uadibus consulens. ] i. magis attendens conseruationem regni, quàm uades. nã obuius sibi regnũ erat, quàm uades. Nam si de Bomilcare supplicium sumptum esset, regnum in periculo erat hac de causa, quia reliqui postmodum regi non obtemperassent; casum Bomilcaris attendentes. Et ipse. ] sc3 Iugurtha. Boddè loco. ] i. ad eundem locum, sc3 Numidiã. Iussus à Senatu. ] Senatus iussit Iugurtham ex Italia discedere. Fertur. ] i. dicitur. Boddè. ] i. ad eam urbem, Romã. Urbem uentalem. ] sc3 Romã. Cũ egressus esset Iugurtha, respiciens Romã dixit: O Roma urbs uentalis citò perires, si inuenires qui te emeret. Venalem, i. uendibilem. Et maturè. ] id est citò.

At. ] id est sed: Iugurtha manifestus i. manifestus reus tanti sceleris, sc3 noui paritidii in ciuitate aliena, ubi sui purgandi gratia se summum simulat: non prius omisit hiti contra uerum, i. non prius cessauit inficias ire & negare se confectum: quàm animaduertit, i. confiderrauit ei intellexit inuidiam: quàm facti esse supra gratiã, id est fauorẽ: atq; pecuniam suam, i. plus posse inuidiam ad sui condemnationẽ, quàm gratiam & pecuniam ad purgationem. Hoc. n. intellecto fugam parauit. Igitur quòd amplius obniti non potuit: quanquam ipse Iugurtha dederat in priore actione, i. disceptatione in iudicio, ubi à Memmio conuenus erat, ut se defenderet. Constat. n. actio ex petitione seu accusatione auctoris, i. eius qui in ius uocauit: & ex inficiatione seu defensione rei, i. eius qui in ius uocatus est, etiam si non sit culpabilis inuenientem, quia non omnis reus culpabilis est: sed omnis cuius res agitur, nisi se defendat. Quia uerò dicit in priore actione, uidetur tota controuersia duabus actionibus abfoluenda, aliter enim dixisset in prima, si uidelicet plures quàm due fuissent actiõis ordinariæ. In priore actione dabatur libelli, & optio ipsi reo, an partes suas defendere uellet. quòd si sic, & pena capitis agebatur aut detinebatur, aut uades dabat. Vnde enim est dictũ, qui pro alto spondet in iudicio, ut illi uadere, id est abire usq; ad constitutum diem liceat: qui nõ comparuerit, ipse illius periculum subeat. In posteriore actione, quæ interuam multorum fuit dierum, lite contestata atq; initiata de iure partiu disceptabatur. In priore itaque actione quanquam Iugurtha dederat ex amicis, quo Rome comparauerat quinquaginta uades: tamen, supple ipse consulens magis regno, id est conseruationi

B. AD.

regni sui: quanquam uadibus, id est saluti amicorum, qui uades pro ipso astrinxerant dimittit, id est a se militum clam, id est occulte nescientibus uadibus et tribunus plebis Bomilcarem amicum suum, reum constitutum in Numidiam: ueritus, id est timens ne metus, id est formido parandi sibi: inuaderet reliquos populares, i. fautores, uel si de populo sit, quod cum Proximo prius dixit, ad locum, non ad sanguinem respicit: si supplicium foret sumptum de illo, scilicet Bomilcare. Et ipse Iugurtha profectus paucis diebus, scilicet post Bomilcaris ausugium, iussus a senatu decedere Italia. Sed postquam egressus est Roma, fertur respiciens, scilicet Romam, sepe tacitum dixisse postremo, id est propurpisse in hac uerba: Urbem, supple esse uenalem, et perituram mature. i. cito, si inuenierit emptorem.

AST. Priori actione. In Bomilcarem. Quinquaginta uades dederat. Iugurtha quinquaginta amicos inue-

Liuius iudificari dicit: sed antiquis usurpat utrumque.

Quod legitimo tempore non mittebatur successus.

SOLDI.

Interim Albinus. Nunc narare incipit quid fecerit Albinus consul, postquam Iugurtha Roma egressus in Numidiam rediit. Dicit ergo, Albinum consulem cum Iugurtha bellum renouasse, atque ex Italia in Africam et comitatum et stipendia, etc. qua militibus sunt necessaria, portasse. Commemorat, quem nunc uulgo uia etualia uocant. Renouato bello. Scilicet contra Iugurtham. Stipendium. Praemium militare. Aliasque ueluti arma, uestes. Vbi. Id est ad usum, ad utilitatem. Maturat. Id est accelerat, festinat. Ipse. Scilicet Albinus consul. Profectus est. Scilicet in Africam. Nam Numidia, in qua bellum gerebatur, pars est Africa, ut dictum est. Quid est. Ac ipse statim est profectus, ut dictum est, conficeret bellum aut armis, aut deditioe, aut quouis modo, ante comitia: quod tempus haud longe aberat. Dicit, Albinum cito in Africam esse profectum, quia bellum renouatum cum Iugurtha cito finire cupiebat, ut posset Romanam redire ad comitia, quae non longe aberant. Comitia tria significat. Comitia dicitur tempus ipsum, in quo populus conuocatur ad creando magistratus. Dicitur etiam populum ipse, conuocatum ad hoc,

nit, qui certam pecuniam summam promiserunt, ni sstiteretur reus. eosque Romanos, non Numidas fuisse existimo. Sic etiam apud Liuium Decadis prima libro 3. multis uadibus. Virginius uadatus est Caesone Quintium reum. non enim id uadimonium tale fuisse existimo, ut uadibus in moriendum esset, si ab reo Bomilcare deserti fuissent. Italia decedere. Liuius libro 64. ait Iugurtham ob Massanisse eadem, cum Romae periclitaretur (causam enim capitis dicere iussus est) clam profugisse.

Clam in Numidiam Bomilcarem demittit. Legatum, dimittit, ita ut et codices in pergamenis descripti et impressi ferre habent. Nec aliter sensus potest. Viritus ne reliquos populares metus inuaderet parati sibi. Fabricianus exemplar. Populares quia terminatione antiquitas uel amat. Et ipse paucis diebus profectus est. In manuscripto quodam est, paucis post diebus.

RIV.

Tanta properantia. In festinatione, nam supra dixit, illud festinasse ut bellum finiret ante comitia. Secordia. In negligentia. Neque ex tanta properantia. Et fuerunt qui credebant bellum tam facile tractum, fuisse, neque, pro non magis secordia quam dolo. i. aliqui fuerunt qui crederet bellum ab Albino esse prolongatum magis dolo quam negligentia, cuius indicium et coniectura erat, quia a principio tantopere festinabat, et tam facile postea illa festinatione cessauit. Sed postquam. Cum (inquit) ipse dies comitorum appropinquaret, Albinus consul fratrem suum Aulum in castris reliquit in loco pratoris, et ipse Romam reuersus est ut comitijs interesset. Diapso tempore. In elapso tempore. Aduertabat. In appropinquabat. Pro pratore. I. in loco pratoris, hoc est cum officio pratoris. Prator autem sex fasces habebat, et uel uero duodecim. Ea tempestate. In eo tempore, inquit, res publica uexabatur per seditionem tribunorum plebis. Seditionibus. I. discordijs. P. Lucullus et L. Annius tribuni plebis mittebantur continuare magistratum, collegis resistebant. quia uolebat ut sequenti anno resciceretur tribuni, collegae autem eorum uolebant, et resistebant. Collegis. I. uel alijs tribunis plebis, magistratus a populo creati non poterant. Ea mora. In loco est: Aulus, quem supra diximus esse relictum in castris pro pratore, adductus in se ea mora. i. propter eam moram: uocati milites ex tabernaculis in expeditionem mense Ianuario, aut causa conficiendi bellum, aut causa capiundae pecuniae a rege, terrore exercitus, i. propter terrorem exercitus. Aulus frater Albinus consulis, relictus ut praesesset exercitui, cum uideret sibi tempus dari ad bellum gerendum, quia successor creari non poterat propter moram comitorum, qui a tribunis impediebatur, exercitum in expeditionem eduxit, seu sperans bellum finire posse antequam successor mitteretur, seu ut eo terrore Iugurtham induceret, ut sibi pecunias daret. Ea mora. I. propter eam moram. In spem adductus. Aulus qui sperabat, propter eam moram se posse bellum finire antequam successor crearetur in locum Albinus fratris sui, qui annum suum expleuerat. Conficiendi. I. finiendi. Terrore exercitus. Nam Aulus credebatur se posse terrore Iugurtham, id est ut auergeret formidinem regi, aut caecus cupidine potius oppidi ob thesauros: quanquam illud, id est illud oppidum neque poterat capi, neque poterat obsideri, et seuitia temporis et opportunitate loci, nam, pro qua, planities limosa fecerat paludem hyemalibus aquis circum murum suum in extremo praecipiti montis. Senfus est: Aulus aggressus est oppugnare hoc oppidum Suhul, licet inexpugnabile esset, et propter naturam loci, et propter seuitiam temporis: sed hoc fecit ut uel regem terret, uel quia cupiebat capere hoc oppidum propter thesauros regis qui ibi erant. Seuitia temporis. I. quia erat hyems aspera. Seuitia, id est asperitate. Opportunitate. I. quia oppidum erat in monte altissimo, muro munitionum, et circa murum a qua pluuiales paludes fecerant in planicie limosa. Nam

circum. Declarat, quare dicit oportunitate loci oppidum capi non posse. Sicutum. Id est profutum. Praerupti. Id est editi et alti. Nam praeruptus dicitur, in altum eleuatus. Virgilius. Aeneid. Insequitur cumulo praeruptus aqua mons. Limosa. Id est caenosa, limo et caeno ac luto plena. Hyemalibus aquis. Id est cum aquis quae hyeme pluuunt. Gratia. I. causa. Formidinem. Id est perhorrorem. Adderet. I. iniiceret, inferret. Oppidi potiuam. I. capiedi oppidi. Vineas. I. machinamentum bellicum. Agere. I. pro agebat, i. admovebat. Aggerem iacere. I. quod sit iacere aggerem, clarius demonstrat inferius, ubi sic dicit: Deinde iubet uineas agere, superque eas aggerem iacere: et super aggerem turribus opus administratos tutari. Sic ergo faciebant: uineas ad muros agebant, et applicabant: deinde super uineas iacebant et fundebant terram, id est aggerem: et super aggerem turres faciebant, et in his turribus pugnatore locabant. Quid sit uinea, quid sit agger, declarat inferius. Incepto. I. ad inceptum, uel dicit ad obsidionem et oppugnationem oppidi. Vbi. I. ad usum et utilitatem. Interim, etc. I. profequitur apparatus, quem Albinus consul audis belli (ut dictum est) instruxit non suo Marte. Nam ex ea expeditione summum dedecus Aulus frater eius incursumus est. dicit ergo: Albinus, consul, bello innouat, si per eadem Messinae, et uolentiam abfectionem Iugurthae: maturat. i. festinat, quod in bello quae festine fiunt, plerumque maturat. i. suo tempore fit. ut est illud Liciani: Tolle moras, nocuit semper differre peras.

BAD.

Et ideo dicitur esse in principio Catilinarij: Vbi consuleret, mature facta opera est. Interim, i. interea. dum Iugurtha decedebat portare, hoc est transire, ut supra alibi commemoratum. i. annonam seu uictum exercitus (ut dicitur, Vt etualia. Idem enim in utroque numero significat Comma, quasi uaticum, qui cum meatur. In singulari autem significat etiam ueniam meandi et discendi ad tempus ab negotio debito, unde militibus datur interdum comitatus ab Imperatoribus, uisendi uxores et liberos) et stipendium, hoc est mercede militum, et alia quae forent militibus usui, i. ad usum accommodata. ac ipse profectus est, hoc dicitur statim uti, i. ut conficeret, hoc est finiret bellum ante comitia, i. ante quam noui eligerentur magistratus (quod tempus aderat haud longe, hoc est aduentabat proxime: conficeret dicit armis, i. ut aut deditioe, ita ut acciperet Iugurtham in deditio nem: aut quouis modo, scilicet, alio. At Iugurtha contra. I. hoc est contrarij faciens trahere, i. trahere ab otio facere, i. faciebat alios, deinde alios, i. diuersos, modo hanc modo illos causam more, i. dilationis: polliceri, i. pollicebatur interdum deditioe et simulari, i. simulabat deinde melius: decedere, i. cedebat instanti, consuli, ad bellum conficiendum: et magis conferendus: et instare, i. instabat: paulo post, cum non esset paratus Albinus quod fecit, ne suis similes: diffiderent, scilicet de uirtute Imperatoris sui, si meticulosus apparere persisteret: et ita ludificare, i. ludificabat, et quasi ludo suspensum et delusum tenebat consulem: modo, i. interdum: mora, i. dilatioe belli, quod simulabat se uelle intrare: et modo, i. interdum mora pacis, quam simulabat per deditioem uelle. Ac fuere qui existimarent, Albinum haud ignarum, immo conficium consilij regis, Iugurthae: neque, id est et quoniam crederent bellum tractum, i. protraheant: ex tanta properantia, i. cum tanta esset properantia in principio tam facile magis secordia, i. pusillanimitate et ignauia consulis quam dolo, quia, cum Iugurtha clam

TANTA

pepigerat. Sed postquam dilapso tempore dies comitorum, i. in quo haberi debebant: comitia. i. congregationes Romanorum ad magistratus innovandos aduentabat: Albinus recessit Romam, & hoc Aulo fratre, scilicet suo relicto in castris pro pretore, id est loco pretoris (aut sui una uox) Aulo relicto pro pretore, id est qui erat propretor. Erat autem pretori sex duntaxat fasces, cum cosuli duodecim essent. Ea tempore. ] Ordo est: Respublica agitur ab ea tempore. i. eo tempore atrociter, id est immunitate: Roma. i. in urbe: seditionibus tribunitiis. i. motis a tribunitis plebis. quia P. Lucullus & L. Annius tribuni plebis, nitebantur continere magistratum collectis. i. ceteris tribunitis plebis relictis. Quae dissensio, tribunorum impeditabat comitia. i. ne fierent comitia: totius anni. i. toto illo anno. Aulo fratre: consulis adductus ea mora. i. per dilationem comitorum: in spem. s. prorogandi officij sui seu propretoriatu: euocat milites mense Ian. in quo maxime uiget frigus in expeditione. i. ad belli executionem, aut gratia belli consuetudinis. i. ut bellum conficeret. i. finiret: quia dum res confecta. i. simul facta est simul resiat in ea faciendum, aut supple gratia pecunie capienda. i. accipiendae: ab rege. s. Iugurtha: terrore. i. per terrorem exercitus. hoc est, aut sperabat se posse cito bellum finire, aut metu belli in ducere Iugurtham ad offerendum ingentem pecuniam. Et peruenit in agnis itineribus. i. itinibus: & (ut imperitiores dicunt) dietis. Iter enim non est uia, sed iter ad oppidum Subul, quod hic nostri generis esse ostendit: quia in reliquis declinatur. ubi. i. in quo oppido: erant thesauri regis, s. Iugurthae. Quod, s. oppidum Subul: quanquam neque poterat capi neque obsideri. i. circumdari exsecuta temporis & opportunitate loci. i. propter seuitiam, hoc est asperitatem temporis: & opportunitate loci. i. congrui situm loci: quia naturalis uanitione in expugnabile erat. Nam planities limosa, hoc est terra plana aqua & terra pingui plena fecerat aquis hyemalibus, hoc est tempore hyberno illic esse solitudo: paludem. i. obscentam & stagnantem aquam circa murum situm. i. locatum: in extremo, hoc est in fine montis praerupti. i. prius ui aquarum aut uentus rapti. ut de antro Chironis dicit Statius: Pars ex hausta manu, partem sua ruperat etis. Tamen, hoc est tamen oppidum illud inexpugnabile erat: ipse Aulus agere, hoc est agebat: uineas. i. protectiones militum ex confertis scutis in morem uinearum, quibus utuntur in expugnatione murorum: & iace ne, hoc est a fundamento insituebat: aggerem. i. circumuallationem: & preparare, hoc est preparabat alia: quae forent usui, i. utilitati: incepto, hoc est ad incipiendum bellum, aut gratia simulandi: quo. i. ideo ut: adderet regi, scilicet Iugurthae formidinem aut caecus, hoc est excaecatus: cupidine, id est cupiditate potius, hoc est in potestate habendi oppidi, scilicet Subulis.

C. AST.

¶ Ludificare. ] Ludificor & ludificor dicimus in eadem significatione. Ac sicut, &c. ] unde postea damnatus est. Cicero in Bruto. Aulo. ] Aulo Posthumio Albino. Pro pretore relicto. ] erat enim legatus. Lilius & Sallustius infra. P. Lucullus. ] aliter: Lucillus. quidam coedices formis excusi habent, Lucinus. Ea mora, &c. ] Orofius lib. 5. cap. 15. In sequenti, inquit, anno Aulum Posthumium Posthumij consulis fratrem, quem is quadraginta millibus armatorum exercitui praefecerat, apud Calamam urbem thesauri regis conditis inhiantem bello oppresit, & quae sequuntur. Ex hybernis. ] aliter: Ex byernaculis. in quodam peruerso codice est. Ex taberna-

culis. quae lectio non uidetur absurda. Ex opportunitate loci. ] Erat enim locus natura munitus, & ideo opportunus ciuibus aduersum hostes. ut infra. Statuit urbes, quae uiris & loco pro hostibus & aduersum se opportunissima erant, singulis circueunire. alij tamen legere malunt, importunitate loci. Vinea agere. ] ad muros impellere. Aggerem iacere. ] facere aggerem. Agger enim ex terra lignisq; extollebatur contra murum, de quo tela in hostes iactabantur. Vegetius. ] Preparare. ]

¶ Albinus Aulo fratre in castris propretore relicto, Romanum discessit. ] Sic & est in manuscriptis duo, & Venetum quoddam: sed Decebit. quemodo Gymnicus, mihi magis placet. Nam id proprie significat, ad mandatum custodiae suae loco recedere. Unde cosules, procosules, praetores dicuntur de prouincia decedere. Item, praesidia de urbibus atq; castris ita uti diligenter annotauit Valla. Cum Gymnico facit unum tantum & manuscriptis. Milites mense Ianuario ex hybernis in expeditionem euocat. ] Sic & Aldinum exemplar, & manuscripti codices habent. in quibusdam tamen, uelut Argenterotensi & Veneto est, Ex byernaculis. quae uox Lilius aliquoties utitur. pro, Vbi milites hyberno tempore commorantur. ut 5. Dec. 4. Deinde in byernacula milites educit. & 10. eiusdem: Loca pacata me ad byernacula electurum. Tacitus 2. Legionum aliae itinere terrestri in byernacula remissa. Haec aliae hyberna proprie dicuntur. Nam byernacula ferre uocamus ipsa tentoria, quando sub pellibus hyemant agere miles, non in oppidis neque sub telio cogitant. Quae uox mihi quidem lectio prior magis aridet. Nam & frequens est apud Ciceronem, Cohortes in hybernis mittere. & Exerctum in hybernis dimittere. hoc est, in oppidum aliquod commodius, ubi per hyemem agant, Sallustius postea: Metellus (inquit) cum electos fenatorij ordinis ex hybernis prope accessit inibat. Est apud Ciceronem & Hybernare uerbum, uelut cum inquit: Quomodo milites hybernant. & Vbi sit byernaturus. Pro quo Sallustius in seruis dicit, Hyemare. Nam omnis exercitus, uti consueuerat, Numidia deductus in prouincia hyemabat. Rursus: Ceterum exercitum in prouincia, quae proxima est Numidiae, hyemandi gratia collocat. Sed & Cicero hoc uerbo utitur aliquoties. ut in B. pistolis: Cupio scire ubi sit hyematurus. et in Verrem: Vbi piratae quotannis hyemare solent. Sallust. (ut adnotat alibi Seneca) aquis hyemantibus in historia dixit. Hunc imitaturus Aruntius quispian, quem idem Sallustianum fuisse testatur, quum dicere uellet, frigidum annum fuisse, ait: Totus hyemauit annus. Hyemare apud Tranquillum in Augusto, pro affligi in eodem: odo hyemans. ponitur. Quamuis Aulum (inquit) salubrem ualeudam suae urbem hyeme experiretur, asidueq; in urbe hyemaret. Caesar itidem ut Cicero, pro hyemem transigere possit, uelut 2. Ita populi Romani exercitum hyemare atq; inueterasce in Gallia moleste ferebant. & 3. Vti in ijs legionem hyemandi causa collocaret. Ibidem: Alteram partem eius uici Gallis ad hyemandum concessit. & 4. Inde in Allobrogas perduxit, ibiq; hyemauit. Quod quamquam & seuitia temporis & opportunitate loci neque capi, neque obsideri poterat. ] In quibusdam est, In opportunitate loci: pro eo quod est, Iniquitate loci, sic autem praeter alia & Beroaldinum & Venetum exemplar, quod excudit Vincius, Pomponius castigauit sed uerum

R. I. V.

B.

C.

A utrum rectius, alij uiderint. Ut autem ab Opportuno deducitur Opportunus, quid ni ita ab Inopportuno (nam hac uoce utitur Cicero) deduci Inopportunitas queat? Nisi quis Inopportunitate loci legere malit: quomodo inferius dicit, aggeribus turribusq; alijs machinationibus fuisse locum inopportunum. Ego uulgatam lectionem proba. nam opportunitatem loci cum propter incolos & ciues, pro quibus illa erat: tum ob hostes Romanos, aduersus quos erat, mihi dicere uidetur. Sic enim alibi: Statuit (inquit) urbes quae uiris aut loco pro hostibus, & aduersum se opportunissime erant, singulis circueunire. pro, Quae urbes munitissimae erant. Vinea agere, aggerem iacere, aliaq; quae cepto usui forent, preparare. ] Quamuis & manuscriptum & Beroaldinum exemplar Preparare: tamen Preparare magis placet. pro, festinanter comparare. Sic apud Tacitum: Preparare deditionem. Item: Voluntariani morem preparare. pro, celeriter sibi conficere. Virgilius libro octauo Aeneid.

At Iugurtha cognita uanitate atque imperitia legati, subdole eius augere amentiam: misitare supplicantes legatos. Ipse quasi uitabundus per saluosa loca & tramites exercitum ducere: denique Aulum (spe pactiois perperit, uti relicto Subule, in abditas regiones sese ueluti cedentem insequeretur: ita delicta occultiora fore. Interea per homines callidos die noctuq; exercitum tentabat: centuriones, ducesq; turmarum, partim uti transfugerent, corrumpere: alij signo dato locum uti desererent. Quae postquam exsententia intruxit, in tempesta nocte de improviso cum multitudine Numidarum Auli castra circumuenit. Milites Romani perculli tum uelut in solitum, arma capere, alij sese abdere, pars terrore confirmata, trepidare omnibus locis, uis magna hostium, caelum nocte atq; nubibus obcuratum, periculum anceps. postremo, fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero quos paulo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum cum duabus turmis Thracum & paucis gregarijs militibus transiere ad Regem: & centurio primipili tertiae legionis per munitionem quam uti defenderet acceperat, locum hostibus introeundi dedit. Ea Numidiae cum festi irupere. Nostri fuga caecata, pleriq; abiectis armis, proximum collem occupauere. Nox, atq; praeda castrorum, hostes, quo minus uictoria uenturum, remorata sunt.

SOLDI.

¶ Vanitate. ] i. amentia & stulticia. Legati. ] s. Auli. nam Aulus licet a fratre pro pretore in castris relicto esset, tamen erat legatus. Legatus autem dicebatur, qui uni legioni praerat. Legio autem quatuor milia milium continebat: licet postea is numerus auctus sit. Subdole. ] i. fraudulenter & dolose. Augere. ] pro augebat. Et declarat, quomodo eius amentia augebat. Nam Iugurtha sinebat se timere. Et propterea cum ad eum legatos mitteret, ipse cum exercitu se fugere simulabat. Misitare. ] pro misitabat. i. frequenter mittebat ipse. s. Iugurtha. Vitabundus. ] i. uanitate similis. nam non uitabat, sed uitare simulabat. Saluosa. ] i. inemorosa. Tramites. ] i. per uias occultas. Ducere. ] pro ducere. Spe pactiois. ] i. per hanc pactiois. Iugurtha callidus hanc spem Aulo dedit, ut diceret se cum illo pactum & sedes facere uellet: sed uolebat ut Aulus sequeretur se in regiones occultas, ut delicta & errata sua in hoc bello commissa essent magis occultata. Perperit. ] id est induxit. Relicto Subule. ] id est omissa obsidione & oppugnatione Subulis. Abditus. ] i. remotus & occultus. Cedente. ] id est retrocedente & fugiente. Ita. ] s. dicebat. Callidos. ] i. astutos. Exerctum. ] s. Auli. Tentabat. ] i. sollicitabat. Centuriones. ] Centurio dicebatur, qui uni centurie praerat. Centurio centum homines continebat: & centurie sunt peditum, turma uero equitum. Turma triginta equites continebat. & est proleptis. Transfugerent: ab exercitu Romano ad se. Corrumpere. ] pro

tum: Preparare deditionem. Item: Voluntariani morem preparare. pro, celeriter sibi conficere. Virgilius libro octauo Aeneid.

Haec pater Aulis properat dum Lemnia oris, pro, Properanter facit. Et est honesta locutio, inquit Seruius. In manuscripto uolumine, pro Cepto, Incepto legitur. ut & in impressis quibusdam. Sed uulgatam lectionem relinquendum esse dico.

¶ Ad opp. Subul, ubi regis thesauri erant. ] Strabo ultimo Capfam ait uocatum, ubi regis Iugurthae fuerunt thesauri: sed puto errorem esse qualem paulo ante de Vinea indicauimus. Nam Sallustius postea de Capfa differens, nihil de regis thesauris meminit, uerum locum quendam alium ad Iulianum Klubicam. Haec nobis ideo referuntur, ut locorum nomina diligenter emendentur, maxime locorum facta diligentem comparationem.

GLAR.

corruptebat, uti partim transfugeret, & uti alij desereret locum, dato signo. Disciplina militaria erat, uis miles in pugna locum semel capti inuasi imperatoris non desereret signo dato. ] scilicet pugnae per tubam. nam tuba canitur, cum milites in pugnam uadunt. Locum. ] scilicet pugnae. Quae postquam exsententia instruit. ] id est postquam corrupit pecunia centuriones & duces turmarum, quemadmodum uolebat. In tempesta nocte. ] i. media nocte. nam, ut dicit Seruius, nox in tempesta dicitur nox media, hoc est nimium obscurissima: quia caret tempore, quod (secundum Lucretium) per se nullum est, nisi ex actibus intelligatur. medium autem noctis tempus caret actu. Ergo in tempesta nox inactiua, hoc est sine actu, per quem dignoscitur tempus: in tempesta nox, id est sine tempestate, hoc est sine tempore. nam tempestate significat tempus. nox uero sine tempore ideo dicitur, quia est sine actu, quo tempus dignoscitur. Multitudine. ] i. cum multitudine. Circumuenit. ] Iugurthae. i. circumdat. Perculsi. ] i. perterriti. Periculi anceps. ] s. erat, i. duplex. nam periculi erat sine manerent, sine fugerent: & hoc sequentia declarant. Cohors una Ligurum. ] Ligures & Thracas auxilia miserat ad hoc bellum po. Ro. Ergo ex Liguribus una cohors, & ex Thracibus duae turmae equitum cum paucis militibus, gregarijs ad Iugurtham transfugerunt: Gregarijs militibus. ] Milites gregarij dicitur, quia ex gregibus, hoc est ex multitudine. & sunt milites uoluntarii. Et centurio. ] Ordo est: Et centurio primi uocelli tertiae legionis,



dedit locum introendi hostibus per munitionem, quam acceperat uti defenderet. Centurio primi vexilli tertie legionis corruptus, locum hostibus dedit ut in castra Romana introirent per munitionem, quam defendendam acceperat. In exercitu multe legiones erant: in legione multe centurie. Primipilus dicebatur, qui non solum aquile praeerat, verum etiam quatuor centurias, hoc est quadringentos milites in prima acie gubernabat. Dicitur autem centurio primipili, et centurio primipilus, hoc est centurio primi vexilli, videlicet aquila, quae est primum signum ac vexillum. unaqueque legio habet unum centurionem primipili. Eaque. ] i. per eam partem. Nostris. ] i. Romanis. unde quam facile videtur Romanis. Cum Numidia hostes castra Romana irrupissent, subito Romani alij fugientes, alij arma obijcientes, in collem quandam montis proximum ascenderunt. Plerique, Jac si diceret: Romani collem occupaverunt, alij fugiendo, alij non fugiendo, sed pugnando paulatim cedentes. Nox atque praedae castrorum. ] Hoc dicit: Duae res fuerunt quae hostes impediuerunt, ne funditus Romanos deleteret: scilicet nox, et praedae castrorum. nam nox obscura prohibebat, ne hostes Romanos insequerentur: et dum hostes occupati sunt in diripiendis castris Romanorum, interea in locum tutum Romani fugerunt. In legione decem cohortes sunt: sed prima cohors reliqua et numero militum et dignitate praecedat. haec enim suscipit aquilam, quod primum et praecipuum signum est in exercitu, haec habet imagines imperatorum, habet milites mille centum quinque, equites centum triginta duos. reliquiae eiusdem numeri sunt: singulae enim habent pedites quingentos, quinquaginta quinque, equites sexaginta quinque. prima cohors capit est totius legionis: ab hac, cum pugnandum est, prima acies incipit ordinari. Quo minus. ] i. ut non. Victoria autem tenetur. ] Victoria uti, est hostem funditus delere, ita ut reliquiae fracti exercitus in unum aliquem locum colligi non possint, viresque resumere. Nam saepe euenire solet, ut acies praelio fuisse atque fugatae, in tutum aliquem locum se recipiant: breui tempore in pristinum robur reparantur.

B. A. D.

At. ] i. Iugurtha cognita uanitate, in inanitate consilijs et imperitijs legatis, scilicet Auli, qui more legati in locum principalis, scilicet consulis successerat: augere, hoc est augebat subdole, i. callide dementia eius: mistitare, i. mistita bat legatos supplicantes, scilicet ut desisteret: et ipse Iugurtha quasi uitabundus, i. ac si frequenter uitaret copressum dicitur, hoc est ducebat exercitum per loca saluosa, i. aspera et saluum plena: et tramites, hoc est transmissos calles. Denique pepulit, i. ad hoc impulit: spe pactiois, hoc est pacti inuidia: Aulum uti, hoc est ut sequeretur sese, scilicet Iugurtham ueluti cedentem in regiones abditas: et hoc Subule relictio: ita, i. per hoc: delicta Auli fuisse occultiora, hoc est magis latentia. uel dicebat ita, delicta Auli fore occultiora: quia exercitus nesciret quid ageretur: interea Iugurtha tentabat die et noctu exercitum per homines callidos: et corrumpere, hoc est corrumpere centuriones et duces turmarum: partim uti, i. ut ipsi transfugerent, scilicet ad se: et uti, i. ut alij desererent locum, scilicet assignatum ab Aulo: signo dato, i. postquam signum esset datum. Quae postquam ex sententia instruxit. ] Docet uerum esse, quod supra dixit, callido et uersuto atque acuti ingenio esse Iugurtham: qui etiam Romanum exercitum corrumpere, et duces circumuenire potuit. unde dicit: Quae, scilicet corruptionem exercitus et ductoris eius

instruxit, i. uanam adductionem: postquam Iugurtha instruxit, i. praeparauit ipse circumuenit, i. circumdat exercitus sui aduentu castra, uentoria et munimenta bellica: Auli, scilicet delicti illic praefectus officio explendo: nocte in tempesta, i. quae ad nullum opus tempestiua est, ut post mediam noctem: circumuenit dico, cum multitudine Numidarum. Milites Romani percussi, i. stupefacti et attoniti insolito metu: cum diu in ocio fuissent, supple ceperunt alij capere: aut alij capere, i. capiebant arma contra hostes: alij abdere, i. abdebant, hoc est abscondebant sese: quia nox erat, et silua uicina: pars confirmare, i. confirmabant et cohortabantur terrosi: trepidare, i. trepidabant: quia omnibus locis erat, supple magna uis, hoc est copiosa multitudo hostium: et caelum obscuratum nocte, i. tenebris nocturnis: atque nubibus (quasi dicat, quod Maro Aeneid. 2. Et lunam in nymbo nox intempesta tenebat) Et periculum anceps, i. formidolosum, quasi habens undique caput et causam timoris: sicut gladius anceps, utrinque incidens dicitur: postremo exercitus Romano in incerto, i. inter dubia: an foret tutius fugere an manere: quia utrumque periculosum erat nescientibus regionem. Sed ex eo numero, quos paulo ante diximus, corruptos una cohors Ligurum, qui Longobaradi dicuntur: et specialiter Ianuenses, qui bellicosius quidem, unde in Georg. Assuetumque malo Ligurum. — sed insidi erant. unde in Aeneid. Vane Ligur, etc. — Cum duabus turmis, i. sexaginta equitibus Thracum, et paucis militibus gregarijs, i. uulgaribus nullo honore praeditis: transire ad regem, scilicet Iugurtham. Turma (ut Varro et Festus sentiunt) dicta est quasi terma aut terdena: quod terdenos equites ex tribus tribubus, Tatiensium, Ramnensium et Lucernum continebat, quorum primi Decuriones dicti. Thraces autem semper bellicosius fuerunt, unde Thracia dicitur Martis patria: uenerant autem tunc Romani in auxilium et centurio primipili, i. primi vexilli ad pilum suspensi: tertiae legionis, i. qui praerat tertiae legioni: dedit hostibus locum, i. facultatem introendi per mutationem, quam acceperat: uti defenderet, i. defendendam. Et cuncti Numida irrupere ea parte, i. per eam partem: sicut fuga, supple facta est ex nostris: quia plerique occupauerunt proximum collem armis abiectionis: nox, i. caligo: et praedae, i. multitudo spoliatorum: castrorum, i. inuentorum in castris Romanis: remota sunt, i. in mora tenuerunt hostes: quo minus, i. ut non tanta uerterentur uelociter: quia interea multi absugerunt.

C. A. S. T.

Vitabundus. ] uitans, fugiens. Considerent docti, num Diomedes Grammaticus hunc locum citet lib. i. cap. 5. ubi sic ait: Item cum legimus apud Sallustium. Vitabundus, inquit, per saluosa loca recedebat. Turmarum. ] Turma (inquit Varro) terma est, i. e in abijt. quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnensium et Lucernum fiebat. Et centurio primipili. ] Is olim (ut refert Lilius lib. 7. ab V. C.) primus centurio dicebatur, postea Primipilus, et centurio primipili dictus est. Vegetius libro 2. cap. 8. Velis autem, inquit, consuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili: qui non solum aquila praerat, uerum etiam quatuor centurias, hoc est quadringentos milites, in prima acie gubernabat. hic tanquam caput totius legionis merita consequbatur, et commoda. Dionysius autem Antiquo libro 8. ait, centurioni primipili sexaginta centurias, id est milio

est militum sex milia paruiss. Tertia legionis. ] Legionis apud Romanos plerumque nomen i numero sortiebatur. unde apud Cicero, Caearem, Tacitum, et alios primam, secundam, tertiam, quartam, quintam, et ne longius prosequar, decimam, uiginti simam, et triginti simam legionem inuenies.

\* subditur,

\* ex

SOLDI.

Tametsi. ] Ordo est: Iugurtha tamē dicebat, se morem rerum humanarum; missurum esse omnes incolimes sub iugum: tametsi teneret ipsam cum exercitu clausum sane et ferro. Cum Aulus et Iugurtha in colloquium uenissent, Iugurtha sic dixit: O Aule, scio res humanas instabiles esse, ut quamuis hodie uictor sim, tamen exas uinci possum. Et propterea, quamuis te cum exercitu fame et ferro clausum obsideam: tamen si mecum foedus facere uis, non recusabo, et omnes milites Romanos sub iugum mittam, atque ita incolumes abire permittam. Aulus conditionem ignominiosam metu mortis non recusauit. Itaque omnis exercitus sub iugum missus est. Sic autem milites sub iugum mittebantur, ut tradit Lilius. Haec et duae terrae affixae in alium erigebantur, tertia et transfuerso ducebatur, atque ita milites subire cogebantur: quae res eos in eos significabat. Praeterea. ] Hoc etiam Iugurtha in conditionibus foederis uolebat, ut Romani decem dierum spacio de Numidia discederent. Quae quamquam. ] Ordo est: Tamē pax conueniensita, sicut libuerat regi: quia mittebantur metu mortis: quamquam quae, i. illa erat graua et plena flagitij. Mortis metu. ] nā in colle quem occupauerant clausi, et Iugurtha obsidebantur: nec inde discedere poterant, quin in Numidas incidere. Conuenit. i. e. postea est. Metus atque moror. ] Romani ciues et timebant et clade uitio fratris accepta, si posset, aliquo modo releuaret. Sed postquam cognouit totum exercitum licentia et lasciuia corruptum, nihil tentare uoluit. Medes vi fraternae inuidia. ] i. inuidiam fraternam releuaret, nā Aulus ab omnibus odio habebatur. Praeter fugam. ] i. postquam. Solutio imperio. ] i. e. imperio fracto, eneruato, quia milites fecere quicquid uolebant. Licentia. ] quia milites licenter faciebant quicquid uolebant, neglecta militari disciplina.

R. I. V.

Subdole eius augere amentia. ] In manuscriptis est, Subdolis: quae nimirum uertor lectio est. Denique Auli spe pactiois populi, uti Subule relictio. ] Manuscripta, Perpulit. Intempesta nocte cum multitudine Numidarum Auli castra circumuenit. ] Cuius non est in ullo manuscripto, ac relictio abest. Sed nec Florinus codex id habet, neque Beroaldus.

illi maxime inuuebant, qui imperiti rerum nesciebant ita usua nire, ut aliis uincamus, alias uincamur. et natus ac populi Rom. iniussu foedus fieri non poterat.

\* subdit

B. A. D.

Deinde Iugurtha facit postero, i. sequenti die uerba cum Aulo in colloquio, colloquitur cum eo. et dicit, quod tametsi

tamen si tenent ipsum cum exercitu clausum fame ferro: tamen se memorem humanarum rerum, quae dubiae sunt: quia rerum incertitudo est, et fori omnia versat: missurum omnes incolumes sub iugum, i. sub hasta transfuersam inter duas hastas erectas, patibulum seu furcam representantem (sub quam Romanos prius ad ad Caudinas furcas miserant Samnites.) si Aulus faceret secum se adis, scz de non instaurando bello: praeterea mandat, supple ut decederet, aut omnes decederent Numidia decē diebus, i. intra decem dies. Quae, scz ante dicta: quamquam erant grauiora, i. dura et intolerabilia: et plena flagitij, i. increpatione dignissima aut poena capitali digna: quia ad Samnitibus sub iugum missi, ipsi ad senatu ad supplicium traditi sunt, licet Samnites in eos non animaduertissent. Tamen quia nutabat metu mortis, scz praec oculis instans, cum non esset euadendi spes ulla: pax conuenit, i. concluditur sine controuersa inter eos: sicut libuerat, i. ex libidine placuerat: regi, scz iugurtha. Sed ubi ea Romae compta sunt. ] Prosequitur rem gestam Romae, post trieste nunciu deditiois facta per Aulum fratrem Albini consulis, dicens: Sed ubi e. i. postquam ea quae Aulus tam uispiiter fecerat et pepigerat: comperta sunt, i. certe cognita Romae: meus de futuro periculo, quia Adherbal praemonuerat, quod Iugurtha alius animu intenderat, uidelz ad imperium Romanu: et meror, i. metus: quia de presenti ignominia inuaserat ciuitate, i. ipsos ciues: pars, i. ipsi partim, sup. ceperunt dolere (aut dolere, pro dolerant) pro gloria imperij, scz tam sedē amissa: pars in solita, i. in consuetudinem rerum bellicarum, i. nesciens uariis esse uicissitudines uictoriarum in bello: timere, i. timebat: libertatis, i. suae: aut ciuitatis, i. pro libertate ne amitteretur. Omnes, supple erant infesti, i. infensi et irati Aulo, scz talis subiugationis auctori ac maxime infesti, supple erant illi qui uerant praecleari bello: quod ipse armatus quae suerat potius salutem, i. euasionem mortis: dedecore, i. per summum dedecus, uidelicet per missionē subiugum: quam manu, i. uirtute militari. Ob ea, id est ob eas res: Albinus consul timens ex delicto, i. propter delictum fratris, scilz Auli inuidiam, scz senatus populiq; Romani: et deinde ex inuidia et odio periculum: consulebat senatum, i. rogabat senatum: consilium de federe, i. an foedus ratum haberet: et tamen, i. nihilominus: quia satis sciebat senatu non probaturum: ipse scribere, i. scribebat interim: dum, scz consultiato fiebat: exercitui, scz derelicto in Aprica supplementum: et accersere, i. accerserat, i. aduocabat a socijs et nomine Latino, i. quicumq; Latini dicebatur: auxilia, i. auxiliaries milites, deniq; i. demum festinare, i. festinabat omnibus modis. Senatus decernit, i. sententiā dicit et iudicat: (uti, i. quemadmodum fuerat par, i. iustum et aequum) nullum foedus potuisse fieri: iniussu, i. sine iussu suo atq; populi Romani. Consul impediuit a tribuni plebis: ne portaret, i. transferebat secum in Apricam: copias, scz exercitus: quas parauerat, scz scribendo supplementum, et accersendo socios: proficiscitur, scilz quasi solus: paucis diebus, i. intra paucos dies in Aprica, nam omnis exercitus deductus Numidia: sicut conuenerat, i. pactum erat inter Iugurtham et Aulum: hyemabat, i. hyemem agebat in provincia, scz Romana, quā in Aprica habebat Romanus populus. Postquam uentum est eo, i. in provinciam ad exercitum: quamquam animus Albini ardebat, i. ardentem affectabat persequi Iugurtham: et mederi, i. remedium adhibere: inuidia fra-

terna, i. odio, quod in Aulum fratrem eius pop. Rom. habebat. tamen, supple statuit nihil agendum sibi, i. a se: cogitibus militibus, i. postquam cognouerat milites, quos praeter fugam, per quam degeneres effecti erant: licentia, i. indulgentia et mollis uita soluto imperio: atq; lasciuia ex copia, i. abundantia rerum: corruerat, i. effeminauerat et deteriores fecerat. Quia ut dicit Comicus: Deteriores omnes sumus licentia. Et ita missi Albinus in provincia, hyematis illic cū exercitu. ut praetermissa narratio de eo redit ad acta Romae. Sub iugum. ] Tribus hastis iugum fit, humi defixis duabus, superq; eas transfuersa una deligata. Liuius lib. 3. ab V. C. et Dionysius Ant. Rom. lib. 3. Flagitij plena. ] aliter: Flagitio plena, nec secum citat Valla. Multabant uel. ] In antiquis aliquot librjs est: Nutabant, alij uerò, uel Urgebantur, uel Nutabant legere malunt. Et Latine no nomine, et Latio. Vti par erat. ] Ita pax Caudina, aliaq; nonnulla, quae iniussu senatus populiq; Romani factae sunt, irrite fuerunt. Et copia rerum. ] et abundantia. aliter: Ex copia rerum, id est ex rerum statu. Tamen si ipsum cum exercitu fame ferroq; clausum teneat. ] Est in quibusdam Tenet. Id latinitatis ratio exposcere magis uidetur: nisi si in quibusdam modi esse malis. Quae quamquam grauiora, et flagitij plena erant. ] Manuscriptum, Quae grauiora quamquam, et sic saepe Tacitus. uelut s. Haec mira quamquam, fidem ex eo traherant. Latio. Valla, haud scio an memoria lapsus, Flagitio plena legit libro Elegantiarū 3. quo loco docet, Cicero nē Plenus cū genituiuo iungere solium, plerq; eodem seculo cū ablatiua. Mox enim subdit cum Varronis ē tertio de Re rustica: Vtrum his piscibus stagnum habeat plenus, an raris: tum hoc ē Sallustio exemplum, Flagitio plena, quo id comprobet. Quod Cicero nē affirmat, semper hoc nomen cū genituiuo iungere consueuisset, in eo planē est memoria lapsus. id quod exempla sequētia ostendunt. Ornamentis sanorum plena domus. et, Ocio sa uita, conserta et plena uoluptatibus. et, Literae grauisimū uerbis sententijsq; plena. Sed et noctem plenam timoribus, apud eundem legitur. Tamen quia mortis metu multabantur, sicuti regi libuerat, pax conuenit. ] Manuscripta et alia quaedam, Nutabantur: pro, permittantur, id est: Quia haec patiēda potius quam moriendum censebant. uel, quia uitam hac re suam redimebant. Nam mutatio fit, quum aliud pro alio substituitur. In Basilensi est, Nutabant. Postquam eo uenit. ] In nonnullis est, Postquam eo uentum est: quomodo et alijs. Quamquam persequi Iugurtham, et mederi fratrem inuidia animo ardebat. ] In quibusdam, Animus ardebat: uidelicet, Albini consulis. Sed prior lectio melior: pro, studio et cupiditate flagrabat. Sic enim et manuscripta. Quos praeter suam soluto imperio, licentia atque lasciuia corruerat, et copia rerum. ] In manuscriptis ceterisq; uetustioribus, Ex copia rerum, statuit sibi nihil agendum, pro, Vires sese dabant, sine pro statu et conditione rerum. Sic postea Sallustius: Tum Marus ex copia rerum consilia trahit, id est, ex tempore, uel, pro re nata. Tacitus, Ex re consulere, dixit. Tamen quia mortis metu multabantur. ] pro Multabantur, alij codices habent Nutabant. In uetustis codice Urgebantur marginibus adscriptum reperi, quae lectio placet. nam ita loqui solebat auctor, ut paulo post: Populus militum atque inopia urgebatur.

CAST.

RIV.

B

E

GLAR.

A Marcus Mamillius Limetanus

SOLDI.

B

C

Interea Romae Brachus Mamillus Lemetanus tribunus plebis rogationem ad populum permutat, uti quaereretur in eos quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset, quicq; ab eo in legationibus aut imperijs pecunias accepissent, qui elephantos, quicq; profugas tradidissent, itemq; qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Huic rogationi partim consij sibi, alij ex partium inuidia pericula metuētes: quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos, ac maxime per homines Latini nominis, et socios Italicos impedimenta parabant. Sed plebs, incredibile memoratu est, quātum intenta fuerit, quantaq; ui rogationem iusserit, decreuerit, uoluerit: magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quā cura Reipublicae. tanta libido in partibus erat. Igitur ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Belliae fuisse supra docuimus, inter laticiam plebs et suorum fugam, terripa etiam tum ciuitate, cum ex Mamilli rogatione tres quatuor rogarentur, effecerat uti ipse in eo numero crearetur. Sed quaestione exercitata asper uio lenterq; ex rubore et libidine plebs, ut saepe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat.

C. Metellus uel Manlius.

Rogationem iube bere.

Secundae res insolentia pariū.

Interim Romae. ] Transit ad aliam rem. Dicit enim C. Manlium tribunum plebis rogationem ad populum promulgasse, ut inquisitio fieret de his, quorum consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset, et qui ab eo pecunias accepissent in legationibus uel imperijs, et qui elephantos ac profugas tradidissent, et qui de pace uel de bello pactiones cum eo fecissent. Rogationem ad populum promulgat. ] i. petitio nē uel legem populo proponit, quae petitio continebat ea quae sequuntur. Is qui populum uocat, et petit ab eo ut aliquid iubeat aut ueret, dicitur ad populum ferre, siue ad populum promulgare, siue populu rogare. Exempli gratia: C. Manlius populum conuocauit ita interrogati Vultis, iubetis ne, Quiritis, ut quaeratur in eos, quorū consilio Iugurtha Senatus decreta contempserit? Cum hoc modo ad populum promulgasset, id est cū hanc rem populo proposisset, qui eam rem probabant, dissidebant populo Romano, ut rogationem suffragijs uel auxilij confirmaret. Qui autem improbat, dissidebat. Cum res in utranq; partem disputata esset et discussa, populus qui ex triginta quibus tribus consistebat, mittebatur in suffragium. Cum decem et octo tribus, id est plusquam dimidia pars populi rogationem probassent suffragijs, lex siue rogatio prolata dicebatur. Promulgare autem dicitur quasi promulgare, id est ad uulgum ferre: hoc est, populo proponere. Aut in legationibus. ] ex hoc legati notabantur, qui missi erant ut regnum Numidia inter Iugurtham et Adherbalum diuideret: quorum pars maior a Iugurtha pecunia accepit, ut supra usum est. Aut imperijs. ] per hoc consul Bellia indicabatur. Elephantos, profugas. ] Hoc usum est superiorum, nam qui in castris relictis sunt, elephantos et transfugas disiecerunt. Pactiones fecissent. ] per hoc Bellia consul, et Aulus frater Albini consulis, notabantur. Huic rogationi. ] Ordo est: Partim homines consij sibi, alij metuētes pericula ex inuidia partium, parabant occulte impedimenta huic rogationi per homines Latini nominis, et per socios Italicos: quoniam aperte resistere non poterant, quin faterentur illa et alia talia placere, sibi hoc dicitur illi qui erāt in delicto, hanc rogationem Manlij impedire conabantur per homines Latinos et Italicos, qui erant ciues Romani. Sed tamen nihil facere potuerunt, nam rogatio perlata est, et iussa. Alij ex inuidia partium pericula metuētes. ] Multi nobiles erant qui timebant propter inuidiam partium, quia intelligebant periculum sibi imminere, si plebs in hac rogatione uictoriam obtinisset, nam factio nobiliū per hanc rogationem uires amittebat. Econtrā factio plebis uires et animos agebat, sicuti ipse Sallustius ostendit. Quoniam aperte resistere non poterant, quin sumus delictum faterentur. Illa et alia talia. ] scilicet accepisse pecunias a rege, et ipsum regem inuissse, et c. fecisse quae in rogatione promulgata continebantur. Homines Latini nominis. ] id est per homines Latinos, quibus ciuitas Romana data erat, id est qui ciues Romani facti erāt. Sed plebs. ] Sed est incredibile memoratu, quantum fuerat intenta plebs, et quanta ui iusserit rogationem: magis odio nobilitatis, cui illa mala parabantur, quā cura Reip. tanta libido erat in partibus. Sensus patet. Incredibile memoratu. ] id est dictū incredibile: quia si diceretur, nō crederetur. Suffragium proprie dicitur uotum et uoluntas uniuscuiusq; quae primò hoc, deinde per L. Cassium legem per ita bellam ostendebatur: ita ut uoluntas cuiusq; panderetur, persona occultaretur. Rogationem iusserit. ] id est rogationem suffragijs approbauerit. nam eam rogationem se acceptare et approbare suffragijs ostendit. Nā plebs dicebatur iussisse, id quod suffragijs approbat. Igitur ceteris metu perculsis. Cū (inquit) cetera nobilitas perterrita est ob legem Manlij, Scaurus inter ceteros nobiles potens, partem huius terroris et periculi imminētis excussit. Nam cum tres inquisitiones contingerent in lege, fecit et obtinuit, ut ipse unus esset ex his qui inquisitionem faciebant. Atq; ita cum de ipso inquisitio faciēda esset, qui pecuniam accepterat a Iugurtha, per potitiam suā fecerat, ut ipse de alijs inquisitionem faceret. Igitur ceteris metu perculsis. ] id est ceteris nobilibus meti perterritis. Inter laticiam plebs. ] nam plebs latebatur, quia uidebat fore ut multi nobiles damnarentur. Tres quaestiones. ] Prima quaestio erat, de his quorum consilio Iugurtha Senatus decreta contempserat, et qui pecuniam ab eo accepterant. Secunda erat, de his qui elephantos et transfugas uendiderat. Tertia, de his qui pactiones de pace aut bello cum hostibus fecissent. In eo numero, id est in numero quaestitorum: obtinuerat ut ex tribus quaestitoribus unus esset: nam opus erat ut singuli quaestores singulis inquisitionibus praeficerent. Nam quaestores dicitur, qui de criminibus suspectis inquisitionem faciunt. Sed quaestione exercitata. ] Ordo est: Ea tempestate sic insolentia ceperat plebem ex secundis rebus, ut, pro sicut, ipsa insolentia saepe ceperat nobilitatem, exercitata quaestione

bb asperd

asperere et uolenter ex rumore, et ex libidine plebis. Postquam (inquit) inquisitio exercitata est, sicuti plebs cupiebat, ipsa plebs superbiere cepit ex hoc, quemadmodum sepe nobilitas superbiere consueuerat. Asperere et uolenter, quia multi nobiles damnati sunt, inter quos L. Opimius, qui princeps legationis fuit, quando decem legati missi sunt, ut regnum Numidiae diuiderent inter Iugurtham et Adherbalem. Ex rumore et ex libidine plebis. ] id est secundum rumorem, et famam plebis: quia inquisitio facta est de his hominibus, de quibus plebs dicebat esse faciendam. Ex secundis. ] id est prosperis rebus: quia inquisitiones fiebant, quemadmodum ipsa plebs uolebat.

BAD.

Interim Rome. ] Prosequitur ea que Rome fiebat interea, dicens: Caius Manlius (aut, ut alij textus habent) Caius Marullus Limitanus seu Limetanus: tribunus plebis promulgat, id est profert coram multitudine (Est enim promulgare, pro, id est ante multitudinem uulgare, id est communicare aliquid) ad populum, id est in consulatione populi: uti querebatur, id est inquisitio fieret: in, id est contra eos: quorum consilio Iugurtha neglexisset decreta senatus: qui decreuerat pacem cum Adherbale habendam, et sua utrumque portione regni contentum esse debere. et qui tradidissent post abscessum Albi: elepbantos, quæstori per deductionem assignatos: et perfugas, qui ad fidei Romanorum perfugerant deserto Iugurtha: et qua accipissent ab eo, scilicet Iugurtha pecunias: aut in legationibus, i. cum essent ad eum missi legati, ut Lucius Opimius, et qui cum eo ad condiciendum regnum missi fuerant: aut in imperijs, i. cum essent imperatores exercitus: ut Calpurnius, et cum eo Scaurus. Item qui fecissent pacationes cum hostibus, scilicet Iugurtha, et eius adherentibus, de pace aut bello, ut Aulus, qui deditionem facit uictus, et sub tugum missus. Senatores supple, aut patres conscripti partim esse sibi quia inter eos plurimi per legatos pecunias acceperat: alij metuentes pericula ex inuidia, i. molesto odio partium, seorundem qui parti culpabilis fuerat, aut potius plebiorum: quomodo non poterant resistere aperte huic rogationi factæ per Caium Manlium aut Marullum, quoniam, i. quo minus: fateretur, id est deberet fateri illa, scilicet per ipsum rogata, et alia talia placere sibi quia iustissimum erat, ut in tale fieret inquisitio. ideo ipsi parabant occulte impedimenta, id est obstacula et remoram, quo minus promulgaretur per amicos, et maxime per homines nominis Latini et socios Italicos: qui aut alia negocia interrogabant, aut ad plebem et tribunos plebis instabant, ne in tanta commotione talis rogatio promulgaretur. Sed est incredibile memoratu, ut id commemoretur et recensatur quantum intentæ et quanta uis plebis iusserit rogationem, supple promulgare magis odio nobilitatis, cui illa mala parabantur: quam cura reipub. ut reip. consulere tur: tanta libido erat in partibus, id est in partialitatibus et seditionibus, aut in ipsi qui seditiones fouebant. Igitur ceteris percussis metu, id est cum ceteri essent percussim metu: Marcus Scaurus, quem nos memorauimus supra legatum Bestie, id est missum cum Bestia consule in expeditionem Africanam: effecerat inter laticiam plebis, que exultabat de nobilitate in tantis malis deprehensione: et fugam suorum, id est secum consociorum nobilium (suorum enim respicit Scaurum, id est eorum qui de parte Scauri erant) ciuitate existente: tum, id est tunc etiam trepida: quum et, id est etiam rogatione Manly, id est qua Man-

lius proposuerat: rogarentur tres quaestores, i. tres inquisitores, de quibus inquisitionem (quorum prima erat de his, quorum consilio accepta pecunia Iugurtha decreta senatus contempserat: secunda de his qui elepbantos aut perfugas uendiderant: tertia de his qui pacationes cum eo fecerant) effecerant inquam Scaurus uis, i. utriusque creatur. i. designaretur in eo numero, scilicet trium quaestorum. Sed questione, i. inquisitione exercitata: asperere et uolenter ex rumore, i. ut rumor erat, plebem nelle, et ex libidine plebis: ut in insolentia, i. insolita uolentia ceperat. i. inuaserat sepe, scilicet antea nobilitatem, id est nobiles: ex secundis, id est prosperis rebus: si cepit ea tempestate plebem.

C. Manlius Limitanus. ] Ita habent nostri uetusii codices. et hanc germanam lectionem esse existimo. Sic apud Ciceroem in emendatis codicibus, ut sunt, qui Lytætiæ a Roberto Stephano formis impressi sunt, Manilia rogatio dicitur. et post paulo Manilia lex, quam hic Manilius iulit. Italicos. ] qui in suffragiorum habebant. Ex rumore. ] Legimus in quibusdam excusis libris, Ex more.

CAST.

Interea Rome Brachus Mamilius Lemetanus tribunus plebis, rogationem ad populum promulgat. ] Hic tam uaria est in exemplaribus lectio, ut que potissimum probanda, haud facile iudicare possit. In ueneto est, C. Manilius Limitanus tri. pl. nec secus in Argenteraten. si, atque alij plerisque. In Parisiensi, quod est castigatum ab Aleandro, G. Mamilius Limetanus. In Fabriciano (quam lectionem maxime omnium probandam puto) G. Mallius Limetanus. Quæquam in spacia, quod uersus dirimit, adscriptum ibidem est, Mamilia. Sed et postea, ubi in alijs ferè, Ex Manly rogatione: in Badiano, Ex Mamilli. in manuscriptis est, ex Malliana. Sed quid mirum? Aut hæc lectio uera est, quæ habet manuscriptum, aut ea que in peruulgatis est exemplaribus dialogi de claris Oratoribus, quam Brutum uocant, quo loco Cicero de C. Galba Sergio F. loquens, huicse tribuni plebis meminit. Nam rogatione (inquit) Manilia, Iugurthinæ conuentionis inuidia, quum pro se ipse dixisset, oppressus est. Ibidem paulo post de L. Bestia loquens: Nam inuidiosa lege Manilia quæstio C. Galbam sacerdotem, et quatuor consulares L. Bestiam, C. Catenem, Sp. Albinum, cuiusque præstantissimum L. Opimium, et que sequuntur. Nisi quis Mamilia ibi, non Manilia legendum esse contendat, ita uti de deis quidam censent. Tamest Brachus quidem in postrema editione Cl. liadum, Rogatione Manilia legit, hunc Cicerois et Bruto locum citans. Simile ferè error est in Octauio illo Tusulanum, apud T. Liuium 1. ab V. C. Quæ Mamilius alij uocant, alij Manilius. quod posterius in Ambrosiologia comprobatur Volaterranus, qui cum erudit quidam faciunt. Sex Pompeius Maniliorum familiam diuersam facit ab ea, quam Manliam alij uocant. Manilia (inquit) turris, intra Suburæ regionem, à Manilio nomen accepit. Maniliorum familia à Manilia filia Telegoni, quam Tusculi procreauit, est appellata, quando id oppidum ipse condidisset. Mox Manilia gentis patricia decreto, nemo ex ea arcus appellatur, quod M. Manlius qui Capitolium à Gallis defenderat, quem regnum esse dasset, damnatus necatusque est. Hæc totidem ferè uerbis repetit Syppontius. Quod nisi mendum est in exemplaribus Sexti Pompeij (ut esse suspicor) errat et Volaterranus ipse, et quicunque alij Manilium uocant principem illum

RIV.

B

C

Latini

Latini nominis Octauium Tusulanum. Sed mihi legendum apud Festum uidetur, Maniliorum familia, à Manilia. Liuij exemplaria uariant: nam est in alijs Manilius, in alijs Manilium. Sed et autor libelli de Magistratibus Rom. Manilium uocat, quum Manilius alijs legi, sit in margine adnotatum. Contra, qui de Viris illustribus scripsit, eundem Manilium appellat: quemadmodum et Florus libro 1. et recentioribus Alexander Neapolitanus. Quin et apud Ciceroem 2. de Natura deorum, quo loco sic Heruagius: Quum A. Posthumius Dictator cum Octauio Manilio Tusulanum pralio dimicaret, ibi Aldus, Manilio excudit. Tamest idem Aldus in epistolis ad Atticum, Manlium dicit: Male (inquit) Tarquinium, qui Porfenam, qui Octauium Manilium contra patriam, quomodo et aliud quoddam Venetij impressum, et illud Basileæ ab Heruagio excusum. Cura sane non deest (ut Liuij nostri uerbis utar) si qua ad uerum uia inquirentem ferret. Nunc mirari magis, adeo discrepare inter se codices, quam quid ueri sit, discernere queas. Quod si Graeci nobis exemplaris copia Dionysij Italianarum foret, perspicillè huic rei inueniri remedium posset. Sed de hoc satis. M. Manlius qui Capitolium defendit, à Plutarcho uocatur dicitur. Is uerò, unde lex Manilia nomen habet, ueniunt ab eodem in Cicerois uita: sed in Pompeij, uita, mendose, ut opinor, et incuria librariorum, quando (ut dixi) diuersa Romæ fuit prosapia Maniliorum et Maniliorum. Hoc ceu aularium addere libuit. Pro Interea, est in manuscriptis Interim, nec aliter in impressis uetustioribus. Quorum consilio Iugurtha senatus decreta neglexisset. ] Manu-

scripta duo, Senati decreta i qui est genitius antiquus, atque ob id Sallustio antiquario magis conueniens. Sic Plautus: Senati columen. Occidit per amicos, ac maxime per homines Latini nominis, et socios Italicos impedimenta parabant. ] In manuscriptis ceterisque uetustioribus, Per homines nominis Latini. nam hoc ordine uerborum et alijs quoque uitur. Nec aliter in uetustis inscriptionibus, ubi ferè primis tantum literis hæc uerba notantur in hunc modum: N. L. quibus literis significatur, nominis Latini. Unde coniecer licet, hæc serie ferè collocanda esse hæc uerba, et hunc fuisse usum publicum et obseruationem communem: itaq; maxime, si obsecruis alioqui concurrant literæ, nisi ordinem uerborum immutes. T. Liuius Quina milia socium Latini nominis, inquit, quomodo et alijs idem sapè. Sed cum tale obstat nihil, ordine priore uerborum ferè uitur, uelut 10. Dec. 4. Fabius socij atq; nomini Latino remittere delectum. et 2. Dec. eiusdem: Circa nomen Latini ad prætoris missæ literæ. Sic alibi: Vi socij nominis Latini, inquit, uem: Vi cum socijs ac nomine Latino, etc. Sed plebs incredibile est memoratu. ] Manuscriptum atq; Plebs, quo antiqui usi sunt. Sed quaestio ne exercitata asperere uolenter. ] Manuscripta duo, Exercita: idq; haud sic an melius. Nam et iudicium et quaestio exerceri dicitur. Cicero: Qui cum prætor quaestio nem interficarijs exercuisset. Liuius: Quam acriter quaestiones exercuisset. Neq; tamen priorem lectionem repudio, nam peculiare est Sallustio nostro frequentatius uti pro primitiuis: quomodo alicubi, agitare prædas, pro agere dixit et ductare exercitum, pro ducere.

Excursus de ciuilibus actionibus.

\* asperiores acerbioresque fuerunt Plebes.

Id est: Nullius retrationem habebant.

Cæterum imo partium popularium, et Senatus factionem, ac deinde omnium malarum artium, paucis ante annis Romæ ortus est ocio, atque abundantia earum rerum quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populis et Senatus Romanus certamè modesteq; inter se Rempub. tractabant: neque gloriæ, neque dominationis certamen inter ciues erat. Merus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus decessit: scilicet ea quæ secundæ res amant, lasciuia atque superbia inceslere. Ita, quod in aduersis rebus optauerant, ocium postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit. Namq; cæpère nobilitas dignitatem in superbiam, plebes libertatem in libidinem uertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt: Respublica, quæ media fuerat, dilacerata est. Cæterum nobilitas factione magis pollebat. Plebis uis soluta, atque in multitudine dispersa, minus poterat. Paucorum arbitrio belli domiq; Respub. agitabatur: penes eosdem ærarium, pronuntia, magistratus, gloriæ triumphiq; erant. Populus militia atque inopia urgebatur. Prædas bellicas imperatores cum patris diripiebant. Interea parentes aut parui liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia auaricia sine modo modestiaq; inuadere, polluere, et uastare omnia: nihil pensi, neq; sancti habere, quoad semetipsum præcipitauit.

BOLDI.

Cæterum mos. ] Sallust. capta opportunitate dicit, unde partes et factiones Romæ originè habuerint. Partium, ] popularium et senatus factionum. Tota ciuitas in duas partes et duas factiones diuisa erat: una pars siue factio erat senatus et nobilium, altera pars erat plebs. Sed factio senatus magis unita erat et coniuncta, factio plebis magis dispersa. Sed ubi tota plebs in unum conspici-rabat, propter multitudinem superior erat, præsertim si duces factionis potentem aliquem inuenissent: ut C. Marius, et C. Cæsarum. Ocio. ] i. propter pacem, nam diuturna pax et quies à tumultu bellorum uires et ani-

mos eneruauerat, et in superbia exerebat. Primas. ] precipua et meliora, nam homines existimant diuites esse ceteris reb. meliores. Nam ante Carthaginè. ] Ostendit nocuisse Romanis, delere Carthaginè: quia donec Carthago in imperio fuit, semper in bello Romanos tenuit occupatos ita ut nec lasciuire nec superbiere possent. Sed deleta et extincta Carthagine, cum imperij Romanum creauisset in immensum, et rerum omnium affluentia diuitum pacis atq; ocij peperisset, lasciuire animi ceperunt, et in superbia extolli, atq; ita dominandi libido paulatim incescit. Antè Carthaginè deletâ. ] Cum in senatu agitare-

tur, an delenda esset Carthago, sententias dixerunt M. Cato Censorius, & P. Scipio Nasica. Cato censebat delendam esse Carthaginem, ut metu perpetuo belli Roma liberaretur: e contra P. Scipio Nasica censebat Carthaginem non esse delendam, ne metu belli sublato, ignavia torpescerent animi, & vires ocio a lascivia corrumpentur. quod postea factum est, ut Sal. hic docet. Sed ubi.] Ordo est: Sed postquam lascivia atq; superbia incesse, dico lascivia et superbia appositivè, ea que secundæ res amant. Vbi.] pro postquam illa formido discessit mentibus. Sensus patet. Illa formido. ] Carthaginis. i. postquam Carthago deleta est, & metus belli, supra diximus, quæ admodum P. Scipio Africanus minor Carthaginæ captam funditus deleverit, ex quo Africanus cognominatus est. Ea que secundæ res amant. ] Nunc est affluentia rerum, lascivia & superbia genantur. Incesse. ] id est inuasere, intravere, inuicere & introducere sunt. Ita.] Ordo: Ita ocium quod optabant in adversis rebus, sit acerbius & asperius, postquam adepti sunt, illud ocium. Optabant pacem. ] quando in bello erant. Et postquam adepti sunt pacem, ea asperior fuit bello. Cæpère. ] proleptis est. Nobilitas, inquit, cepit cõvertere dignitatem in dominationem: quia non satis habebat, quod administratione reip. & provinciarum possidebat: sed provisis dominari volebat. Ex altera parte plebs libertatem suam in libidinem cõvertere cepit: quia non solum senatus & nobilitati subiecta esse volebat, sed leges seruebat & iubeat, que nobilitatis potestati extinguerent: sicuti fuit lex superior de questionibus, exercendæ, quæ lege nobilitatis percussa est. Abstracta. ] i. distracta, diuisa sunt. Respu. ] bonum commune & bonum publicum. Dum unusquisque rem suam curat, respub. neglecta & dilacerata est: dum unusquisque bonum priuatum curat, bonum publicum contemnit. Nobilitas magis factione pollebat. ] i. factio nobilitatis potentior erat, quia magis erant uniti et coniuncti: plebs uero dispersa erat. Soluta. ] i. disunita: quia pauperes ciues quarerebant quotidie, quomodo utrum sibi pararent, non quomodo diuitibus & nobilitati resisterent. Et ideo potentia plebs minor erat, quia non erant uniti & coniuncti sicuti nobiles. Imperatores. ] id est duces exercitus. Parentes. ] aut parui liberi militum. Probat quod superius dixit, uidelicet quomodo nobilitas dignitatem in dominationem uertere cõperit. Ecce totius reip. administrationem tenebant, & tamè postea patres & liberos pauperum ciuium, qui foris bella gerebant, de agris suis pellebant: si forte eis vicini erant. Sed dicitur. ] uidelicet de agris. hoc etiam supra docuimus factum esse, quando Tiberius Gracchus legem agrariam tulit. Nam diuites, & potentes agebant pensiones, & ita de agris publicis pauperes ciues excludabant. Ita cum potentia. ] Ordo est: Ita auaricia cum potentia inuadere, pro inuadebat, & pollebat & uastabat omnia sine modo & sine modestia: & nihil pensi habere, pro habebat: & nihil sancti, quoad precipitauit semetipsum. Nobiles Romani potentes erant, & auari: & propterea per se ac nefas omnia aggrediebantur, atq; omnia uiolabant. Nam qui potentes erant, omnia aggrediebantur: quia auari erant, omnia uolebant, et omnia per pecuniã faciebant. Polluere. ] pro polluebant: hoc est, uiolabant omnia per auariciam: sicuti senatores Romani pecunia corrupti iusticiam & fidem uiolarunt, Iugurtham pro tantis sceleribus impunitum relinquentes & quemadmodum legati per auariciam fidem uiolarunt, qui accepta pecuniã meliorem

partem regni Iugurthæ assignauerunt. Nihil pensi habere. ] i. nihil considerabant. Et hoc refertur ad id quod dixit, Inuadere: quia temere & sine ulla consideratione ea aggrediebantur, que uel erant illicita, uel suis uiribus maioræ. Neq; sancti habere. ] i. nihil sancti habebat. hoc refertur ad id quod dixit, polluere. Nihil sanctum habere, est omnia sancta uiolare. nam id dicitur sanctum, quod uiolari nefas est: ut fides, pietas, iusticia, religio: hæc omnia & his similia sancta dicuntur, quia ea pollui & uiolari non licet. Sed nobiles Romani nihil sancti habebant, quia omnia uiolabant, que uiolari non licet. nam fides & iusticiam pro pecunia uiolabant, ut ante dixi. Nihil pensi. ] i. nihil pensum habebant: quia nihil quod faceret pensabant, i. librabant et ponderabant, & examinabunt: sed temere & inconsulte, quicquid appetebant, aggrediebantur & inuadebant, potentie suæ confisi. Precipitauit. ] i. euerit & deiecit. nam potentia Romanorum tan tope re creuit, ut sua magnitudine reueret. Nam arma ab hostibus in seipos uerterunt, donec bellis ciuilibus Roma funditus euerfa esset.

¶ Cæterum. ] Quia seditionum & factionum mentio incidit, prosequitur earum originem, dicens: Cæterum. i. scã mor, scz malum: partium. i. partialitatis popularium: & factionum senatus. i. senatorum & deinde omnium artium malorum, seditionum, peculatum, rapinarum, opprobriis omnia, uiolationum, stuprorum, cadum, incendiis, & similibus: est ortus Romæ paucis annis ante, scz quæ hæc fierent: ocio. i. ex ocio à bello: & abundantiæ martialis rerum, diuitiarum & uoluptatum: que. i. quas res mortales ducunt prima. i. primaria & præstantissima bona, usque ad id dum bona dicimus, diuitias intelligamus. unde Iuuenalis Satyra prima:

Quandoquidem inter nos sanctissima diuitiarum, Maiestas. — Sanè elegans est sermo earum rerum que prima, quia enim Prima substantiui accepit, maluit que sequenti quam præcedenti cõformare. nam populus & senatus Romanus tractabat placidè et modestè, sine insolentia inter se et cõcorditer. Rempub. ante Carthaginè deletã. i. antequam deleteretur Carthago, aut ante deletionem Carthaginis: quæ Cato Censorius cõstituit delendam, ut ciuitas Romana perpetuo belli metu solueretur: cui interdictum partii absuerit, quam ab ea caperetur. Publius Scipio Nasica censuit non delendam, ne sublato belli metu animi torpesceret ignauia, et lasciuia corrumpere uires: quod paulo post euenisse commemorat auctor & Iuuenalis Satyr. 6.

Nunc partium longè pacis mala: scilicet ueris armis Luxuria incubuit, uiciumque uicifertur orbem. Neq; erat tunc certamen gloriæ. i. præcellentiæ honorum, neq; dominationis inter ciues: quia metus hostilis retinebat ciuitatem in bonis artibus, scilz modestia, continentia, temperantia, parsimonia, castitate. Vnde Iuuenal. Satyr. 6.

Seruabat castas humiles fortuna Latinas Quondam: nec uisus contingi parua sinebat, Tecta labor, somnibus breues. — Sed, ubi. i. postquam illa formido, scilz belli discessit à mentibus: lasciuia atq; superbia, scz que res secundæ amant. i. que uilia res propter se amant, et secum serunt: incesse. i. in locum bonarum artium sese ingerunt. Ita, & sic ipsi uiliter acerbis & asperius. i. cum maiori malo ocium quod optauerunt in rebus aduersis postquam ipsi adepti sunt, sup. ipsum ocium. Namq; cæpère, aut si non est id uerbũ, namq; nobilitas, supple. cepit uertere dignitatem, scilz suam in dominationem, id est superbum principa-

BAD.

¶ principatum quasi tyrannicum: & populus libertatem, i. facultatem in ocio citra metum libere uiuendi: in libidine, in molli, in illecebrosam uitam: & quisque cepit ducere, i. adducere, aut addicere sibi & trahere, scilz ad se: & rapere, uolenter inuadere & auferre sibi: ita omnia sunt abstracta in duas partes, scilz nobilium & plebiorum: & Respub. que ierat media, est dilacerata. Cæterum. i. scilz nobilitas (ut pro uel) factio quæ prius nobilitati dedit: aut legamus potius factione: sic nobilitas pollebat magis, i. plus potuit factione, i. propter factionem: quia uis plebs solita ac dispersa in multitudine, poterat minus. & ita respub. agitabatur belli, i. foris & domi: arbitrio paucorum (ubi Belli ponitur pro aduersario in loco, sicuti Domi & militie) erarium, i. fiscus seu thesaurus publicus: prouincia, scilz gubernanda: magistratus gloriæ & triumphi erant penes eosdem, scz paucos potentes, i. in potestate eorum. Populus, scilz uulgaris urgebatur militia, i. onere militandi, atq; inopia: quia imperatores diripiebant cum paucis, scilz nobilibus & sanctissis prædus bellicis, ex bello obtentis. Interea parentes. ] Probat quomodo insolenter uictoria abusi sint pauci potentes, qui militum pro Repub. decertantium parentes aut liberos possessionibus ueteribus extraxerunt, dicens: Interea dum sic pauci nobiles dominarentur: parentes, i. progenitores militum: aut parui liberi, i. legitimi nati, qui se defendere nequebãt: ut, id est secundum quod quisque erat affinis: aut potius consinis, i. conterminus potentiori: hoc est, habens fundum affinem & conterminum fundo potentioris: sicut Aeneid. 2.

— Tam proximus ardet Vcælegon. — ad est, domus eius pollebatur scilz, i. à possessionibus & habitationibus suis quietis. Nam auaricia, scilz nobilitas: cum potentia, i. adiuncta potentia inuadere, i. inuadebat: & polluere, i. polluebat omnia: & uastare, i. uastabat omnia: sine modo, i. mensura & modestia: & habere, i. habebat: nihil pensi, i. considerati neq; sancti, i. inuolabilis aut exempti à pollutione: quoad, i. donec:

BOLDI. ¶ Nam ubi primum. ] Postquam (inquit) ex nobilibus aliqui reperti sunt, qui iusticiam potentia contemnerent, & ueram gloriam quaerent: tunc primum bellum & discordia ciuilibis oriri cepit. iniuria potentia erat nobilium, qui ea faciebant que supra dixit: uidelicet qui totius reipub. administrationem habere uolebant, & insu-

praecipitauit, id est, pessundedit semetipsum. ¶ Et paucis ante annis. ] Et, perperam est in Gromnico additum. Metus hostilis in bonis artibus ciuitatem retinebat. ] Alij, Continebat. sed eodem sensu. Quam quam posterius mihi quidem magis aridet. nam & Florus eadem de re loquens, eo ipso uerbo est libro 4. usum. Dum Penorum (inquit) hostium imminens metus, disciplinam ueterem continebat. Sunt apud Velleium Patriculum que huc faciant, ea subijcere usum. Potentia, inquit, Romanorum prior Scipio uiam aperuerat, luxuria posterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu, sublataq; imperij amula, non gradu, sed precipiti cursu à uirtute desecuit, ad uitia transcursum. uetus disciplina deserta, noua indueta: in somnũ à uigilijs, ab armis ad uoluptates, à negocijs in ocium conuersa ciuias. Sallustius in i. historie: At discordia, & auaricia atq; ambitio (inquit) & cætera secundis rebus oriri sucta mala, post Carthaginis excidium maxime aucta sunt. Nam iniuria ualidorum, & ob eas discessio plebs à patribus, aliæq; disensionis domi fuerit iam inde à principio. neque amplius quam regibus exactis, dum metus à Tarquinio & bellis graue cum Etruria positum est, æquo & modesto iure agitata. Hæc ex Augustino 2. de Ciuitate Dei. Sed ubi illa formido mentibus decessit. ] Manuscripta, Discessit. Tu uide, uirũ rectius. Discedere sibi alicui, est apud Casarẽ, ut & formidinem discedere, forsã non absurdè possit dicere. Namq; cæpère nobilitas dignitatẽ, populus libertatẽ in libidine uertere. ] Sic est in manuscriptis, que ipse uiderim, cõtra quàm Gymnicus habet. Vtra leætio uerior, aliorũ est iudicium. In duas partes. ] Legionũ, Partes. Paucorũ arbitrio belli domiq; Respub. agitabatur. ] Respub. nõ est in ullo manuscripto, nec in codice Beroaldino. Vti quisq; potentiori cõsins erat. ] Quis in quibusdã sit affinis, tamẽ prius illud magis aridet, & ad sensum magis facit. pro. Cõterminus, ut Plinius loquitur. Nihil pensi neq; sancti habere, quoad semetipsum precipitauit. ] Legendum, Semetipsa: excutistis quibusdã.

Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui ueram gloriam iniustæ potentie anteponebant: moueri ciuitas, & dissensio ciuilibis quasi permittit terræ oriri cõepit. Nam postquam Tiberius & C. Gracchus, quorum maiores Punico atque uilijs bellis multum Reipub. addiderant, uindicare plebem in libertatem, & paucorum scelera patefacere cõpère: nobilitas noxia, atque uel percussa, modò per socios ac nomen Latinum, interdu per equites Romanos (quos spes societatis à plebe dimouerat) Gracchorum actionibus obuiam ierat. Et primò Tiberium, deinde paucos post annos eadem ingreditentem C. Tribunum plebs alterum, alterum triumphurum in colonijs deducẽs cum M. Fuluiõ Flacco ferro necauerat. Et sanè Gracchis cupidine uictoriae haud satis moderatus animus fuit. Sed bono uinci satis est, quàm malo more iniuriam uincere. Igitur ea uictoria nobilitas ex libidine sua ufa, multos mortales ferro aut fuga extrinxit, plus que in reliquum sibi timoris quàm potentie addidit. Quæ res plerumque magnas ciuitates pessundedit, dum alteri alteros uincere quouis modo, & uictos acerbis ulcisci uolunt. Sed de studijs partium & omnibus ciuitatis moribus si sigillatim aut pro magnitudine par est differere: tempus quàm res maturius me defereret. Quam obrem ad inceptum redeo.

per inopem plebem seruitute oppressam tenebant. Vera gloria erat, dare operam ut plebs, que pro repub. semper bella gerebat, non opprimeretur à nobilitate, sed libertatem suam inuolantem haberet. Postquam igitur inuenti sunt aliqui ex nobilibus, qui sprete iniusta potentia, hanc ueram gloriam quaererent, ut uidelicet conarentur plebs

R I V.

Modò, interdu.

Abusi sunt uictoria.

in libertatem restitueret, subito exinde bellum civile ortū habere cepit: quia dum nobilitas dominari cupit, plebs autem dominationem pati non vult, necesse fuit ad arma venire. Nam ubi. ] Ordo est: Nam civitas cepit moveri, & dissensio civilis cepit oriri quasi permixtio terræ. Vbi primum. ] i. cum primum reperti sunt, aliqui ex nobilitate, qui anteponebant ueram gloriam. iniuste potentie. ] Mirum uidetur hoc quod dicit, nisi diligenti consideretur. Nam mirum uidetur, quod a bellū civile sit: quia ex nobilibus inuenti sunt, qui ueram gloriam iniuste potentie anteponebant: immo ex hoc uidetur potius cōcordia nutrire potuisse. Sed iam exposui hanc sententiam, quæ exemplo Gracchorum clarius intelligitur. Nam Gracchi, dum ueram gloriam quaerunt, plebi libertatem & iura sua restituerunt, discordiam civilem in urbe concitauerunt. Quasi permixtio terræ. ] i. quasi pulvis, sic ciuitas turbata cepit, & suscitari civilis discordia, quemadmodum pulvis turbati & suscitari solet, turbine uenti communis. Nam postquam. ] Probat exemplum Gracchorum, hoc uerum esse quod dixit: uidelicet civilem discordiam exoriri capisse, dum inuenti sunt ex nobilibus qui ueram gloriam iniuste potentie anteponebant. sicuti Gracchi fecisse probantur. Ordo est: Nam nobilitas uictoria atque percussa, eo, i. ideo iurata obuiam actionibus Gracchorum. Modō. ] i. aliquando per socios a nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis dimouerat a plebe. Postquam Tiberius & Caius Gracchus. ] maiores quorum addiderunt multum reipub. bello Punico. Atque alijs. ] scilicet bellis. Capere. ] pro capere uindicare plebem in libertate, & patefacere scelera patriciorum. Quorum maiores Punico bello, atque alijs multum reipub. addiderunt. ] Gracchi multa præclara facinora bello gesserunt, & in bello Punico, & in alijs. nam Sempronius Gracchus cōsul & collega P. Cornelij Scipionis, patris Scipionis Africanus maioris, ad insidias missus contra Carthaginenses, bello nauali feliciter dimicauit, septem nauibus captis, cæteris in fugam uersis. idem apud Placentiam contra Hannibalem feliciter pugnavit, pulso hoste in castris. Tiberius autē Gracchus Hannonem duce Pænorum cum exercitu fudit apud Luceriam, ex quo prælio paulo minus duo milia hominū cum ipso duce ceciderunt. Item P. Sempronius cōsul in agro Crotonensi cum Hannibale conflixit, fufo fugatoq; exercitu quatuor milia hostium occidit: paulo minus trecentos cepit, undecim signa militaria capta sunt. Ex his patet, quemadmodum maiores Tiberij & Caij Gracchorum multum reipub. addiderunt. Denique Tiberius Gracchus pater eorum, bis cōsul fuit, ac bis triumphauit. Vindicare. ] i. trahere. Ecce quomodo Tiberius & C. Gracchus ueram gloriam iniuste potentie anteponebant, quia ipsi non cupiebant dominari sicuti cæteri nobiles, sed ipsam plebem seruitute oppressam in pristinam libertatem reuocare cupiebant: & dum hoc faciunt, discordia & bellum civile cepit. Scelera patefacere. ] Nam ostendebant, quemadmodum nobiles omnia ad se traherent, erarium exspilarent, pauperes de agris suis pellerent, regna & prouincias uenderent, & cætera scelera his similia perpetrarent. Bo. ] i. ideo, propter id. Percussa. ] i. pertinet. Nam ipsa nobilitas timebat, quia sciebat se esse in his delictis quam Gracchi patefaciebant. Modō per socios a nomen Latinū. ] Populi Latinorū socij reuocantur a nomen Populi Romani, q. tandē

in cōmune ciuitatis Rom. accepti sunt: hoc est, ciues Ro. facti sunt, ita ut ipsi haberent suffragia. Dicit ergo, nobilitatē & senatum restituisse actionibus. Gracchorū per Latinos: quia Latini adhibebant senatui potius quam plebi, aliquando Senatus restituit actionibus Gracchorum per equites Romanos: quia similiter equester ordo adhibebat potius senatui quam plebi, licet saepe a senatu alienatus sit, & se cum plebe coniunxerit. Ordo ille est: Nam inter senatum & plebem medius erat ordo equester, diuities maximē præpotens. Quos spes societatis a plebe dimouerat. ] Senatus ut ordinem equestrem alienaret a plebe, & eum sibi conciliaret, atque etiam coniungeret: dabat ei spem societatis, & propter hanc spem equester ordo a plebe discesserat, & senatui adhibebat. Spes societatis. ] Et quia equites sperabant se socios fore senatus, in administratione totius reipublicæ, nam senatus totam rempublicam in sua potestate habebat, ut supra uisum est. Gracchorum actionibus. ] quibus actionibus libertatem & iura sua plebi restituere conabatur, ut supra uisum est. Eadem ingredientem. ] i. eadem molientem & conantem, quæ ipse Tiberius conatus fuerat: uidelicet ferentem leges Agrarias. Triumuirum colonis deducendis. ] Quando agri publici ex hostibus capti, pauperibus ciuibus Romanis diuidendi erant, tres uiri creabantur a populo, qui eos agros diuiderent. Et hi trium uiri dicebantur: quemadmodum quando Tiberius Gracchus legem tulit Agrariam, tres uiri electi sunt ad agros diuidendos: uidelicet ipse Tiberius, Appius Claudius Iocerus cōsul, & C. Gracchus frater eius. uniusquisque eorum triumuir dicebatur. Nunc ergo dicit, C. Gracchum triumuirum deducendis colonijs cum Fuluiō Flacco interfe. Etum fuisse, quia C. Gracchus, Fuluius Flaccus triumuirum iuerant ad deducendas colonias Tarentum atque Capuam, & ad agros diuidendos, nam C. Gracchus tribunus plebis legem tulerat, ut colonia mitterentur Tarentum atq; Capuam. Colonia dicebatur multitudo ciuium Romanorum, missa ad aliam ciuitatem, in qua agri publici per triumuiros ei diuidebantur, & assignabantur. ergo deducere colonias, est de ciuitate Romana ciues tollere, & in aliam ciuitatem ducere, in qua eis agri publici diuiduntur & assignantur. Quemadmodum autem C. Gracchus & Fuluius Flaccus interfecti sunt a nobilitate, supra diximus. Et sanē Gracchus. ] Sallustius iudicium suum de morte Gracchorum ostendit. dicit enim eos immoderate animi habuisse, dum iura sua plebi restituere conantur. Nam licet a principio Gracchi egregio animo ducti sint, ut plebs iura & libertatem contra nobilitatem tuerentur: tamen postea ad iniusticiam descendunt, dum uincere & obtinere conantur quod semel intenderant: quemadmodum Tiberius Gracchus fecit, qui sine exemplo Octauio collega suo magistratū abrogauit, hoc enim nimis superbum & intolerandum uisum est omnibus. Cupidine uictoria. ] i. cupiditate uincendi, uidelz dum cupiunt uincere, & obtinere id quod semel excogitauerāt. Sed bono. ] Ordo est: Sed si satis uici bono, s. more, quam uincere iniuriam malo more. hanc est Apostolica sententia, atque diuina. Dicit enim, quamuis Gracchi immoderatum animum haberent, tamen melius erat ut nobilitas eos uincere permitteret, quam ut eos interficeret, & exemplum malum introduceret. Sed bo. ] Sententia generalis quidem est, sed ad propositum accommodata. Satius. ] i. melius. Mala more. ] i. malo exemplo nobilitate

litas uicit iniuriam Gracchorum, sed malo exemplo uicit: quia eos interfecit, & in ipsa uictoria nimiam crudelitatem exercuit. Et ideo melius esset uinci, quam sic uincere. Igitur. ] Ordo est: Igitur nobilitas ipsa est uictoria ex sua libidine, extinxit multos mortales ferro aut fuga. B. uictoria. ] i. uictoria uicit eos & interfecit. Ex libidine sua. ] Inter uoluntatem & libidinem hoc interest, secundum Ciceronem in quarto Tusculanarum uoluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Quæ autem ratione aduersa incitata est, ea libido est, uel cupiditate effrenata. Ergo desiderium in bono uoluntas dicitur, desiderium in malo libido uocatur. Multos mortales ferro aut fuga extinxit. ] id est multos interfecit, & multos exilio multauit. Plus timoris quam potentie sibi addidit. ] Ex ea uictoria nobilitas fecit, ut plus timeret in posterum, non ut plus posset. Quæ res uidelicet immoderate uictoria, ut in pios crudelitatem exercere, sicuti nobilitas fecit. Magnas ciuitates pessumdedit. ] id est ueruit & deleuit. Sic Athenæ, florētissima ciuitas, euerisa est. Maturius. ] i. citius. Si uellem loqui de partibus ciuitatis, prout res postulauit, tam magna res est, ut citius tempus defuturum sit quam res. Redeo. ] i. reuertor. Nam ubi. ] postquam reperti sunt primum ex nobilitate. i. inter nobiles, sup. aliqui: qui anteponebant potentiam iniustam. i. per uim occupatam: ueram, id est iustam & ex meritis partem gloriam: ciuitas cepit moueri, i. agitari discordijs: & dissensio civilis. i. inter ciues cepit oriri: quasi permixtio terræ. i. quasi ex puluere concitato turbaret, aut quasi terremoto orio omnia permiscerentur. Quæ res, quomodo exte bona & honesta orta sit discordia & dissensio tanti mali causa, sed facillime est responso. Dum enim omnes auaricie ac dominationi inservirent potentes, nec quisquam eorum plebciorum partes respicerent, nulla erat discordiarum potentes omnia quæ uellent facerent, & imbecilles nullo adituore freti, omnia quæ uellent perpeterebant: at dum ex potentioribus quidam ueram gloriam quaerent, & plebeos opprimi non sinerent, statim orta sunt dissensiones & seditiones. Unde probat id exemplis Gracchorum, qui nobilissimi & potentissimi fuerant, dicens: Nam postquam Tiberius, scilicet Gracchus & Caius Gracchus: quorum maiores, id est progenitores (scilicet Sempronius Gracchus, qui cōsul & collega P. Cornelij Scipionis patris Scipionis Africanus maioris missus contra Carthaginenses, bello nauali feliciter dimicauit septem nauibus captis, cæteris in fugam uersis: idem post Placentiam & in agro Crotonensi feliciter contra Hannibalem pugnauit. Tiberius autē Gracchus Hannonem duce Pænorum cum exercitu fudit apud Luceriam. Præterea ex stirpe materina, erant Gracchi de stirpe Scipionum, nam, ut scribit Plin. lib. 34. cap. 5. Cornelie Gracchorū matri, quæ fuit Aphricani prioris filia, statua posita est in Ætoli publicæ portæ. erat autem eloquentissima mulier, quæ eloquentie filiorum non parum contulisse a Quintiliano cōfetur, lib. 1. unde de eius mulieris nobilitate dicit Iuuenalis Satyra 6. Mala Venusinam, quam te Cornelia mater Gracchorum, si cum magnis uirtutibus affers Grande spercilium, & numeras cum dote triumphos. Sed reuertamur ad ordinem: quorum inquam, maiores addiderant reip. multum in Punico bello atque alijs, scilicet bellis: capere uindicare, id est restituere per uendicationem plebem in libertatem, scilicet pristinam, &

patefacere scelera paucorum: nobilitas moxia, id est culpabilis atque perculsa, id est attentata, id est propterea iterat obuiam, id est restituerat actionibus Gracchorum: modō, id est interdum: per socios ac nomen Latinum. i. homines nominis Latini, interdum per equites Romanos: quos spes societatis. i. ut cum nobilibus participes essent dimouerat plebe, & nobilitas necauerat ferro primum Tiberium, scilicet Gracchum cum Marco Fuluiō Flacco deinde post pauca annos Caium, scilicet Gracchum tribunum, scilicet plebs: ingredientem eadem, scilicet uia & seditione: & alterum, scilicet Tiberium irruerunt, scilicet constitutum: colonijs deducendis, scilicet ad agros diuidendos. Et sanē, id est certe: animus non satis moderatus. i. immoderatus: immoderatus fuit Gracchi cupidine uictoria (unde ab Iuuenale seditionisissimi inuuntur Satyra secunda, ubi dicit: Quis tulerit Gracchos de seditione quærentes.) Sed satius. i. melius & consultius est uinci, bono, scilicet more. i. salub. bonis moribus sperari ab alijs, ita quod alijs sint meliores, dummodo tu bonus sis: quam uincere iniuriam malo more. i. ubi alijs mali sint, & ita tu de eis unquam sumis. aut malo more. i. exemplo. ut, Nobilitas malo more uicit iniuriam Gracchorum: cum ea uictoria male usa sit, & in dominationem uerterit. Et ita seruis uidetur melius esse ei qui succumbit, dummodo bonum præcedat, quam ei qui uincit, & uictoria insolentem ad malū exemplum abutitur. unde addidit: Igitur nobilitas ipsa ea ut gloria. s. in Gracchos, qui populares erant ex libidine sua & inordinata uoluntate incitant. i. suscitauit de medicis uiuentium multos mortales. i. homines: ferro. i. armis seu gladio: aut fuga. i. exilio uoluntari. Et addidit sibi in re. quæ. i. pro tempore futuro: plus timoris quam potentie, quia a plebisq; timebantur nobiles. s. non propterea plus poterant, cum nullus eis faueret ex popularibus. Quæ res, si meret potius quam amari: pessumdedit. i. sub pedes deiecit & subuertit: plerumq; i. fere, aut ut plurimum: magnas ciuitates: dum alteri, s. ciues: uolent uincere quomodo modo. i. per se, & nefas alteros, scilicet uicere: & uolunt uicere acerbius, quam iustum & æquum sit: aut acerbius. i. ualde acerbe, uictos, s. concitatos. Sed si ego parum. i. disponā ut intendam differre. i. differē dicere: aut diuersimodē, pro diuersis sermonē facere: de studijs partium. i. dissentionū Romanorū, & de omnibus moribus ciuitatis singularatim. i. per singula, quasi singulotenus: aut pro magnitudine. i. iuxta magnitudinem, scilicet rei. tempus desereret, id est deficeret: immoderatus. i. citius: quam res, scilicet materia argumentum narranda rei. Quamobrem cum omnia dicere nequeam, ego redeo ad inceptum, id est ad ceptam historiam. Quæsi permixtio terræ. ] Confusio rerum omnium, ut alluserat ad illud pronerbitum, Cælo terram, & terræ cælum miscere. uel fortasse etiam ad illud, & ipsi cæteris & ipsi cæteris uerbi. Quorum maiores Punico. &c. ] Ut is, qui in Lucanis bello Punico secundo ad campum, quæ ueteres uocabantur, perijt. uide Liniū Decadis 3. lib. 3. 4. & 5. Et alijs bellis. ] ut Tiberius Gracchus horam pater, qui Celtiberos, & Sardes domuit. Linius Decadis. 5. lib. 1. Paucos post annos. ] inter utriusq; eadem undecim, uel summi duodecim anni interfuerunt, Tiberius n. Scæuola & Calpurnio, Caius autē Fabio et Optimo cōsulibus: occisus est, inter quorū cōsulatus undecim anni intercesserunt. Tribunū plebis alterū. ] Tiberius, Bonō. ] scilicet

CAST.

licet more, quasi dicat: Sed melius fuisse nobilitatem a Gracchis unci (id enim omnino contra us non erat) quam malo exemplo Gracchorum iniuriis armis vindicare. nam, ut inquit Cicero, quod excipio fit, id etiam iure fieri putat, et aliqd, atq; adeo multa addit, et afferit de suo.

RIV.

Deinde paucos post annos. Manuscriptum Deim, ut alius semper. Multos mortales. Legendum, Mortales. Quae res plerumque magnas civitates pessundas dicit. Manuscriptum, Pessum dedit: ut sint duae dictiones, non una composita. Corn. Tacitus 3. Quod multos etiam bonos pessum dedit. Sic et Pessum ire diuisim dicitur, uelut apud Plin. Pessum ire uita precia. et Plaut. Pessum abeat. Ne multis, pessum dedit sic diuisim dicitur, ut in oratione Lepidi Sallustius uenum datus dixit, quasi Cimbricam praedam uenum aut dono datam. et Liuius 1-

Vtrinq; peccatum est. Gracchii nimis magno motu rem agerant: Senatus nimis crudeliter uindicabat. Ingressi magistratum, alioq; inire et suscipere magistratum. Nomen Romanum ubiq; male adijt prae auariciam.

Post Auli foedus, exercitusque nostri foedam fugam, Q. Metellus & M. Syllanus conules designati prouincias inter se partiuerant: Metelloque Numidia euenere, acri uiro, & quamquam aduerso populi partibus, fama tamen aequabili & inuololata. Is ubi primum magistratum ingressus est, alia omnia sibi cum collega communia ratus: ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. Igitur diffidens ueteri exercitui, milites eligere, scribere, praesidia undiq; accersere, arma, tela, equos, & caetera instrumenta militaria parare: ad haec commotum affatum, denique omnia quae in bello uario & multarum rerum egeni usui esse solent. Caeterum ad ea patrandam, Senatus autoritate socij, nomenque Latinum & reges ultrò auxilia mittendo, postremo omnis ciuitas summo studio adnitebatur. Itaque ex sententia omnibus rebus paratis compositisque, in Numidiam proficiscitur: magna spe ciuium, cum propter bonas artes, tum maxime quod aduersum diuitias inuictum animum gerebat, & auaricia magistratum ante id tempus in Numidia nostrae opes contusae, hostiumque auctae erant. Sed ubi in Africa uenit, exercitus ei traditur a Spurio Albino proconsule, iners, imbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promptior, praedator ex socijs, & ipse praeda hostium, sine imperio & modestia habitus. Ita Imperatori nouo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum auxilij aut bonae spei accedebat.

SOLDI.

Facta digressione. Postquam descripsi mores & partes ciuitatis, nunc reuertitur ad id quod omiserat, ut ostendat quid factum sit. Romani fuit sunt a Iugurtha: postq; Aulus uictus, foedus cum Iugurtha fecit. Quamquam aduersus. Ii. contrarius & inimicus: licet aduersus esset plebi propter factionem, tamen samam integram & incorruptam habebat. Fama tamen aequabili. quia nihil de seipso prauium & iniquum dicebatur. Magistratum ingressus est. I. ubi magistratum inuict. Consules & alij magistratus aliquot mensibus ante declarabatur, deinde calendis Ianuarijs magistratum inibant, i. magistratum Romanae reipublice administrare incipiebant. Et tanquam aduerso populi partibus, fama tamen aequabili inuololata & incorrupta erat. Ordo est pendens a superiori. Numidia euenere Metello acri uiro: & tamen erat fama aequabili & inuololata, scz ipse Metellus, quamquam erat contrarius aduersus populi partibus. Quamquam Metellus erat inimicus partium ipsius populi, tamen erat aequabili fama: quia Metellus aequaliter et similiter probatus erat apud populum, sicuti apud Senatum, quamuis esset inimicus populi propter partes. Et sine dubio magna quidem laus est Metelli, quod uita eius & mores ita probabantur ab inimicis, sicuti ab amicis. Aduersus partium populi. I. inimicus partium populi. Alia omnia communia sibi cum collega ratus. I. cum pu-

gnaros omnium se uenum a principibus datos. pro, uenundatos. Apuleius 5. Nisi eam pessum de tantis opibus deiecero. pro, Nisi exturbabo atq; euertero tantis bonis. Tempus quam res maturus ne Cicer. I. in mansuetis quibusdam non reperi Me, ac circa detrimentum sensus omitti potest.

Deinde paucos post annos ingredientem eadem Caium. Post Caium, distinguendum, atque deinde diuisim inferendum: Tribunum pl. alterum (nempe Tiberium) alterum Triumuirum (nempe Caium) Colonys de ducendis. Mentem Fulvius Flaccus non cum Tiberio, sed Caio accessus est: ut auctor est Florus in altera Epitome lib. 61. Quod admonendum duximus. Quoniam hic locus in pleriq; codicibus corrupte legitur, & a Commentatoribus misere tractatur.

GLAR.

ipse erat praeda hostium. Sine imperio & modestia habiuit. id est reclus sine auctoritate & modestia. hoc pertinet ad Aulum, fratrem Albini consulis. Ita. id est hoc modo, quia exercitus tanta uel uita habebat. Imperatori nouo. I. scilicet Metello. Ordo est: Ita plus sollicitudinis accedebat nouo imperatori ex malis moribus, quam auxilij aut bonae spei ex copia militum. Nouus imperator magis timebat propter malos mores & propter uita exercitus quam sperabat propter multitudinem.

BAD.

Post Auli foedus. Conclufa artificiose digressione de seditionibus Romae paulo ante hanc historiam ortis, redit ad narrationem historiae, dicit: Quintus Metellus de quo Flaccus in principio secundi Carminis: Motum ex Metello consule ciuium, &c. & Marcus Silanus cognomine: non factione designati, id est, in sursum animum creati consules, scilicet post foedus Auli, id est quod Aulus frater Albini consulis derelictus ab eo in exercitu pro praetore percussit cum Iugurtha, deprehensus ab eo in solitudine in foedam, id est turpem & ignominiosam fugam exercitus nostri. i. Romani: qui fugerat a conspectu Iugurthae noctu adorit, ut uisum est. Ipsi partiuerant, id est diuiserunt inter se prouincias. Numidia, id est prouincia Numidiae obtulerat, id est sorte aduenerat: Metello, appositio aduersus uirum acri id est strenuo: & quamquam aduerso paribus populi, id est quamquam erat aduersus & contrarius partibus populi, id est plebeiorum, eo quod nobilitati parti fauere tametsi, subaudi uiro: fama aequabili et inuololabili, i. habet famam aequabilem, i. aequaliter ab utriusq; partibus inaequale, i. bona partem acceptam & inuololam, id est incorruptam. Is, scz Quintus Metellus ubi, id est ut uel cum ingressus est primum magistratum, scz consularem aut consulari ipsi summat, id est iudicant alia omnia, supple esse sibi cum collega, i. non pertinere ad se solum, sed simul ad collegam: praeter bellum intendi animum ad bellum, quod gesturus erat, scilicet solus, igitur diffidens. Dicitur est Metellum ad bellum adieisse animum suum, quacirca prosequitur quid egerit, dicens: Igitur Metellus diffidens ueteri exercitui, scilicet corrupto in prouincia Africana: cepit, sup. eligere milites: & scribere iam electos aut se offerentes accersere. i. aduocare undiq;. i. ex confederatis ac socijs praestitia. i. milites qui exercitui praesidio essent: & parare: arma, scilicet defensionia, ut sunt munimenta corporum: & tela. i. arma inuasua, quae eminus iaciuntur: equos & caetera instrumenta militaria. Ad hoc. i. in super commeatu. i. uictualia (ut dicunt) pro exercitui affatum. i. abunde: deniq; cepit parare (aut exponamus omnes infinitiuis per imperfectos indicatiuis) parare. i. parabat: omnia quae solent esse uisui. i. utilitati aut utilitati bello uario. i. multiplici & incipiti & egeni multarum rerum. Caeterum socij, scz Romani imperij: nomen Latini. i. quicumq; Latini dicebantur: & reges, scz externi & socij atq; amici Romanorum imperio mittere. i. mittere. i. non rogati aut priusquam rogarentur auxilia ad paranda. i. perficienda ea, scz quae Metellus parat: auctoritate senatus, s. intercedente. Postremo omnis ciuitas adnitebatur, scz ad auxilia praestanda Metello. Ita: Metellus omnibus rebus paratis et compositis & sententia, sup. sua. i. sicut sentiebat paratis et compositis: proficiscitur in Numidiam. i. ut supra, de Cicerone: & ignominia plenum. nec ineptè hoc epitheton tribuitur formidolose fugae. Cicero ad Atticum: Nito illam fugam ab urbe turpissimam. Idem: Quid foedus, quid perturbatus.

CAS.

Metellus. I. hic est Q. Caecilius Metellus, qui postea Numidicus est appellatus. fuit uir magni animi: quippe qui in legem Saturninum iurare uarus noluit, & de ciuitate maluit, quam de sententia dinoueri. Cicero in Orationibus post Reditum ad Quirites, & in senatu, pro Cornelio Balbo, pro Sestio, in Pisonem, de Clari oratoribus, & in epistolis ad Lentulum. Liuius lib. 65, & 66. Paterculus libro priori, Auctor de Viris illustribus cap. 47. Valerius Max. libro 4. cap. 1. Orofius libro 5. cap. 15. & 17. Eutropius libro 4. Appianus Bellorum ciuilium libro 1. Plutarchus in Mario & in Lucullo. M. Silanus. I. M. Iunius Silanus qui paulo post aduersus Cimbrum infeliciter pergnauit ut leges apud Liuium lib. 65. Paterculus in Volumine priori, & Florus libro 3. cap. 3. quare miror, cur Eutropius contra scripserit. Inquire enim: A. M. Iunio Silano collega Q. Metelli Cimbrum in Gallia uicti sunt. Prouincias. I. Galliam & Numidiam. Aequabili. id est, quae semper fuit eius dem tenoris quidam exponunt: Quae aequaliter omnibus probata erat. Affatum. I. abunde: & prima acuta pronuntiari debet, ut docet Gellius. Quae in bello. I. aliter: Quae bello, ut Bello sit dandi casus.

RIV.

Post Auli foedus exercitusq; nostri foedam fugam. I. In alijs, fugam foedam, quomodo supra, nostri fuga foedam, pleriq; abiecit armis, proximum collem occupare. Est autem foedum, turpe & flagitiosum, de Cicerone: & ignominia plenum. nec ineptè hoc epitheton tribuitur formidolose fugae. Cicero ad Atticum: Nito illam fugam ab urbe turpissimam. Idem: Quid foedus, quid perturbatus.

hoc ab urbe discessit: siue potius turpissima fuga... T. Livius 4. ab V. C. Per auseriam portam fuga turpi deserunt...

Quamquam propter comitia ferò in Africa uenerit, ut in aestatis exercitibus diu esse non poterit.

\*agere.

Neq; nimium in dulgebant militi, quod est ambitionis: neq; defatigabat, quod est iustitiae.

SOLDI.

Statuit tamen Metellus. Quamuis (inquit) tempus aestatis instaret bello opportunum, et ciues euentum belli expectarent...

uis in alijs, Obuenerat. Alia omnia sibi cum collega communita ratis. Communia, non reperi in ullo manus scripto...

B

Ignauia et iumentis.

cu ipsi militib. permixti, licenter die noctuq; uagabatur. Palantes, i. i. arsi et uagantes. Mancipiorum, i. seruorum. Mancipium dicitur seruus, quod manu capitur...

BAD.

haberet. Postremo quocumque probra. i. de decora ignavia & luxuria queunt aut dici aut fingi fuerant cuncta. i. simul omnia: et alia amplius, que s. neq. fingi neq. dici queunt, sicut ab ingenio prudenti. uult. n. ex indulgentia inter eos nata obscena uita que dici nolunt, sed ne fingi quidem pudicis animis. Sed ego copio, Metellum fuisse magni & sapientem uirum non minus in ea difficultate. s. reformandi exercitus quam in reb. hostilib. i. contra hostes gerendis ut pote moderati tanta. i. tam insigni, & prestanti temerantia inter ambitionem. i. cupiditate dignitatis & magis stratum: ad quos ferre ambientes. i. populo supplicantes et obsequentes perueniunt: & seuitiam. i. rigorem nimis seuerum. Namq. edicto. ] Recitat quauis se Metellus magnum uirum ostenderit in confirmando exercitu, dicens: Nam Metellus dicitur sustulisse. i. de medio quasi callido consilio submouisse: primo. i. in initio adumta. i. fomenta: ignauia. i. corporis & uocordie ac pigricie. & sup. prohibuisse, ne quisquam ueniret in castris panem: aut quem. i. aliquem alium cibum coctum: ne lixe. i. aquarum baiuli, & in ceteris etiam militum ministri, sequerentur exercitum: & ne miles gregarius. i. de grege, hoc est de cõmuni numero, qui pro se tantum stipendium acceperat haberet in castris. i. dum quieti castris uallo munitis degerent: neue in agmine, hoc est in actu seu migratione exercitus. dum. n. ingreditur, et quasi ab duce agitur exercitus, dicitur agnere: non quando quiescit feruum, s. hominem aut iumentum. i. adiuuam ab equo, mulo, asino, camelo, etc. et dicitur statuisse ceteris, supple reb. modum. i. mensuram & moderationem. Præterea Metellus mouere. i. mouebat quotidie castra itineribus. i. trāsuersis. i. nõ per uias stratas: sed ex tranuerso per agras & arua, ut labore exerceret milites. unde et exercitus dicitur, et mouere. i. mouebat castra: uallo hoc est munimento facto ex uallis. i. truncis & stipitibus arborum (Vallum. n. dicitur tale munimentum: ex Vallis, s. per aut truncus) fossa, s. circuli cauata opera manualiter ponere. i. cõstruere crebris uigiliis: & ipse, s. (ut dicunt in propria persona) seu ipsemet circumire. i. circumibat cum legatis: eos, s. uigiliis. hoc est uigilantibus, an uigilantiu munere recte fungerentur. Itē ipse adesse. i. aderat: in agmine, hoc est quando duceatur in alium locum. hoc est dum migraret exercitus: modo. i. interdum, in primis. hoc est, in principijs seu inter primos: modo, hoc est interdum in postremis. & sepe in medio: ne quisquam egrederetur ordine, scilicet assignato. ( Vbi Egredior ablatiuo iungitur, sicut Aeneid. secundo:

Est urbe egressis tumulus, &c. —

Est in primo Serm. Horat. Satyra. 5.

Egressum magna me cepit Aricia Roma.)

Ut ipsi insiderent frequentes cum signis, & miles, non lixa nec iumentum portantes cibum & arma. Ita, id est sic confirmant, id est stabiluunt exercitum: breui, scilicet tempore: magis prohibendo a delictis, quam uindicando.

Nam disciplina Romana suis sibi facinas sequebantur singuli milites. Numidiarum ingenium.

Interea Iugurtha, ubi quæ Metellus agebat, ex nuncijs accepit, simul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere suis rebus, ac tum demum ueram dedicationem facere conatus est. Igitur legatos ad Consulem cum supplicijs mittit, qui tantummodo ipse liberis quæ uitam peterent, alia omnia dederent populo Rom. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat genus Numidarum infidum, ingenio mobili, nouarum rerum audidum esse. Itaque legatos alium ab alio diuersos aggreditur, ac paulatim tentando, postquam opportunus sibi cognouit, multa pollicendo persuadet, uti Iugurthæ, maxime uiuum: sin id parum procedat, necatum sibi traderent. Cæterum palam, quæ

C. CAST.

R. IV.

B. SOLDI.

GLAR.

do, id est uindicam sumendo de commissis. **C.** Comitiorum mora. ] Contentio enim tribunorum comitia impediuerat, quare totum æstiuorum tẽps, quod maxime est ad bellum idoneum, Metellus habere non poterat. In Statuis. ] Aliter: in Statuis, quæ lectio melior uidetur. Lixa. ] s. sunt proprie, qui militibus aquam uehant. lixa enim aquam ueteres appellabant: unde elixum dicimus. hæc ex Nonio. uide præterea, Vellum. Namq. edicto, &c. ] Valerius lib. 2. cap. 2. & Frontinus lib. 4. Stratag. Ne quisquam ordine. ] Aliter. Ne quisquam ordine. & ita est non solum in scriptis libris, sed etiam in quibusdam impressis. **R. IV.** ] Quantum temporis in imperio fuit, plerumq. milites in Statuis castris habebat. ] Manuscriptum, Statuis castris, quomodo Cicero: iste nouus imperator pulcherrimo Syracusarum loco Statuis sibi castra faciebat. Caesar 3. de Bello civili: Eodemq. die uterque eorum ex castris Statuis a flumine apud exercitum educunt. Ibidem: Scipio in castris Statuis biduo moratus. Pecoris & mancipioru prædas certantem agitare. ] Manuscripta duo & ex impressis quædam, Agere. quomodo Plautus: Næ illibic pulchram prædam agat, inquit, sed alterum forte magis Sallustianum. Tameis idem postea: Ex socijs nostris prædas agentes, inquit. Libenter autem Sallustius uerbo Agitare, nec eodem modo semper utitur, ut, Mente quid agitare, in Catilina pro uerbo. Ita, uita, imperij, rēp. agitare. Sic gaudij & lætitiæ agitare. & in Iugurtha: Pacem agitare, nocte agitare, moras agitare, præcepta patris agitare, agitare prædas. Panem in dies mercari. ] Laur. Valli. Elegan. 3. quo loco docet, in die aliud esse, quam in dies: hic ita legit, Panem in diem mercari. Quasi dicat (inquit) præsentis diei habere rationem, nihilq. cogitare de crastino. cum quo facit Linacer. Exemplaria quotquot ipse uiderim, in dies habent. Neq. aliter citat in Terentij Eunuchum Donatus. Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum & sapientem uirum fuisse copio. ] Manuscripta, Comperio, ut sit deponens: idq. rectius est. Nam hoc uerbo Sallust. alijs quoque usus, sed & Tertullianus & Apuleius comperio dixere, pro comperio: nimirum ad imitationem Sallustij. Ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum uenderet, ne lixe exercitum sequeretur. ] Est in plerisq. manuscriptis, Aut quem alium cibum coctum, quæ collocatio uerborum, si quid est in me iudicij, melior. Sed & Val. Maximus lib. 2. quo loco de militari disciplina agens, huiusce rei meminit, eodem ordine uerborum utitur. Namq. lixa: (inquit) & castris summoit, cibumq. coctum uenalem proponi uetuit. **GLAR.** ] Quamquam & æstiuorum tempus comitiorum imminuerat. ] Mora nominandi casu dictum est, ut recte exposuit Badius. Solus putauit auferendi casum esse, id est hunc locum mirè, ut solet pleriq. exponit.

**A.** ex uoluntate forent, regi nunciare iubet. Deinde ipsi paucis diebus intento atque infesto exercitu in Numidium procedit: ubi contra belli faciem, turgitia plena hominũ, pecora cultoresque in agris erant, ex oppidis & mapalibus præfecti regis obuiam procedebant, parati frumentum dare, comiteamque portare: postremo omnia quæ imperarentur, facere. Neque Metellus minus idcirco, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, latè explorare, omnia illa deditiois signa ostentui credere, & in insidijs locum tentare. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum & sagittariorum delecta manu apud primos erat. In postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utroque: latus auxiliarios equites tribunus legionum & præfectis cohortium dispartierat, ut cum his permixti uelites quocunq. accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Iugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum & militiæ inerat, ut absens an præsens pacem, an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur. Erat haud longè ab eo itinere quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum nomine Vacca, forum rerum uenialium totius regni maxime celebratum, ubi & incolere & mercari cõsueuerat Italici generis multi mortales. Huic consul simul tentandi gratia, & si patenterur opportunitates loci, præsidium imposuit. Præterea imperauit frumentum, & alia quæ bello usui forent, comportare: ratus (id quod res monebat) frequentiam negotiatorum, & comiteam inuaturum exercitum, etiam paratis rebus munimento fore.

**B.** Interea. ] Dixit quid fecerit Metellus imperator, postquam uenit in castra. Nunc dicit quid fecerit Iugurtha, postquam audiuit per nuncios ea quæ Metellus agebat in castris. Simul. ] i. e. Imo: entia. ] i. integritate: quia Metellus pecunij corruptum non poterat. Sed Metello. ] Metellus cum ad se uenissent legati Iugurthæ, ut dederent regnum Iugurthæ, & omnia quæ habebat: tentauit cum ipsis legatis, ut Iugurtham uel uiuum, uel mortuum sibi traderent. Et hoc cum ipsis tractauit, quia sciebat gentem Numidarum esse infidam, & ingenio mobilem, atque aptam proditiõni. Sin id parui proceret. ] i. si id ad effectum uenire non posset. Cætera. ] Secretò cum legatis tractauit de proditiõne Iugurthæ: sed aperte coram omnibus dixit, quid uellet ut Iugurthæ nunciarent. Intento. ] i. parato atque infesto, i. ad uerbo. Contra belli faciem. ] i. contra speciem belli: quia in Numidia non apparebat quod bellum gereretur. Mapalibus. ] id est, domibus pastorilibus. nam, ut supra dixit, edificia agræstium mapalia dicebantur. Illa autem deditiois signa erant, quod cultores & pecora essent in agris, & quod Iugurtha præfectos obuiam Metello misisset, qui dicerent se paratos esse facere quicquid Metellus imperaret. Sed Metellus credebat hæc signa deditiois fieri magis ad ostentationem, quam ad ueritatem. Credebat enim Iugurtham simulare, ut in insidijs locum inueniret, & insidijs locum tentare. Et Metellus credebat Iugurtham tentare locum insidijs. Itaque. ] quia timebat insidijs Metellus. Expeditis. ] i. cum cohortibus leuibus armaturæ. Nam cohortes expedite dicebantur, cohortes leuibus armaturæ, quæ grauius armis non erant impositæ, ut clypeo & galeis: sed expedite & leues ad cursum, tela missilia gerebant. Cohortibus. ] in cohorte, sicuti & in legione, numerus militum uariatus est. Aul. Gellus dicit, in legione fuisse 60. centurias, triginta manũ pulos, decem cohortes. Ex quo colligitur, in legione una sex millia militum fuisse. Nam centuria centum homines, manipulus ducentos, cohors sexcentos continebat. Sed ut tradit Vellus Pompeius, primus C. Marius sex millium & ducentorum millium legionem instituit, cum antea quatuor millium fisset: ut aperte Liuius docet. Funditorum. ] Funditores dicuntur, qui funda pugnant: nam

glandes plumbeas funda iaciebant in hostem. Virgil.

— Pars maxima glandes

Liuiens spargit plumbi. — Est autem plumbum glandis in modum informatum. Funda autem a fundendo dicta, i. ab emitendo. Delecta manu. ] i. electa multitudine. In postremo. ] i. in postrema parte exercitus. Vide quanta erat prudentia & peritia ac diligentia imperatoris, cum agmen incederet, non negligebat disciplinam militarem, licet nullum periculum instaret: sed ipse inter primos erat cum armatis cohortibus, Marius legatum in postrema parte locauerat: deinde a lateribus tribuni legionum, præfecti cohortium cum equitibus curabant, ne equites hostium a latere pedites Romanos inuaderent. Nam apud antiquos maior pars exercitus ex pedibus constabat. Et pedes quidem in medio, equites a latere collocabant, tam in acie quam in agmine. Acies dicebatur, cum exercitus pugnabat: agmen, cum incedebat. Permixti uelites. ] Velites, rorarij, & ferentarij, ijdem sunt. Sunt autem milites leuis armaturæ, armis grauius non impediti, qui prælium inchoant non multis iaculis. Velites dicti à τὸ βάλλειν, i. a iaculando, quia tela missilia in hostem iaculantur: uel a uelamine, ut tradit Festus Pompeius, eo quod uelati, i. ueluti & inermes sequerentur exercitum: siue uelites dicti expediti milites, quasi uolitantes, ut idem Vellus ait. Rorarij milites appellabantur, qui antequam congressus erant acies, primo non multis iaculis prælium initiabant: inde tracto clypeo, quod ante maximas pluuas cælum rorare incipiat: unde quæ ante pugnam grauum hileuem pugnam committentes, tela in modum roris spargebant, Rorarij sunt appellati. Ferentarij leuis item erant armaturæ: dicti, quod quicquid opus esset auxilio ferrent ex cursu leuibus armis, grauius non impediti. Sallustius in Catilinario. Postquam ed uentum est unde a ferentarijs prælium committi posset. Metellus igitur uelites equitibus auxiliarijs permixsit circa latera peditem, ut hostium equitatum auerent. Equites autem auxiliarij erant non Romani, sed qui a socijs & ab alienigenis in auxilium ad id bellum missi erant. Nam in Iugurtha. ] Quamobrem Metellus tanta diligentia agmen instruebat. Quia in Iugurtha tantus dolus erat, et tanta peritia locorum & militiæ, ut etiam absens &

Vacca frequens emporium.



pacem ac deditionem offerens, timendus esset. In incerto haberetur. ] i. dubium esset, an esset perniciosior absens, an praesens: pacem an bellum gerem. Et propterea quamvis Iugurtha nunc abisset, & pacem ad deditionem Metello offerret: tamen propter dolos eius ac perfidiam, & propter peritiam militiae, non minus timebatur a Metello, quam si praesens fuisset, & bellum gessisset. Oppidum Vacca nomine. ] s. civitas quae vocabatur Vacca. Forum rerum uenaliu totius regni maxime celebratum. ] Forum dicitur locus negotiationis: sic dicitur, quod illuc feruntur ea quae uenduntur. Vacca igitur civitas erat forum rerum uenaliu totius regni, quia tota provincia Numidia illic confluebat ad emendum & uendendum quae opus erant. Incolere. ] i. habitare. in hac ciuitate multi mercatores Italici habitabant. Huic. ] Ordo est: Consul imposuit praesidium huic, scilicet oppido, tentandae gratia quid animi haberent. Ponere praesidium, est imponere milites ad custodiam & tutelam, ne ciues deficiant ad hostem, & ut ciuitas tutior sit ab hoste. Tentandae gratia. ] Metellus imposuit praesidium huic ciuitati Vaccae, ut tentaret, an Iugurtha ueram an fictam deditionem fecisset. Nam si ficta fuisset deditio, ciues non passi essent ut Metellus imponeret praesidium. Bello usui forent. ] i. quae opus essent ad bellum. nam usus est, significat opus est. Virgilius 8. Aeneid.

Nunc uiribus usus.

Præterea imperauit. ] Metellus imperauit, s. ciues Vaccenses, comportare frumentum, & alia quae forent usui belli. Ratus. ] Dicit quare Metellus huic ciuitati praecipue praesidium imposuit: quia uidebat propter frequentiam & accessum mercatorum, qui illuc assidue conueniebant, fore ut suis inuaretur exercitus, & ei necessaria non deessent. Forent. ] s. propter frequentiam & comitum mercatorum.

BAD.

Interea. ] Docet quid contra fecerit Iugurtha, ac dicit: Iugurtha interea, ubi accepit, hoc est intellexit: ex nuncijs, scilicet ad explorandum missis ea quae Metellus agebat: & simul, hoc est insuper factus certior, i. edoctus Romae. hoc est, cum Romae ageretur de innocentia, de integritate & in corruptione eius, scilicet Metelli diffidere, i. diffidebat: aut diffidere cepit suis rebus: ac conatus est demum tunc facere deditionem ueram, i. non fictam nec simulatam. Igitur mittit legatos ad consulē, scilicet Metellum: cum supplicijs, i. supplicationibus. Qui peterent tantummodo ipsi, scilicet Iugurthae: & liberis, supple eius uita, i. salutem: & dederent, i. penitus in potestatem darent populo Rom. alia omnia. Sed cognitus erat Metello iam antea experimentis, i. per experientiam: genus Numidarum esse insidum, i. sine fidelitate: & ingenio mobili, id est, habere ingenium mobile: & esse audum, i. percupidum rerum nouarum, i. non permanendi in proposito ac patris suis. Itaque, i. ita Metellus aggreditur, scilicet hostile, sed occulto animo: legatos, scilicet Iugurthae diuersos, i. diuisos: & in diuersa ire uisus, alium ab alio. ac tentando, i. experiendo animos eorum: postquam cognouit oportunos sibi, scilicet ad prodicionem domini sui faciendam, eo quod auari & perfidi essent: persuadet, sup. eis pollicendo multa: uti, i. ut traderent sibi Iugurtham: maxime, i. potissimum uinum: sibi, i. sed si id, s. tradere eum uinum: procedat parum, i. non inueniat prosperum successum, ut traderent sibi eum necatum, i. occisum ferro: & iubet quae forent ex uoluntate nunciari regi, scilicet Iugurthae

palam. Deinde, i. postea patris debus, scilicet interpositis: procedit in Numidiam exercitu intento, scilicet ad sui defensionem: & infesto, i. parato ad uim inferendam: ubi, i. in qua Numidia erant uigilia, i. uille ac domus rurales: plena hominum, scilicet agriculorum. contra faciem, i. speciem belli, quia a facie belli in aduentu inimici omnes aufugere solent. & pecora & culterus erant in agris, praesertim: Et regis procedebant ex oppidis & in palibus, i. iugurij illis agrestibus, (quae Virgilius etiam magalia uocat Aeneid. 1.) obulam, scilicet Metello & exercitui eius, honoris saltem simulati gratia: parati dare frumentum, & portare comitum, i. uelutualia exercitui: & parati postremo, i. quod postremo dicebant: facere omnia quae imperarentur a Metello. Neque Metellus incedere, i. incedebat: i. de circo minus argmine munito, scilicet contra insulam: sed pariter, i. pariformiter incedebat, ac si hostes adessent: & explorare, i. explorabat late, ne latere insidiae: & credere, i. credebatur omnia illa signa deditionis esse ostentum, hoc est ad ostentationem simulatam: & tentare, i. tentando parare insidias: locum, hoc est opportunitatem. Itaque, i. ita, quia omnia habuit suspensa: ple erat apud primos cum cohortibus expeditis, hoc est leuis armaturae: quae hastilia, hoc est iacula gerentes: & aggredi & regredi celeriter poterant. Erant aut olim in legione (ut dicit Gellius) lx. centuriae, xxx manipuli, & x. cohortes, hoc est sex millia militum. Nam centuria, centum: manipulus, ducentos: cohors, sexcentos continebat. Sed C. Marius, aurore Redto, sex millium & ducentorum legionem instituit, cum antea etiam quatuor millium fuisse. Lituus aperte doceat. Item cum delecta, i. exquissita manu, hoc est multitudinet funditorum, i. acientium glandulae fundido, unde Maro: Pars maxima glandula

Liuentis spargit plumbi. Sagittario rum, i. emittentium sagittas. C. Marius legatus, curabat in extremis, i. in extrema acie cum equitibus. & imperator distarauerat in utrumque, latus tribunis legionum, & praefectis cohortium: equites auxilarios, i. qui inclinanti acie auxilio uenerint. non enim locum tutandum acceperant, ut uelites, scilicet rorarij & ferentarij, i. leuis armaturae milites, ab iuliano, i. circumflectendo dicit: quocumque accederent propularent cum his, scilicet auxiliarijs, equitibus hostium. Nam tantus dolus & tanta peritia locorum & militie erat in Iugurtha, ut haberetur in incerto, an esset perniciosior, hoc est nocentior absens, an praesens: & an gerens pacem, an gerens bellum. Erat haud longe, & c. ] Docet, quomodo praesidium, i. manus militum ad custodiam ac defensionem, Vaccae oppidi Numidarum ipsi impostum sit a Metello. Ceterum cum corruptus hic fuerit locus, diuersi diuersimode pro suo quisque captu integritati restituere conati sunt. Alij enim textus habent sic: Huic consul simul tentandae gratia, si paterentur, & c. Alij sic: Huic consul simul tentandae gratia & capio undi, si paterentur: quia simul solum dici nequit. Praeterea alij addunt illic: Et comitum (populi inuaturum exercitum) quod alij non addunt. In sententijs quoque est discrepantia. Nam quidam intelligunt comitum portandum ex oppido ad exercitum, alij contra ab exercitu in oppidum: dicentes, quod aliter dixisset non Comportare, sed asportare. Nos autem pro captu nostro interpretabimur, qui talis est. Oppidum Numidarum, nomine Vacca, erat haud longe ab eo itinere: quo i. per quod Metellus pergebat (appositorie aut existens) totum, i. emporium

A

B

C

porium rerum uenaliu totius regni, scilicet Numidia: & celebratum, id est celebre & nobile ex frequentia negotiatorum megorum esse: Numidiae: maximè, id est praecipue: ubi, id est in quo multi mortales, i. homines: generis, id est nominis Italici: consueuerant incolere, id est residere: & mercari res, id est in se mercis. Consul, scilicet Metellus imposuit huic (aut huic) i. in hoc oppidum praesidium: simul gratia tentandi, s. animos Vaccensium: quia si praesidium reuocassent, decessissent se hostes: & sup. simul gratia capiendi, si praesidium admittere uellent (Bst aut, ut sepe dixit, praesidium quaryson uulgo dicitur) & si opportunitates loci paterentur, scilicet ipsum capere. Praeterea imperauit, scilicet militibus, qui praesidio futuri erant: comportare res, scilicet in oppidum: frumentum & alia quae forent usui bello, hoc est ad bellum gerendum (aut usui bellico, i. ad utilitatem bellicam) ratus, i. arbitrans id quod res monebat, uelicit frequentiam negotiatorum, scilicet Italico: & comitum, i. prouisionem (ut dicitur) uictus seu uictualiu fore munitione. i. protectione & conseruatione etiã rebus paratis seu pacatis, i. tranquillibus, & ad mandata suscipienda dispositis, i. putans quod propter comitum copiositatem negotiatorum & Vaccensium ciues facilius reciperent praesidium: quos forte ob penuriam uictus reculare potuissent, etiam si alioquin parati fuissent. Alij intelligunt (ut dixi) comitum comportandum in exercitum, & addunt: Et comitum populi inuaturum exercitum, ut sit, Et imperat, sup. his qui praesidium dirigerent: cum redierint comportare, id est secum portare ex oppido: frumentum, & c. sed prior expositio placet.

Velites. ] De origine & usu Velitum Linius lib. 26. Valerius lib. 2. cap. 1. dicit sunt Velites (ut inquit Festus) quasi Volites, id est uolantes. Huic consul simul tentandae gratia, & si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit. ] Hunc locum fecit inquinatum esse existimo, nec tamen auctoritate ueterum codicum purgare potui. coniecturas autem libenter omitto. in quibusdam ueteribus libris ita scriptum est: Huic consul simul tentandae gratia, si paterentur oportunitates loci, praesidium imposuit. Comportare. ] in castra. aliter: Compararent. Inuaturum exercitum. ] Quidam superiorum atate impressi codices non habent has duas dictiones. Etiam. ] aliter: Et etiam. Paratis. ] multi legunt: Pacatis, quod saepe non displicet.

CAS.

RIV.

Erat legitur, tamen priorem electionem magis proba. Nam libenter geminabant praesidionem antiqui, ut ostendit Priscianus. Sic Cicero: Nullum dedecus reperiri potest, quod in hoc non inest. Idem: Inest enim natura philosophia tri huius uirumtate quaedam. Rursum: Manere in uita, in qua nihil inest nisi miseria. Huic consul simul tentandae gratia praesidium imposuit. ] Manuscripta, Huc consul, ut sit aduerbium. Sic postea: Igitur Vaccenses, quo Metellus initio Iugurtha pacificante praesidium imposuerat. Quamquam autem uulgata lectio bene habet, altera haec tamen uerior. Ratus id quod res monebat, frequentiam negotiatorum & comitum, inuaturum exercitum, etiam paratis rebus munimento fore. ] In ueteribus quibusdam, sed impressis, defuit haec uerba, inuaturum exercitum. Ac si quid est in me iudicij, rectius omittuntur. praesertim quum illud participium inuaturum nusquam ferè lectum sit, nisi apud Plinium in Epistolis semel: nec eius ulla usquam apud Priscianum mentio, qui alioqui diligens iussum solet, si quid tale uisum extat in ueteribus, adnotare. Praeterea quamuis in cunctis ferè, quae ipse uidebam, exemplaribus legatur, Etiam paratis rebus: tamen ego libentius praesertim legerim, Pacatis, hoc est tranquillibus, quum iam nullum fuerit bellum. Et sic quoque sensus ipse postulat.

Omnia illa deditionis signa ostentum esse credere, & insidias locum tentare. ] Vetus codex uerbis Omnia, ad superiora necit, late explorari omnia. Idem fore pro esse legit. Adimus codex utrumque sustulit: quod placet. At illud, Et insidias locum tentare, ita subiungitur, quasi Metellus insidias locum tentet, cum ad regem referatur. Non dubitauit enim Metellus Iugurtham his technis locum insidias querere. Huic Consul simul tentandae gratia si paterentur. ] Hic locus mirum in modum corruptus est, neque in ullo codice mihi rectè emendatus. Iuuat tamè Lectorem aliqua parte ex diuersis, quamquam corruptis, codicibus collati loci. Badius conatus est huic emendare, sed non potuit existimauit enim Metellum praecipisse praesidium militibus importare oppidum frumentum, quod nunquam facerent Romani, nisi alia causa urgeret. Ceterum pro Huic, etiam putat legi posse Huc, & pro Paratis rebus, Pacatis rebus: quod non rejicio. Deinde quòd Comportare pro Preparare quidam codices habent, nihil refert, cum neutrum requirit sensus, & ego utrumque plane suppositum existimo. Imperare frumentum, & quae bello usui forent, cum Latine, tum frequenter dicitur. Querere hunc locum ita legendum existimo: Huic Consul simul tentandae gratia, si paterentur, simul propter opportunitates loci, praesidium imponit. Praeterea imperauit frumentum, & alia quae bello usui forent: ratus, id quod res monebat, frequentiam negotiatorum, & comitum inuaturum exercitum, etiã pacatis rebus, munimento fore.

GLAR.

De dedendo Iugurtha.

Inter haec negocia Iugurtha impensius legatos supplices mittere, pacè orare: praeter suam liberorumque uitam, omnia Metello dedere. Quos item Consul (uti priores) illectos ad prodicionem domum dimittebat: regi pacem quam postulabat neque abnuere, neque polliceri: & inter eas moras promissa legatorum expectare. Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac suis se artibus tentari animaduertit, quippe cui uerbis pax nunciabatur, ceterum re bellum aperiendum erat: urbs maxima alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati, coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Igitur explorato hostium itinere, in spem uictoriae adductus ex oppo-

Murchul fluvius. Neq; colebatur, neq; natura fecerat aliquid.

Argumentum a necessario. Virium.

SOLDI.

portunitate loci, quam maximas potest copias omnium generum parat, ac per trames occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal in divisione possederat, flumen à Meridie oriens, nomine Murchul, à quo mons aberat fermè millia passuum viginti tractu pari, uastus à natura & humano cultu, sed ex eo medio quasi collis oriebatur in immensum pertingens, uessitus oleastro ac myrtetis, alijsque generibus arborum, quæ humo arida atque arenosa gignuntur. Media autem planities deserta penuria aquæ, præter flumini propinqua loca: ea confita arbustis, pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quem transfuerso itinere porrectum docuimus, Iugurtha extenuata luorum acie confedit. Elephantis, & parti copiarum pedestrium Bomilcarem præfecit, eum quæ edocet quæ ageret. Ipse propior monti cum omni equitatu & peditibus delectis suos collocat. Dein singulas turmas & manipulos circumiens monet atque obtestatur, uti memores pristinæ uirtutis & uictoriæ, sese regnum quæ suum ab Romanorum auaricia defendant. Cum ijs certamen fore, quos antea uictos sub iugum miserint. Ducem illis, non animum mutatum, quæ ab imperatore decuerint, omnia suis prouisa, locum superiorem, ut prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum conferent. Proinde parati intentiq; essent, signo dato, Romanos inuaderent. illum diem aut omnes labores & uictorias confirmatur, aut maximarum ærumnarum initium fore. Ad hoc uirum, uti quemq; ob militare facinus pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficij sui, & eum ipsum alijs ostentare. Postremò pro cuiusq; ingenio pollicendo, minitendo, obtestando alium alio modo excitare.

Uti priores. ] sicut priores legatos. Nam supra dixit, Metellum cum legatis Iugurthæ tractauisse de proditione. Promissa legatorum expectare. ] expectabat id quod promiserant legati, uidelicet ut sibi traderent Iugurtham uel uiuam uel mortuam. Iugurtha. ] Ordo est: Iugurtha coactis necessitudine rerum, statuit certare armis. Vbi. ] i. postquam composuit dicta Metelli cum factis, ac postquam animaduertit se tentari suis artibus. Quippe. ] i. quia cui nunciabatur pax uerbis, sed bellum erit asperissimum in re. ] postquam urbs maxima est alienata, & ager est cognitus hostibus, & postquam animi popularium tentati, sunt. Cum (inquit) Iugurtha uideret Metellum aliud dicere, & aliud facere promittere pacem, & gerere bellum: & uideret se amisisse maximam urbem, & Vaccam: statuit eum Metello bello contendere. Composuit. ] i. comparauit. nam Componere est comparare. Virgilius in Bucolicis: Sic paruis componere magna solebam. Dicta cum factis composuit. ] Nam Iugurtha comparando dicta Metelli cum factis, cognouit facta eius conuenire cum dictis. Nam aliud dicebat, aliud faciebat: promittebat pacem, & bellum inferebat. Ac se suis artibus tentari animaduertit. ] Iugurtha cognouit Metellum uti his artibus contra se, quibus ipse Iugurtha uti solebat contra alios; uidelicet dolis & fraudibus. Artibus. ] dolis & fraudibus. Quippe. ] Ecce declarat dolos Metelli, qui pacem Iugurthæ promittere uidebatur, & bello illum insequeretur. Et hic proprie dicitur dolus, quando aliud dicitur, & aliud fit. Alienata. ] i. amissa. nam Metellus eam in suam potestatem redegerat, imposito præsidio. Animi popularium. ] i. animi hominum uulgariū & infirmorum. nam Popularis est, qui à populo amatus est: popularis, cuius est: popularis, humilis: popularis, uilis. Tentati. ] i. sollicitati. Ex opportunitate loci. ] Iugurtha sperabat uincere propter opportunitatem loci. Ipsum autem locum infra describit. Antevenit. ] i. præoccupauit Iugurthæ: cum cognouisset quod tendebat Metellus cum exercitu, id ipse prior uenit.

quo aberat. ] à quo fluuius procul erat mons ferme viginti millia passuum. Tractu pari. ] i. pari longitudine. Nā mons tanta longitudinis erat, quantum à fluuiio distabat. Vastus ab natura & humano cultu. ] i. desertus, & quæ natura asper erat, & quia ab hominibus non calcatus. Sed ex eo medio. ] Ex medio huius montis, collis nascentis longissimus ex transfuerso ducebat, plenus oleastro & myrtetis, atq; alijs arboribus quæ nascuntur in terra arida & arenosa. Vestitus. ] i. plenus. Vestire enim, significat implere. Virgilius in Georgicis: — Lunat Ismara Baccho Conserere, atq; olea magnam uestire Taburnum. Id est implere. Oleaster. ] Oleaster, arbor est agrestis oliua. Ac myrtetis. ] Myrtetum, est locus plenus myrtis. Myrtus autem est arbor Veneti consecrata. Media autem planities. ] Inter montem & flumen planities erat deserta propter penuriam aquæ, præter loca quæ sunt flumini uicina: nam ea loca habitantur, & pecore atq; cultoribus sunt plena. Ea. ] i. loca propinqua flumini. Igitur in eo colle. ] Locum descripsit, in quo Iugurtha in insidijs latens, exercitum Metelli de monte descendente aggressus est. Porrectum. ] i. in longitudinem extensum. Extenuata. ] i. rarefacta: quia non conferti, nec densi, sed rari considerant Iugurthinum milites. Elephantis. ] Antiqui in prælio elephantis utebantur, et maxime Asii. sunt enim belluæ miræ magnitudinis. Quæ ageret. ] i. quæ agere deberet. Turmas. ] Turmæ, proprie sunt equitum. nam Turma triginta equites continet, dicta quasi ter una, eo quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tricenis, Rhammenisq; ac Licetis fiebant. Nam singula tribus singulas decurias equitum mittebant: unde & Decuriones dicti, qui decem equibus, siue octo decurijs præerant. Manipulos. ] Manipulus, ut antea dixit, ducentos milites continebat, i. duas centurias. Nam antiquis hic mos fuit, cum adhuc reges Romæ regnarent, ut manipulos miserent ex Romanis & Latinis: ita ut una centuria Romanorum & una Latinorum unum manipulum conficerent, & unum sequerentur signum.

Uti priores. ] sicut priores legatos. Nam supra dixit, Metellum cum legatis Iugurthæ tractauisse de proditione. Promissa legatorum expectare. ] expectabat id quod promiserant legati, uidelicet ut sibi traderent Iugurtham uel uiuam uel mortuam. Iugurtha. ] Ordo est: Iugurtha coactis necessitudine rerum, statuit certare armis. Vbi. ] i. postquam composuit dicta Metelli cum factis, ac postquam animaduertit se tentari suis artibus. Quippe. ] i. quia cui nunciabatur pax uerbis, sed bellum erit asperissimum in re. ] postquam urbs maxima est alienata, & ager est cognitus hostibus, & postquam animi popularium tentati, sunt. Cum (inquit) Iugurtha uideret Metellum aliud dicere, & aliud facere promittere pacem, & gerere bellum: & uideret se amisisse maximam urbem, & Vaccam: statuit eum Metello bello contendere. Composuit. ] i. comparauit. nam Componere est comparare. Virgilius in Bucolicis: Sic paruis componere magna solebam. Dicta cum factis composuit. ] Nam Iugurtha comparando dicta Metelli cum factis, cognouit facta eius conuenire cum dictis. Nam aliud dicebat, aliud faciebat: promittebat pacem, & bellum inferebat. Ac se suis artibus tentari animaduertit. ] Iugurtha cognouit Metellum uti his artibus contra se, quibus ipse Iugurtha uti solebat contra alios; uidelicet dolis & fraudibus. Artibus. ] dolis & fraudibus. Quippe. ] Ecce declarat dolos Metelli, qui pacem Iugurthæ promittere uidebatur, & bello illum insequeretur. Et hic proprie dicitur dolus, quando aliud dicitur, & aliud fit. Alienata. ] i. amissa. nam Metellus eam in suam potestatem redegerat, imposito præsidio. Animi popularium. ] i. animi hominum uulgariū & infirmorum. nam Popularis est, qui à populo amatus est: popularis, cuius est: popularis, humilis: popularis, uilis. Tentati. ] i. sollicitati. Ex opportunitate loci. ] Iugurtha sperabat uincere propter opportunitatem loci. Ipsum autem locum infra describit. Antevenit. ] i. præoccupauit Iugurthæ: cum cognouisset quod tendebat Metellus cum exercitu, id ipse prior uenit.

quo aberat. ] à quo fluuius procul erat mons ferme viginti millia passuum. Tractu pari. ] i. pari longitudine. Nā mons tanta longitudinis erat, quantum à fluuiio distabat. Vastus ab natura & humano cultu. ] i. desertus, & quæ natura asper erat, & quia ab hominibus non calcatus. Sed ex eo medio. ] Ex medio huius montis, collis nascentis longissimus ex transfuerso ducebat, plenus oleastro & myrtetis, atq; alijs arboribus quæ nascuntur in terra arida & arenosa. Vestitus. ] i. plenus. Vestire enim, significat implere. Virgilius in Georgicis: — Lunat Ismara Baccho Conserere, atq; olea magnam uestire Taburnum. Id est implere. Oleaster. ] Oleaster, arbor est agrestis oliua. Ac myrtetis. ] Myrtetum, est locus plenus myrtis. Myrtus autem est arbor Veneti consecrata. Media autem planities. ] Inter montem & flumen planities erat deserta propter penuriam aquæ, præter loca quæ sunt flumini uicina: nam ea loca habitantur, & pecore atq; cultoribus sunt plena. Ea. ] i. loca propinqua flumini. Igitur in eo colle. ] Locum descripsit, in quo Iugurtha in insidijs latens, exercitum Metelli de monte descendente aggressus est. Porrectum. ] i. in longitudinem extensum. Extenuata. ] i. rarefacta: quia non conferti, nec densi, sed rari considerant Iugurthinum milites. Elephantis. ] Antiqui in prælio elephantis utebantur, et maxime Asii. sunt enim belluæ miræ magnitudinis. Quæ ageret. ] i. quæ agere deberet. Turmas. ] Turmæ, proprie sunt equitum. nam Turma triginta equites continet, dicta quasi ter una, eo quod terdeni equites ex tribus tribubus, Tricenis, Rhammenisq; ac Licetis fiebant. Nam singula tribus singulas decurias equitum mittebant: unde & Decuriones dicti, qui decem equibus, siue octo decurijs præerant. Manipulos. ] Manipulus, ut antea dixit, ducentos milites continebat, i. duas centurias. Nam antiquis hic mos fuit, cum adhuc reges Romæ regnarent, ut manipulos miserent ex Romanis & Latinis: ita ut una centuria Romanorum & una Latinorum unum manipulum conficerent, & unum sequerentur signum.

A signū: Manipulus autē dicitur est, quia dū Romani adhuc pauperes essent, manipulos ferri perticis alligabant, et eos pro signis sequentantur. ut Lucanus: Pertica suspēsus portabat longa manipulos. Obtestatur. ] rogat. Pristina. ] Pristina dicitur antiquus: cuius deriuatio dubia est etiam apud peritos. Cum his certamen fore. ] sez dicebat. Quos antea uictos sub iugum miserint. ] hoc supra usum est. Nam Iugurtha Romanos uictos sub iugum misit. Ducem illis, non animum mutatum. ] subauditur, dicebat, per omnia. Non animum. ] quia quamuis nouum acceperit ducem, tamen pristinum animum retinet: uidelicet ignaum & timidum. A bono imperatore. ] scilicet prouideri. Locum superiorem. ] scilicet esse prouisum. Ecce quomodo omnia prouisa sunt à Iugurtha, suis militibus prouidi ut haberent locum superiorem, scilicet collem montis: & prouidi ut periti cum imperitis, nec pauciores cum pluribus, nec rudes cum bello melioribus certarent. Nec pauciores cum pluribus. ] quia Iugurthinum non erant pauciores numero quam Romani. Aut rudes. ] id est ignari: quia Iugurthinum milites perita belli non cedebant Romanis. Manum conferent. ] id est pugnet. Proinde. ] id est ideo: & dicebat, ut ideo essent parati & intenti inuadere Romanos, dato signo. illum diem. ] Iugurtha suos ad prælium exhortans dicebat: O milites, hic dies aut omnes labores præteritos & uictorias confirmabit, aut erit initiū magnarum calamitatum. Omnes labores & uictorias confirmaturus. ] uidelicet ne labores frustra suscepimus, & antea frustra uicerimus. Confirmaturus. ] scilicet si uicerimus. Maximarum ærumnarum. ] id est miseriarum & calamitatum. Initium fore. ] scilicet si uicti erimus. Ad hoc. ] id est præterea. Ordo est: Iugurtha commonefacere, pro commonefaciebat: sui beneficij, scilicet illum, uti, pro sic ut exulterat quæque pecunia aut honore ob facinus militare: & ostentabat eum ipsum alijs. Iugurtha sua beneficia commemorabat eis, quos aut pecunia aut honore exaltauerat, ob epegia facinora eorum. Atq; hoc faciebat non ut exprobraret sua beneficia, sed ut illi magis ad uirtutem & ad procurrandum accenderentur, eum meminissent Iugurtham egregium esse uirtutis remuneratorem. Exulterat. ] id est exaltauerat. Commonefacere beneficij sui. ] Dicimus ergo, Commonefacere te huius rei. Et eum ipsum alijs ostentare. ] Ostendebat, eum quem exaltauerat alijs, ut ipsi se talis remunerationis ad uirtutem prouocarentur. Pro cuiusq; ingenio. ] id est secundum ingenium & naturam cuiusque. Nam alij se præmij aut honoris, alij minij, alij precib; mouentur. Excitare. ] pro excitabat, id accendebat, comonebat, incitabat. Ordo est: Postremò Iugurtha excitare, pro excitabat, alij alio modo, pro ingenio cuiusq; scilicet pollicendo, minitendo, obtestando.

B AD. ] Inter hæc negocia. ] id est dum hæc fierent: Iugurtha mittere, id est mittebat modò, id est interdum impensurus, id est accuratus & copiosius legatos supplices: & rogare, id est rogabat pacem dederat, id est dederat Metello omnia præter uitam suam: librorum sup; suorum. Quos, scilicet legatos consul dimittebat, scilicet à se illeceos ad proditionem, scilicet Iugurthæ uti priores, id est quos prius illeceos dixerat: & neq; abnuere, id est neque abnuere neq; polliceri, id est neq; pollicebatur regi pacem quam postulabat: & expectare, id est expectabat inter eas moras, dum suspensum teneret regem: promissa

legatorum, qui promiserat se regem prodituros. Iugurtha ubi. ] postquam composuit. i. comparauit. simul conuiderat dicta Metelli cum factis, ac animaduertit se tentari suis artibus. i. dolo: quippe. i. ut ipse cui pax nunciabatur uerbis caterant. i. sed: bellum erat asperissimum re. i. effectum. Urbs maxima, scilicet Vaccæ: alienata à se, hoc est ab Iugurtha: ager cognitus hostibus per frequentationem: animi popularium. i. fautorum, ut ipse legatorum tentati, scilicet licet ad proditionem: & ita ipse coactus necessitudine. i. necessitate rerum statuit certare armis cum Metello. Igitur explorato itinere. ] Comemorat quomodo Iugurtha se ad prælium accinxit, & quæ orationem ad suos habuit, dicens: Igitur quia Iugurtha decreuerat certare armis ipse explorato itinere hostium. i. cognouit quod hostes irent per loca apta insidijs, & in quibus circumueniri possent: ad ductus in speciem uictoriae ex opportunitate loci, parat quam, id est quantum potest: maximas copias, scilicet militum omnium generum ac anteuenit. i. præuenit exercitum Metelli per trames occultos. i. uias transfuersas & occultas. Flumen oriens à meridie, id est à meridionali parte ga Murchul, scilicet nomine: erat in ea parte Numidiæ, quam Adherbal possederat in diuisione, scilicet regni cū Iugurtha, per legatos Rom. facta. à quo flumine mons scilicet quidam: aberat. i. distabat ferme. i. quasi viginti millia passuum: tractu. i. protensione eius par. i. equali in distantia existens uastus. i. uacuo situ non habitatus: nec confusus: natura. i. per naturam, quæ illi: nihil nisi sinebat: & alienatus, id est desertus cultu humano: quia à nemine habitabatur. Sed quasi collis, id est humilis: quia: & ut dicunt) celsa montis, seu cilius: oriebatur ex eo medio, id est ex medio eius montis: pertingens, id est porrectus in altum in immensum, id est sine mensura facili. uessitus, id est cooperat uoleastro, id est oleis syluestribus ac myrtetis, id est copia myrtorum arborum illic nascentium, & alijs generibus arborum: quæ gignuntur, id est nascuntur: humo, id est terra arida, id est sicca atq; arenosa. At, id est sed: planities media inter montem & flumen erat deserta. i. inhabitata: & inculta: penuria. i. ob defectum aquæ: præter loca propinqua flumini: quia ea, sez loca ad flumen confita. i. undiq; sata & uessita arbustis, id est arbusculis frequentabantur pecore. i. ouino & caprino, & cultoribus. i. hominibus. Igitur Iugurtha confedit. i. locum cepit in eo colle, quæ docuimus porrectum. i. extensum à monte, itinere transfuerso: quia ex medio eius sumpti: & hoc acie suorum, sez militum: extenuata. i. deducta & sparsa uel rarefacta: & præfecit Bomilcarē amicum et propinquum suum elephantis, sez bellicis (notum est enim, à genitio huius elephantis, fieri nominatiū bic elephantis, huius elephantis: notumq; ut illis inpositis macbinis utatur in bello Numidæ Aethiopes & ceteri eius regionis in quid nascuntur.) & parti copiarum pedestrium. Et edocet eis, sez Bomilcarē quæ ageret, i. facere deberet initio aut in eundo prælio: ipse exiens propior, i. magis prope montem collocat. i. instruit: suos, sez milites. i. quibus ipse præesse uolebat. Deinde ipse circumiens. i. ob ambulans: singulas turmas. i. classes equitum, triginta equites continentes: & manipulos, qui ducentos continebant. i. duas centurias (Nam antiquis hic mos fuit adhuc sub regibus Romanis, ut milites miserent ex una centuria Romanorum, & una Latino-rum, manipulum conficerent, quod signum unum dabat: aut Manipulum uocabant, cui dū Romani adhuc pauperes essent, manipulos ferri perticis alligabant, & eos

pro signis sequebantur, unde est illud Lucani:  
 Pertica suspensus portabat longa maniplos.  
 monet (dico) Iugurtha more Romanorum, atq; obiectatur, supple eos: uti, i. ut ipsi memores pristinae, i. prius ab ipsis habita virtutis: et uictoriae, scz quam paulo ante ex hoste retulerant, cum eum sub iugum miserant: defendant sese, id est seipfos, unde ostendit necessitatem pugnandi. Et regnum, scilicet Numidiae ab auaricia Romanorum, quasi dicat: Si uicti fuerint, eos inmania pensuros Romanis iributa, ut quos ipse iam saepe auarissimos expertum fuerit. Cum his certamen fore. ] Prosequitur paucis cohortantem Iugurthae: non quidem sub hisdem uerbis, sed punctum sub hisde sententijs, dicens: Et, supple Iugurtha monedo dicebat ipsis fore. i. in iugum certamen cum his quos uictos ipsis miserant, scz in deserto sub Aulo legato: sub iugis, i. sub furca ex hostis ad summam ignominiam. Et dicebat, ducem esse mutatum illis, scz hostibus uictis, non animum (quia iterum fugituri essent) et omnia prouisa esse suis quae decuerit, scz prouideri ab imperatore, hoc est a se, quae locum superiorem, supple prouisum esse. i. ut haberent locum superiorem: et prouisum esse uti, i. ut ipsi prudentes, id est experti et socij conferrent manum. i. praelum inirent cum imperitis, scz hostibus: et ne ipsi Numidae conferrent manum pluribus, existentes: pauciores: aut ne ipsi rudes conferrent manum cum melioribus. i. prouisioribus bello. i. ad bellum gerendum (Est enim datus casus Bello: quia dicitur bonus Bello. i. ad bellum Numi.)

— Et bona bello Cornus. —  
 Bonum autem aliquando dicitur utile, ut in dicto exemplo Maronis aliquando peritum, ut in Buc.  
 Cur non uictos boni, quoniam conuenimus ambo.  
 Aliquando iustum: ut, Vir bonus et sapiens. —  
 Aliquando fauorabilis: ut i. Aeneidos:  
 Et bona iuno, etc. —  
 proinde. i. ideosq; supple monet: uti, supple essent parati et intenti inuadere. i. ut inuadant Romanos signo dato. Et dicebat illum diem, quo manus conferrent: aut confirmaturum, sup. esse, id est stabiliturum omnes labores, scilicet inceptor, et uictorias, scz obtentas: aut fore. i. futurum initium maximarum armorum, quia difficillime deinde uictoria obtinerent: et si semper deinceps uincantur, durissimam seruitutem passuri essent. Ad hoc. i. praeter ea, aut in super comonefacere, id est comonefaciebat: hoc est, memoris faciebat beneficij, scz accepti uirum, id est per singulos uiros: uti, id est secundum quod extulerat quonq; id est quemlibet eorum ob facinus militare. i. ob militiam fortiter gestam aut pecunia. i. per pecuniae dationem: aut honore. i. per honorem: ostentare. i. ostentabat eum ipsum quem extulerat alij: ut, scz eadem promerentur. Postremo excitare. i. excitabat alium alio modo. i. diuersos diuersi modo: pollicendo, mimitando, ostentando. scz premia: aut eueniendo pro ingenio, id est secundum naturam et indolem cuiusq;: quia alij melius faciunt pollicitis, alij minus, alij ostentationibus.

CAS.

Impensus legatos. ] aliter: Impensus modo legatos, ut in hyst. B. fugi Iugurtha impensus modo rebus suis diffidens. id est maxime et extra modum. non enim puto bis in locis modo aduerbium esse. Quos item consul uti priores illecos. ] uictis et lectis est: Quos item uti

Cum interim Metellus ignarus hostium, monte digrediens cum exercitu conspicitur. Primò dubius quid nam in solita facies ostenderet (nam inter uirgulta equi Numidæque

priores cõsul illecos. Quæ humo arida. ] aliter: Quæ homo in arida. Priscianus autem lib. 18. in extremo legit. Humi arido. Propior monti. ] aliter: Propior monti Manipulos. ] Dicitur est manipulus (auctore Vegetio) ab eo quod continebat manib. pariter dimicabant. uel ut alij uolunt, ab herbarij seu frigidum fasciculis, quibus olim pro signis utebantur. uide Plutarchum in Romulo, Ouidium Fast. lib. 3. item Seruium gramaticum, Vegetium, Modestum et Varronem de ling. Lat. lib. 4. Quæ ab imperatore, etc. ] Bis eadem rem dicere uidetur, inquit enim se prouidisse, ut Numidia prudentes cum imperitis Romanis, inde, ne rudes cum bello melioribus manum conferrent. nisi exponamus illa uerba, ut prudentes cum imperitis, id est ut scientes cum ignavis, scz scilicet pugnandum esse. hoc est, ut parati cum imparatis configerent.

Quos item consul uti priores illecos ad prouiditionem domum dimittebat. ] In uictis, Quos item uti priores consul in lectos. Hæc collocatio uerborum melior. Nihil illa inuersio ordinis uerborum nullo modo ferenda uidetur, quantumuis alij forsitan negligant. Põrrò in lectos quondam dicere, ubi hodie ferè illecos dicimus: id quod et mollis et suauis esse uidetur. Velsi uoleas tro, ac myrteis, alijq; generibus arborum, quæ humo arida atq; barensa gignuntur. ] Fabricianum, Arido atq; barensa. recte an secus, aliorum esto iudicium. Ipse coniecturam meam subiicit. Adnotauit igitur libro 6. Priscianus, Humi uictore etiam genere inueniri apud ueteres, citatq; illud Liuij in Adoue: Humum humidum pedibus fodit. et Gracchi in Thyeste: Mersu sequentis humidum plantis humum. Nam in manuscripto, Humi quide iam legitur: sed aut humo ibidem, aut humu fuit. nam eysa est litera ultima, et suppositum i. Põrrò Humi ueteres pro humo dixisse, testatur alicubi Non. Marcellus. Ecce autem quom iam hæc adnotassem, ac Priscianum forte in manus sumpsissem, idem reperi quod in Fabriciano, Nam libro 13. Humi (inquit) sum, et, est. Sall. in Iuguri. Quæ humi Arido atque arensa gignuntur. Quid si Sallustius est ita locutus, ut identidem Tacitus ueluti. Vi occulta saluum scrutentur, pontesq; et aggeres humido paludum, et fallacibus campis imponeret. rursum: Illi sanguine suo et libricopaludum lapsantes. Sed et Auidum subditantiue possit uideri alicui possit, ut subaudijs Solum. Cesar 4. Quæ illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi, etc. Idem paulo inferius: Nostrum simul in arido constituerunt. et postea: Quosq; in aridum subduxerat. pro, in terram. Atq; hoc modo Humi aduerbialiter poni necesse est. Nos hic nihil pronunciamus, contenti et diuersam lectionem ostendisse, et coniecturam nostram subiicisse. Tametsi et in altero quodam manuscripto fuerit eodem modo. Sed et Beroaldinum uolumen habet, Quæ humi in arido atq; arensa loco gignuntur. Vnde ut nihil aliud, illud certe colligitur, mendosam esse hodie lectionem uulgatam. Ipse propior monti cum omni equitatu, et pedibus, delectis suos collocat. ] In manuscripto est, Propior montem, quomodo Hircus s. Belli Gallicis: Alter quo propior hoste in uallo collocatus est, etc. Nec aliter in Florentino et Beroaldino. Vi prudentes cum imperitis. ] Legedæ, VII. Sic. n. ferè Sallustius. Omnes labores. ] Legendum, Omnes, ita et hoc et superius illud in uictis.

RIV.

B

C

daque confederant, neq; planè occultati humilitate arborum, & tamen quid nam esset, incerti, cum natura loci, tum dolo ipsi atque signa militaria obscurati) dein breui cognitis insidijs, paulisper agmen constituit. Ibi commutatis ordinibus, in dextro latere, quod proximum hostibus erat, triplicibus subsidijs aciem instruxit. Inter manipulos, funditores & sagittarios dispersit equitatum omnem in cornibus locat. Ac pauca pro tempore milites cohortatus, aciem sicuti instruxerat, transuersis principijs in planu deducit. Sed ubi Numidæ quietos, neq; colle digredi animaduertit, ueritus ex anni tempore & inopia aquæ, ne siti conficeretur exercitus: Rutilium legatum cum expeditis cohortibus & parte equitum præmisit ad flumen, uti locum castris antecaperet, existimans hostes crebro impetu & transuersis prælijs iter suum remoratos: & quoniam armis diffiderent, lassitudinem & sitim militum tenturos. Deinde ipse pro re atq; loco sicuti monte descenderat, paulatim procedere, Marium post principia habere, ipse cum sinistra alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erant. At Iugurtha ubi extr emum agmen Metelli primos suos prætergressum uidet, præsidio quasi duum milliū peditem montem occupat, quæ Metellus descenderat, ne fortè cedentibus aduersarijs receptui, ac post munimento foret. Deinde repente signo dato hostes inuadit.

SOLDI.

B

C

Cum, pro quando interim Metellus ignarus hostium, digredis monte conspicit cum exercitu. Dum Iugurtha suos hortatur ad præliū, ecce Metellus cum exercitu apparere incipit: qui nesciebat Iugurtham cum exercitu suo in colle occultatum in insidijs. Primò dubius. ] Ordo est: Primò Metellus dubius, quid nam insolita facies ostenderet, deinde instituit agmen paulisper cognitis insidijs, breui spatio: cætera per parem bestim dicta sunt. Et longum facit hyperbaton, hoc dicit: Metellus cum de hostibus, nihil omnino suspicaretur, primò dubitauit quidnam esset id quod uidebat in colle, non enim aperte uidere poterat quid esset. Sed postea cum aperte cognouisset insidijs, statim exercitum instruxit ad pugnam. Primò dubius, quid nam insolita facies ostenderet, i. primò dubitans, quid nam insolita species earum rerum quas uidebat in colle, significaret. Nam uidebat in colle equos et homines: sed non ita aperte uidebat, ut posset intelligere quid esset. Et declarat quare dubitabat quid esset: quia equi et homines Numidæ ita inter arbores et uirgulta constitant, ut nec prorsus apparerent, nec perfecte uideri possent. Nam inter, ] Ordo est: Nam et equi et Numidæ confederant inter uirgulta, neq; plene erant occultati humilitate arborum: et tamen erat incertum quid nam esset, obscurati ipsi tum, i. partim dolo. Humilitate arborum. ] quia arbores non erant altæ, sed humiles. Et tamen, ] quamuis non essent perfecte occultati: tamen cognosci non poterant quid nam essent. Tum natura loci. ] propter arbores. Tum dolo. ] quia ita se locauerant, ut non crederet, sed prostrati, et inter arbores iacebant. Agmen instituit. ] id est exercitum instruxit, qui dicitur agmen, dum ambulat et incedit sicuti nunc. Ibi. ] Dicit quomodo Metellus exercitum ad pugnam instruxit, nam ordinem mutat. Ordo est: Ibi, pro tempore: Metellus instruxit aciem triplicibus subsidijs, in dextro latere, quod erat proximum hostibus, ordinibus commutatis. Et dispersit funditores et sagittarios inter manipulos, et locat omnem equitatum in cornibus. Cum exercitum in acie ad pugnam instruxerat, hic ferè ordo seruabatur. In prima acie leuis armatura ponebatur, i. uelites, siue rotarij, siue ferentarij, item funditores et sagittarij: hi leuibus certaminibus pugnare inchoabant. In secunda acie puncijs ius principes locabantur: sic dicit,

Græca constructio dicit, Obscurati signa militaria, pro obscuratis signis militarijs: existimatis futuri, ut Romanis exercitū crebro inuadendo et lassitudinem et sitim militum tenturos. Deinde ipse pro re atq; loco sicuti monte descenderat, paulatim procedere, Marium post principia habere, ipse cum sinistra alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erant. At Iugurtha ubi extr emum agmen Metelli primos suos prætergressum uidet, præsidio quasi duum milliū peditem montem occupat, quæ Metellus descenderat, ne fortè cedentibus aduersarijs receptui, ac post munimento foret. Deinde repente signo dato hostes inuadit.

quia a principio gladijs pugnabant: ut ait Varro. Inertia acie subsidia stantebant: qui milites subsidia dicebantur, quia subsidium ferebant principijs, scz et fatigatis. Sed hic ordo pro loco et tempore mutabatur uel ex toto, uel ex parte. Nunc uerò dicit, Metellum in ea parte qua hostibus erat uicina, subsidia triplicia collocasse: funditoresq; et sagittarios, qui in prima acie locari consueuerat, inter manipulos diuisisse. Pro tempore. ] quia non erat tempus ut multa diceret. Aciem. ] Exercitus ad pugnam instructus, dicitur acies. Transuersis principijs. ] Vide quid dicat. Metellus de monte descendens, aciem instructam dirigebat non contra collem et contra Iugurtham, sed per transuersum, uersu flumen, quod distabat a monte uiginti milibus passuum. Principijs. ] Dixi iam ante, quod principia dicuntur milites qui in secunda acie locantur. Sed ubi. ] Ordo est: Metellus ueritus ne exercitus conficeretur siti, ex tempore anni, et inopia aquæ, præmisit ad flumen, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus, et parte equitum, ut antecaperet locum castris: existimans hostes esse remoratos suum iter crebro impetu et transuersis prælijs et esse tenturos lassitudinem et sitim militum, quoniam diffiderent armis: ubi, pro postquam animaduertit hostes quietos, scilicet esse, neque illos digredi colle. Metellus de monte descendens, existimabat hostes qui erant in colle, agmen suum inuaduros. Sed postquam uidit eos non moueri de colle, Rutilium legatum cum cohortibus expeditis præmisit ad flumen, ut locum caperet, ubi castra ponere uolebat. ipse uerò post Rutilium cum toto exercitu sequebatur: nec enim apud montem diu manere poterat propter penuriam aquæ. Quietos. ] scilicet esse, id est non moueri. Neque de colle digredi. ] id est discedere, scilicet contra se. Veritus ex anni tempore. ] quia erat aestas, quo tempore rarius pluit. Inopia aquæ. ] quia loca ipsa arida sunt, et sine fontibus et aqua. Conficeretur. ] id est consumeretur. Expeditis cohortibus. ] Dixi quæ sint cohortes expeditæ. Ad flumen. ] quod supra dixi distare a monte per uiginti miliaria. Impetu. ] i. incursum. Et transuersis prælijs. ] prælijs ex transuerso et a latere, nõ a fronte factis. Nam Metellus agmen instructum dirigebat non contra collem

nec contra Iugurtham, sed versus flumen ita ut fons agminis respiceret flumen, latus uero dextrum respiceret collem atque Iugurtham; ut necesse esset Iugurtham, si conaretur inuadere Romanos, eos a latere ex transuerso, non a fronte neque ex aduerso inuadere. Leditudinem suamque militum tentationes. Metellus uidebat Iugurtham non audere armis contendere, sed quereret ut fatigaret Romanos, et impia ret ne ad flumen irent. Deinde Metellus praemisit Rutilium legatum ad flumen: mox ipse secutus est cum toto exercitu. Pro re atque loco. Sicuti res et locus postulabat. Sicuti monte. Si eo ordine quo monte descenderat. Marius post principia habere.] pro habebat, i. tenebat. Marius post principia, i. post secundam aciem. Sinistra ala.] Ala proprie dicitur ordine quo monte descenderat, eo quod pedes tegant alarum uice. Virg. in 4. Dum irripidant alae saluq; indagine cingunt. Sed hoc loco alam sinistram accipit pro latere sinistro. Principes facti erant.] Metellus ordines ita mutauerat, ut milites qui in sinistro latere erant, dum incederent, principia essent. Principes, i. principia. Tam saepe dixi quid sint principia. Ad Iugurtham postquam uidit Metellum reliquisse montem, et iam cum toto exercitu transisse suos primos milites, qui erant in colle, statim cum duobus milibus pedum montem occupauit: atque hoc fecit, ne Romani illuc ire fugerent, si forte Iugurtham ipsos inuaderet, fugere copulisset, primos suos.] milites. Pratergressum.] i. transisse. Quasi.] ferē. Et notanda noua significatio apud Sallustium. nam quasi proprie significat sicut: sed hoc loco significat ferē. Cedentibus.] i. retrocedentibus, et se recipientibus. Receptui.] id est ad receptum. Iugurtham montem occupauit, ne Romani illuc redire possent, si forte in pugnam cedere, et se recipere cogentur. Munimentum.] id est ad munimentum, ut Romani in monte munitioni de eo pelli non possent. Foret.] scilicet mons. Ordo est Iugurtham occupat montem praesidio quasi diuim militum. sed ab ea parte qua descenderat Metellus: ne ille mons foret receptui aduersariis cedentibus, et post foret munimento: ubi, pro postquam uidet extremum agmen Metelli esse pratergressum suos.

BAD.

Cum Metellus ignarus hostium, in insidijs existentium digrediens, i. descens, interim dum talia faceret Iugurtham monte, s. descripto conspiciatur, sed a Iugurtham cum exercitu: ipse primo dubius, supple erat: quid nam facies, id est species uisa insolita ostenderet. Nam equi et Numidae confederant, id est simul locati erant inter uirgula, id est humiles arbores et frutices: neque occultati plane. i. omnino: humilitate, i. propter humilitatem arborum. Humile autem, est inuicem, ac uicium terrae. et tamen incertum, supple erat quidnam esset: quia ipsi, scilicet Numidae et equi, signa militaria obscurati, supple erant. et est Cōcepto, quia masculinum concipit neutrum. Tum, i. partim natura loci tum, i. partim dolo: quia se ex composito occultauerant. Deinde breui, s. tempore post insidijs cognitis: constituit, i. simul stare fecit: paulisper, i. per parum temporis: agmen, i. exercitum instructum et euntem prius, secundum quod ducebatur. nam ab agendo dicitur. ubi, i. tunc aut illic instruxit acies: ordinibus, compositis, s. opportunitate loci: quia instruxit in dextro latere, quod erat proximum hostibus: aciem sub insidijs triplicibus, i. tripliciter: et dispersit, i. inter diuisit loca inter manipulos: funditores, i. qui fundis utebantur: sagittarios, qui sagittas emittebant: et locat omnem equitatum, id est

omnes equites in cornibus, id est angulis aciei. Ac ipse horum tam, id est postquam hortatus erat milites pauca (ubi hortator etiam duos accusatos regit) pro tempore, i. propter breuitatem temporis: de dicit aciem in planis, scilicet locum sicuti instruxerat, supple eam, id est salubri ordinibus item instruxerat: et hoc principis, scilicet aciei, supple incedentibus transuersis, id est ex transuerso, ad insulsum hostium deprimendum. nam a latere erant dextro. Principia autem in acie dicuntur Graece ἀρχαί. Sed ubi, id est postquam Metellus animaduertit Numidas quietos, neque digressos colle: uertit ne exercitus conficeretur, i. periret sui ex tempore anni (quia in aestate erat) et ex incipia aequae. Praemisit ad flumen, scilicet Rutilium legatum, id est quem miserat senatus in exercitum quasi subsidiarium: et consulis, si descens, loco funditurum: cum cohortibus expeditis, in non impeditis armis, sed ad inuadendum celeriter, aut ad retrocedendum commode idoneis et accinctis: et parte equitum, qui etiam expediti sunt: uti, id est anteceperet, id est praeriperet, antequam ab hoste occupetur: locum castris, scilicet metandis: existimans hostes remoraturus, sed uolens accedere flumen: crebro in petu, id est assultu: et praeripis transuersis, id est ex transuerso motis: et hostes tentauerit, id est sollicitauerit legi tudinem et suum militum, sed Romanorum: quoniam ipsi hostes diffiderent armis. Deinde postquam Rutilium praemisit: ipse descendere, scilicet de se debet paulatim pro re atque loco, id est pro exigentia uirgij atque loci: et habere, i. habere Marius post principia: aut iubet Marius se habere post principia: ipse esse, id est erat cum equitibus sinistra ala, i. quae erat in sinistro cornu ala aciei qui, sed equites sinistra ala et erant in agmine, i. exercitu agminatim incedente principes, i. primi incedentibus, eo quod a dextro latere erant hostes. Ac Iugurtham.] Recitat quid Iugurtham contra fecerit, dicens: At Iugurtham ubi uidet extremum agmen, id est ultimam partem aciei Metelli: pratergressum, i. pertransisse primos suos, sed milites: occupat montem, sed derelictum a Metello: praesidio, i. sub custodia quasi diuim militum. i. i. mille pedum (duo quia singulari caret, in neutro genere serē sincopatur ut, in media diuim animalium: et hic, diuim militum. reliqua aut neutra ne eum nominatio, accusatio et uocatio singularibus coincidunt, raro sincopantur. non enim dicimus horum tripulum, scilicet diuim sicut diuim niri, et c.) quo, id est de quo Metellus descenderat: ne forte nos ille foret aduersariis cedentibus receptui, i. ad receptum, i. locum tutiore, ut in castra se recipere solent: ac post foret munimento, i. proteclitum: quia difficile est inuadere in monte se defendentes. Deinde occupato monte inuadit receptum, i. sub hostes, sed Romanos: signo dato, quod significauerat se datum suis, quando inuadere deberent.

IBON.

Illud quoque ita legendum putamus: Cum interim Metellus ignarus hostium, in eum digrediens cum exercitu conspiciatur non, ut uulgō, Cerspiciatur, hoc quoque ex Denato. Conspiciatur.] i. legi Cerspiciatur, id est, uidet, quomodo citat Donatus. Incertum, non admodum cognitum, postuē, ut cum dicimus, Exitum bellorum incertum, quodam in re si codices habent, incertum. Ipsi atque signa militaria obscurati.] Est signa syllabifis, ut Grammatici uocant. Agmen constituit.] aliter Agmen Metellus inconstituit, quidam, Agmen constituit, legere non aliter. Transuersis principibus.] Metellus ad collem acie ducere uoluit. L. i. l. 8. ab Vrbe cōdita affertur, in prima acie hostes collocari

A locari consuevit: inde robustiorem aetatem, quibus principibus est nomen postremo Triarios, rorarios, et accensos. nec aliter scribit Polybius Hist. lib. 14. unde prouerbium, Post principia. At Vegetius et Modestus aiunt, quod in prima acie principes, in secunda hastati collocantur. quare cum non idem semper ordo fuerit, exponere hic principia et Principes, pro prima acie. nescio quid etiam Varro de Lingua Lat. lib. 4. de commutata re militari tradidit. sed qua locus non est integer, quid plane dicat, intelligi non potest. Rutilium legatum.] Hic est p. ille Rutilius Rufus (ut puto) qui consul fuit cum C. Manlio anno ab V.C. 648. nec multo post innocentissimus in iudicium uocatus de pecunijs repetundis damnatus est. Cicero in Bruto, pro Fonteio, pro C. Rabirio Posthumo, in Pisonem, de Oratore lib. 1. de Officijs lib. 2. Liuium lib. 70. Cornelius Tac. lib. 3. Paternus in prioribus uolumine, Valerius Max. lib. 6. cap. 4. Orofius lib. 5. cap. 17. Aconius in Diuinationem, Seneca de Beneficijs lib. 5. et 6. Epistolatum lib. 3. epistola 24. et de Diuina providentia. In agmine principes facti erant.] Iter enim facebant transuersis principibus a dextera ad leuam.

B R I V.

Cum interim Metellus ignarus hostium, monte digrediens, cum exercitu conspiciatur, primo dubius, quid nam insolita facies ostenderet.] Sic in castris ferē, quae ipse uiderim, exemplaribus reperi. Caterum Donatus in Terentij Eunuchis, Conspectur hic legit, non conspiciatur: id est, ita sensus quoque, exigere uidetur. ut sit a Conspector deponenti, quod est uidere. Nam hoc dicit Sallustius, Metellum uidisse ipsam quidam hostes quae occultarāt: sed ita uti non satis esse propter uirgula, inter quae confederant, interno cere, aut quid tandem rei esset, diiudicare posset. Id enim est quod sequitur, Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet. Florentini, Cum exercitui conspiciat eos: non, Conspectur. Deinde breui cognitis insidijs, paulisper agmen constituit.] Volumē Fabricianū, Dein, et, Paulisper agmen constituit, ut stultū gestandem. ut sit Agmen casus nos

minatiui. Alidū exemplar factum per uulgatā lectio ne. Curtius 3. Tunc consistere agmen iubet. Liuium 1. belli Punici 2. Constitit utrumque agmen, et praelio sese expeditabant. Licet perperā in d' censuram, Constituit legatur. In dextro latere, quod proximum hostibus erat.] Manuscripta duo, Quod proximum hostes erat: pro eo fortasse quod est, Proximē hostes. Nam Cicero quoque loqui identidem sic consuevit, uelut cum ait, Ut cum suis copijs quam proximē Italia sit. et iterum: Habemus exercitum quam proximē hostē. Sed et Sallustius supra, Proximē Hispaniam Mauri sunt. Si quis nomen esse malit Proximū, haud multū equidē reliquē labor. Deinde repente signo dato, hostes inuadit.] Fabricianum, Dein. Cum interim Metellus ignarus hostium, monte digrediens cum exercitu conspiciatur.] Nire mutuum dicendi genus. Cum enim dicere uellet, Iugurtham ante absconditum, nunc Metello uisum, ait: Metellus cum exercitu conspiciatur. Omnia enim continuū sequentia indicant, Iugurtham nunc primum Metello uideri, qui in eo colle, quem transuerso itinere porrectum auctor docuit, confederat. Metellus dubius erat, non Iugurtham. Verum id magis mirandum, quomodo Metellus monte digrediens hic dicitur, quem insquam ascendente descripsit. Sed neque semel hoc dixisse contentus auctor, bis paulo post repetit, ut hunc locum non dubitem profus corruptum. Prima quidem uerba, si non bis postea descendisse repetisset, ita legi poterant: Cum interim Metello ignarus hostium monte digrediens, cum exercitu conspiciatur, scilicet Iugurtham. Inde enim dubius primum Metellus, statim deinde agmen constituit. Plura dicere nolo. Commentatores nihil ad rem dicunt, et nos cunctis nostris referre uolumus, Lector ipse sibi iudicium suum reseruet. Adiuuat iudicium nostrum, quod quidam coadices habent paulo post, Incertum. cum natura loci, tum dolo ipsi. Vbi alij habent Incertum, ut non sit mihi dubium locum esse mutuum.]

CLAR.

Extremum agmen carpebat insensu, i. hostiliter.

\* alius ab alio.

Bona pars diei erat exacta.

Numidae alij postremo cedere, pars a sinistra ac dextra tentare, in sensu adesse, instare, atque omnibus locis Romanorum ordines conturbare. Quorum etiam qui firmioribus animis obuij hostibus fuerant, ludificati in incerto praelio, ipsi modo ob eminus fauciabantur, neque contra ferendi aut conferendi manum copia erat. Antē iam docti ab Iugurtha, equites, ubi Romanorum turma insequi ceperat, non confertim in unum seles recipiebant, sed alius alio, quamaximē diuersi. Ita numero priores, si a persequendo hostes detertere nequiterant, dissectos ab tergo aut lateribus circumueniebant: sin oportunitur fugae collis quam campi fuerat, ea uerō confecti Numidarum equi facile inter uirgula euadere: nostros asperitas et insolentia loci retinebant. Ceterum facies totius negotij uaria, incerta, foeda atque miserabilis. Dispersi a suis pars cedere, alij insequi: neque signa neque ordines obseruare. ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere ac propullare: arma, tela, equi, uiri, hostes atque ciues permisti, nihil confilio neque imperio agi, fors omnia regere. Itaque multum diei processerat, cum etiam tum euentus in incerto erat. Denique omnibus labore et aestu languidis. Metellus ubi uidet Numidas instare minus, paulatim milites in unum con ducit, ordines restituit, et cohortes legionarias quatuor aduersus pedes hostium collocat. Eorum magna pars superioribus locis fella confederat, simul orare et hortari milites ne deficerent, neui paterentur hostes fugientes uincere, neque illis castra esse, neque munimentum ullum quo cedentes tenderent: in armis omnia sita.

ROLDI.

Numidae.] i. milites Iugurthini de Numidia. Ordines.] i. acies. hic describit praelium inter Iugurtham et Metellum. Infinitiuos ponit more suo, pro praeteritis im-

perfectis indicatiuorum. Quorum.] scilicet Romanorum. ex Romanis qui erant fortiores, obuiam hostibus facientes et resistentes: ipsi tantummodo uulnerabantur, nec

vulnerare poterant hostem: quia rationem praely non intelligebant, nam decepti erant. Ordo est: Quorum ipsi qui fuerunt obvium hostibus, firmioribus animis ludificat incerto praelio. Modò. ] i. tantummodò sauciabantur eminus, neque erat copia contrà faciendi, aut conferendi manum. Fuerunt obvii, ] i. restiterunt. Ludificati. ] i. decepti, quia non credebant se invadi posse nisi à latere dextro: nunc autem & à tergo & ab utroq; latere premebantur ab hoste. ] i. ipsi modò sauciabantur. ] i. ipsi Rom. tantummodò vulnerabantur, nec vulnerare poterant. Eminus. ] i. de longè. Antè iam de Eli. ] Ordo est: Equites iam antè de Eli ab Iugurtha, recipiebant se non confertim, neque in unum: sed recipiebant se quàm maximè diversim, videlicet aliis aliò. Vbi. ] i. quando turba Romanorum coeperat insequi, eos. Ostendit causam, quare Romanis tantummodò vulnerabantur, & non poterant vulnerare hostem: quia Iugurtha novam pugnam rationè inuenerat. nam suos equites docuerat, ut cum hostem inuisisset, & ille eos insequi coepisset, non in unum se recipere atque colligerent, sed separatim loca diversa peterent: atque ita hostem eluderent. Non confertim. ] i. non cateruatim, nec simul. Se recipiebant. ] i. se retrahabant. Aliis aliò. ] i. aliis ad alium locum, se recipiebant se, i. retrahabant. Ita numero priores. ] Ordo est: Ita illi equites Iugurthini circumuehebant disiectos, s. Romanos à tergo, aut à lateribus. si illi nequieverant deterrere hostes priores numero à perssequendo. Attende quid dicat: Plerumq; enim difficile est intelligere, quomodo sensus sequenti cum superiore cohaereat, ne uogus & dissolutus errare uideatur. nam hic sensus est: Equites Iugurthini, si Romanos perssequentes se reprimere non poterant, quia illi plures erant numero, fugiebant uel per planticem camporum, uel in collem. Si fugiebant per campos, inuadebant Romanos à tergo aut à lateribus dissipatos. Si fugiebant in collem, equi eorum facile collem ascendebant, qui erant assueti. Romani uero in collem non facile ascendere poterant, & propter asperitatem, & quia non erant assueti. Numero priores hostes. ] s. Rom. A perssequendo, nam paulo antè dixit, ubi Romanorum turba insequi coeperat. Hostes numero priores. ] i. Romanos plures superiores numero. Disiectos. ] i. dissipatos. nã suprà dixit, Iugurthinos conturbasse ordines Romanorum. Circumuehebant. ] i. inuadebant, aggrediebantur. Iugurthini equites si Romanis perssequentibus resistere non poterant, fugiebant per campos: & quos à tergo aut à lateribus dissipatos inueniebant, eos aggrediebantur. Sin opportunior. ] Ordo est: Sed equi Numidarum consueti facile euadere, pro euadente ea, i. per eam partem inter uirgulta. Si collis fuerat opportunior fugae. ] i. ad fugam, quàm campis, fuerant. Asperitas & insolentia loci retinebat nostros, i. Romanos. Sin opportunior. ] i. si erat magis comòdum fugere in collem, quàm fugere per planticem camporum. Euadere. ] i. euadebant. Euadere. ] i. ascendere. Virgilius:

Euadere ad summi fastigia culminis.

Vnde etiam Euadere est, per obstantia transire. Insolentia loci. ] quia Rom. non fuerant assueti in eo colle. Totius negotij. ] i. praely, i. totum hoc praely uariis fuit, & incertum. Dispersi. ] i. tam Romani quàm Iugurthini, nam nec Romani nec Iugurthini ordines seruabāt. Pars. ] Praely est. & hic, ut solet, infinitiuos ponit pro praeteritis imperfectis indicatiuorum, Cedere. ]

Cedere aliquando est ferire & occidere, aliquando est locum uictori dare: ut hoc loco, nam Cedere, significat cedebat, i. retrocedebat & retrahabat se. Neq; signa. ] quia discedebat à signis. Neque ordines. ] quia discedebat ex ordine. Vbi quomq;. ] Ordo est: Ibi quisq; residabat, ubi periculum coeperat. Quaeq; arma. ] i. tela, equi, uel hostes ita ciues permixti, ferant. Ostendit omnia fuisse confusa. Fors. ] i. fortuna. Euentus belli in incerto erat. ] quia nemo sciebat utri uicissent, an Romani an Iugurthini. Ordines restitui. ] qui erant perturbati & dissipati. Superioribus locis. ] uidelicet in colle. Ne desicerent. ] i. ne cessarēt à pugna. Oratio Metelli ad milites erat haec: O milites, nolite à pugna desicere, & nolite pati ut hostes uincant: fugientibus uobis, non habetis castra, nec locum aliquem munitum, ad què fugere possitis. Salus uestra in armis posita est. Fugientes. ] s. Romani. Ordo est: Et Metellus hortabatur, ne Romani fugientes paterentur hostes uincere: uel ne Romani paterentur hostes uincere fugientes, s. Romanos. Neq; illi. ] & dicebat non esse castra illis, s. militibus. & Rom. Castra, est locus ubi sunt tēoria, qui locus uallo & fossa semper munitur solet. Vallum munimentum. ] i. locum aliquem munitum. Omnia. ] uidelicet spem salutis & uictoriae.

Numida. ] i. milites Iugurthini ceperant: aut cedere, i. cedebant alij postremos: pars, i. partim tentare, i. tentabāt, an possent dissoluere se restituerent agmen Metelli à dextra ac sinistra: ipsi insensu, i. ut insensu, i. irati solent insensu, i. uim inferentes: adesse, i. aderant & insistere, i. insistebant: atque conturbare, i. conturbabant omnibus locis ordines Romanorum, s. instruendorum. Querū etiam. ] Docet quomodo Romanorum ordines conturbabant Numida, dicens: Querū, s. Rom. etiā qui exsistēs firmioribus, i. cōstantioribus, & fortioribus animis fuerant obvii, i. obsistēs hostibus ludificati, i. illusi & decepti: incerto praely: quia non poterāt conferre manus, cū hostis tētorum modò accederet, modò retrocederet: ipsi (inquā) firmioribus animis ne dū alij sauciabātur, i. uulnerabātur: modò, i. inter dū milites, i. de longè: quasi à manu missis iaculis: sicut cominus, quasi cōferta manu: neq; erat copia, i. facultas ferendi: contrā, i. eō contrā: aut conferendi manum, i. coniunctis manibus pugnandi. Et equites Iugurthini eleēti, i. admonti & insituti ad haec tam antè ab Iugurtha: ubi turmae, i. classes equitum Romanorum ceperant insequi: non recipiebant se in unum confertim, i. compressim aut dense (ut, Res conferta, à confertior) neque in unum, s. locum aut globum: sed recipiebant, i. retrocedebant quē maximè diuersi: quia aliis aliò, i. diuersi in diuersa loca. Ita, s. illi equites circumuehebant disiectos, s. Romanos à tergo aut à lateribus: si nequieverant deterrere à perssequendo, i. quo minus perssequerentur: hostes priores numero, i. potiores, eo quod plures essent, hoc est, Romanos. Sin, i. sed, si collis fuerat opportunior, i. conuenientior fugae, i. ad fugam: quā campi, supple fuerant ( Sed regulam seruat: quia dum per similitudinem aut cōparationem loquimur, uerbum conformabitur non uiciori, sed principaliori supposito, ut ei quod praecedit equi Numidarum consueti ea loca, euadere, i. euadebant facile inter uirgulta: sed asperitas & insolentia loci, i. quod non erant consueti uersari in illis locis: retinebat facile nostros, i. Romanos equos, & ita equites. Et ita ualde dicere: quod à uis fortiores erant

erant Romani propter numerum, illic turbabantur à tergo & à latere: quia non fiebat illis copia pugnandi, ubi uero pares erant numero, impeditur loco: quia equi Numidarum erant promptiores ad cursum inter colles. Ceterum, i. sed quicquid commodi erat Numida (quia uirtus maior Romanis) facies, i. representatio & effigies totius negotij erant, supple uaria, i. mutijuga: incerta, i. anceps: quia neutra pars certior facta de uictoria: facta, quia sanquinolenta: atq; miserabilis, quia etiā boni cadebant pari: i. ipsi partim respiciunt enim ad rem, non ad uocē, sicut: Pars manibus ualidi turres, & moenia scandunt.) Diuersi, i. amoti per diuersionem à suis socijs & amicis: cedere, i. cedebant, hoc est, locum dabant, alij insequi, i. insequerantur, s. fugientes hostes, neq; obseruare, i. obseruabant signa, i. uexilla: neq; ordines, s. scilicet instructos quisq; supple resistere, i. resistebat, i. manijstans ubi, ubi periculum coeperat, i. inuaserat quemq; ac propulsare, i. propulsabat, i. inuicta tela aut hostes urgentes. Et ita arma, s. defensionia: tela, quae de longè iaciuntur, & sunt inuasua: equi, uiri, hostes, s. Romanis: atq; ciues, scilicet Romani, sup. erant permixti, nihil agere, i. agere tur consilio, scilicet proprio: atq; imperio imperatoris: i. fors, i. fortuna: regere, i. regere atq; omnia. Itaque multum diei processerat, cum euentus, i. exitus belli erat etiā tum, i. adhuc incerto. Denique omnibus languidis labore & astu, i. calore: Metellus ubi uidet Numidis minus insistere, conuocit paulatim milites in unum: restituit ordines, & collocat quatuor cohortes legionarias aduersus pedes hostium. Eorum magna pars &c. ] Commemorat in quo statu suos offensus erat Metellus, & quam orationē atq; quomodo locat quatuor cohortes legionarias aduersus pedes hostium. Eorum magna pars &c. ] Commemorat in quo statu suos offensus erat Metellus, & quam orationē atq; quomodo locat quatuor cohortes legionarias aduersus pedes hostium. Eorum magna pars, scilicet militum Romanorum: fessa, i. fatigata diuturno praely: confederat, i. sedem & quietem ceperat, sup. in locis superioribus: & simul Metellus orare, i. orabat: & hortari, i. hortabatur milites, ne sup. ipsi desicerent, ubi factu opus esset: neui, i. ne uel paterentur hostes fugientes, i. qui fugiebant aut fugiendo uincere: neq; castra, i. tētoria uallo munita esse illis, s. militibus, suis, hoc est Romanis: neq; ullum munimentum, i. d. f. forsorium, & (ut ualidus dicit) fortalicium: quo, i. in quod ipsi cedentes, i. si cederent: tenderent, i. tendere possunt: & ita omnia esse sita, i. posita illis in armis, i. defensione per arma. Quocirca ex necessitudine cohortatur illos ad pugnam innouandam.

Non confertim, neq; in unum se recipiebant. ] Alteri priores. ] Numero plures, numero superiores. & haec est sententia huius loci: Iugurthini equites, qui numero plures erant, si Romanorum turmas à perssequendo deterrere non poterant, alius aliò quàm maximè diuersi se recipiebant, quare Romani eos perssequentes diuidebantur, & ita statim à Numidis, qui plures erant, circumuenti cadebantur: itaq; Priores erant nominandi casus, non accusandi. Cohortes legionarias. ] Addidit Legionarias, quia erant etiā cohortes auxiliares. Hostes fugientes. ] Numidas iam fugientes, aliqui uolunt Fugientes esse nominandi casum, ut sit ordo: Ne Romani fugientes paterentur hostes uincere, uerum id minus placet.

NUMIDA alij postremo cedere, pars à sinistra ac dextra tentare. ] Manuscripta, Postremos cedere. Atque ita

sensu quoque ipse postulat. Ludificati in incerto praely. ] Manuscripta, incerto praely, omisso praepositione: idq; restitui. Non confertim in unum se recipiebant. ] Manuscripta, Non confertim, neque in unum, quomodo & Asulanus codex. Sin opportunior fugae collis, quā in campo fuerat, ea uero conuocit Numidarum equi facillimè inter uirgulta euadere. ] Duo ex manuscriptorum, Eo uero coacti: ut sit, Ad eum collem. Dispersi à suis, pars cedere, alij insequi. ] In quibusdam, Diuersi à suis, uerum eo d. m. plane sensu, pro disiecti & diuisi. Alterius genus, de quo & suprà diximus, imitatur Virgil. ut i. Aeneid. Pars optare locum lecto, & concludere sulco, Fundamenta locant alij. — Equi, uiri, hostes atque ciues permixti. ] & atq; non est in duobus manuscriptis. Sors omnia regere. ] Manuscripta, Fors, pro fortuna. Sed est idē utrobq; sensu. Facit cū manuscriptis Florentinum atq; alia pleraq;. Deniq; omnibus modis labore & astu languidis, Metellus ubi uidet Numidas minus insistere, conuocit paulatim milites in membra descripsi, neq; ceteri uelutiores. Simul orare & hortari milites. ] Ila Et copula nō est in omnibus uetustis. Et iam saepe mouit, libenter Sallustius facere, uti asyndeto utatur: quod, ut aliis, ita hic quoq; habet insitae ac uergens quiddā, ac sententiam mirè uisam. Neq; illis castra esse, neq; munimentum ullum, quo cedentes tenderēt. ] Fabricianum, Neq; illis munimentum ullum: ut pronomine illi denudò repetatur. Nam interdum per pleonasmū abus dat hoc pronomen, sed non sine gratia, uelut apud Virgil. Nunc dextra ingeminans telus, nunc ille sinistra. Et Terent in Adelphis: Quem neq; fides, neq; usurandū, neq; illum misericordia repressit neq; reflexit. ] Sui haec coniectura. Quoniam mihi quidem ad sententiam mirè facere uidetur haec repetitio pronominis, & non gratiam modò, sed & uires addere sensui, & affectum orationis atque hortationis quasi ob oculos ponere. Id aliquis non intelligens, ut est auidax inscitia, quam frustra repetitum crederet, & medio illud remouit. In armis omnia sua. ] Legendum, Sita, non sua.

Non confertim, in unum se recipiebant. ] Vetus Gotti codex habebat: Non confertim, neq; in unum se recipiebant: i. que lectio placet. Continuo post, Numero priores, habent pleriq; libri: quidam tamen illud Priores in Plures mutarunt, malè moti raritate sermonis. Deniq; omnibus labore & astu languidis. ] In solo Aldi codice inuenio additum uerbum, Modis: Deniq; omnibus modis labore, & astu languidis, quod displicet, pendet enim oratio à sequentibus, non à precedentibus. Item paulo post: Neq; paterentur hostes fugientes uincere, Soldus Tugrenates nominatiui casus existimauit, & supplet Rom. Badius accusandi, & coniungit ad Hostes, sed magis placet Soldus hoc loco, uehementer enim timuit Metellus, ne suis succumberent. Mox etiam illud obcurū dicitur: Quos si uis cognouerat eminus pugnando retinere. ] Numidas tamquam clarum, pulchre transit. Badius, Retinere, inquit, ne ad suos accederent, pugnando eminus. Badius Iugurthinos uos, ad Romanos retulit, ut, Dubijs, uerbum, quod praecedit. Idq; mihi placere debet, donec uerbum uel inueniatur, uel edoceri fuerit.

GLAR.

RIV.

Sed nec Iugurtha quidem interea quietus erat: circumire, hortari, renouare praely, & tunc cum delectis tentare omnia, subuenire suis, hostibus dubijs insistere, quos firmos cognouerat, eminus pugnando retinere. Eo modo inter se duo imperatores summi

uiri certabant, ipsi pares, cæterum opibus disparibus. Nam Metello uirtus militum e-  
rat, locus aduersus: Iugurthæ alia omnia, præter milites, opportuna. Denique Roma-  
ni ubi intelligunt neque sibi profugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri, &  
iam diei uesper aderat, aduerso colle (sicuti præceptum fuerat) euadunt. Amisso loco  
Numidæ fuisi fugati que, pauci interiére: plerisque uelocitas, & regio hostibus ignara,  
curata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis & copiarum parti pedestrium præfe-  
ctum ab Iugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius prætergressus est, paulatim suos in  
æquum locum deducit. Ac dum legatus ad flumen quo præmissus erat, festinus per-  
git: quietus, uti res postulabat, aciem exornat: neque remittit quid ubique hostis age-  
ret, explorare. Postquam Rutilius confedisse iam, & animo uacuum accepit, simulq;  
ex Iugurthæ prælio clamorem augeri: ueritus ne legatus cognita re laborantibus suis  
auxilio foret, aciem quam diffidens uirtuti militum arctè statuerat, quo hostium itine-  
ri officeret, latius porrigit, eoque modo ad Rutilij castra procedit. Romani ex impro-  
uio pulueris uim magnam animaduertunt. Nam prospectum ager arbutis confitus  
prohibebat. & primò rati humum aridam uento agitari, post ubi æquabilem manere,  
& sicuti acies mouebatur, magis magisq; appropinquare uident: cognita re properan-  
tes arma capiunt, ac pro castris (sicuti imperabatur) consistunt. Deinde ubi propius  
uentum est, utrinque magno clamore concurrunt. Numidæ tantummodo remorati,  
dum in elephantis auxilium putant, postquam eos impeditos ramis arborum, atq; ita  
disiectos circumueniri uident, fugam faciunt, ac plerique abiectis armis, collis, aut no-  
ctis, quæ iam aderat, auxilio integri abeunt. Elephantis quatuor capti, reliqui omnes  
quadraginta numero interfecti.

Acie exornat.

Quo occurreret  
hosti contendens  
ad flumen.

Non ceperunt  
prælium Roma-  
no more pro cur-  
su hostes inua-  
dentes.

SOLDI.

¶ Sed ita quidem Metellus suos in unum colligebat, et  
illos ad prælium hortatur. Sed ex altera parte Iugurtha  
quoque optimi imperatoris artibus utebatur: circumibat,  
hortabatur suos, prælium renouabat. Ipsi pares. ] se-  
rant, ipsi imperatores uirtute & scientia militari pares  
erant, sed uiribus erant impares. Nam Metello. ] De-  
clarat quomodo erant impares opibus, i. uiribus. Metellus  
meliores milites habebat: sed Iugurtha meliorem locum,  
& magis opportunum. Denique Romani. ] Iugurtha  
locum munitionum habebat, uidelicet collem ubi tuus erat.  
Romani locum nullum munitionum habebat, quò fugerent.  
Metellus igitur cum uideret se non habere locum quò mi-  
lites sui tui confugerent, iussit ut Romani per collem ad-  
uersum ascenderent, & hostes inuaderent. Neque ab  
hoste copiam pugnandi fieri. ] quia Iugurthinii milites &  
colle in planum ad pugnam descendere uolebant, & nu-  
mero & uiribus erant inferiores. Euadunt. ] i. ascen-  
dunt. Aduerso colle euadere, est de ima parte sursum uer-  
sus ascendere. Amisso loco. ] Ecce euenit præly. Ro-  
mani collem ascenderunt, & hostes pulso fuderunt atq;  
fugarunt. Fusi. ] i. fracti. Plerosq;. ] i. maiorè par-  
tem. Ordo est: Velocitas & regio ignara hostibus, sunt  
tuta plerosq;. Pauci in eo prælio interiierunt, ideo quia  
maior pars cursu, fuga salutem quasiuit, cum per regio-  
nè fugerent Romanis incognitâ. Velocitas. ] quia cum  
primi fusi sunt, cursu & uelocitate fugerunt. Interea  
Bomilcar. ] Superius dixit, quomodo Iugurtha exercitum  
suum in duas partes diuisit. Vni parti Bomilcarem præ-  
posuit, alteri parti ipse Iugurtha præerat. Dixit quomo-  
do Iugurtha uictus est à Metello: nunc dicit quid interea  
fecerit Bomilcar. Dicit enim hunc Bomilcarem descen-  
disse de colle, & Rutilius legatum, quem Metellus ad flu-  
men præmiserat, inuasisse, fugatumq; ab eo fuisse. Præ-  
fectum. ] i. præpositum. Ordo est: Interea Bomilcar pau-  
latim deducit suos in locum æquum. Vbi. ] pro post-  
quam Rutilius est prætergressus eum: dico Bomilcar, què  
suprà diximus esse præfectum ab Iugurtha elephantis,

& parii copiarum pedestrium. Vbi eum. ] s. Bomil-  
carem. Rutilius. ] qui ad flumen tendebat. Præter-  
gressus est. ] i. transiit. Quietus. ] s. Bomilcar. Ne-  
que remittit. ] cessat. Bomilcar non cessabat inuestiga-  
re quid faceret Rutilius. Postquam Rutilius confedisse. ]  
Ordo est: Bomilcar ueritus ne legatus foret auxilio suo,  
cognita re, latius ferrigit aciem, quam diffidens uirtuti  
militum statuerat. Arte, dico, latius porrigit: quo, i. ut offi-  
ceret itinere hostium. Postquam autem accepit clamorè  
augeri ex prælio Iugurtha Bomilcar, diligenter inuesti-  
gabatur per exploratores, quid ageret Rutilius, & quid a-  
geret Iugurtha atque Metellus. Cum igitur intellexisset  
ex clamore, Iugurtham Metellumq; pugnare, & Rutilius  
iam apud flumen castra posuisse: timuit ne Rutilius redi-  
ret, ut Metello ferret auxilium. Ergo cum hoc timeret, a-  
ciem quam instruatam de colle in planum deduxerat, la-  
tius extendit, ne Rutilius redire posset ad Metellum: &  
cum acie sic extensa, usque ad castra Rutilij legati peruo-  
nit. Confedisse. ] i. castra posuisse. Accepit. ] i. in-  
tellexit, audiuit. Ne legatus. ] s. Rutilius. Cognita  
re. ] i. cognito prælio inter Iugurtham & Metellum.  
Cuo hostium timore effi. ] i. ut noceret timore hostium, si ui-  
delicet Rutilius redire uellet, ut Metello & Romanis fer-  
ret auxilium contra Iugurtham pugnantibus. Latius por-  
rigit. ] i. latius extendit. Beq; modo. ] uidelicet sic acie  
extensa. Romani. ] uidelicet qui erant cum Rutilio le-  
gato, non cum Metello. Pulueris uim. ] i. cepim pul-  
ueris, nam uerè dico, quòd Romani uidebant puluerem,  
quia non poterant uidere homines, nam ager plenus ar-  
boribus erat, & prospectum prohibebat, ut uidere non  
possent homines. Arbutis confitus. ] i. arboribus pler-  
tatis. Et primò rati. ] s. sunt: primò putauerunt: pulue-  
rem à uento cõmoveri sed post cum uiderent ipsam pul-  
uerem magis ac magis appropinquare, cognitis hostium,  
subito arma capiunt. Pro castris. ] id est, ante castra.  
Deinde ubi uentum est. Deinde concurrunt utrinq; ma-  
gno clamore, ubi est uentum propius. Ventum est. ] s. à  
Numi-

A Numidæ, id est postquam Numida propius ad castra Ru-  
tilij uenerunt, uirum pugnare ceperunt. Numidæ. ]  
Ordo est: Numidæ tantummodo remorati, dum putant  
auxilium in elephantis, faciunt fugam, postquam uident  
eos impeditos ramis arborum, atq; ita disiectos circumue-  
niri, s. a Romanis. Numida ipse suam habebat in elephan-  
tis: sed elephantis uirtute & robur sui exercere non poue-  
runt, quia arbores eos impediébant. Quod cū uideret Numi-  
dæ, subito fugere ceperunt. Collis ac noctis auxilio: &  
collis uicinus, & nox qui instabat, auxilio fuit Numidis.  
B AD. ¶ Sed nec Iugurtha erat quietus interea: sed circumire  
i. circumibat: hortari, id est hortabatur: renouare, id est  
renouabat prælium: & ipse tentare. i. tentabat omnia cõ-  
delectis, id est exquisitis ad hoc militibus, subuenire, id est  
subueniebat suis: & instare. i. instabat insectus: hostibus  
dubijs. i. incertis, an cederent: & retinere, retinebat, id  
est immorabatur, ne ad suos accederent: pugnando emi-  
nus. i. de longè quasi è manu missis telis, supple eos quos co-  
gnouerat furcos. Eo modo certabant inter se duo impera-  
tores summi uiri, s. Metellus & Iugurtha: ipsi. i. ut dicitur  
B in proprijs personis pares, id est æquali uirtute præditi: ca-  
terum. i. sed opibus, facultatibus, ad prælium disparibus. i.  
habentes opes disparibus. Nam uirtus militum & locus ad-  
uersus. i. contrarius erat Metello. Iugurthæ erant. i. Iugur-  
tha habebat omnia alia præter milites opportuna. i. cõmo-  
da ad uictoriam obtinendam. deniq;. i. tandem Romani,  
ubi intelligunt neque profugium, id est locum quò tunc pro-  
fugerent esse sibi neque copiam. i. facultatem pugnandi fieri  
ab hoste: & sup. quòd id erat uesper, id est extrema pars  
diei: euadunt. i. ascendunt: sicut Eleus, propius est exalto:  
licet ex metaphora trinitate sit minoris censo: & emer-  
go. i. sursum qui mergebat ex eo, & c. colle aduerso. i. per  
collem aduersum, sicut fuerat præceptum à Metello impe-  
ratoris. Numidæ amisso loco, s. superioris fusi & fugati,  
supple sunt: & pauci interiére, id est occisi sunt, quia uelo-  
citas & regio ignara hostibus, scilicet Romanis: tuta  
sunt, id est protexiturum: plerosq;, scilicet Numidarum.  
Interea Bomilcar. ] Recenset quid interea Bomilcar ege-  
rit, & reliquam partè pugne cõmémorat, dicens: Bomil-  
car propinquus & familiaris Iugurthæ: quem diximus su-  
prà præfectum. i. principem & præpositum factum: ele-  
phantis & partium copiarum pedestrium, interea s. dum  
suprà dicta fierent: ubi. i. postquam Rutilius, qui ad flumè  
erat præmissus, prætergressus est eum, s. Bomilcarem: de-  
ducit. i. deorsum ducit: paulatim suos in locum æquum. i. pla-  
num: ac dum. i. interea dicit legatus, s. Rutilius pergit festi-  
nans ad flumen, s. Rutilius quo. i. ad quòd ipse erat per-  
missus. s. ab imperatore Metello: instruxit acie, sup. suam:  
quietus. i. sine strepitu aut sonitu alio: ubi. i. res. id est ut op-  
portunitas postulabat: neque remittit. i. non minus pergit  
explorare quòd hostis, s. Rutilius progrediens, & Metel-  
lus derelictum egit ubiq; quia iam in diuersis locis erant.  
Postquam, s. Bomilcar accepit, i. intellexit ab explorato-

toribus, aut oculis suis: Rutilius, s. legatū præmissum ab im-  
peratore ad occupandum flumen: confedisse. i. accepisse  
sed ubi uellet consistere iam: & esse uacuum animo, i. alieo-  
nū à curis: & accepit, s. auribus, simul clamorè augeri ex  
prælio Iugurthæ (id autè relictis constructis uidetur quòd  
clamorè Iugurthæ. nō. n. interuallo tanto potuit clamorè  
Iugurthæ interuocare) ueritus, i. timens: ne legatus, s.  
Rutilius (id autè ex auctoritate dicitur est) quomodo. n. scitū  
legatū esse nisi forte ex officio) foret auxilio suis labo-  
rantibus, s. in prælio. & hoc re, s. de prælio inito cū  
Iugurtha, cognita ab Rutilio: porrigit. i. exiit latius acie:  
quam ipse diffidens uirtute militum: statuerat. i. instruxerat  
arte, ideo autè latius porrigitur, i. ad hoc ut: officeret, i.  
noceret: timere hostium, uidelicet Romanorum, si redire  
uellent. Et procedit eo modo ad castra Rutilij. Romani ao-  
nimaduertunt, i. percipiunt potius quam acrimo uim,  
id est multitudinem magnâ pulueris, s. mox ex impro-  
uio. Nam ager confitus arbutis, i. arboribus humilibus: probi-  
bebat prospectum, i. ne procul aut longius uiderent hostes  
& rati sunt primis humi, s. s. tery. i. aridâ & gitari uictos:  
post, i. deinde ubi uidebant uim pulueris manere æquabi-  
lem, & magis appropinquare: ipsi cognita re, i. postquam  
cognouerunt res: capiunt arma properantes, i. festinantest  
ac consistunt, i. simul stent parati ad defendendum: pro ca-  
stris, i. ante castra sua: sicut imperabatur, s. à Rutilio.  
Deinde ubi. i. postquam uentum est prælium: concurrunt ut-  
trinq;. i. ab utraq; parte, supple cū magno clamore. Numi-  
dæ sunt remorati. i. permancant in cõstituta tummo-  
do, i. solimodo: dum, i. donec putant auxilium, supple sibi  
forte in elephantibus. Postquam uident eos, s. elephantis im-  
peditos ramis arborum: atq; ita disiectos. i. depresso cir-  
cumueniri. i. circumcludi: ne euadant: ipsi Numidæ facillè  
fugati: ac pleriq; abeunt integri, i. inuoluntati abiectis armis:  
auxilio collis, quem difficile erat ascendere, aut ne cõtis, que  
iam aderat, quatuor elephantis capti, supple sunt: reliqui  
omnes numero quadraginta sunt interfecti.

¶ Et iam diei. ] Quidam legunt: Et iam diei. olim. n.  
huius die, & huius specie dicebat, auctore Casare apud  
Gellium libro 9. cap. 14. Ignara. ] incognita. Om-  
nes quadraginta numero. ] Scribe ex antiquis exempla-  
ribus, Omnes numero triginta.  
¶ Et id diei uesper erat. ] In manuscriptis quodam.  
Et id die uesper erat: pro diei, ut sit gentilius antiquus, eue-  
ius & Friscianus s. meminit, & Gellius ipse s. ubi docet,  
C. Casarè in lib. de Analogia 2. huius die, & huius specie  
dicendum putare, s. in Iugurtha Sallustij summa fidei &  
reuerendæ uelutatis libro, Die casu patrio scripti inueni-  
se, ubi ille inquit: Vix decima parte die reliqua. Sed et Ser-  
uius alicubi Sallustium acie, pro acie dixisse testatur. Ri-  
diculum uerò, quod in manuscripto nescio quis annotarat,  
Die, subaudiendum deficientie. Reliqui omnes quadra-  
ginta numero interfecti. ] Est in manuscriptis, Numero  
triginta, nec aliter in Florentino.

CAS.

RIV.

At Romani quanquam itinere atq; opere castrorum & prælio fessi lassiq; erant: ta-  
men, quòd Metellus amplius opinione morabatur, instrudi intentiq; obuiam proced-  
unt. Nam dolus Numidarum nihil languidi neq; remissi patiebatur. Ac primo obscru-  
ra nocte postquam haud procul inter se erant, strepitu uelut hostes aduentare, alteri apud  
alteros formidinem simul & tumultum facere: & penè imprudentia esset admissum fa-  
cinius miserabile, ni utrinq; præmissi equites rem explorauissent. Igitur pro metu repè-  
tè gaudium exortum est. Milites alius alium legi appellant, a cæca edocent, atq; audiunt:  
Ee sua

Kly: Metellus  
incurere.

sua quisque fortia facta ad cœlum effert. Quippe res humane ita sese habent, in uictoria uel ignaui gloria licet: aduersæ res etiam bonos & decretant. Metellus in iisdem castris quadriuo moratus, faucios cum cura reficit, meritis in præliis more militiæ donat. uictor in concione laudat, atque agit gratias. hortatur, ad cætera, quæ leuia sunt, parem animum gerant. pro uictoria satis iam pugnatum, reliquos labores pro præda fore. Tamen interim transfugas, & alios opportunos, Iugurtha ubi gentium, aut quid ageretur, cum paucis ne esset, an exercitum haberet, ut sele uisus gereret, exploratum misit. At ille sese in loca saluosa & natura munita receperat, ibique coegit exercitum numero hominum amplioem, sed hebetem, infirmumque, agri ac pecoris magis quam belli cultorem. Id ea gratia eueniebat, quod præter equites, nemo omnium Numidarum ex fuga Regem sequitur. quod cuiusque animus fert, eod discendit. Neque id flagitium militiæ ducitur. ita se mores habent.

\* At trellant

Numidarum mos.

SOLDI.

At Romani. Rutilius ad flumen præmissus, cum castra locasset: Metellum cum toto exercitu expectabat, qui tardius morabatur, propter prælium cum Iugurtha commissum. Cum ergo tardius moraretur Metellus, Rutiliani obuiam ei processerunt. Ordo est: At Romani tamen instructi & intenti procedant obuiam, s. Metello: quia Metellus morabatur amplius opinione eorum, quamquam erant festi & læsi itinere, & opere castrorum, & prælio. Itinere. Nam xx. miliaria consecerant. Opere castrorum. s. munitione. nam castra munierat fossa & uallo. Et prælio. quo pugnauerant contra Bomilcarē. Amplius opinione eorum. i. diutius quam opinabantur. Instructi. armati, & in ordine compositi. Nam dolus. Quare Romani etiã post uictoriã instructi & armati obuiam procedebant Metello? quare tanta diligentia utebantur? quia timebant insidias & dolos Numidarum. nam dolus Numidarum non patiebatur Romanos indulgentius & remissius se habere. Languidum esse, est torpere ignauium. Remissum, est contrarium intento. Et est trãslatio ab arcu: qui cum neruo, i. chorda curuatur, ad iactum dicitur intendi: cum uerò laxatur, dicitur remitti. Ac primo. Metellus sese fugatoque hoste, tendebat ad flumen, quod iam ante Rutiliū præmiserat. Rutilius autem obuiam Metello procedebat, tam nocte obscura. Cum ergo iam uicini essent, strepitum inuicem faciebant, & propter noctem se non cognoscebant: futurumque erat ut inuicem pugnarent, nisi uterque milites præmisset, qui inuestigarent rem. Quo facto, metum deposuerunt, & gaudium ex utraque parte ortum est. Et quoniam Metellus Iugurtham uicerat, Rutilius Bomilcarē, omnes læti facta sua laudabant. Velut hostes strepitum faciebant, tanquã si hostes esset. Tumulum. i. strepitum & clamorem. Imprudentia. per imprudentiam, quia se non cognoscebant inuicem. Admissum. i. perpetratum & commissum. Facinus miserabile. quia inuicē pugnaissent, cum omnes Romani essent. Acta. quæ acta erant, nam utriusque hostem superauerant. Feri. i. exiellit. Vel ignaui. i. etiam ignaui. In rebus humanis ita euenire solet, ut ab ea parte ubi est uictoria, etiam ignaui & rudes gloriuentur: et e contra apud uictos etiam qui strenui sunt, & fortes, tanquam ignaui uituperentur. In iisdem castris. uidelicet in castris Rutili. Reliquos labores. Dicitur. Dicitur Metellus: Amplius laborare non oportet pro uictoria, quia iam uictoriam sumus assecuti: sed si laborabimus, pro præda laborabimus. Præda. i. ad prædam. Milites autem pro præda huiusmodi labores facile tolerant. Tamen. Ordo est: Tamen interim Metellus misit transfugas, & alios opportunos, exploratum

ubi gentium foret Iugurtha, aut quid ageret. Ne. i. an esset cum paucis, an haberet suum exercitum. Et ut. i. pro qualiter, uel uictus gereret sese. Quamuis Metellus de Iugurtha uictoriam habuisset, tamen ut prudens imperator misit exploratores, qui diligerent inquirent ubi nã esset Iugurtha, & quid ageret, an haberet exercitum. Tamen. quamuis uicisset. Transfugas. Transfuga ideo ad explorandum idonei sunt, quia necessarij eos oportet esse fideles et cautos, nam summo opere cauent, ne in manus hostium, à quibus nuper fugerunt, deueniant. Alios opportunos. i. alios homines idoneos. Vbi Iugurtha gentium. i. ubi nã gentium & locorum, ponitur non ad necessitatem, sed ad ornatum. Dicimus. n. Nescio ubi gentium sit, nescio ubi locorum sit. Exploratum. i. ad explorandum, hoc est ad uestigandum. At ille. Iugurtha. Sese in loca saluosa, munita natura. ad que quidem loca non esset facilis, sed per difficilis ad Iugurtham insulsum accessus. Receperat. i. reduxerat se. Coegit. i. colligebat, coegregabat. Virg. in Bucol. Tytre coege pecus. Agri ac pecoris magis quam belli cultorē. homines quos coegregabat Iugurtha, erant assueti magis ad agros colendos, & ad curanda pecora, quam ab bella gerenda. Id ea gratia. i. pisset aliqui dicere: Quare Iugurtha nouum colligebat exercitum? Nã ne habebat ueterē exercitum, qui se cum profugerat ex prælio, in quo uictus est à Metello? Nã in eo prælio pauci ex Numidis interierunt, reliqui omnes in celum fugerunt: supra dixit Salust. Hinc tacita quæstioni respondet, & dicit banc esse consuetudinem apud Numidas, ut quando rex uictus est in prælio, nemo ex fuga eum sequatur præter regios equites, unusquisque post fugam uadit quocumque uult: neque illud apud Numidas reprehensibile est: quia sic est consuetudo. Id ea gratia eueniebat, i. ob eam causam Iugurtha nouum colligebat exercitum, quia nullus de exercitu uictorum post fugam eum secutus erat, præter equites regios, qui circa personam eius semper assisunt. Elagium. i. scelus reprehensione dignum. Ita se mores habet. i. talis consuetudo.

EAD.

At, id est sed Romani, s. Rutiliani tanquam erant festi & læsi itinere: quia eo die multum progredi erant atque opere. i. labore sumpto in metatione castrorum: & prælio, iam confecto: tamen quod. i. quia Metellus morabatur amplius opinione, i. quam opinati fuerant eorum moraturum: procedunt, supple ei obuiam, existentes instructi, scilicet ad pugnam, & intenti, quod ideo fiebat. Nam dolus Numidarum nihil, id est non aliquid, non patiebatur aliquid, supple esse languidi, id est languenti animo facti. Neque remissi, id est minus intente facti: quia omni accuratatione & uigilantia opus esse faciebant. Ac primo. i. Graphice recitat quo exercitum colligebat, et quæ

Leucia se tandem susceperunt, quibusque laudibus facta sua extulerint, dicens: Ac ipsi milites uirorūque, postquam erant inter se uicid, id est non procul, sed nocte obscura, id est tempore noctis obscuræ aduentare, id est aduentabat ad Metellum & exercitum eius: strepitum, id est quoddam sonitum pedum, uelut hostes: & ita facere, id est faciebant alteri apud alteros, id est sibi mutuo: simul formidinem et tumulum, id est subitam commotionem belli: & facinus miserabile. s. ut se mutuo interficeret: foret admissum penē, i. quasi ex imprudentia: u. i. nisi equites præmissi utriusque, id est ex utraque parte iam à Metello quam ab Rutilio explorauissent. i. indigassent rem. i. causam tumulum, et qui essent quos formidabant. Igitur ut rem cognouerunt, gaudium est exortum repetē pro metu. Milites læti appellabant. i. compellabant per modum salutationis: alius alium edocent. i. narrant: atque audiunt narrantes, acta s. utriusque: & quisque fert. i. extollit ad cœlum, supple usque sua fortia facta. Quippe. i. certe: res humane habent se ita: quod licet etiam ignaui. i. ad opus inutilibus gloriari in uictoria: & res aduersæ detraherent, id est depriment & uituperant etiam bonos. Metellus moratus in iisdem castris quasi quadriuo reficit cum cura. i. accuratē: faucios. i. uulneratos & donat, scilicet præmij, meritis in præliis: more militiæ. i. sicut in militia fieri solet: laudat uniuersos in concione. i. in oratione ad ipsos habita, atque agit gratias de bene gestis: hortatur, supple ut gerant animi parem ad cætera, scilicet peragenda que sunt. i. que dicit esse leuia. et supple, dicit satis pugnatum, supple esse iam pro uictoria, scilicet semper obtinenda: & reliquos labores quos sustinent: fore præda, id est ad prædam obtinendam. Tamen, id est nihilominus misit interim transfugas, id est eos qui ad se ab Iugurtha fugerant: & alios opportunos. i. idoneos ad hoc exploratum: ubi gentium, id est apud quas gentes (aut uocat Gentium) aut quid ageret Iugurtham, id est an esset cum paucis, an haberet exercitum: & ut, id est qualiter ipse uictus: gereret, id est haberet se, supple ipsum. hoc est, Iugurtham. At ille, scilicet Iugurtha: quod nouerat per exploratores, receperat se in loca saluosa, id est saluum & fossarum plena: & munita natura, id est per naturam: & coegit, id est congregabat ibi exercitum ampliorē, id est maiorem numero hominum quam prius habuerat: sed hebetem, id est obtusum & infirmum: cultorem. i. exercitorem magis agri ac pecoris quam belli. Id. s. quod alium non haberet, eueniebat quod nemo omnium Numidarum sequeretur ex fuga regis: præter equites regios: quæ Numidæ discendit eod, quo animus cuiusque fert, nequid ducitur flagitium militiæ. ita mores habet se apud Numidas.

CAST.

Pro metu repente gaudium exortum est. Priscianus lib. 18. legit: Pro metu repente gaudium mutatur. Bo-

nos detraherent. bonis detraherent. efficiunt, ut etiam boni male audiant, scripti tamen libri habent, Detraçant. Pro uictoria satis pugnatum, reliquos labores pro præda fore. In antiquo codice sic est: Pro uictoria satis iam esse pugnatum, reliquos labores præda fore. Vbi gentium. loci, gentium, terrarum, sunt dictiones, que cum multis aduersis tantum ornatus causa ponuntur, ut cum dicimus: Nusquam gentium, quando gentium, interea loci, ubi terrarum, ubi cunq; terrarum, & gentium.

Ri V.

At Romani tanquam itinere atque opere castrorum, & prælio, festi læti que erant. In uetustis nonnullis est, Festi læsi que erant: pro, defatigati, quomodo & sententia postulat, etiam si fecus exemplaria miscripta. Et penē imprudentia esset admissum facinus miserabile. In manus scripto quodam, foret reperitur, non esset. In Fabriciano uero neutri horum est, ut nec Beroaldino. Igitur pro metu repente gaudium exortum est. Est non reperitur in manus scriptis. Id cum hoc loco, tum aliis sepe ex glossa addita irrepit in contextum. Adnotat autē & Cellus, Est, erat, fuit, plerumque abesse cum elegantia, sine detrimento sententiæ. libro 5. capite 8. Sua quisque fortia facta ad cœlum effert. Manuscripta, Ad cœlum fert. Utriusque apud Cicero, reperitur, in cœli fert, & in cœli esse ferre laudibus. Pro uictoria satis pugnatum, reliquos labores pro præda fore. In quibusdam, Satis iam pugnatum. Mox, Præda fore: pro ad prædam spectare, seu præda gratia subeundus esse. Licet manus scripta Pro præda habent. Quod præter regios equites, nemo omnium. Manuscripta duo, Præter equites regios: ut adiectiuum sequatur.

GLAR.

Aduersæ res etiam bonos detraçant. Ita perique habent codices, Detraçant, pera in secunda syllaba. Alidius uerò Decretant legit, quod uerbi non intellego. Solutus more suo transit, in expositione tamen ait: Apud uictos etiam, qui fortes, tanquam ignaui uituperantur. Badius, Res aduersæ, inquit, detraçant, id est, depriment & uituperant etiam bonos. Ego (si modo recte legitur Detraçant) exponerem: Res aduersæ bonos detraçant, hoc est, bonis derogant. Nam inde Detraherent, qui famæ alicuius derogant, dicit uidentur. Fuisse tamen priscum aliquid uerbum per sciolos amotum, ualde uereor. Nemo omnium Numidarum ex fuga sequitur. Quidam codices habebat Sequebatur, & ita legitur uideretur Badius. Sed uerba sequentia optime indicant legendum esse Sequitur in præsentis, non Sequebatur in præterito imperfecto. Paulo post: Minore detrimento illos uinci i minore damno Numidarum intelligendum, ut recte exponit Badius. Et inde legendum, quam suos uincere. ubi uerbum Suos, in quibusdam exemplaribus male omisum est.

Igitur Metellus ubi uidet animum Regis etiam tum ferocem esse, bellum renouari, quod nisi ex illius libidine geri non posset, præterea inimicum certamen sibi cum hostibus, minore detrimento illos uinci, quam si suos uincere: statuit non præliis, neque in acie, sed alio more bellum gerendum. Itaque in loca Numidiæ opulentissima pergit, agros uastat, multa castella & oppida temerè munita, aut sine præsidio capit, incenditque: puberes interficit: iubet alia omnia militum esse prædam. Ea formidine multi mortales Romanis dediti, obfides, frumentum, & alia quæ usui forent, affatim præbita: ubi cunq; res postulat, præsidium impositum. Quæ negotia multo magis quam prælium male pugnatum ab suis, Regem terrebant. Quippe cui spes omnis in fuga sita erat, se qui cogebatur: & qui sua loca defendere nequiebat, in alienis bellum gerere. Tam enim ex inopia, quod opimum uidebatur, consilium capit, exercitum plerumque in iisdem locis

Ee 2 cis opē

In qua loca ipse Metellum secutus fuerat.

Alj: Supplicatio uocem.

Trōmur.

Id est: Agebant excubias, & erant in statione. Castra facere.

SOLDI.

807 cis operiri iubet, ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis & auis i- tineribus ignoratos, Romanos palantes repente aggreditur. Eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur, nemo omnium intactus profugit: & Numidæ, prius quam ex castris subueniretur, sicuti iulsi erant, in proximos colles discedunt. Interim Romæ gaudium ingens ortum cognitis rebus Metelli, ut sese & exercitum more maiorum gereret, ut in aduerso loco uictor tantum uirtute fuisset, hostium agro potiretur, Iugurtham magnificum ex Auli so cordia spem salutis in solitudine aut fuga coegisset habere. Itaq; Senatus ob ea feliciter acta, dijs immortalibus \* supplicia decernere, ciuitas trepida antea sollicita de belli euentu, læta agere, de Metello fama præclara esse. Igitur eò intentioni ad uictoriam niti, omnibus modis festinare, cauere tamē necubi hostij opportunitus fieret. meminisse, post gloriam inuidiam sequi. ita quo clarior, eo magis anxius erat. Neq; post insidias Iugurthæ, effuso exercitu prædari. Vbi frumento aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præsidij agitabant. Exercitus partē ipse, reliquos Marius ducebat. Sed igne magis quam præda ager uastabatur. Duobus locis haud longè inter se castra faciebant. Vbi uel opus erat, cuncti aderant. Cæterum quo fuga atq; formido latius cresceret, diuersi agebant.

808 Igitur ubi Metellus. ] Ordo est: Igitur Metellus scilicet bellum esse gerendum non prælijs, neq; acie, sed alio more. Vbi. ] pro postquam uidet animum regis etiam tum esse ferocem & postquam uidet bellum renouari, quod non posset geri nisi ex libidine illius: & postquam uidet iniquum certamen esse sibi cum hostibus: & postquam uidet, illos uinci minore detrimento, quam suos uincere. Sensus patet. Igitur. ] quia uidelicet Iugurtha nouum cōparabat exercitum. Etiam tum. ] uidelicet postquam esset uictus. Animum ferocem. ] inuictum & indomitū licet rex uictus esset, tamen animum habebat inuictum. Feror. ] significat inuictum et indomitū, & forte. Nisi ex libidine illius. ] nisi quemadmodum uellet ipse Iugurtha. Iniquum certamen. ] i. malignam & inutile. iniquum erat certamen, in quo uictor plus detrimenti patiebatur quam uictus: hoc sequētia declarat. Sed alio more. ] i. alio modo, quē modum ipse inferius ostendit. Itaq; in loca. ] Ecce qualiter alio modo bellum gerit Metellus. Temere munita. ] i. male munita. nam temere multa significat. Aliquando temere, sine causa significat. Virg.

Haud temere est, conelamat ab aggere Volscens. Aliquando significat fortitudo, aliquando male, ut hoc loco: aliquando improuidē. Temere munita. ] id est munitis & fossa & aggere. Sine presidio. ] sine custodia militum. Puberes interfecit. ] etatem bello & armis opportunitam & idoneam. Affatim, ] abundantē. Regem terrebant. ] i. alienabant: quia multo plures populi defecerunt a rege propter uastationē hostilē, q̄ propter prælium. Quippe. ] Ordo est: Quippe, pro quia: ille Iugurtha, cui omnis spes & salus erat sita in fuga, cōgebatur sequi: & ille qui nequiter defendere sua loca, cōgebatur gerere bellum in alienis, locis. Omnis spes in fuga sita erat. ] i. posita: quia Iugurtha non habebat spē salutis nisi in fuga, & tamen cōgebatur sequi Metellum, ut eū a uastatione & depopulatione prohiberet, si posset: quia per huiusmodi uastationē multos populos a se deficere uidebat. Tamen ex inopia, quod optimum uidebatur cōsiliū, capit. Modus dicens apud Sallust. celeberrimus, Ex copia rerum cōsiliū capit. et contrariō, Ex inopia cōsiliū capit. Ex copia rerum cōsiliū capit, cui opportunitas & facultas & occasio datur ad deliberandum: e contrariō ex inopia cōsiliū capit, qui non ex multis, sed ex paucis quod optimū uideatur, deligit atq; decernit. Vnde inferius, cum Mauri & Getuli ex improuiso Romanos in-

809 cautiones, quæ erant de bonis eorum qui supplicia passi fuerant. Hinc etiam sacrum, & uenerabile & execrandum intelligimus, quæ sacra res de bonis execrandorum fiebant. Supplicationes autem sunt, quas nunc uulgo Proceffiones appellant. Decernere. ] i. decernebat. Et hic more suo infinitius ponit pro præteritis imperfectis indicatiuorum. Meminisse post gloriam inuidiam sequi. ] Meminerat Metellus ita euenire solere, ut post gloriā sequatur inuidia. Quo. ] i. quanto. Anxius. ] i. sollicitus. Quanto magis clarus erat, tanto magis cauebat hostem, ne forte aliquid offenderet, & post habitam uictoriam per insolentiam atq; imprudētiam aliquam eladem acciperet. Nam post gloriam sequitur inuidia, sicut ostensum est. Et ideo anxius erat, & cauebat. Neque post insidias Iugurthæ. ] Insidias dicit, per quas Iugurtha Romanos palantes aggressus, partem eorum occidit, partem cepit, nonnēm eorum intactam abire permisit, ut paulo ante monstrauit. Effuso. ] i. sine orāme sparso. Frumento. ] scilicet ad usum hominum. Pabulo. ] i. ad usum equorum. Vbi. ] i. quando. Præsidium. ] id est custodia. Agitabant. ] i. agebant. Exercitum. ] Exercitum in duas partes diuiserat. Partem ipse Metellus, partē Marius ducebat. Sed igne. ] Regionē uicineriam igne populationibus uastabat, sed magis igne. Fuga. ] i. Numidarum. Diuisi agebant. ] i. habitabant, siue erant. Agere multa significat. Agere. ] significat esse, ut ait etiam Virgil. — Geulis agerē si Syriū. exul. Agere significat dicere, ut inquit Terentius in Adelphis: Sed est ne ipse de quo agebam? Agere significat persequi, Virgilius in quarto: Pastor agens telis. — Agere, fugare. Virgilius in Georgicis: —

Blmembris agit atra uenena. Agere, rotare. Virgil. Ipse tibi adducta circum caput equi habena. Agere, intendere, inquirere, inuestigare. ut Virg. in Bucol. Id quidem ago, & tacitis Lyceida mecū ipse uoluto. Agere, urgere, impellere. Tullius in Verrem: Agunt eum præcipitem pane ciuium Rom. Agere persequere. Virgil. Hic actus proprie exequitur præcepta Sibyllæ. Actū. ] i. appulsum. Virgil. Sine errore utē scitū tēpētatibus actū. Actū. ] i. infixum. Virgil. — Sed uiribus cæsis adaclū Transiegit cōstis. — Actum, coactū, territum. Virgilius: Prodigij actū cælestibus ossa piabant. Actum, id est admodum. Virgilius: Accelerant acta pariter testudine Volsci. Agere, ut ait Festus Pompeius, est ante se pellere. Agere, iurgari: ut dicimus, Agit cum eo furti. Aliquando rependere ut, Gratius ago. Modō uerbis indicare: ut, Causam ago. Agere etiam genici dicuntur, cum gestu & uultu alienas personas imitantur. in quam significationem Tullius in epistola quadam ad Cælium dicit: Bgij omnes illos adolefcentes, i. gestu & uultu imitatus sum.

810 Igitur Metellus, &c. ] Recenset cetera Metelli in bello gerendo fortiter & prudenter facta, dicens: Igitur quia omnia comperita habebat Metellus: ubi uidet, & animo, i. considerat & intelligit animum regis, & Iugurthæ: ferocem etiam tum, & cum uictus esset, cum tamen dicat in Hecyra Terentius: Præfēctō hoc jē est ( ut puto ) omnibus nobis: ut res dant sese, ita magni atque humiles famus. Et uidet bellum renouari, quod non posset geri nisi ex libidine illius, & Iugurthæ: quia non posset cum comperere, cum esset in locis inaccessibilibus, & natura munitis. præterea ubi uidet certamen, sup. fore sibi iniquū, i.

inequalis commodi cum hostibus: quia uidet illos uinci minori detrimento, i. damno suo, hoc est, hostium: quam uiuere, supple cum detrimento Romanorum: quia plus damni haberent Romani, si uincantur quam hostes. aut melius sic: Hostes uinci minori detrimento quam Romanos eos uincere: quia cum nihil haberet quod perdat Iugurtha præter rudes milites, plus detrimenti faceret uictores quam uicti: ideo statuit bellum esse gerendum, non prælijs neque in acie, sed alio modo. Itaque, i. ita pergit in loca opulētissima Numidæ: & uastat agros, & capit & incendit multa castella & oppida munita temere, i. inconsultē: aut, supple exōstentia sine presidio, i. custodia & defensione militum: & interfecit puberes, i. omnes bellipotentes: & iubet omnia alia esse prædæ, i. ad prædam militum. Multi mortales, ] Numidæ: de dijs sunt Romani ea formidine, i. propter eam formidinem: & obides, i. uiri potentes ob fidem seruandam apud aduersarium seßuri: frumentum & alia que forent usui, sunt præbita a Numidis Romano exercitui: affatim, i. abundē: & presidium, i. custodia & defensio oppidorum per milites Romanos, est impostum a Metello: ubi cunque res, i. commodis posuēbat. Que negotia terrebant multo magis regem, scilz Iugurtham: quæ prælium malè pugnam ab suis, scilz militibus & subditis. Quippe, i. quia ipse cui omnis spes erat sita, i. posita & collocata in fuga: cōgebatur sequi, scilz exercitum deuastatorem: & is qui nequiter defendere loca sua, quæ defendenda acceptat: cōgebatur gerere bellum in alienis, i. non a se delectis ad pugnam locis: tamen, i. nihilominus, quantum sic cōgebatur & angustabatur: tamē capit cōsiliū quod uidebatur optimum: ex inopia, i. secundum quod erat inops cōsiliij & auxiliij: iubet exercitum plerūq; i. plurimum aut ferē totum: opriri, i. expellere: reditum suum in ijsdem locis, scilz in quibus eum instituerat: ipse sequitur cum militibus delectis, i. de pluribus ad expeditionem illam delectis itineribus, i. profectio-nibus & gressibus: nocturnis, i. noctu factis: & auis, i. per auia, i. loca non habentia uis stratos: & ipse igno-ratus, scz adesse: aggreditur, i. inmadit repente, i. illico & ex improuiso: Romanos palantes, i. oberrantes, & buc illuc sine ordine cursantes ad prædās auertentes: & pleriq; eorum, scz Romanorum: cadunt inermes, i. quia sine armis contra pecus, non contra milites exierant: multi capiuntur, & nemo omnium profugit, i. porro fugit: ita quod euaserit intactus, i. non percussus: & Numidæ, i. delecti illi milites discedunt in proximos colles: sicut erant iulsi, scz ab Iugurtha latente in insidijs: priusquam subueniretur, scilz a ceteris Romanis. Interim Romæ. ] Commemorat quæ leticia excepta sit Romæ fama Metelli. In qua re licet animaduertere leuitatem populi, ubi Mario ad consulatum euectō odia in Metellum conuertent. dicit autem hoc loco sic: Interim, i. interea dum suprädicta fierent in Numidia: ingens, i. ualde magnum gaudium est ortum Romæ cognitis rebus Metelli: ut, id est qualiter: gereret, i. exerceret se & exercitus more maiorum, i. priorum imperatorum, & ut, i. qualiter: quamquam fuisse loco aduerso, i. contrariō ( ut iusum est ) ipse tamen uictor uirtute, i. per uirtutem, potiretur agro hostium, ipse depulsi. Et quod Metellus coegisset Iugurtham magnificum, scz habitum prius ex fecordia, i. pitissillanimitate & ignauia: Auli, scz fratris Albini habere, scz modō spem salutis in solitudine & fuga. Itaq; id est



ita senatus decernere, i. decernebat; & indicere faciebat dicitur in mort. lib. supplicia, i. supplicationes (quas nos rogationes et procepciones uocamus) ob ea acta feliciter. Civitas, i. multitudo civium: trepidus, i. sollicitus antea de eventu belli: agere, i. agebat laeta, i. res laetas, aut exultans laeta: agere, i. iuebat. Tama esse, i. erat praecleara de Metello: sed conuenienter, subaudiis capitis. Igitur Metellus intellecta fama sua: intencior eo, i. propter ea ad uictoriam: nisi, i. uidebatur omnibus modis: & festinare, i. festinabat: tamen cauere, i. cauebat: necubi, i. ne alicubi fieret hosti: opportunus, scz ad insidias explendas. Meminisse, i. memor erat, inuidiam sequi post gloriam: ita erat eo magis anxius quo, i. quanto erat clarior. Neque praedari, id est, praedabatur exercitui effuso per excursiones in agrum Numidicum: post insidias Iugurtha, qui plurimos praedantes interceperat. Sed ubi erat opus frumento aut pabulo, scz equorum & iumentorum: cohortes agebant praesidium, i. custodiam missorum frumentatum cum omni equitatu. Ipse ducebat partem exercitus, Marius ducebat reliquos: sed ager uastabatur magis igne, i. combustione turguriorum quam praeda, i. praedatione. & ipsi duces Metellus & Marius faciebant castra, i. castra metati sunt duobus locis haud longe, i. parum distantibus inter se. Vbi erat opus ui, aderant cuncti, scilz uiriusque exercitus: caterum, i. sed agebant, scz excursiones suas diuisi, scilz in diuersa loca: quo, hoc est ideo ut fuga scz agrestium & formido cresceret latius.

CAS.

Iniquum certamen. ] Haec est uera lectio, quamuis plerique manuscripti habeant, Inimicum. In alienis. ] quippe quae iam Metellus occupauerat. uel interpretemur, in alienis, i. sibi non opportunis. Ut sese & exercitum. ] Alter: Ut sese & exercitum. Fuisse. ] Metellus superiori praelio solum sua militum uirtute uicit. quod supra Sallustius ipse dixit. nequid tamē dissimulem, antiqua exemplaria duo habent, Tamen, pro tantum. Supplicia. ] supplicationes. Sic etiam Tacitus lib. 3. Sed tum supplicia dicitur magni ab senatu decernuntur. Post gloriam inuidiam sequi. ] rōis μὴ δὴ ἄλλοις ἐξέδοσαν ἄλλοις ἴστας νὰ ἀδύνατον ἔμαρ, τὰς ἡδὴ ἄλλοις βουλὰ

Eo tempore Iugurtha per colles sequi, tempus aut locum pugnae quaerere: qua uenturum hostem audierat, pabulum & aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere: modò se Metello, interdum Mario ostendere: postremos in agmine tentare, ac statim in colles regredi. Rursum alius, post alius munitari: neque praelium facere, neque ocium pati, tantummodò hostem ab incepto retinere. Romanus imperator ubi se doctis fatigati uidet, neque ab hoste copiam pugnandi fieri: urbem magnam, & in ea parte qua sita erat, arcem regni nomine Zamam, statuit oppugnare: ratus (id quod negocium posebat) Iugurtham laborantibus suis auxilio uenturum, ibique praelium fore. At ille, quae parabantur, ad perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum anteuenit, oppidanos hortatur ut moenia defendant, additis auxiliis perfugis: quod genus ex copijs Regis (quod fallere nequibat) firmissimum erat. Praeterea pollicetur in tempore semet cum exercitu adfore. Ita compositis rebus, in loca quammaximè occulta discedit, ac paulo post cognoscit Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum, quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab Rege defecerat. Eò cum delectis equitibus noctu pergit, & iam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: simul magna uoce Siccenses hortatur, ut cohortes ad tergo circumueniant: fortunam illis praecleari facinoris casum dare. Si id fecerint, postea se in regno, illos in libertate sine metu aetatem acturos. At ni Marius signa inferre, atque euadere oppido properauisset: profectò cuncti, aut magna pars Siccensium fidem mutauissent. tanta mobilitate sese Numidae gerunt.

Zama arx regni. Metellus Zamam obsidere parat. Verbum historicum, Frumentatum. Sicca oppidum. Pugna facere. Numidarum mobilitas.

¶ Eo tempore

Eo tempore Iugurtha per colles sequi. ] quia numero uiribus par non erat. per loca tuta sequeretur Metellum. ] Quae ] subaudiuntur ea parte corrumpere pabulum, & aquas: fontes ueneno iniecit. Alijs post alijs. ] Minabatur alijs, postea alijs. Munitari. ] i. munitari: frequentatio usus est, quia hoc sepe faciebat. Ab incepto retinere. ] ut prohiberet Romanos ad deusstatione agrum. Romanus imperator. ] Metellus aut Iugurtha ad praelium cogere, statuit oppugnare quandò urbem nomine Zamà, existimans Iugurtham lauru auxiliu urbi, atque ita ex necessitate ad praelium esse uenturum. Arcem regni. ] munitenti & tutam regni. Laborantibus suis. ] i. in necessitate postis. Perfugis. ] Perfuga siue transfuga dicitur, qui de uno exercitu ad alium fugiunt. Edoctus. ] Iugurtha intellexit ex his qui fugerant de exercitu Metelli ad se, quèadmodum Metellus decreuit oppugnare Zamà urbem, quae erat arx & munitim regni in ea parte, ubi postea erat. Nà illa urbe stante et incolu, totu regnu erat incoluma. Ergo cum hoc intellexisset Iugurtha, Zamà prius quam Metellus comedit: & Zamenses horatus est, ut moenia defendere, etq; ad auxiliu perfugas iradidit. nam hoc genus hominu stabilissimu est, atq; firmissimu. de inde pollicetur se breui cum exercitu illuc uenturum. Quod genus. ] hominu perfugarum. Quia fallere nequibat. ] ne in manus eoru ueniret, à quib. fugerat. Ac paulo post. ] Ordo est: Iugurtha paulo post cognoscit Mariu esse missu Sicca ex itinere frumentatu, cum paucis equitib. Metellus enim dum Zamà proficiscitur, ad eam oppugnanda, inter eundem Marium legatiu cum paucis equitib. misit Sicca, ut ex ea ciuitate frumeta ad exercitu cõberet. Iugurtha cum hoc per exploratores intellexisset, statim cõuersus equitib. noctu Sicca peruenit. Et cã Marius egredereur id ex urbe Sicca, Iugurtha se opponens, in portis pugna fecit. Et alia uoce ciues Sicceses horatur, ut ad tergo Mariu inuadant: quod si fecerint, & se in regno, & illos in libertate perpetua futuros dicebat. Frumentatu. ] i. ad frumeta comenda, & cõuehenda ad exercitum. Siccam. ] est ciuitas, quae prima à rege ad Metellum defecerat, quado uicinus est praelio. Fortunã. ] subaudi, dicebat. Aetate aeturos. ] i. uicturos. At ni. ] Quamuis Siccenses paulo ante à rege ad Metellu defecissent, tã propter instabilitate genis rursus à Metello ad regem defecissent. & Marium inuasissent: nisi ipse Marius propriè se de ciuitate signis illis eripisset. Ni. ] i. nisi. Signa inferre properauisset. ] i. accelerasset signa contra ferre. Nam inferre signa, est signa contra hostem ferre, ut cum eo praelio contendat. Marius igitur signa contra Iugurtham, qui se in portis opposerat, tulit: & reperit Iugurtham, per uim euasit. Euadere. ] i. exire, egredi. Euadere nunc non significat ascendere, sed per obstantia transire. Nam Iugurtha obstabat in portis. Tanta mobilitate. ] i. mutabilitate. nã Numidae mutabiles sunt.

GLAR.

BAD.

Iugurtha sequi. ] sequeretur eo tempore per colles. i. muniticuli & quare. i. quarebat tempus aut locu, scz aptum pugnae: & corrumpere. i. corrumpere, supple ea parte qua audierat hostem, scilz Metellum cum suis uenturum pabulum & fontes aquarum, quorum fontium penuria, i. difticultas inuenidorum erat, scz illic ostendere. i. ostendebat se modò, i. interdum Metello, & interdum

Mario, postremo tentare. i. tentabat. i. laceffebat. i. eos in agmine: ac regredi. i. regrediebatur statim in colles. Rursum, hoc est iterum: munitari. i. munitabatur alijs, hoc est aliquid, & post alijs. Neque facere, i. faciebat praelium neque pati, i. patiebatur ocium: tantummodo retinere, i. retinebat hostem ab incepto. Romanus imperator. ] Postquã Metellus sibi copiam pugnandi cum Iugurtha ipsius calliditate negatam uidet, ad expugnationem Zamæ oppidi, in Numida fortissimi, tendit. de qua re dicit auctor sic: Imperator Romanus, scz Metellus ubi. i. postquã uidet. i. considerat se fatigari doli, s. Iugurtham neque copiam pugnandi fieri ab hoste, s. Iugurtha & exercitu eius: statuit. i. cõstituit oppugnare. i. debere urbe magnã & ar. e. i. principale munitim regni in ea parte, qua erat sita. i. postea (ubi imperiti dicunt statura) Zamã nomine, i. sic nominatã: ratus. i. arbitrans (id quod negotiu posebat. i. postulat) Iugurtham uenturum suis laborantibus, i. periclitantibus: auxilio. i. in auxiliu & praelium fore ibi. i. tunc cum auxilio ueniret. At, i. sed: illis. Iugurtha edoctus ad perfugis. i. ab eis qui relictis Romanis ad se fugerant: ea quae parabantur à Metello: anteuenit Metello magnis itineribus. i. faciendo magna itinera. hoc est, quod uulgo dicit magnas dietas: et heritatur oppidanos, s. Zamenses: ut, supple defendant moenia: & hoc perfugas additis auxiliis. i. ad auxiliu oppidanorum: quos, s. militu erat fortissimu ex copijs. i. exercitu regis: quia nequibat fallere. i. decipere regem, eo quod apud Romanos summo odio habebatur propter defectione & perfugiu. Praeterea. i. insuper: pollicetur semet adfore. i. adfuturum: in tempore. i. satis tempore, cum exercitu: & defecit ab oppido reb. cõpositis. i. cõstituitis, ita ut dicitur est in loca quam maxime, i. summo opere occultata: cognoscit paulo post Marium, s. legatiu cum paucis cohortibus missum, s. ab imperatore Metello: ex itinere. i. profectioe. hoc est, dum proficisceretur Zamã: Sicca. i. ad illud oppidum sub Romanis exitu frumentatu. i. ad frumentum colligendu pro exercitu quod oppidum defecerat ab rege. i. dereliquerat partes regis primum omnium, s. oppidum: post pugna pugnatã malè ab rege. Et ita Iugurtha pergit eo. i. ad id oppidum Siccã cum equitib. delectis. i. exquisitis, & ad hoc de multis lectis: & facit iam pugna in portis Romanis egredientibus. i. quando egredi cum frumento uellent: & hortatur simul magna uoce Siccenses: uti, i. ut circumueniant, i. opprimant à tergo cohortes, s. Romanos. & supple hortando dicit: fortunã, hoc est incertum & non optatum euentu dare illu casum, i. occasione praecleari facinoris, s. faciendũ: & dicit: Si ipsi fecerint id, s. si Romanos circumuenierint sese, i. seipsi: esse acturos, supple aetati in regno, s. sua sine metu: & illos acturos aetati in libertate. Ac ni, i. nisi Marius properauisset: inferre signa, s. militaria. hoc est, uexilla contra Iugurtham instantem in portis: ac euadere, i. exire per medios hostes: oppido, s. Siccensiu: profectò, i. reuera: cuncti, s. Siccenses, aut magna pars Siccensium mutauissent fidem, i. occiso Mario cum militibus eius ad Iugurtham perfugissent. Tanta, hoc est iam uehementer magna mobilitate: gerunt, id est habent se Numidae.

CAS.

¶ Zamam. ] Zama quinque diebus inter occidentem uersus ab Carthagine aberat, ut scribitur L. i. Decadu 3. lib. 10. & Polybium hist. 15. à Romanis postea diruta est, ut testatur Strabo. in hac urbe fuisse fons dicitur, quod non uoces fierent. auctor Plinius Nat. Hist. libro 31. Quod fallere nequibat. ] nulla enim ijs spes erat, nisi in rebus Iugurtha prosperis. Siccam. ] Siccam Venariam

Veneriam Ptolemae libro 4. Antoninus appellant. quod autem quidam scribunt, fuisse in Africa altera Siccam Syphacis regiam, minime id uerum est. Siga enim, non Sicca Syphacis regia appellabatur. de qua Strabo lib. 17. Ptolemae lib. 4. Plinius lib. 5. cap. 2. Pomponius Mela lib. 1. cap. 5. Cum exercitu. Tolle praepositionem Cum, non enim est in manuscriptis.

R.IV. Qui aquarum fontes. Lege, Fontes. Oppidanos hortatur, ut moenia defendant. In manuscriptis caeteris, uetustioribus non est Ut, ac maiore cum gratia abesse poterit, nullo detrimento sensus. Additis auxilio perfugis. Est in manuscripto quoddam. Addit auxilio perfugas. Viramque lectionem admittit sensus. Quod genus ex copijs regis, quod fallere nequibat, firmissimum erat. Sic et manuscriptum. Sed Badianum, quia fallere nequibat, eodem sensu fallere, pro latere dixit: quomodo saepe et Linius Tacitus, id quod in Terentium est a nobis diligenter amotatum. Firmissimos uero perfugas fuisse ait, nimirum quod metuerent, ne si pax cum Romanis fieret, ipsi per conditiones ad supplicium traderentur. uel quod uicti ab Romanis Iugurtha, nullam ueniam atque impunitatis spem haberent. Itaque horum forti fidelique opera Iugurtha usus est, spemque in his summam habuit. Ac paulo post cognoscit. Manuscripta et ex impressis quaedam, post paulo, quomodo Caesar 7. Ipse post paulo, silentio egressus. et 1. de Bello ciuili; post

paulo tamē, internuncijs ulro citroque missis, qua ignorabunt de L. Domitij fuga cognoscunt, pro Paulo post. Lini 5. ab V. C. Cum senatus post paulo de bis rebus in curia Hostilia haberetur. Priscianus libro 18. quo loco docet Paulo ante, itemque Paulo post sic a Latinis dici, ut a Graecis ἀπὸ τοῦ πρῶτου, καὶ ἀπὸ τοῦ δευτέρου. ibidem ex Horatio de Post paulo exemplis subiicit. Tanta mobilitate sese Numidae gerunt. Manuscripta quaedam agunt, quomodo apud Vopiscum Aurelianus: in hostijs castre se agant, inquit. Nos hic nihil pronunciamus, sed diuersam solum lectionem ostendimus. Quamquam, ut uerum fatear, prior lectio mihi magis probatur. Nam sic persaepe Cicero, Honesti de gerere, turpissimum gerere, prudenter, perditē, aut alio modo gerere se.

Cum paucis cohortibus Siccam missum. Duae sunt Sicca, altera Syphacis quondam regia, ad diuorum Mauritaniarum fines, de qua hic non loquitur. Altera Sicca Veneria, cuius Ptolemaeus in Africa minoris descriptione meminit, de qua hic cum loqui puto. nam altera nimium abest. Zamam porro Linius ultimo de secundo bello Punico lib. 5. diuini itineris esse a Carthagine ait, ad quam Hannibal diuertit, posteaquam ex Italia in Africam cum Scipione ultimo depugnaturus uenerat. Ptolemaeus (in Fallo) uel uisitatae uocat. Quamquam quidam putant, ablata prima littera a, Afacum ab eodem in eodem loco uocatam.

GLAR.

rali munitum est oppidum illud, sed opere. Circumuenit. Id est circumdat. Denique signo. Incipit oppugnare Zamam. Inueni. Irati. Inueniens proprie est plus quam inimicus. Glans. Idelicet fundis, glans est plumbum in glandis modum formatum, quod funda iacitur. Modò murum suffodere. Aliquando murus suffodiebatur, aliquando scalis murum ascendere conabantur, et cupiebant praelari amibus. Sudes. Sudes dicebantur fustes acuti et praestiti, quibus utebantur in bello. Virg. Sudibus uel praestis. Pila. Pilius est propriè telum Romanū. Sed nec illos quidem. Ita quidem uulnerabantur qui iuxta pugnant, et muros ascendere conabantur: sed et qui procul manebant, et oppidani uulnerabantur iaculis, aut tormentis, aut manibus missis. Sed nec illos quidem qui procul manserant, timor animi satis muniterat. Qui timidi sunt, a praelio procul manent, et ita eo timore sunt tui et muniti: quia timor facit, ne se periculo exponant. Sed in expugnatione Zamae qui propter timorem procul a mœnibus stabant, non tamen eo timore satuerant muniti et lecti: sed iaculis uulnerabantur, tormentis uel manibus missis. Tormentis. Omnis machina qua aliquid ut emittitur, dicebatur tormentum: sicut nunc uulgo balista et bombardae uocantur. Sed balista apud antiquos aliud erat quam bombardae. Bombardae enim nec nomine nec re erat apud antiquos. Pari periculo. Boni atque ignaui erant pari periculo, sed erat impari fama. Boni, i. strenui in muris pugnantibus insigni gloria et fama: ignaui procul a mœnibus stabant, cum dedecore. et in uirgulis uulnerabantur: ergo periculo erat par, sed fama et gloria erat dispar. Dum apud Zamam. Metellus non longe a Zamae castris locauerat: eaque, ut moris est, fossa ualloque muniterat. Deinde ipse cum exercitu ex castris egressus est ad oppugnandam Zamam, relictiis militibus in praesidio, qui castra custodiret. Praesidium autem semper extra castra tenebatur. Sed milites qui in praesidio erant, remissi fuerant in castra, cum eo tempore nihil mali a Iugurtha timeret imminere. Et dum ecce Romani nihil timent, Iugurtha ex improuiso adest, portasque castrorum irrupit. Atque ita Romani qui in castris erant, inopinato metu percussis, alij fugiunt, alij arma capiunt: multi uulnerantur, multi occiduntur. Portam. Castrorum, nam castra ita muniuntur, ut portas habeant, quae claudantur et aperiantur. Nostri. Romani. Pro moribus. pro qualitate morum. nam qui strenui erant, arma capiebant et pugnantibus uero ignaui fugiebant. Caeteri. Dicit ex omnibus inuictos fuisse tantummodo quadraginta, qui uero Romani fuerant collecti in unum locum paulo altiore occupauerunt, nec inde pelli potuerunt. Locum cepere paulo editiore quam alij. I. locum occupauerunt paulo altiore quam erant alia loca: uel occupauerunt locum altiore quam alij. s. occupauerunt. Quiuerunt. I. potuerunt. Remittere. pro remittebant tela in hostes, quae in se ab ipsis hoste mittebantur. Pauci in pluribus minus frustrati. pro frustrabantur. Cum pauci in plures tela remitterent. Nihil frustrabantur. I. tela frustra non remittebant. nam quo hostes numero plures essent, uehementius aliquē assequerentur, et telo eos acriter cōficerent. Sin. I. si sed si propius, magis prope. ac si diceret: Ita quidem pugnant eminus, sed si hostes cominus accessissent, tunc Romani multo magis eorum uirtutem ostendebant. Rem gerere. I. apud Zamam. Metellus cum maxime intentus esset oppugnationi urbis, sensu post se tumultum hostilem non enim castra longe aberant. Tumultum. I. strepitum.

tergo. Idelicet post se. Accepti. I. audiuit. Deinde conuerso equo. Expressit gestu Metelli, se ad clamorem conuerterent. Metellus equum conuertit, et uidit Romanos ad se fugientes. Igitur uide quomodo imperator periculo prouidit. Statim cum equitatu. C. Marii ad castram sit et lachrymas rogauit illum, ne permitteret aliquam ignominiam et contumeliam in exercitum iam uictorem, et non hostes multos abire permitteret. Ac statim C. Marii, simi sit cum cohortibus sociorum. I. cohortibus, quas socij po. Rom. miserat. Per amicitiam. I. quae erat ei cum Mario. Ille. I. Marius. Breui. I. tempore. At Iugurtha. Dicit quid fecerit Iugurtha, qui castra Romanorum irruerat, postquam Marius cum equitatu superuenit, Iugurtha ex castris egredii uolebat: sed munimur impeditur, ut multum amissis euasit, et se in loca tuto recepit. Nimirum castrorum. I. uallo et fossa. Super uallum. Bece quo uallo castra erant munita. In angustis. I. portarum: multi dum per loca angustia eripere conantur, sibi inuicem nocent. Officerent. Id est nocerent. In festo negotio. I. quia urbe expugnare non potuit.

BA D.

Sed milites Iugurthinum sustentati, ne fugerent paulisper a rege. Iugurtha postquam hostes, Romani uigent eos: maiore uero impetu uictor: ad se conuertit profugi. profugit: paucis amissis, occisus. Marius uictor. effectus peruenit ad Zamam (ubi notandum, quod praeprijs locorum minorum interdum sine uito additur praeposito, ut hieca Zamam) Id oppidum, Zamam nomine: situm. i. constitutum et locatum: in campo. i. loco capaci et planiorerat munitum magis opere, s. maximi aus humano: quam natura. i. ex naturali situ: nullus. i. non ullus in eis egressus illius rei idonea. s. ad bellum sustinendum: quia opulentius, hoc est potest armis et uiris. Igitur (hic contumelia est uox: Aut quia iam Marius aduenerat) Metellus circumuenit, hoc est obfedit cuncta moenia. i. simul tota: et hoc re paratis pro tempore atque loco. i. ut tempus et locus poscebant. Et in praesentia legatis, hoc est ad hoc missis, ut ex imperio eorum officio iungerentur. significat imperio. ubi quisque eorum curare, s. re bene gerere in oppugnatione oppidi: denique. i. tandem omnibus rebus paratis: in eis officio. I. officium oritur simul undique: signo, s. inuadendi dato. s. iussu imperatoris, neque ea res. i. tantus clamor et insulsum terret Numidas: quia iam admoniti fuerant ab Iugurtha, sed ipsi manent in sensu. i. multum offensi et irati: aut ut non offensi obticerent, et intenti sine tumultu praelium inciperent. s. ab Romanis. Romani, supple ceperunt pugnare etiam pugnare. i. pugnantibus quibusque pro ingenio, hoc est natura sua. pars. i. ipsi parum pugnant eminus, hoc est de longe: glans. s. plumbum ea fundo proiecta, aut lapidibus: alij inuadebant. i. inuadebant ac suffodere, hoc est suffodebant ut euerterent, aut per cuniculos ingrederentur. modò murum: et aggredi. i. aggrediebantur modò scalis: et cupere. i. cupiebant facere praelium manibus, s. conseris. Oppidani uoluerunt. i. uoluerunt castra ea quae faciebant Romani: quasi dicat: Ex oppido se et oppidum defendentes: saxa. i. magnos lapides in proximis, murum mittere. i. mittebant fustes. i. stipites acutos. i. tela oblonga, quibus Romani proprie utuntur: sed poterant illic esse pila: quia (ut dictum est) perfugas auxilio et praesidio Zamensibus reliquerat Iugurtha. Praeterea. i. insuper: mittere. i. mittebant: telam. i. facem refiniosam, quae plurimi pro condolis ac lucernis etiam hodie utuntur. ut tace arbores pro facibus ac stans nuptialibus ponitur, ut Sen. 4. Si non per asium abalanti tedeq. fuisse. Ff mixtam. i.

\* moenibus Qui per metum sibi prospexerant, ut abessent a moenibus adeoque a periculo: quam longissime. A tergo irrupit in castra. Facilitas deinde pugnatur, quam aduersus montem.

SOLDI.

Sed milites. Quoniam milites Iugurthinum paulisper sustinuerunt impetum Marii egressus: sed postea cum Marius maiore uis eos premeret, in fugam conuersi sunt,

patet amissis. Id oppidum. Zamam urbis situm describit. In campo. Id est in plano, non in monte. Quam natura. I. quia nec montes, nec flumine, nec aliqua re naturali munitum.

mixtam. i. illam pice & sulphure ardenti. Sed nec timor animi muniterat satis illos, sed Romanorum militum qui manserant procul. i. longius ab oppido solent enim meticulo longius a praelio agere: verum maius sepe periculum est in ultimis quam in primis. Probat quomodo timor eos non muniterat, dicens: Nam iacula. i. quaecunque iaci possunt sine fimo sagittis, sine saxa, sine quaecunque alia unde penuria uocabuli uimur iaculari, pro projicere quam libetrem. unde etiam fulmen iaculati dicitur Keneid. i.

Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem emissa tormentis. i. machinis ut extorquentibus. (ut erant tunc balista, dicitur a balista, quod est mitto, sagitto, uulnere. Nec sunt balistae tamen arcus pedales, sed quaecunque tormento longe emittentia. Bombardae autem quae nunc dicuntur, quod cum bombo. i. fonitu & ardore globos emittant, tunc non erant iunctae) aut manibus, scilicet oppidanorum uulnerabant plerisque, sed Romanorum longe stantium: & ita boni, hoc est ignavi & ignaui erant, superbia in pari. i. equali periculo: sed sama impari. i. dissimili. Dum apud. ] Prosequitur reliqua oppugnatione Zamae, commemorans ut illi Iugurtha suppliciter tulerit, ac dicens: Dum certantem apud Zamam. i. oppidum illud Numidiae Iugurtha inuadit cum magna manu, hoc est multitudine militum: castra hostium, sed Romana: ex improviso. i. ipsis Romanis non prouidentibus ( hoc remisit, sed ad castra Iugurthina potius tendenda: i. sup. qui erant in praesidio, oppidorum: aut potius ipsi qui erant prius in praesidio oppidorum: remisit. i. iterum in exercitum Iugurtha ad Romanos oppugnandos misit. Potius. n. uidetur uoluisse Romanos reprimere ab oppugnatione, quam castra sua defendere, quae in locis inaccessibilibus ferre habebat, scilicet potissimum dicimus sic. ) & irrumpit portam, scilicet castrorum: et hoc remisit. i. remisit agentibus. et quietis, ac minime sollicitis, sed Romanis qui deseruere a Metello erant in praesidio, hoc est protectione castrorum: & expectantibus, magis omnia, quae euenire possint, quam praelium cum exercitu potissima pars ad oppugnationem oppidi interita esset. Alii. i. sed in praesidio, similes q in praesidio erant, percussit ueneno metu consulant pro moribus. i. ut ex more sit, prospiciunt quisque sibi alij fugere. i. fugiebant alij capere. i. capiebant arma: & magna pars. i. ipsi pro magna parte sunt uulnerati aut occisi. Ceterum. i. sed: quadraginta. i. milites Romani non amplius, sed non numero: ex omni. i. tota multitudine: memores nominis. i. famae & laudis ac decoris Romano: cepere grege. i. globo quodam facto: locum paulo editior. i. altiorum quam alij, ceperant: aut, quam alij loci essent: neque quierunt depelli inde. i. ab eo loco alio: magna uero impetu Iugurthinorum. Sed remisit. i. remittebat tela missa animus. i. delonge ab Iugurthinis: et ita ipsi pauci. i. cum essent pauci, & ita non possent facilius telis contingi: sustinuit. i. sustinuitur minus in pluribus. i. remittebat tela in plures, sed hoc est sed, si Numidae accessissent propius ostendere. i. ostendebant uero. i. maxime ubi. i. in congreffu uirtute. i. suam: et cedere. i. cedebat: fundere. i. fundebant: atque fugare. i. fugabant maxime eos qui accesserant propius. Interim Metellus cum gereret rem, i. oppugnationem oppidi aceruere, i. maxime strenue & acriter: accepit clamorem a tergo, uenientem. Deinde equo conuerso, scilicet ad clamorem animaduertit, hoc est intelligit fugam fieri

ad se uersum, hoc est uersus se: sed uersus & uersum ferre. A postponuntur casuali. Quidam, scilicet quod ad se fugeretur: indicabat fugientes, supple esse populares, hoc est fautores suos, aut de populo suo. Igitur ipse misit prope, i. festinanter equitum omnem, omnes equites ad castra, scilicet sua iam expugnata. ac supple mittit Statim C. Marium cum cohortibus sociorum, scilicet equitum, quos socii pro. Ro. miserunt in auxilium & ipse Iachrymans obsecrat eum per amicitiam & per temp. ne sinat, id est patitur: quam. i. aliquam contumeliam remanere in exercitu uictoriae, scilicet prius: ne ue, id est uel ne sinat hostes, scilicet Iugurthinos abire inditos. i. impunitos. ille, scilicet Marius efficit breui mandata, scilicet Metelli imperatoris. At Iugurtha, &c. ] Prosequitur reliquum euentum pugnae, docens quomodo Iugurtha repulsus ac uictus sit. Ordo autem est: At. i. sed: Iugurtha in oppidum, scilicet liberum obsequit: munimento castrorum, sed Romanorum: cum alij ex equitibus Numidici praecipitauerunt super uallum, i. septimentum factum ex uallis. i. sippius grandioribus: et alij properantes. i. festinantes offerrent. i. noceret ipsi, nedum aduersarij: sibi, sed ipsi quia in angustijs. i. arctis meatibus castrorum recepti se in loca munita, sed naturali munitione: & hoc multis amissis. i. postquam multos amisserat. Metellus postquam nox aderat, reuertitur cum exercitu in castra, sed sua: negotio. i. incepto: infecto. i. non perfecto. hoc est, expugnatione non obtenta.

Praelium manibus facere. ] cominus pugnare. Contra ea oppidani. ] in plurimis exaratis libris non reperit dictionem, Ea. Praeterea picem sulphure, & tecta mistam ardenti mittere. ] In antiquissimo codice ita legitur: Praeterea picem, & tecta mistam cum ardenti sulphure mittere. Ne illos. ] Aliter: Nec illos. Sed sama impari. ] Boni enim egregiam samam assequantur, ignaui uero timiditatis notam.

Paulisper a rege sustentati. ] Manuscriptum, Ab rege. Cuncta moena cum exercitu circumuenit. ] illa praepositio Cum, non est in codicibus manuscriptis, nec in pressis uetustioribus. ac rectius abest. Irrepit autem ex glossa. Clamor ingens exortitur. ] Manuscripta, Ortur, consentientibus & alij uetustioribus. Sensus utrimus uis admittit. Praeterea picem sulphure & tecta mista ardenti mittere. ] Est in alijs ferre Pice, auferendi casu. Sed uolunt Fabricianum ad hunc modum habet: Praeterea picem, & sulphure tecta mistam ardenti mittere. Statuant quod rectius sit, alij. Magna pars, uulnerati aut occisi sunt. ] Sunt, non est in illo manuscripto. ac rectius subaudiatur. Eodem modo Virg. 6.

Hic manus ob patriam pugnando uulnera pesti. Neq. inde maxima uide depli quierunt. In nonnullis, Quiuere. In loca munita se recepit. ] In quibusdam, Recipit, tempore praesentis.

Praeterea picem & sulphure & tecta mixtam. ] Ita Aldinus & Gothi codices habent. Atqui, ut ingenue quod sentio fateor, picem mixtam tecta, uix abs quoquam intelligi potest. Veteres alij codices habebant: Praeterea pice & sulphure tecta mixtam. Et mixtam, id est, illam, recte exponit Badius, qui ad hunc modum legisse uidetur. Soldus rursus transit, ut solet. Lector sequatur quod placuerit.

Igitur postero die prius quam ad oppugnandum egredereur, equitatum omnem in ea parte qua Regis aduentus erat, pro castris agitare iubet, portas & proxima loca tribunia

bunis dispersit. Deim ipse pergit ad oppidum, atque uti superiore die, murum aggreditur. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros inuadit. Qui in proximo locati fuerant, paulisper terribi perturbantur, reliqui cito subueniunt. Neque diutius Numidae resistere quiuissent, ni pedites cum equitibus permixti, magnam cladem in congressu facerent, quibus illi freti, non uti equestri praelio solet, sequi, deinde cedere, sed aduersis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciem. Ita expeditis pedibus suis hostes penes uictos dare. Eodem tempore apud Zamam magna uis certabatur. Vbi quisque legarus aut tribunus curabat, ed acerrime niti, neque alius in alio magis quam in sese spem habere. pariterque oppidani agere, oppugnare, aut parare omnibus locis, auditis alteri alteros laudare, quam semet te gere. Clamor permixtus hortatione, laetitia, gemitu. Itē strepitus armorum ad caelum ferri, tela utrinque uolare. Sed illi qui moenia defendebant, ubi hostes paululum modo pugnam remiserant, intenti praelium equestre prospicebant. Eos, uti quaeque Iugurthae res erant, laetos modo, modo pauidos animaduertentes: ac sicut a suis audiri aut cerni possent, monere alij, alij hortari, aut manu significare, aut niti corporibus huc & illuc, quasi uitabundi, aut iacientes tela agitare. Quod ubi Mario cognitum est (nam is in ea parte curabat) consulto lenius agere, ac diffidentiam rei simulare: pati Numidas sine tumultu Regis praelium uisere. Ita illis studio suorum adfretis, repente magna uis murum aggreditur: & iam scalis aggressi milites prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, praeterea alia tela ingerunt. Nostri primo resistere, deinde ubi unum atque altera scalam comminuta sunt, qui superesteterant, afflicti sunt. ceteri quoquo modo potuerunt, pauci integri, magna pars confecta uulneribus abeunt. Denique utrinque praelium nox diremit.

SOLDI.

Igitur. ] quia primo die urbem expugnare non poterat, nec qui Iugurtha castra inuaserat, deducto praesidio die non tunc Metellus, cum sequenti die iterum ad oppugnandum urbe reuertetur, oem equitatum in praesidio disposuit ante castra. Pro castris. ] i. ante castra. Agitari. ] i. esse. Tribus dispartit. ] ut diligenter custodirent castra. Qui in proximo. ] Ordo est: illi qui erant locati in proximo, paulisper terribi perturbantur. Qui in proximo locati. ] i. positi, illi qui erant magis uicini Iugurthae. i. illi quos primos Iugurtha inuadens inuenit. Per turbatur. ] i. dissipatur. Dicit autem Iugurtha inuasisse, non eos qui cum Metello erant in oppugnatione urbis: sed equitatum, qui in praesidio castrorum relictus erat. Et Iugurtha noua aliterque ratione instructus uenerat. nam cum equitibus pedites misceat, ita ut in conspectu ipso noua ratio dimicandi Romanos uehementer perturbaret atque confunderet. Neque diutius Numidae resistere quiuissent. ] i. non potuerunt diutius resistere. Quibus. ] i. pedibus. Freti. ] i. confisi. Ordo est pedens a superiori. Quibus. ] i. pedibus illi freti non sequi, pro sequebantur. Deinde credere, pro crededat: sicuti solet fieri in equestri praelio. Sed concurrere. ] pro concurrere aut equis aduersis, & implicabatur ac perturbabatur acie. In equestri praelio solet hic modus esse pugnae, ut equites hostes inuadant: & post impressio nem non terga uertant, sed retro paulatim cedant, nisi in primo concurru hostem fundere. Sed Iugurtha. ] in hoc equestri praelio alia ratione pugnantis seruauit. nam cum pedites equitibus admixtos haberet, in hostes concurrere equis aduersis nec retro cedebat, sed se cum pedibus in acies Romanas magis inferre atque implicabat. Cedere. ] i. cedebat. i. retro cedebat, & se retrahabat. Ita. ] i. hoc modo. Expeditis pedibus. ] i. cum pedibus expeditis. Expediti pedites, & cohortes expeditae, ferre equitatum sequuntur. Sunt enim leues ad cursum, armis grauius non impediti. Hostes. ] i. Romanos: Penes uictos dare. ] Numidae cum expeditis pedibus suis penes Romanos uicerunt. Eodem tempore. ] scilicet Iugurtha praesidium Romanorum inuasisit. Vbi quisque. ] ubi uehemens certabat;

ubi legati aut tribuni praerant. Niti. ] pro nitebatur, scilicet unusquisque. Oppidani. ] i. ceteri qui in oppido erant. Agere. ] pro agebant. Oppugnare. ] i. eorum acriter pugnantibus. Audis. ] unusquisque magis audire ferebat, quod se ipsum tegebat. Clamor. ] Describit ea quae in praelio & pugna acerrima euenire solet. Permixtus. ] i. erat. Sed illi oppida. ] si forte parumper a pugna cessabat, spe flabant de moribus praelium equestre, quod Iugurtha gerebat apud castra Romana, cum praesidio Romanorum: quod praelium paulo ante descripsit. Eos uti quaeque. ] Ordo est: Tu animaduertentes, pro animaduertere potuisses, eos, sed oppidanos. Modo. ] i. aliquando laetos: modo, i. aliquando pauidos: uti, pro sicut quaeque res erant Iugurthae. Tu, inquit, uidisses oppidanos aliquando laetos, aliquando tristes: quemadmodum in equestri praelio Iugurtha res uel aduersae uel prosperae eueniebant. Nam si Iugurtha in praelio uidebatur esse superior, laeti erant: si uero uinci uidebantur, tristes & pauidi erant. Vti quaeque res erant Iugurthae. ] scilicet uel prosperae uel aduersae. Ac sicuti & illi oppidani monere, pro monebant. Alij hortari, pro hortabantur alios. Aut significare. ] pro significabant manu. Aut niti, ] pro, nitebantur corporibus. Et agitare. ] pro agitabant, ea se corpora huc & illuc, quasi uitabundi tela. Aut iacientes. ] i. tela, sic uti audiri possent a suis, aut cerni. Oppidani pro affectu & clamabant, & manus ac corpora mouebant, equestre praelium intuentes. Sicuti audiri a suis. ] uidelicet a Iugurtha, & ab his qui erant cum eo, qui praelio equestri pugnantibus cum praesidio Romanorum: ita oppidani alij alios monebant & hortabantur, tanquam si ita uicini essent, ut a pugnantibus uideri & audiri possent. Quamuis nec audiri possent, nec facile uideri a pugnantibus. Aut manu significare. ] manus mouebant, tanquam aliquid monerent. Niti corporibus. ] i. nitebantur corporibus: nam pro affectu animi corpora mouebant. Et si uidebant Romanos iacientes telum in Numidam, corpore uitate illud uidebantur: tanquam si in se iactum fuisset. Similiter si uidebant Numidam telum iacientem in Romanos, ita & ipsi

Virtute pedum res defensa est.

Hegregia hypotypis, quae iterum atque iterum est legenda.

corpore mouebant, tanquam si ipsi facerent. Quod ubi Marius, postquam uidit oppidanos ita et oculis et animo intentos in praelium equestre, debita opera oppugnationis remissus et lenius exercebat, itaque si non speraret posse urbem capere. Quo factum est, ut oppidani dum magis intenti efficiuntur in praelium equestre, ecce repente Marius scilicet murum aggreditur: et iam Romani summam murum ceperant, cum oppidani lapides et ignem, tela in Romanos detrudere ceperunt, atque ita Romanos de muro detecerunt, et nox praelii diremit. Metellus cum uideret se urbem capere non posse, et iam aestate esse finit, exercitum in prouincia duxit proxima Numidia, prius impossitis praedidys in illis urbibus, quae ad se descenderant. Quod ubi, pro postquam caelestis illud est cognitum Mario, qui curabat in ea parte. Quod ubi cognitum est, uidelicet postquam Marius cognouit oppidanos ita intentos esse in praelium equestre et oculis et animo. Dissidentia res simulare. Ii simulabat se dissidere et desperare, posse urbem capi. Nihil midas. Ii qui erant in oppido. Studio suorum astriculis. Ii dum affectu suorum intenti, equestre praelium inuenitur. Studio suorum. Ii affectu suorum. Proprie summa. Ii ferme summam muri ceperat. Deinde. Ii Ordo est: Deinde illi qui superstiti erant, sunt afflicti ubi, pro postquam uae atque altere caelestis sunt comminuta. Vna caelestis. Vnus naturaliter caret plurali: nisi si coniungitur cum nominibus, quae tantum numeri pluralis sunt, plurali habet. Dicimus u. Vnas literas a te accipi. una epistola: sicut hoc loco, una caelestis nam caelestis tantum numeri sunt pluralis.

824 D.

Igitur quia ab rege pridie eius diei circuecti fuerat, et ad oppugnationem reuerti constituit: ipse postero die praelium egredietur ad oppugnandum, oppidum iubet omnem equitatum agitare, i. curare res suas aut more eorum quae feris agitant, obsequi are: pro castris, i. ante castra sua in ea parte qua aduentus regis erat, i. qua putabat regem ad uenturum auxilio suorum, et dispersit, i. interdixit portis, scilicet castrorum, et loca proxima, scilicet portis aut aduentui regis: tribunis, scilicet militum. deinde pergit ad oppidum, atque aggreditur murum, scilicet oppidum: uti, i. quemadmodum, super aggressus erat die superiore. i. priore. Interiorum. i. interiorum dum sic insularet Metellus cum exercitu: Iugurtha inuadit repente ex occulto nostros, scilicet milites Romanos, et potissimum equites pro castris agitantes: et ij qui fuerant locati, scilicet ab imperatore: in proximo, scilicet loco ad insulatum Iugurtha iterum paulisper, i. per paululum temporis, perturbantur. i. ualde turbantur: tamen reliqui, scilicet Romani subueniunt illis perturbatis citis. Neque Numidae, i. milites Iugurthini: qui uisissent, i. ualuisse resistere, scilicet impetui Romanorum: diutius, i. prolixius: nisi, i. nisi pedites, scilicet Iugurthini callide ab eo instrueti: permixti cum equitibus etiam Iugurthinis fecerant in congressu magnam cladem, i. stragem Romanorum, incautus in equites incurrentium: quibus, scilicet pedibus: illi, scilicet equites Iugurthini freti, i. confisi et adiuti non sequi, i. non sequuntur, scilicet prius, deinde uero cedere, i. etiam non cedebant, i. retrocedebant: uti, id est quemadmodum solet fieri, super. in praelio equestri, i. inter equites duntaxat habitio: sed concurrere, i. concurrerebant equis aduersis, i. ex aduerso uentibus, et implicare, i. implicabantur, et perturbare, i. perturbabantur, scilicet Romanorum. Quae dicta est acies, quod in morem cunctorum

anteriori parti ad insulatum comode faciendum acutiore habebat. unde et cunctis solent pars exercitus sic instruita, ut cunei figura exhibeat. Ita, i. et ita dare, i. dabant hoc est efficiantur bestes penes, i. quasi uelociter, et ita primum abijt quin Numidae uicerint Romanos cum pedibus suis expeditis (ubi cum non significat instrumentum, sed comites) sensus enim est, quod equites Iugurthini pugnantibus cum pedibus suis expeditis, hoc est, simul pedites expediti quasi uicerint Romanos, propter implicationem equitum qui ab equitibus excusati aut detestati fuerint, ab eis capiuntur aut iruidentur. Sunt autem uiter armati, et ita ad cunsum expediti, cum sint armis minimè impediti. dicit autem signanter penes uictos, quia reuera uicti non erant, nec castris excusati tamen satis feliciter pugnatu erat aut ab eis aut ad oppidum, ut frequentia docebunt. Sanè quod etiam potius obseruandum est, prae denter inducit Iugurtham ubique callidum et uersutum, ac militie gerendae peritissimum. unde est illud Horatianum in Arte poetica:

Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge. Et paulo post de Homero loquens: Atque ita mentitur, sic ueris falsa remiscet: Primo ne medium, in medio ne discrepet inum.

Eodem tempore, etc. Profecit uel reliqua pugna apud Zamam, dicens: Certabat, scilicet a Romanis eodem tempore, quo cum Iugurtha, qui subsidio uenerat, certabat: magna uero in uolentia ac uirtute: apud Zamam, scilicet oppidum Numidiae ubi, i. apud quod oppidum: quibus, scilicet Romanorum existens legatus aut tribunus curabat, i. accurabat negotiis suis: ubi niti, i. nitentur accerrime: quibus alius habere, i. habebat magis spe in alio quam in se, scilicet. Et oppidani, scilicet Zamenfes agere, i. agebant pariter, i. pariformiter: oppugnare, i. contra pugnantem (aut legatur pugnantem, i. pugnantem) aut parare, i. parare ea quae essent usui omnibus locis: et ita alteri fauciare, i. fauciabant altero: audius: quam tegere, i. quam tegebant semet, ipsos. Clamor permixtus hortatibus, scilicet sociorum: leticia uictorum, gemitu occubentium, i. et similiter strepitus armorum ferri, i. ferebantur ad caelum: et tela uolare, i. uolabant utringue. Sed illi qui defendebant metentia: ubi hostes, scilicet Romani miserant paululum modo pugna: intenti prospere stabant, i. porro uidebant praelium equestre, gestu ab equitibus. Iugurtha, ut usum est: et ut animaduertentes, i. quis quae ad se animaduertentes eos, scilicet oppidanos modo letos, modo pauidos: uti, i. ferunt quae, res Iugurthae erat, scilicet prospera ac aduersa: ac sic illi possent audiri aut uerri a suis, scilicet consociis foris exiitibus, alij admonere, i. admonebant: alij hortari, i. hortabantur aut significare, i. signum dabat manum aut niti, i. conitebantur corporibus et agitare, i. agitantibus, supple se huc et illuc, quasi uitabatur, i. uitantes tela inimicorum aut quasi iacientes tela. Non, reuera uitabat pro se, aut iaciebat: sed affectione suorum affectebatur et agitabantur. Quod ubi cognitum erat Mario (nam Marius curabat in ea parte, ubi talia uideri poterant) agere, i. agebat consilio, i. consilio et industria: lenius, i. minus asperè: ac simulare, i. simulabat dissidentiam rei, scilicet expugnationis: et pati, i. patiebatur Numidas, scilicet Zamenfes uisere, i. uideret praelium regis, scilicet Iugurthae: sine tumultu, i. perturbatio. ne, ita, i. sic illis astriculis, i. uehementer intentibus, hoc est fauore et assensu suorum, aggreditur repente magna ui murum, et milites aggressi murum scilicet ceperat iam propere quasi summa, scilicet murorum, i. quando oppidani concurrunt et ingerunt lapides, ignem, et praeter ea

EAST.

alia tela nostri, i. Romani resistere, i. resistebat primò. deinde ubi, i. postquam uae atque altera caelestis sunt imminuta, i. comminuta (ubi docet Scalas tantum pluraliter dici, ut etiam Seruius annotauit) illi qui superstiti erant, scilicet superstiti: sunt afflicti, i. decussi et percussi. Ceteri abeunt, i. discedunt ab oppugnatione: quoquo, i. quoquoque modo potuerunt: pauci, supple abeunt iniegi, i. non uulnerati nec mutilati: magna pars, i. ipsi pro magna parte abeunt: confecti, i. quasi consummati uulneribus. deinde nox diremit, i. dirupit praelium utringue, i. ab utraque parte cepit. Ii in proximo, i. proxime Iugurtham. Vt equestri praelio. Ii alter: Vt in equestri praelio. Sequi, deinde cedere. Ii alibi etiam hunc morem descripsisse uidetur Sallustius. haec enim uerba ex historiarum fortasse libris citantur ad Seruium in 11. Aen. More equestri praelij sumptis tergis ac pedibus. Ita expediti pedibus suis hostes penes uictos dare. Iugurthini equites aduersis equis concurrentes implicantes, ac perturbantes Romanorum aciem, praebent pedibus suis Romanos penes uictos. expediti enim pedites facilius perturbatam Romanorum aciem su

Metellus postquam uidet frustra inceptum, neque oppidum capi, neque Iugurtham niti nisi ex insidijs, aut de suo loco pugnam facere, et iam aestatem exactam esse, ab Zamama discedit, et in ijs urbibus quae a Rege descenderant, satisque munita loco aut munitibus erant, praedidia imponit. Ceterum exercitum in prouincia quae proxima est Numidiae, hyemandi gratia collocat. Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriae concedit: sed quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere, et eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilicarem, qui Romae cum Iugurtha fuerat, et in die uadibus datis de Mafsiuae nece clam iudicium fugerat, quod ei per maximam amicitiam maxima copia fallendi erat, multis sollicitationibus aggreditur. Ac primò efficit, uti ad se colloquendi gratia occultus ueniat. Deinde fide data, si Iugurtham uiuum aut necatum sibi tradidisset, fore uti illi Senatus impunitatem, et sua omnia concederet, facit Numidae persuadet, cum ingenio infido, tum metuenti ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per conditiones ad supplicium traderetur. Is ubi primum opportunum fuit, Iugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit: monet, atque lachrymans obtestatur, uti aliquando sibi liberis quae, et genti Numidarum optime merita prouideat. Omnibus praedidys sese uictos, agrum uastatum, multos mortales captos, occisos, regni opes comminutas esse: satis saepe iam et uirtutem mititum, et fortunam tentatam, caueat ne illo cunctante Numidae sibi consulat. His atque talibus alijs ad deductionem animum regis impellit. Mittuntur ad Imperatorem legati, qui Iugurtham imperata facturum dicerent, ac sine ulla pactione sese regnumque suum in illius fidem traderent. Metellus prope cunctos Senatorij ordinis ex hybernis accersiri iubet. Eorum, et aliorum quos idoneos ducebat, consilium habet. Ira more maiorum ex consilij decreto per legatos Iugurthae imperat argenti pondoducenta millia, elephantos omnes, equorum et armorum aliquantulum. Quae postquam sine mora facta sunt, iubet omnes perfugas uictos adduci. Eorum magna pars, uti iustum erat, adducti: pauci cum primùm deditio cepit, ad Regem Bocchum in Mauritania abierant. Igitur Iugurtha ubi armis uirisque et pecunia spoliatus est, dum ipse ad imperandum Tifidum uocaretur, rursus cepit flectere animum suum, et ex mala conscientia digna timere. Denique multis diebus per dubitationem consultius, cum modò tadio rerum aduersarum omnia bello potiora duceret, interdum ipse secum reputaret quam grauis casus in seruitium ex regno foret: multis, magis que praedidys ne quicquam perditis, deintegro resumit bellum: et Romae Senatorius de prouincijs consultus, Numidiam Metello decreuerat.

BOLDI.

Metellus. Ii Ordo est: Metellus discedit ab Zamama, et postquam praedidia in his urbibus quae descenderant ad se, et quae erant satis munita loco aut munitibus: postquam uidet inceptum frustra esse, et postquam uidet oppidum

perabant, et ita expediti pedibus suis sunt dandi caesus. Et accerrime niti. Ii in perantiquo codice scriptum est: ubi accerrime niti. Oppugnare. Ii Libentius legorem, Pugnare: uel, Repugnare. nisi hic expressa sit alacritas Numidarum: qui non solum ut abutuntur maenia, sed etiam Romanos ipsi oppugnabant.

Igitur postero die praelium ad oppugnandum egredietur. Ii Ita manuscripta quoque. Sed in quibusdam est, Regredietur: id quod sensus quidem non repudiat. Nam et superiore die fuerat oppidum aggressus, tametsi infecto negotio reuersus in castra esset. Sequi, deinde cedere. Ii Manuscriptum, Detu cedere. Audius alteri altero fauciare, quam semet tegere. Ii Fabricianum quidem, Quam semet ipsos tegere. sed in alijs nonnullis, Semet ipsi. Id rectius esse puto, consentiente manuscripto quodam. Deinde ubi uae atque altere caelestis comminuta sunt. Ii Sunt, non habent codices in mentebrana, descripti, neque ceteri uetustiores. Et quum statim sequatur, qui superstiti erant afflicti sunt, an non in eo legamus nimis fuerit huiusce uerbi repetitio?

RIV.

Ne Numidae ipsi prodant eum.

\* aliquantulum

† imperatores

\* bellum sumis.

dijis pugnare, uel nisi in loco sibi commodo. Neque id tempus.] h. h. h. Sed quoniam.] Ordo est: Sed Metellus parat tēdere in fidias regi per amicos, scilicet regis: & uti perfidia eorum pro armis, quoniam bellum parum procedebat armis, Sensus patet. Parum procedebat. ] i. non satis proderet & felicitate eueniebat. Igitur Bomilcarem.] Ordo est: Igitur Metellus aggreditur, uel parum procedebat, i. parum progrediebatur. Bomilcarem multis sollicitationibus.] Bomilcarem qui fuerat Romae cum Iugurtha, & inde fugerat clam iudicium de nece Masiuae, uadibus datis dico, aggreditur Bomilcarem: quia maxima copia fallendi erat ei, per maximam amicitiam. Bomilcar, sicuti supra dixit, propinquus erat Iugurthae, et ei maxime fidus. Ergo Metellus tentauit per Bomilcarem, si Iugurtham uel unum uel mortuum habere posset. Hac uero de causa sperauit posse inducere Bomilcarem ad prouisionem: quia Bomilcar cum Romae accusatus esset, quod Masiuam interfecisset, uadibus datus iudicium fugerat. Nunc ergo tunc clamat Bomilcar, ne si pax inter Romanos & Iugurtham fieret, ipse in conditionibus pacis Romanis ad supplicium uideretur. Deinde fide data.] Ordo est: Deinde Metellus facile persuadet Numidiam tum, id est partim infido ingenio: Tum, id est partim inuentum, ne ipse per conditionem traderetur ad supplicium, si pax fieret cum Romanis: ideo persuadet data sua fide, fore ut Senatus concederet illi impunitatem, & sua omnia, si tradidisset sibi Iugurtham unum aut necatum. Fide data.] Dare fidem, est promittere. Data fide, id est cum promississet. Quid promittebat.] Metellus promittebat, fore ut Senatus concederet illi impunitatem sceleris, quo Masiuam interfecerat, & sua omnia. Impunitatem, ne puniretur pro eo scelere, nam renebatur ultimum supplicium, i. mortem. Sua omnia.] nā oia quae possidebat, publica fuissent. Per conditionē.] uidelicet in conditionibus pacis. Ibi primum.] Dicit, quomodo Bomilcar uerbis suis regem ad dedicationem meli nauit. I. ] Bomilcar. Vbi primum.] i. cum primum opportunitatem habuit. Cōminatus. ] i. debilitatis & fractas. Illo cunctante.] i. tardante. O Iugurtha, caue ne dum tu prouidere tardas Numidiam, ipsi per se sibi prouideant. Consulant.] i. prouideant. His uerbis.] his, inquit, uerbis Bomilcar induxit Iugurtham, ut de dedicatione faceret. Imperata.] quicquid imperasset Metellus secundum consuetudinem maiorum. Metellus cum sibi per legatos Iugurtha dedicationem offerret, omnes senatores ordinis ad se hyberniam uocari iussit, ut ex consilio eorum dedicationem acciperet. Ex hyberniam.] ex mansionibus ubi hyemabant. Accerseri.] i. uocari ad se. Et uirumq; Aresiso & accesso dicitur. Borum.] i. uirorum ordinis Senatorij. Ducebat.] i. exstimabat. Facta sunt.] i. a Iugurtha. Nam illico Iugurtha fecit, quicquid sibi imperatum fuerat a Metello. Vinctos.] ligatos. Igitur.] Dicit Iugurtham iterum mutauisse animum, & bellum renouasse contra Romanos, dum Metellus iussisset regem ipsum Tifidum uenire ad se. Igitur.] Ordo est: Iugurtha rursus cepit scelerare animum suum, & timere digna ex mala conscientia, dum ipse uocaretur: Tifidum ad ipsum imperatorem: ubi, pro peccatam est spoliatus uiribus, & armis & pecunia. Sensus patet. Ex mala conscientia.] ille habet malam conscientiam, quod se multa mala perpetrasset: ideo Iugurtha quid sciebat se multa mala commisisse, timebat ne pro illis puniretur. Digna.] uidelicet mala, sicuti merebatur. De niq;.] Ordo est: Deniq; Iugurtha de integro sumit bellum, multis & magnis praesidijs perditis, nequequam consumptis multis diebus per dubitationem suam, pro quando. Modō.] i. aliquando duceret omnia potiora bello tadio rerum aduerfarum: & quando interduca se reputaret secum: quā, pro quantum esset grauis casus ex regno in seruitium: Iugurtha du dubitauit, an bellum renouaret, an nō. Nam aliquādo putabat omnia esse meliora quā bellum, quando cogitabat se totiens esse uictum. Sed rursus quando cogitabat, quā graue esset ex regno in seruitium fieri: mutabat animum. Igitur cum multis dies in hac dubitatione consumpsisset, tandem bellum renouare decreuit. Potiora.] i. meliora. Duceret.] i. putaret. Casus.] i. ruina. Multis magnisq; praesidijs perditis nequequam.] Nam pecuniam & arma & equos Romanis tradiderat. Nequequam.] i. frustra. Et Romae.] Dicit senatum eo tempore decreuisse Numidiam Metello insequenter annum. Sed hoc postea populus irritauit, factō consule C. Mario, eiusq; decreta Numidia. non maior est auctoritas populi, quā senatus. Senatus de prouincijs consultus.] i. rogatus. Senatus consules creare non poterat: sed consulibus creatis prouincias decernere poterat, & finito anno eis imperium prorogare: & tunc non consules, sed proconsules creabantur. Per idem tempus.] i. eodem tempore. C. Marius sepe in animo suo consulatum concipiebat: sed quia homo erat nouus, & ignobilis genere, nō audebat petere tantum magistratum. Sed cum Vitea sacrificaret, arripit dixit magna & mirabilia C. Mario portendi: hortatusq; est illum, ut experiretur, an asequi posset id quod animo concupierat. Quod cum Marius intellexisset, animum ad consulatum intendit nec cessauit, donec factus est consul.

Metellus.] Prosequitur reliqua Metelli facinora, commemorans quomodo a Zama discesserit, ac dicens: Metellus, ubi, id est postquam uidet esse incognitum, & de expugnatione frustra, id est nequequam: ad nullum modum neq; oppidum cepi, supple posse: neq; Iugurtham niti, id est obseruare: neq; facere pugnam, i. potestatem pugnandi nisi ex insidijs aut suo, id est sibi oportuno, quo uellet loco: & uidet etiam astatem esse exactam, i. praeterisse & consumptam esse: discedit ab Zama, & ponit praesidium in his uerbis quae desecerant, i. per defensionem se dereliquerant ad Iugurthinas partes facessentes: aut qui defensionem Metelli ad Iugurthae factionē aut partes abiuerat (id est, est defecere) unde accipitur actiue, pro derelinqueret: Tempus nos defecit prius quā res. Unde etiā defecit, i. talis defecit a fide priore. Sed queras, si defecerant, quomodo praesidia imposuerit. uerūm dicemus, quod eas iterum ceperit: uerūm tamen lectio est, Non ab se, sed ad se, ut sit. Quae defecerant, scilicet Iugurtha ad se: quia dictum est, quod multi sepe deciderant, non tamen omnibus imposuit: sed his dumtaxat, quae erant fortissimi munita loco, i. naturaliter aut moribus, i. munitionibus murorum. quod ideo fecit, quia oppida non satis iuta contra praecallidum hostem defendere temerarium fuisse. Et collocare caeterum exercitum, i. reliquam partem exercitum, quam non imponebat oppidis praesidio in prouincia, scilicet Aethiopia: quae, aut que parte est proxima Numidia: gratia hyemandi, i. hyemis transigenda. Hyemare enim, seu hybernare & assuare, accipitur interdum pro hyemem & astatem agere. Persuasi

Hyber.

Hybernatq; meum mare. — Met; concedit militibus, supple id tempus, f. hyemationis quieti aut luxuria: ex more aliorum, scilicet imperatorum nequequam agentium, ut Albinus & Aulus fecerant. Sed quoniam bellum parum procedebat, scilicet ad exitum optatum: armis, id est uiribus tendere regi, scilicet Iugurthae insidijs: per amicos, scilicet eius quos non satis firmos sperabat, id est per illos quos ille in amicis habebat: & parat uti perfidia eorum, scilicet amicorum regis: pro armis, i. loco armorū. Igitur quia sic constituerat facere, aggreditur Bomilcarem: qui fuerat Romae cum Iugurtha, accito ad iudicium faciendum: & qui uadibus datus, id est postquam Iugurtha quinquaginta uades pro se & pro eo dederat: fugerat clam, id est occulte: iudicium, id est sententiam iudicatum: de caede Masiuae, quam Bomilcaris accusatione petratam supra dixerat. Aggreditur dico, multis sollicitationibus quod, id est quia: maxima copia fallendi erat ei per maximam amicitiam, eo quod Iugurtha ei maximam fidem habebat ob ueterem amicitiam (sed inimici hominis, domestici eius) ac Metellus effecit primo, ut ad se ueniat Bomilcar gratia colloquendi: deinde fide, scilicet nomine resp. data, supple pollicetur aut promittit fore, id est futurum: si tradidisset Iugurtham unum aut necatum: ut concederet illi impunitatem senatus, id est ueniam ab senatu de commissis in Masiuam: & omnia sua, id est ad eum peruenientia alloquitur: & persuadet facili Numidiam: non dicit Bomilcham, sed Numidiam, q. d. Vt Numidia, quia Numidiam uarium est ingenium et perfidie commodum: tandem adde Numidiam, id est simul: ingenio, id est naturali inclinatione infiditum: id est simul: inuentum, id est quia metuebat, ne si pax fieret cum Romanis, ipse traderetur ad supplicium per conditiones, scilicet pacis. Ibi primum, &c.] Commemoratur qua calliditate Bomilcar Iugurtham aggressus sit, conatus illi ad ditionem persuadere, & quo nam usque illum perculerit, dicens: si, scilicet Bomilcar sollicitatus promissis Metelli: ubi, id est ut primum fuit opportunum, i. tempus uisum usum accedit Iugurtham anxium de futuro exitu: ac miserantem, i. quasi deplorantem fortunam suam, scilicet praeteritis, quae male fuerant: & ita opportunum fuit, quia dum animus in dubio est, facili momento huc uel illuc impellitur. Monet, scilicet Bomilcar Iugurtham: atq; lacrymans obtulit, i. obsecrat produci lacrymis in attestacionem sinceræ precationis: ubi, i. ut: Iugurtha prouideat, i. prouideat consulat & prospiciat: aliquando, i. tandem: sibi, scilicet ipsi: & liberis, scilicet suis & genti Numidarum: merita, scilicet de se in fide conseruanda: optime, i. summe bene, & supple monendo dicit: se, i. seipsum, quia unus erat illorum: uictos omnibus praeter alijs, Numidiam iudicium, supple esse multo mortalius, i. homines captos & opes, i. facultates & diuitias regni esse comminatus: & uirtutum militum ac fortunam esse tentatā, i. expertā (pastuam) iam satis sepe, & monet, supple ut caueat, ne illo cunctante, i. bastitante in mora Numidiam cōsalat, i. proficiat de salute sibi, ipsi: hoc est Numidiam Bomilcar impellit, i. uerbis & rationibus & alij: talibus, i. consimilibus animum regis ad dedicationem, scilicet faciendam, & ita legati mittuntur ad imperatorem, scilicet Metellum, qui dicerent Iugurtham facturum imperata, i. quacumq; imperaret: dicerent, Iugurtham tradere regnum suum in fidem illum sine ulla pactione, i. exceptione per pactum. Metellus ubi legati uenerant, iubet cūctos, f.

Romanos qui in exercitu erant ordinis senatorij, hoc est, patricios omnes: accessi, i. aduocari: prope, i. insinuat: ex hyberniam, i. locis ubi hyemabant, et habet consilium eorum atq; aliorum, i. alterius ordinis: quos ducebat, i. aestimabat: idoneos, scilicet ad consultationem: ita imperat Iugurtham per legatos ex decreto consilij, scilicet publici: more maiorum, i. sicuti patricii Romani consueuerant mandare: ut, supple tradat: aut imperat, i. praecipit danda: ducenta milia pondo, i. librarum argenti: omnes elephantos & aliquid tantulum, i. certam partem equorum & armorum. Quae postquam facta sunt sine mora: iubet, f. Metellus omnes per fugas adduci, scilicet ad se uictos: magna pars eorum, id est ipsi pro magna parte: adducti sunt, ut, id est sicuti erat iustum: pauci aberant in Mauritaniam ad regem Bocchorum, cum primum deditio cepit, scilicet agitari aut fieri. Igitur Iugurtha ubi spoliatus est armis, quia elephantos amiserat, & equos plurimos: & uiribus, quia in persequi summam spem habebat: & pecunia, quia duo milia librarum argenti miserat ad Metellum: cum ipse uocaretur Tifidum, id est ad illud oppidum in prouincia: ad imperandum, ut imperio pareat ( alij habent, Ad imperium: alij, Ad imperatorem) cepit rursus scelerare animum, & timere digna, f. supplicia ex mala conscientia: quia filios regis occiderat. Deniq;.] Commemoratur quid demerpsit egerit Iugurtha, dicens: Deniq; i. tandem multis diebus, consumptis per dubitationem, i. dum se dubium ostenderet: cum, i. quando duceret, i. exstimaret: modō, i. interdum omnia potiora, i. meliora, sup. esse bello, scilicet inuouandas tadio, i. propter tadio rerum aduerfarum: & sup. cum ipse reputaret secum interdum: quā grauis foret casus, i. praecipitatio: ex regno in seruitium, i. subiectionem seruitium: ipse multis & magnis praesidijs, i. adiumentis bellis perditis nequequam, i. frustra: quia ea tradiderat ob de ditionem faciendam, quam modō perficere non uult: sumit, i. instaurat & resumit bellum integro. Et senatus consultus, i. per consultationem rogatus de prouincijs decernendis ac tradendis in annum futurum: i. decreuerat, i. communi decreto addixerat Metello Numidiam, scilicet ob res bene gestas in ea.

CAS.

Ad dediti.] Tria milia amplius per fugam reddidit Iugurtha, & praeterea 300. obsides dedit. Orosius. Ad imperatū.] ut imperaretur. & sanē gerundia tam ab agentis, quā a patientis significatione profertur, ut saepe testatur Seruius, & scriptorum auctoritate comprobatur, inquit ergo Sallust. Cum Iugurtha, ut imperaretur, uocatus esset a Metello Tifidum, &c. recte autem dicitur, Iugurtha imperatur: est id minus frequens. Horatius epistola 5. libri prioris: Haec ego procurare & idoneus imperor, & non inuitus. — Seruius interpretans illud Virgilij Ecloga. 8. Frigidus in prati cantando rumpitur anguis ita inquit. Cantando a passiuo ait, cum supra ab actiuo dixerit ut Cantando tu illum: tale est illud in Sallustio: Cum ipse ad imperandum Tifidum uocaretur, id est, ut ei imperaretur, haec ille. Ipse secum reputaret. ] Aliiter Secum ipse reputaret. Deintegro resumit bellum. ] Antiquiora nostra exemplaria habent, Deintegro bellum sumit.

R IV.

Aut de suo loco pugnam facere. ] Quoniam elephantos addi praeposito uidetur, ea tamen in manuscriptis caeterisq; uetustioribus non est. Et in his uerbis, quae ab rege defecerant. ] In alijs quibusdam, Quae ad se defecerant.

fecerant. Priorem lectionem citat lib. 8. Priscianus, pro, A rege de Cicerant, ut ipse interpretatur. Proinde reli- quendum puto. Quamquam, utrocumq; modo legas, est i- dem utrobique sensus. Vti ad se colloquendi gratia oculis tenent. In quibusdam, Oculis. Id ex glossa ir- res- pisse suspicor. Plus est enim elegantie in lectione prio- re, quamvis utrumq; Latine dicatur. Multos mortales captos. Lege, Mortalis. Et genti Numidarum optime merita. Est in manuscriptis quibusdam, Optime merenti. Eorum et aliorum, quos idoneos duce- bat, consilium habet. Manuscriptum, Eorum atq; alio- rum: quomodo et impressa vetustiora. Dum ipse ad imperandum Tifidum uocaretur. Codex in pergamen- sis scriptus, Cum ipse ad imperandum pro, Vt ei impe- raretur. nam passim Fabricianum, tum Seruianus adnota- uit in Helogam s. Maronis. Sic Poeta:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis, pro, dum incantatur. Sed et alibi Sallustius: Pauca supra repetam (inquit) quo ad cognoscendum omnia illustra magis, pro, Vt cognoscantur. Est in margine exempla- ris Basiliensis adnotatum, ad Imperatorem: sed et dictis liquet, intelligam lectionem bene habere. Qui autem id adicit, non uidetur hunc intellexisse locum. Interdum ipse secum reputaret. Manuscripta, Secum ipse: quo-

Locus ille incum- dus et plenus eruclionis. Supplicare per hostias.

Per idem tempus Vitae forte C. Mario per hostias dijs supplicanti, magna atque mi- rabilia portendi aruspex dixerat. proinde, quae animo agitabat, fretus dijs ageret: for- tunam, quam se pessimè experiretur: cuncta prospere euentura. At illum iam antea Con- sulum ingens cupidio exagitabat, ad quem captiuium praeter uetustatem familiae om- nia abundè erant, industria, probitas, militiae magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diuitiarum uictor, tantummodo glorie audis. Sed his na- tus, & per omnem pueritiam Arpini alitus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, sti- pendij faciendis, non Graeca facundia, neque urbanis mundicijs sese exercuit. ita in- ter bonas artes integrum ingenium breui adoleuit. Ergo ubi primum tribunatum mi- litarem a populo petit: perlitque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnes tri- bus declaratur. Deinde ab eo magistratum alium post alium sibi peperit: semperque in potestatibus eo modo agitabat sese, ut ampliore quam gerebat dignus haberetur. Ta- men is ad id locorum talis uir (nam postea ambitione praecipuus) consulatum appetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebs, consulatum nobilitas, in- ter se per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neq; tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur.

Appetere con- sulatum.

SOLDI.

Per idem tempus. Ordo est: Aruspex per idem tempus dixerat C. Mario, Vitae forte supplicanti dijs, per hostias magna atque mirabilia portendi. Aruspices dicebantur, qui per qualitatem hostiarum, deorum uoluntate explorabant, et ex his uariis inspectis futura praenoscant. Virg. in 4. Aeneid. — Pecoris reclusis praetoribus inhians spirantia consilium exta. Duo autem hostiarum genera erant: unum, in quo per exta uoluntas deorum disquirebatur: alterum, in quo sola anima sacrificabatur. Vnde aruspices has uocabant ho- stias animales. Porro per hostias aruspices ita auspicia capiebant, uidebant ut si hostia ab ara effugisset, aut per- cussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis q̄ oportebat cecidisset, tristitia portenderet: et huiusmodi auspicia picularia appellabantur. Si autem cor in extis, aut caput in tecinore non fuisset, pestifera auspicia dice- bantur: quia tristitia similiter portendebant. Si autem exta integra, laeta ac uigentia fuissent, felicitia ostendebant.

modo et impressa quadam. Deintegro resumit bel- lum. In manuscriptis ceterisq; uetustioribus, Deintegro bellum sumit. Sed mihi prior lectio bene habere uide- tur, et est familiaris uetioribus abundantia illa prae- positionis Re. licet idem sit utrobique sensus, pro, Instaurat renouatq; bellum.

Dum ipse ad imperandum Tifidum uocaretur. GLAR. Si hic locus bene habet, certe Imperandum pro Impera- torem dixit, ut Imperia et Seruitia pro Imperatoribus et Serui. quamquam id nusquam alibi legisse me scio. Cate- rium Tifidum oppidum puto, quod Ptolemaeus uocat Thi- sicam, inter Thabraccam ciuitatem et Bagrada flumen, medium inter Viticam et Carthaginem in prouincia Ro- manorum: ad quam urbem uersimile est Metellum Iugur- tham uocasse, ut in suo nidum.

Dum ipse ad imperandum Tifidum uocaretur. I. BON. Imperandum exponit, ut ei imperaretur. Est enim modus ge- rundj in significatione passiva. Quod annotauit Seruius in Ecol. Virgilij, illud exponens:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Virg. ad hoc alibi: — Vritq; uidendo Femina: — quod est, Dum cantatur et uidetur. Verum in hac uoce Im- perandum legendi, et alia id genus, uariè inuenies signi- ficatione passiuam. Nos tamè in Epistolis Ciceronis obser- uauimus dictum, Ad succedendum, i. Vt ei succederetur.

I. BON.

B

C

EX AN-

A ex antiqua familia Romana erat, licet ciuis esset: sed erat ex Arpino, quae est ciuitas Campaniae. Industria. In- dustria proprie dicitur exercitata uis ingenij. Multa magna scientia. Quia semper in bello uersatus erat. Animus belli ingens. Belli aduerbiallyer positum est, si- cut et domi. i. in bello magnum animum habebat, in pae- ce moderatum ac temperatum. Animus ingens. C. ce- rat Mario. Domi. i. pace. Libidinis et diuitiarum uictor. Uel animum uictor, uel certe Marius. Sed bis. Marius, inquit, Arpini natus et educatus, cum primū per- etatem potuit, in militia se exercuit, non in literis. Sed is natus. Ecce quomodo uetustus familiae Mario deerat. Suspendij. Stipendium proprie dicitur praemium mili- tariae, a stipe danda. Stipem minimum signatum dixerunt antiqui, a stipendo. i. componendo. nam qui maiorem nu- merum pecuniarum accipiebant, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant. i. componebant, quo minus loci occuparet. Non Graeca facundia. i. eloquentia: non se ad eloquentiam Graecam exercuit. Tribunatum mil. Petit ut esset tribunus militum: eiusmodi honores dabantur per populum in comitijs. Faciem eius igno- rantibus. Marius quia semper in bello uersatus erat, ma- gis nomine et fama quam facie notus erat populo. Cum ergo in comitijs tribunatum peteret militarem, multi ne- sciebant quis esset. Sed postquam dictum est, eum esse Caiū Mariū, cuius fama in bello clara erat: omnes tribus eum tribunum declarauerunt. Declaratur. I. i. enunciatu- r tribunus. Agitabat. i. agebat. Quam gerebat. i. administrabat. Tamen is ad id locorum, talis uir con- sulatum appetere non audebat. quia uis talis esset uir C. Marius, tamen usque ad id tempus non audebat pe- tere consulatum, quia uidebat hunc magistratum solummodo nobilibus demandari, se autem ignobilem et nouum hominem esse intelligebat. Istalis uir. scilicet Ma- rius. Ad id locorum. i. id est usque ad id tempus, sicuti supra dixi: Inguirba ubi gentium foret. Nam postea ambitione praecipuus datus est. dico quod C. Marius us- que ad id tempus non audebat appetere consulatum, quid postea supra modum, ambitiosus fuit in petendis hono- ribus. Nam septies consul fuit, quod raro alij alicui conti- git. Ambitio proprie dicitur honoris cupiditas. Prae- ceptus datus est. i. id est, praecipitanti se ambitione: quid supra modum procliuus fuit ad honores. Et tum. i. id est eo tempore. Alios (inquit) magistratus plebs admi- nistrabat, praeter consulatum, quem nobiles tantummodo assequantur. Ordo est: Et tum, pro tunc, plebs tradebat inter se alios magistratus: sed nobilitas trade- bat consulatum inter se, per manus. i. id est per successionem: quia cum aliquis nobilis deponeret consulatum, alij nobili tradebat ipsum consulatum. Et ita et magistratus sola nobilitas administrabat. Nouus. i. ignobilis genere, uidelicet qui non esset ex antiqua familia Romana. Licet aliquis clarus et nobilis esset factus, si non erat nobilis genere, ad consulatum aspirare non poterat. Quin. i. qui non. Pollutus. i. maculatus. Si quis no- uis consulatum esset adeptus, eo honore non ornari et de- corari, sed pollui et quasi maculari uidebatur.

BAD.

Per idem tempus. Hoc loco incipit recitare facta C. Marij erga imperatorem sui minus fidei docetq; quo am- bitione eius iustfragari uisa est haruspice sententia. Vnde dicit haruspex. i. inspector extorum haruq; i. hostiae. est. n. Haruga (ut Festus inquit) hostia, cuius adhaerentia inspi-

ciebantur exta, i. extantia et maiora intestina: ex quorū dispositione Haruspices iudicabant offerenti rei petita e- uentum: quae res (ut caetera superstitiosa) calliditate spiri- tum malignorum putatur inuenta dixerat magna atque mirabilia portendi. i. futura significari C. Mario supplican- ti forte per idem tempus: Vitae. i. in ea ciuitate in prouin- cia Africana, ubi Cato sibi mortem postea consciscuit (cui Viceris dicitur est) dijs per hostias. i. oblationes anima- lium mactatorū. Proinde. i. deoq; sup. dixerat: ut ageret fretus. i. adiutus aut confusus dijs, f. auctoribus: et auspicio- ribus seu adiutoribus: ea quae agitabat. i. uersabat animo. Et, sup. quod experiretur q̄ se pessimè fortunam et omnia euentura, sup. esse prospera. At ingens cupidio. i. cupiditas: oblatio- nis seu oblatum: exagitabat. i. multum sollicitabat: illum. i. Marium iam antea: ad quem, f. consulatum capieno- dum: omnia erant, f. Mario abundè praeter uetustatē fa- miliae, quia nouus homo erat: et ut Cicero, Arpino. Om- nia dicit, uidelicet industria, exercitata uis ingenij: probi- tas. i. probata uita magna scientia. i. peritia militia: ani- mus ingens belli. i. cum in bello esset contra hostes: et mo- dicus. i. modestus animus. domi. i. in re urbana: et animus uictor libidinis, i. male concupiscentiae uoluptatum uel i- rarū: et diuitiarū. i. auariciae tantummodo. i. solummodo a- uidus gloriae. i. ambitiosus. Sed is. f. Marius natus: et alius per oem. i. totā pueritiam Arpini, Arpino oppido Capianet ubi, id est ut primum aetate, supple eius fuit patiens militiae: exercuit se stipendij faciendū: non facundia Graeca, i. Graecae linguae neq; mundicijs, i. cultibus urbanis: et ita ingenium integrum, i. est inuolutum et incorruptum: adoleuit. i. exereuit: breui inter artis bonas, id est honesta exercitia. Vbi palam docet, quod Iuuenalis Satyra sexta manifestè fatetur, Graecas literas ad lasciuia plurimum conferre: unde etiam Romanae mulieres libidinis expo- sita, Graecis literas didicerunt. unde ait:

Nam quid trucidus, quam quod se non putat ulla Formosam, nisi quae de Thubica Graecula facta est De Sulmonenji mera Cecropis, omnia Graecae, Cum sit turpe magis nostris uescire Latine, &c. Et paulo post: — Non est hic sermo pudicus In uetula, quoties lasciuum interuenit illud. zwo uci ψυχο, &c. hoc est, uita et anima.

Ergo ubi primum. Ergo, inquit, quia Marius bonis arti- bus exercitatus est, cum adhuc esset Romae: ubi. i. ut primum petit ad populo, f. Romano tribunatum militarem: ple- risq; ignorantibus faciem eius, f. cum plurimum eum num- quam cognouissent nisi ex fama: ipse declaratur facile no- tus per omnes tribus, quia dijs fretus omnia attendebat. Deinde ab eo magistratu. i. post tribunatum magistratu- perperit. i. acquisiuit sibi: alium, f. magistratum alio- rem: et post, scilicet eum: alium, scilicet adhuc altiore: et agitabat. i. agebat frequenter: et uersabat semper in magistratib. eo modo, ut haberetur. i. reputaretur seu a- stimaretur dignis ampliore honore quam gerebat. Et ta- men is. f. Marius: talis. i. tam perspicuus erat: et beatus uir, non audebat petere consulatum ad id locorum. i. usque ad id temporis: quo ab haruspice ad altiora petenda animad- uertetur. Na postea. f. quam sic admonitus erat: datus est praecipuus ambitione. i. per ambitionem. Etiam ita. et ea tēpore nobilitas tradebat inter se per manus. i. per uim aut per successionem consulatū. plebs tradebat alios magi- stratum, inferiores consulatū. Nemo nouus. i. qui non esset pa- tritium. i. ex patribus ortus: erat tam praclarus, neque tam

EG EGREGIJS



cepto Metellus: ostendit: ubi primum i. cum primum potuisset per negotia publica: sese facturum que peteret. i. missionem ad consulatum petendum. Ac ferunt dixisse postea petenti, si Mario sepe eadem. i. missionem eandem ne seculumaret. i. ne nimum properaret abire, s. ad consulatum tendam. quia dixit illum, s. Marius petitorium satis mature, i. satis festinanter, aut potius tempestive consulatum eum filio, sup. suo. hoc est, Metelli hoc dicentis. Is, s. filius Metelli militabat eodem tempore ibidem, s. in Numidia: in contubernio. i. in domicilio & tabernaculo: patri (Contubernium a con et taberna dicitur: locum ubi duo aut plures sunt in eodem tabernaculo. i. habitaculo facti ex tabellis ut sit, ubi quis breuem stationem querit) natus annos circiter uiginti. i. cum filius esset tantum uiginti annorum. Quae res, quae responsio acciderit. i. inflamauerat ira Marium contra Metellum uehementer. i. partim pro honore quem affectabat: quia per tale medium cum longo tempore consequi nequirit: tum. i. partim pro licentia. i. comatu & uenia redempta. s. Romam: quam, s. licentiam nequirit impetrare ab eo (plurimi textus non habent haec uerba, sed desunt in eis) uia. i. sic, aut in tantum: grassari. i. aggrasabatur. i. granditer & seue seu uolenter agebat: cupidine, s. honorum. hoc est, ambitio: atque ira (apposito rē) pessimis consultiuibus (quia, ut dicit Boetius: Nubila mens est, uincitque: frētis, haec ubi regnant. Sane nouē dixit: Ira & cupidine consultiuibus, quasi in or communia sint. nam consultiuibus, consuetus dixisset. Grammatistae autem dicunt, appositionem esse: sicut reuera est. sed consul tor merum substantiuum esse, quod inficta iero. Praeterea non frētens est huiusmodi uocabuli licentia in bonam significationem lectio) neque abstinere, id est abstinere uel uolente neque dicto: quod modo. i. dummodo foret ambitio, i. pertinens ad ambitionem: habere. i. habebat & tractabat milites quibus praerat in hybernis, i. in hyemate: imperio laxiore. i. remissione quam ante. et loqui, i. loquebatur simul criminose, id est criminando Metellum: & magnifice, s. extollendo apud negotiatores, i. mercatores Romanos: quorum magna multitudo erat Vitae. i. in eo oppido Aphyricanae prouinciae. Loqui, inquam, i. loquebatur dicendo: Si dimidia pars exercitus, quem habebat Metellus, permitteretur sibi i. se supple habiturum paucis diebus, i. intra paucos dies: Iugurtham in cathenis unctum: & bellum trahi, i. protrahi & extendi: consulat, i. ex consilio & deliberatione prauiat: ab imperatore, scilicet Metello: quod, i. quia imperator, supple existens homo inanis, i. cupidus gloriae sine uirtute. & existens homo superbiae regiae, i. quae in rege esse solet: quia tantisper dum in imperio

erat, ferē regia fungebatur mai. state: gauderet nimis imperio, i. imperio: feret quam par erat. Quae, scilicet dicta Marii uidebantur illis, scilicet negotiatoribus: eo. i. propterea firmiora, i. magis certa: quia Metellus, supple corruperat res familiares, supple eorum diuturnitate belli, i. quod bellum tam diu gesserat: sub quo non poterant negociari. alij legunt: Corruperat, s. negotiatoribus: sed minus quadrat. addit autem prouerbialiter. Et nihil festinat, id est, nihil satis festinanter sit animo cupienti, i. auidio exitus.

¶ A populo Romano. ] Aliter: Populum Romanum. Annos natus circiter uiginti. ] Aetas consularis legibus Romanis erat annorum 43. ut docet Cicero Phil. 5. Quae res Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellum uehementer accenderat. ] Aliter: Quae res Marium, tum pro honore, quem affectabat, tum contra Metellum uehementer accenderat. Si sibi permitteretur. ] aliter: Sibi si permitteretur.

¶ Igitur ubi Marius arripit dicta eodem, quo cupido animi hortabatur, intendere uidet. ] Sic manuscripte consensientibus alijs uetus. In recentioribus, est ordo non nihil mutatus. Is eo tempore in contubernio patris ibidem militabat. ] in manuscriptis non habent, neque in pressa uetustiora. Quae res Marium pro honore, quem affectabat, contra Metellum uehementer accenderat. ] Codices in membrana descripti, Quae res Marium cum pro honore quem affectabat, tum contra Metellum, & c. pro, Quae res Marium cum ad acrimia contendendum pro adipiscendo consulatu quem appetebat, tum uero ira in Metellum incidere atque inflammare. Ita tēro legem proorsus esse, alij etiam coniecturis quibusdam aducor. Nos hic nihil pronunciamus, contenti diuersam lectionem ostendisse. Quamquam cum manuscriptis facit exemplar Florentinum. Criminoso simul & magnifice de bello loqui. ] Manuscripta, Ac magnifice: quod ut nihil aliud, certe sonantius est. Quae omnia illis eo firmiora uidebantur, quia diuturnitate belli. ] Manuscripta, Quod diuturnitate: sed eodem sensu.

¶ Ab Metello consulatum petendi gratia missionem rogat. ] Illud Consulatum, omisium est temere in Aldino codice, quasi Marius ob al. as causas missionem petierit, ac Consulatum distulisset. Cum aperte postea Metellus ad hunc ipsam Marium dicit, satis mature illum cum filio suo Consulatum petiturum. Dimidia pars exercitus sibi permitteretur. ] Quidam codices legunt Si sibi, Gothi Sibi si, alij coniunctionem omittunt, ut intellectu facili. Sed res haud magni momenti.

Erāt praeterea in exercitu nostro Numida quidam nomine Gauda, Manastabalis filius, Masinissae nepos, quem Micipsa testamento secundum haerem dicit scripserat, morbis confectus, & ob eam causam mente paululum imminuta. Cui Metellus petenti, more regum, ut sellam iuxta poneret, item postea custodiae causa turmam equitum Romanorum: utrumque negauerat. honorem, quod eorum modò foret, quos populus Romanus reges appellauisset: praesidium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani satellites Numidae traderentur. Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur, ut contumeliarum in imperatorem cum suo auxilio penas petat: hominem ob morbos animo parum ualido, secunda oratione extollit. illum regem, in gentem uirum, Masinissae nepotem esse: si Iugurtha captus aut occisus foret, Imperium Numidae sine mora habiturum. Id ad eò mature posse euenire, si ipse consul ad id bellum missus foret. Itaque & illum, & equites Romanos, milites, & negotiatores, alios ipse, plexoque spes pacis impellit, uti Romam ad suos necessarios alperet in Metellum de bello

A

CAST.

RIV.

B

GLAN

C

A bello scribant, Marium imperatorem poscant. Sic illi a multis mortalibus honestissima suffragatione consulatus petebatur: simul ea tempestate plebs nobilitate fusa, per legem Mamiliam nouos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

SOLDI.

¶ Erat praeterea in exercitu. ] Alia rem narrat, quae Marium magis in spe consulatus erexit. Manastabalis filius. ] Masinissae tres habuit filios: Manastabalem, Gaium, & Micipsam. Gauda filius erat Manastabalis, & nepos Masinissae. hunc Gaudam Micipsa moriens secundum testamentum reliquit heredem, nam primos haeredes reliquit filios, Adherbalem & Hiempsalem: & Iugurtham filium adoptiuum, quibus morientibus, secundum reliquum heredem Gaudam, filium fratris sui Manastabalis. Morbis confectus. ] i. infirmitatibus maceratus & afflictus. Cui Metellus. ] Gauda sepe petierat a Metello, ut sellam suam more regum iuxta se poneret, & ut custodiae causa sibi turmam equitum Rom. concederet. Metellus Gauda utrumque negauerat. honorem sedis negauerat, quia dicebat honorem illum dari solere tantummodo illis, quos pop. Rom. reges appellauisset. Turmam equitum pro custodia corporis negauerat, quia dicebant contumeliam fieri equitibus Romanis, si ad custodiam satellitum Numidae, scilicet Gaudae traderentur. Ordo est: Metellus negauerat utrumque. Cui. ] id est illi Gauda, petenti ut sellam suam more regum iuxta se poneret, & ut custodiae causa sibi turmam equitum Rom. concederet. Metellus negauerat utrumque. Sed mutatus in L. Sella erat, in qua sedebant reges & imperatores. Gauda igitur licet non esset rex, tamen quia ex stirpe regia natus erat, uolebat sedere iuxta imperatorem Rom. more regum. Honorem. ] subaudi negauerat. Honorem. ] uidelicet ut poneret sellam iuxta se. Modò. ] i. tantummodo. Praesidium. ] subaudi negauerat. Praesidium. ] uidelicet turmam equitum Romanorum, qui corpus eius custodirent. In eos. ] i. equites Rom. Satellites Numidae. ] satellites proprios dicebantur, milites mercede conducti. Morbis autem erat, ut hos imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen: uel quidam satellites dictos putat, quia satis latius uentur imperatoribus. Satelliti. ] s. Gauda, quia non erat rex, sed regum minister et custos. Hinc. ] s. Gaudam. Aggreditur. ] i. adit, accedit ad hunc: hortatur, ut petat penas contumeliarum imperatoris: hortatur, ut puniat & ulciscatur iniuriam acceptam ab imperatore Metello, qui ei negauerat & honorem sellae & turmam equitum. Penas petat contumeliarum. ] i. exigit penas iniuriarum. Exigere penas, est punire & ulcisci. Homine. ] i. Gaudam. Animo parum ualidum. ] i. inermē. Secunda oratione. ] i. obsequenti sermone: quia Marius dicebat ea quae grata erant Gaudae. Extollit. ] laudat. illum. ] s. Gaudam. extollit, dicens haec uerba. Id. ] s. ut Gauda habeat imperium Numidae. Ad eò. ] i. certe. Mature. ] i. celeriter. Ipse. ] s. Marius. illum. ] s. Gaudam. Negotiatores. ] apud quos criminatus erat, Metellum consulat protrahere bellum. Spe pacis. ] qui ostēdebat citò bellum finire, si ipse consul ad id bellum mitteretur. Ad suos necessarios. ] i. amicos & propinquos. Necessarios dicimus, qui nobis uel cognatione uel beneuolentia coniuncti sunt. Asperet in Metellum de bello scribant. ] quod uidelicet dedit opera bellum protraheret, quod citò finire posset. Sic. ] i. hoc modo: uidelicet cum Gauda & equites Romanos et negotiatores, et alij multi scriberet Romam pro Mario contra Metellum. Illi. ] s. Marius. Petebatur. ] i. querebatur. hoc mo

do multi homines Mario consulatū querebant. Simul. ] Erat etiam alia res, quae Marium ad petendum consulatum hortabatur: quia eo tempore cum nobilitas perterrita esset per legem Maniliam, plebs nouos homines ad honores extollebat. Simul. ] Ordo est: Plebs extollebat nouos homines ea tempestate, nobilitate fusa per legem Maniliam. Nobilitate fusa. ] i. percussa & perterrita: et uicta, hoc est fractis uiribus nobilitatis. nam nobilitas post legem Maniliam uires amiserat. multi enim dicitur fusi per eam legem percussi. Est autem traslatio ab exercitu, qui cum uincitur, fusi dicitur & frangitur. Per legem Maniliam. ] quia Manilius tribunus plebis tulit, ut supra usum est. Leges nomen accipiunt a datoribus. Cuncta procedere. ] i. omnia feliciter eueniebant ad petendum consulatum.

¶ Erat praeterea. ] Prosequitur facta ambitiosa Marii ad consulatum festinanis sollicitatione miranda, dicens: Praeterea quidam Numida, Gauda nomine, filius Manastabalis, qui erat filius Masinissae: & ita Gauda erat nepos Masinissae, s. regis: quem Micipsa iuxta Manastabalis scripserat testamento, suo haerem secundum. i. successorem in locum trium primorum, si sine haerde descederent (Tres autem instituit ab eo erant: Adherbal, Hiempsis et Iugurtha, ut usum est) existens confectus. i. omnino infirmus & debilitatus morbis: & ob eam causam mente. i. ratione aut memoria imminuta paululum. Cui petenti. i. exigenti a Metello ut poneret. i. statueret more regum Numidarum: sellam, i. solium quasi sedam: iuxta. s. imperatoris remitte petenti postea causa custodiae, s. corporis sui turmam equitum. i. ut Metellus daret turmam equitum Romanorum. Ipse Metellus negauerat utrumque, s. honorem sellae habende: quod id, sup. foret modò. i. solimodo eorum quos pop. Roma appellauisset reges: & negauerat praesidium, i. custodiam corporis per turmam: quod foret, i. effect contumeliosum: si equites Romani traderentur, s. ad custodiam, & ita in famulatum Numidae satelliti. i. militi mercede conducto: ut satelliti latius ueretur imperatoris, qui & latro: quasi latro aliquando dicitur est a latere tegendo. Marius aggreditur hunc, s. Gaudam. i. anxium, s. ex repulsa: atque hortatur ut petat cum suo auxilio: penas, i. uisionem contumeliarum imperatoris. i. ab imperatore illatam: & extollit oratione secunda. i. amica & laudatiua: hominē animo ualido parum. i. habentem animum parum ualidum ob morbos. Et, sup. dicit illum esse regem, esse uirum in gentem, esse nepotem Masinissae: & habiturum sine mora. i. sine dilatione imperium Numidae: si Iugurtha foret captus aut occisus. Et dicebat id, scilicet Iugurtham capti aut occidit posse euenire adeo, id est ualde mature, id est citò: si ipse, id est Marius foret missus consul ad id bellum, scilicet gerendum cum Iugurtha. Itaque, id est sic: sic Marius impellit & illum, scilicet Gaudam: & equites Romanos & milites & negotiatores, scilicet mercatores italios, id est quos dicit ipse, id est fauore suo: & plerosque, id est plurimos spe pacis, s. mature habende: impellit dico uti, i. scribani Romam ad suos necessarios, s. consanguineos: & affines de bello asperet. i. urgenter. i. contra Metellum: & sup. ut poscant Marium, hoc est se imperatorem: & sic, id est ea caliditate consulatus petebatur illi, scilicet Mario a multis mortalibus: suffragatione, id est aspiratione &

\* alius, Manilius, quia lege cautus, erat, ut remale gesta a nobilitate, mandaturus nouis hominibus: magistratus.

BAD.



interesse. sicne honestissima: quia non petere consulatū, sed petiti a consulatu sic videbatur. Simul, i. insuper alia cōmōditas illi erat: quod plebs extollebat ea tempestate homines nouos: hoc nobilitate sua, i. prostrata & perculsa: per legem Manliam, i. quam Manlius seu Manlius tribunus plebis constituit, ut re male gesta & nobilibus, noui ad magistratum admitterentur. Ita cuncta procedere, i. procedebant, scilicet prospere Mario.

CAST. [Secundum heredem.] Secundus haeres dicitur, qui heredi instituto substituitur. Boetius in Comment. in Top. Ciceronis. Per legem Manliam. ] Suprà uidi- mus, Manilium tribunum plebis tulisse legem, uti quere- retur in eos, quorum consilio Iugurtha senatus decreta ne- glexisset. quiq; &c. quare nobiles multi damnati sunt, ut ex Cicerone didicimus.

RIV. [Morbus confectus, & ob eam causam mente paululum immutata.] In manuscriptis duobus ceterisq; uer- sionibus est, imminuta: pro, Despicens ipse ac parum men- te consistens. Hæc est uera lectio, quam & sensus ipse postulat. Nam & postea de eodem: Hominem (inquit) ob morbos animo parum ualido. Id nimirum est, Parum mentis compotem: uel (ut antè dixit) mente paululum immutata. Est similis fermè apud Velleium error, quamo- uis in uocibus distinctibus. nam ubi uulgò, Hic est Opi- mianus, à quo Cos. celeberrimū Opimianū uici nomen: hic ego Opimianū uini nomen legendum arbitror. Vt per- peram uidelicet & in indice ipso, & in margine ibidem illud sit adnotatum, Vicus Opimianus: ubi Vinum Opi- mianum adnotandum erat. Id quod ea que mox apud Velleium sequuntur, planè indicat. Quod iam nullum esse spacio amorum colligi potest. Quod, nempe uinum Opimianum. Nam Vicum hic referrri non posse uides. Meminit autem uini Opimianū Plinius libro 14. capite quarto: atque item 14. capite eiusdem libri. Sed & Ci-

cero in Bruto, seu de claris Oratoribus, huiusce uini me- minit. Neq; adeo dissimilis est apud Horatium error in epistola 1. Nam ubi hodie, Verfor ciuilibus undis: ibi ex- emplar manuscriptum quod penes nos est, Verfor ciuilibus undis. multo rectius uidelicet atq; aptius. Verum ad institutum reuertamur. Simul ea tempestate plebs no- bilitate sua, per legem Manliam nouos extollebat. ] Sic & codex manuscriptus, & ille Parisijs à Badio excusus. Verum exemplar Gymnici habet in margine Manliam, quomodo & Venetiū, Argentoratense, et alia pleraq;. Sed & illud ibidem Gymnicus, hæc lege cautum fuisse, uti re male gesta ab nobilitate, mandarent nouis hominibus magistratus. Atqui hanc ipsam legem Fran. Philolphus latam à Manilio tribuno pl. Pomponius uerò Læus à Manilio dicit. nisi fuisse mendosi codices. In re quidè am- bo consentiunt, nempe latum fuisse: ut quoniam res à no- bilibus male gesta forent, etiam iam ad magistratus ad- mitterentur, quorum maiores in rep. magistratum non gessissent: cuiusmodi homines noui appellantur. Hæc uterq; totidem serè uerbis. Ceterum in nomine dissentiūt, nam Manilius à Philolpho qui legem tulerit, Manlius à Pomponio dicitur. Ego pleriq; coniecturis adducor, uti suspicer hunc eundem fermè esse, de quo & superius est à Sallustio mentio facta. Quo loco satis multa diximus. Nisi quis trib. pl. L. Manlium Maninium intelligere ma- lit. de quo sic infra Sallustius: Itaq; (inquit) percussa no- bilitate, post multas tempestates nouo homini consulatus mandatur, & postea populus à tribuno plebis L. Manlio Mantino rogatus, quem uellet cum Iugurtha bellum ge- rere, frequens Marium iussit.

[Quod conuentionis in eos foret, si equites Rom.] Vide ut Bos dixerit, tanquàm notos, nempe de quibus iam. Itaq; cum omittere potuisset, nihilominus repetiit, pro- per sensum indignitatis explicandum.

latum proiecctus est. Ordo est: Interim Iugurtha para- re, pro parabat: omnia cum magna cura, postquam inca- pit bellum, omnia deditione. Omnia deditione. ] sicuti usum est, cum Iugurtha faceret deditionem, postea pe- nituit eum: atque ita deditione omisit, bellum renouare decreuit. Cogere. ] i. congregabat ciuitates. Affeclat- re. ] pro affeclabat, i. sollicitabat, uehementer affeclabat formidine, aut ostentando præmia. Dicimus, Ego te affi- cio formidine: id est tibi metum & formidinem incutio. Di- it ergo, & metu & præmijs tentabat & sollicitabat eos ciuitates, que ab se ad Metellum defecerant, ut rursus à Metello ad se deficerent & redirent. Commencari. ] id est tenebat. Scrutari. ] id est seruari: & in presidijs milites, qui erant in custodia ciuitatum, pecunia corrup- pere tentabat. Igitur. ] Dicit quomodo Vaccenses de- fecerunt ad Iugurtham, interfecto presidio Romano- rum. Ordo est: Igitur Vaccenses principes ciuitatis, fati- gati supplicijs regis, neque alienati antea uoluntate, con- uerunt inter se: Vaccenses dico, quos Metellus imposue- rat presidio in initio, Iugurtha pacificante. Quo. ] i. ad quem locum, nam hoc relatiuum refertur non ad per- sonam, sed ad locum Vaccensium. Fatigati regis suppli- cijs, id est supplicationibus & precibus regis: quia Iugur- tha saepe rogauerat Vaccenses, ut deficerent ad se. Neq; antea uoluntate alienati. ] Dicit causam, quare Vaccen- ses tam facile defecerunt ad Iugurtham. Dna fuerunt cau- sæ: & quia rex eos precibus fatigabat, & quia sponte defecerant ab ipso Iugurtha ad Metellum. Sed Metellus dolose ibi presidium imposuerat: ut supra usum est. Et ideo facile fidem mutauerant. nam uulgus uti plerunq; solet. Dico quòd principes conuauerunt: quia uulgus et multitudo insinam non coniuauit, utpote magis bellum quam pacem appetens. Nouarum rerum. ] id est belli. Quietè & ocio. ] i. paci. Deinde compositi inter se re- bus. ] uidelicet dato ordine, quomodo Romanos, qui erant in presidio, interfecerunt. Cadem constituit. ] i. inter- ficere Romanos decreuerunt. Constituit. ] i. prin- cipes ciuitatis. Sed ubi. ] Dicit Sallustius, quomodo Ro- manos interfecerunt. Dies erat festus, celebratus per om- nem Aphyricam: eo die principes ciuitatis Vacca, Roma- nos qui erant in presidio, domos suas inuitant: alius cer- turionem, alium tribunum, alium præfectum inuitat: & eos omnes interficiunt, præter ipsius præfectum. Dein- de milites qui per urbem uagabantur inermes, aggrediuntur. Palantes. ] id est uagantes. Quippe. ] utpote. Sine imperio. ] i. sine regimine. Ordo est: Postea aggre- diuntur milites palantes inermes ac sine imperio, quippe in tali die. Ac si diceret: Non est mirum, si ipsi milites Ro- mani uagabantur, & erant inermes ac sine imperio, quia dies erat festus. Idem plebs facit. ] sicut principes ci- uitates milites Romanos per urbem uagantes aggrede- bantur, sic etiam plebs faciebat. Pars. ] s. plebis. Alij studio talium rerum. ] pars plebis intelligebat consilium coniuurationis principum, pars uerò ignorabat. Ergo & qui intelligebat consilium, & qui non intelligebat, Ro- manos aggrediebantur. Studio talium rerum. ] non quia intelligebant consilium coniuurationis, sed quia cuiusmodi res nouæ eis placebant. Quis. ] pro quibus. Acta. ] i. ea que acta erant, & tractata à principibus ciuitatis. Consilium. ] coniuurationis. Ad arcem. ] Sic etià hoc tempore fit, ut presidia in arcibus ciuitatum ponantur. Presidium hostium. ] Vaccensium, Romani enim extra

urbem fugere non poterant, & quia portæ ciuitatis erant clausæ: & quia Vaccenses presidium in portis colloca- uerant contra Romanos, si forte fugere tentarent. Ad hoc. ] i. præterea. Pro teclis edificiorum. ] i. ex domi- bus. Et alia. ] uelut ligna, tegulis. Neque caueri. ] i. uitari, scilicet posse, pro poterant. Romani qui fugiebant per ciuitatem, malum quod inferebatur à mulieribus & pueris de teclis, euitare non poterant: nec etià poterat res- sistere. Infirmissimo generi. ] s. mulieribus & pueris. Forte & infirmum, sunt contraria. Posse, pro poterant. Iuxta. ] i. similiter & pariter. Boni & mali. ] i. fortes & ignaui: hoc sequentia declarant.

[Interim Iugurtha.] Postquam finitū digressionem factam de ambitione Marianæ, redit ad gesta Iugurthi- na, dicens: Interim. i. interea dum Marius talia ageret: Iu- gurtha postquam incipit, s. de nouo bellum (deditione, quæ consilio Bomilcharis instituerat facere, omisso) parare. i. parabat omnia cum magna cura. i. accuratione: festina- re. i. festinabat: cogere, i. cogebat, hoc est, in unū cōpelle- bat & cōgregabat exercitiū, s. exerc. i. affeclabat, s. at- tirare ad se: aut allicere. i. frequenter alliciebat, nisi sit uehementer sollicitabat ciuitates, que defecerant ab se. i. que factione sua deserta ad Metellum perijgerant: aut formidine, s. minus fatiendo debuit, aut ostentando præ- mia, s. fortib. & cōmunijs. i. simul munitabat suos, i. pro- prios locos ( alij habent Circuenerit suos, non est opus cōuenire suos. ) & reficere. i. reficiebat arma, tela, et alia que amiserat spe pacis, s. per deditionē. h. bend: aut com- mercari, i. simul mercabatur ea allicere, i. alliciebat ad se seruitia i. seruos Romanorum, pellicendo eis libertatē & præmia: & tentare. i. tētabat & sollicitabat ad proditio- nē faciendā: eos ipsos, milites Romanos qui erant in præ- sidijs. i. custodijs urbū à Romanis tenentarijs: & pati. i. pa- tiebatur pro suis nihil intactū, s. supple esse neq; quietiū & agitare. i. agitabat simul cuncta. Igitur. q. d. Vi effectum tentationis ostendū, Vaccenses quo. i. ad quos: Metellus im- posuerat presidium in initio: & hoc Iugurtha pacifican- te. i. utprimū Iugurtha deditionē factūaret, fatigati sup- plicijs. i. supplicationib. regis: neq; alienati. s. ab eorum uoluntate sua, i. fauore principes ciuitatis cōiurati inter se de occidendis Romanis. ( Nā uulgus uti solet plerunq; & maxime Numidarū ingenio mobili. i. quod habet ingenium mobile, existens seditiosum & discordiosum, erat cupidū nouari rerū: & aduersum. i. inimicum ocio & quieti. ) deinde principes ciuitatis reb. cōpositi. i. cōiurati inter se cōstituti, s. eadem perpetrandā in diem tertium, s. proximè subsequentiū. i. quia h. s. diestertius existēs festus & cele- bratus per omnē Aphyricā, ostendebat magis ludum & la- sciuia quam formidinem, sicut & nunc ferè uiuimus. Sed ubi tempus, s. constituit, aut opportunitas fuit: ipsi prin- cipes cōiurati inuitant in domū suā centuriones, tribunos militaris, & ipsius præfectum oppidi Titum Turpiliū, Syllanū nomine: alium alium. i. diuersi diuersos: & obrun- cant eos oēs præter Turpiliū inter epulas. i. inter epulam dum. Postea aggreditur milites palantes. i. diuagantes per oppidū inermes: quippe, i. utpote in tali die, s. festiuo: ac sine imperio, quia præfecti in cōiurijs erant, atq; ita fieri so- let, ubi absunt. Plebs facit idē. i. occidit hostes: et ob- uios. pars. i. ipsi partim: eodē i. a nobilitate. i. nobilibus, alij incitati studio talium rerum: quibus ignoranti- bus actum & consilium. i. quod ageretur à proceribus aut cur ipse tumultus & res nouæ, hoc est inuolutiones imperij

Verbum histo- rici Pacificare- ut, Legati ueni- unt pacificati & tamen nos possumus ubi- us uti.

Numidae.

Aliter: \* Tre- pidare ad arcē. Romani milites apud Vaccam occiduntur.

SOLDI.

[Interim.] Nunc Sallustius redit ad propositum, ut ostendat quid fecerit Iugurtha, postquam decreuit re-

nouare bellum. Nam quasi digressionem fecit, ad ostē- dendum quibus causis & qua ratione Marius ad consti- latum

GLAR.

Vulgus se- ditiosum.



tes audire concionem, quam de maiore labore sufficereban-  
tur: docet (dico) omnia uidelicet oppidum Vae. cam. s. no-  
mine: abesse non amplius mille passuum (uoi mille ablati-  
ui singulari numeri est) decere. i. quod decreet ipsos, sup-  
pati reliquam laborem a quo animo: dum. i. dummodo ca-  
peret paenas pro ciuibus suis. i. quorum ipse imperator fue-  
rat (si esset Capere, diceretur pro concubis, non enim ea-  
rant militum iuris fortibus: atq; in ferrimis, i. in ferrime  
occisis. Præterea ostentat eis benignè. i. comiter prædā. i.  
paratè et animis eorum arre. i. sic. s. ira et cupiditate: in-  
bet equites ire. i. progredi in primo latere, quia ex trans-  
uerso agebatur agmen. et iubet pedites ire quam arctissimi  
mō. i. densissime à latere equitum, ut non uideretur à Vac-  
censibus. et occultare signa. i. uexilla sua. Vaccenses ubi a-  
nimaduertere. i. animaduerte terit exercitum pergere ad se  
uersum: rati priores (ui res erat) Metellum esse. s. qui ad-  
ueniret in clausura portus. deinde ubi uident neq; agros uas-  
tari, et eos qui aderant primi, esse Numidas equites: ar-  
bitrati rursum Iugurthā, sup. esse: procedunt obuiam, sup.  
cum magno gaudio. Equites, s. Metelli: et pedites signo  
dato alij cedere. i. occidebant repente uulgum effusum op-  
pido, s. Vae. campum festinare. i. festinabat ad portas: pars. i.  
ipji partim: capere, i. inuadebant: uires, s. murorum. Et  
ita ira de occisis Romanis: et spes prædæ, s. obtinendæ:  
posse, i. poterant plus quam lasitudo, s. ex magnitudine iti-  
neris contracta. Et ita Vaccenses latati, sup. sunt modo, i.  
solummodo: biduum, i. spaciū duorum dierum: ex per-  
fidia. i. post perfidiam, aut propter perfidiam. Quia ciuitas  
magna atque opulenta fuit: cuncta. i. simul tota: pœna, id  
est ad pœnam exposita: quia omnes occidebantur ab ira-  
tis, et sanguinem suorum ulciscuntibus: et prædæ, cui-  
us fuerat cupidus. dicit autem Ciuitas, quia oppidum qui-  
dem uastatum est: sed non dedit pœnas sanguinis ut ciui-  
tas, quæ est ciuium collectio. Turpilus, scilicet Titus Silla-  
nus, et existenter præf. Etum oppidi, scilicet Vae. con-  
stitium à Metello non ostendimus supra, profugisse, i. e-  
uasisse per fugam: unum, id est solum: ex omnibus, scilicet  
cei Romanis, iussus à Metello dicere causam, id est se pur-  
gare: sicut dicere diem, id est confluere diem ab accusa-  
tore postquam expurgat se parum: quia non erat satis ad  
purgationem dicere, quod esset circumuentus dolo Numi-  
darum, aut quod etiam ipse inuitatus fuerat à principe ci-  
uitatis: quia præf. Etum urbis, præf. Etum per præsidium  
in fide tenendæ, decet per uigilem esse, et nemini credere,  
semperq; arcem teneret dum ergo se parum expurgat, con-  
demnatus scilicet à prætoribus: et uerberatus, id est casus fla-  
gellis, priusquam occideretur: soluit pœnas capite, id est  
capitis obruncatione, quod ideo permittitur. Nam  
erat ciuis ex Latio, non ex urbe, quem lex Portia uetabat  
ad supplicium posci: sed in exilium permittit milti.

CAS.

Metellus ubi postquam. ] Dele Vbi. non enim repe-  
riunt in antiquis codicibus. Instabilis, i. detestabilis,  
infamis. In primo latere. ] In eo latere, quod erat op-  
pidum uersus, ut intelligamus Metellum cum exercitu se-  
cundum oppidi muros iter fecisse. ita enim erat fortasse  
ca uia, quæ ad portam ducebat, uel. In primo latere. i. in  
prima acie, quod minus placet. Quam arctissime per-  
gere. ] Vexilla lectio est: Quam arctissime ire. Pœ-  
nas capite soluit. ] Phylarchus in Mario tradit, postea con-  
ceptum esse, hunc Turpilium inuisè damnatū fuisse, cum  
enim modestè humaniterq; se gessisset in Vaccensibus, ab illis

instabilis dimissus est. Ex Collatia erat. ] Si. n. ciuis Ro-  
manus fuisset, per legem Porciam necari non potuisset.  
Id misericordiam hostium, an pactione, an casu ita  
euenit, parum comperimus, nisi quod illi in tanto malo  
turpis uita integra fama potior fuit, improbus, instabi-  
lisq; uidetur. ] Codex in pergamentis descriptus habet, Nisi  
quia illi in tanto malo, et c. improbus instabilisq; uide-  
tur. et Nisi, hęc eodem modo accipitur, quo apud Teren-  
tium in Andria: Nescio (inquit) nisi di os mihi iratos fuisse  
satis scio, qui illi auscultauerim. Sed et Cicero aliquotes  
in hunc ipsam modū, uel in Epistolis: De re nihil possū  
iudicare, nisi illud mihi persuadeo, te talem uirum nihil  
temere fecisse pro. Nisi quod mihi persuadeo: uel, Nisi  
quatuor. Idem pro Sex. Roscio: Quid erat quod Cap-  
itoni primū nunciari, nescio: nisi hoc uideo, Capito-  
nem in his bonis esse socium. Sunt qui Nisi, pro Sed po-  
suum, seu pro Veruntamen, in his atque similibus locis  
putent, in quibus est Linacer. id quod ne mihi quidem di-  
stulicet, ac in exemplis supra positis probè quadrat. Cæ-  
terum Instabilis hic uia significat, quod in illo ex 12.  
Tabulis: Improbis instabilibusq; est. Gellius eodem  
modo utitur libro septimo, capite decimo octauo. Qui ad  
Hannibalem non redissent, i. que adeo instabiles inui-  
siosq; fuisse, ut tædium uita cepissent, necesse sibi con-  
fiterentur. Proprie uero Instabilis est, qui nec testimo-  
nium dicere, nec aut testamentum facere, aut è testa-  
mento consequi aliquid potest. Inde metaphoricè pro  
tetro detestabilibusq; exercendo ponitur. Plin. 30. de  
magica loquens: Proinde ita per uisum sit (inquit) eam  
instabilem, irritam, inanem esse. Horatius:

Instabilis q; facer esto.  
Metellus ubi, postquam de rebus Vae. actis comperit. ]  
In manuscriptis cæterisq; uetustioribus non est Vbi: sed  
tantum, Postquam. Quod si priorem lectionem recipis,  
abundat forsitan altera harum particularum, ut in illo,  
Post deinde, apud Teren. in Andria. Vna simul, in Heu-  
tonimorumenno. Miserè nimis, in Adelpbis. in Phormio-  
ne, serè plerunq;e. Quod si ex glossa irrepserit in Postquam,  
quod aliquis forsitan supra scripserit, explicare uolens quid  
significaret ubi. Nam istis gl. sibi mendosiores sunt anti-  
qui codices facti. Paulisper uacius è conspectu abiit. ]  
Codex Fabricianus, Abit, tempore præf. Pedites  
quam arctissime pergere, et signa occultare iubet. ]  
Manuscripta, Quam arctissime ire: quomodo est in cæ-  
teris item uetustioribus. Incuria quodam topographi boe-  
mendum irrepserit, propterea quod in proximo uersu Pera-  
gere sequitur. Vaccenses ubi animaduertere, ad se uer-  
sum exercitum pergere. ] Manuscripta duo, Ad se uer-  
sum: quod, ut antiquario, magis conuenit. Nec fecus e-  
xemplar Basilicæ. Ciuitas magna atque opulenta,  
pœna cuncta aut prædæ fuit. ] Manuscripta, Ciuitas ma-  
gna atq; opulenta, quæ uox frequens ueteribus erat. Vi-  
tur ea Politianus in Commodo Herodiani: Sollicitum se  
aiebat esse, ne quis opulens ex nobilitate domum occupa-  
ret principis. Nec aliter est in Beroaldino.

Improbis instabilibusq; uidetur. ] Badius Instabi-  
lis legisse uidetur, non re et eam quædam sententia. Sol-  
dus instabilis exponit ualde sceleratum. Arron in ter-  
tiam Horatij Satyram libro 11. Sermonum, ubi de Seruio  
Oppidij testamento fit mentio, ita ait: Instabilis appella-  
bantur, quorum testimonium non ualebat. Porphyrio  
autem: Antiqui eos, inquit, quos in testimonium dimitti non  
lebant,

GLAR

lebant, instabilem uocabant. Badius eo in loco Horatij,  
exponit Instabilis, i. testamenti experis, quod propius  
uero puto. Hoc autè Sallustij in loco Perotti expositio ac-  
cipi potest, qui Instabilis pro detestabilis positum pu-  
tat: ad hoc Gellium citans auctorem, qui eadem signifi-  
catione usurpauerit. Continuo post: Metellus postquam  
de rebus Vae. Aldius codex habet, Metellus ubi post-  
quam: sed alterum abundat, hoc saltem loco. Vaccam  
non amplius mille passuum abesse. ] Mirum uerò, si non  
amplius mille passuum aberant Romani, Vaccenses non  
rescuisse. Ego numerum ante millia desiderari ualde ue-  
ror, ut duo uel tria. Badius adijcit, mille esse ablatiui ca-  
sus, quod mihi non uidetur: substantiuum tamen esse ne-

Per idem tempus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditio nem quam metu dese-  
ruit, incooperat, suspectus Regi, et ipse eum suspiciens, nonas res cupere, ad perniciem e-  
ius dolum quaerere, die noctuq; fatigare animum. Denique omnia tentando, socium  
sibi adiungit Nabdalsa, hominem nobilem, magnis opibus clarum, acceptumque po-  
pularibus suis: qui plerunq; exercitum ducere seorsum ab Rege, et omnes res exequi  
solitus erat, quæ Iugurthæ fesso, aut maioribus adstricto superauerant: ex quo illi glo-  
ria opesque inueniæ. Igitur utriusque consilio dies in dijs statuitur: cætera, uti res  
posceret, ex tempore parari placuit. Nabdalsa ad exercitum profectus est, quem intra  
hyberna Romanorum iussus habebat, ne ager inultis hostibus uastaretur. Is postquam  
magnitudine facinoris percussus, ad tempus non uenit, metusq; rem impediēbat: Bom-  
ilcar simul cupidus incepta patrandi, et timore socij anxius, ne omisso uetere consi-  
lio nouum quaereret, literas ad eum per homines fideles mittit, in queis mollicie so-  
cordiamque uiri accusare, testari deos per quos iurasset, monere ne præmia Metelli in-  
pestem conuerteret, Iugurthæ exitum adesse. cæterum sua ne, an uirtute Metelli pe-  
risset, id modò agitari, proinde reputaret cum animo suo, præmia an cruciatum mallet.  
Sed cum hæ literæ adlatæ sunt, fortè Nabdalsa exercitatu corpore fessus in lecto quie-  
scebat: ubi cognitis Bomilcaris uerbis, primò cura, deinde (uti ægrum animum so-  
let) somnus cepit.

SOLDI.

Per idem tempus. ] Nunc transit ad aliam rem nar-  
randam, qua tamen ad propositum belli Iugurthini per-  
tinet. Dicit enim Bomilcarum et Nabdalsam conspirasse  
in perniciem Iugurthæ, sed tamen consilium eorum fru-  
stra tractatum esse. Nam insidijs quas parauerat cogi-  
tis, Bomilcar et multi alij interfecit sunt. Ordo est: Per  
idem tempus Bomilcar, impulsu cuius Iugurtha incepta  
per deditioem, quam desiderit metu suspectus regi, et ia-  
pse suspiciens eum cupere res nouas. ] Quaerere. ] pro  
quarebat, dolum ad perniciem eius. Cuius impulsu. ]  
i. hortatu. Hoc supra uisum est, quomodo hortante Bom-  
ilcare, Iugurtha deditioem facere coeperat: sed postea  
eum peruenit. Ipse. ] Bomilcar. Scorsum à rege. ]  
i. sine Iugurtha: i. tanus erat uir, ut Iugurtha ei exercitū  
committeret, et negotia quæ ipse alijs rebus maioribus  
occupatis expedire non poterat, et expedienda demanda-  
ret. Africtio. ] i. detentio et occupatio. Illi. ] Nab-  
dalse. Viriūsq;. ] Bomilcaris et Nabdalse. Nab-  
dalsa. ] Iugurtha præf. exercitū suo Nabdalsam  
iussit ei ut exercitum teneret inter hyberna Roma-  
norum, ne Romani per incursionem agrum Numidæ uas-  
tarent. Inde hyberna Romanorum erat tempus hyemis,  
quo tempore Romani in hybernis erant. Cum exercitus  
in hyberna deducitur, per uicos et castella et loca di-  
stantia collocatur. Ergo inter hæc loca Nabdalsa exer-  
cium habebat, ne Romani (ut fit) crebris incursionibus  
agrum Numidæ uastarent. Is. ] Ordo est: Bomilcar  
simul, et cupidus patrandi incepta, et anxius timore

socij, ne quaereret nouum consilium omisso uetere, mittit  
literas ad eum per homines fideles. Postquam is. ]  
Nabdalsa, percussus magnitudine facinoris, non uenit ad  
tempus: et postquam metu impediēbat rem, sensus cla-  
rus est. Socij. ] Nabdalse. In queis. ] i. in quibus  
literis. Accusare. ] hoc est reprehendebat, ne præmia  
Metelli in pestem conuerteret: et Nabdalsa, uide ne præ-  
mia Metelli in perniciem mutes. nam Iugurtha omnino  
suum uita habiturus est citò, aut per nos, aut per Metel-  
lum. Si nos Iugurtham in manus Metelli dederimus, uel  
uiuum uel mortuū, præmia à Metello nobis promissa con-  
sequemur. Si autem Metellus sine opera nostra Iugurthā  
caperit, præmia in pestem conuertent. nam Metellus nos  
quosq; interficiet. Præmia Metelli. ] Vt supra uisum  
est, Metellus ingentia præmia promissit Bomilcaris, si Iu-  
gurtham sibi traderet uel uiuum uel mortuum. Exi-  
tum. ] i. finem et mortem. Ceterum ne. ] i. an. Or-  
do est: Ceterum, i. sed, dicebat: id modò, i. nunc. Agi-  
tari. ] uidelicet ne, an periret uirtute sua, an periret uir-  
tute Metelli: Iugurtha omnino periturus est. nunc id a-  
gitur, utrum uirtute nostra pereat, an uirtute Metelli. Si  
perierit uirtute nostra, præmia à Metello promissa con-  
sequemur: si autem perierit uirtute Metelli, cruciatū et  
mortem recipiemus. Nunc igitur cogita, utrum potius  
uelis: an præmia, an mortem.

Per id tempus. ] Prosequitur importunam propo-  
sitionem Bomilcaris, qua Iugurtha suspectus effectus est:  
quo cogitio Nabdalsam sibi socium ad rem celerius per-  
petranda.

Anxius esse, uero  
tere animum in  
omnes partes,  
sicut in rebus ne-  
riculosis sit.

\* exitium

Elegans ad-  
fectus.

BAD.

petrandam afciuit. unde dicit Bomilcar: Cuius impulsu Iugurtha inceperat deditionem, facere aut parare: quã deseruit. i. pratermissit non perficere. i. timore male cõscientie aut seruitutis perpetrenda. *sup.* Etus regis. Iugurtha: & sufficiens. i. clam eius conatus inspicies, ut pote de cuius fide aut animo in se dubitabat cupere. i. cupiebat & molebatur per idem tempus, quo superiora ad ea sunt res nouas. i. nouam famã iradendi Iugurtham: et querere. i. querebat idolum. i. de: eptionem: ad perniciã. i. malum et interitum eius. Iugurtha: & fatigare. i. fatigabat animum, sicut cogitando uarias die & noctui. per diem & noctem. sunt autem Diu & noctu, aduerbia dicuntur, nomina. Deiq; tentando omnia. i. cum omnia tentasset, nec cõueniens mediũ inuenisset adiungit sibi socium, uidelicet Nabdalsam. bonum. i. clarum. i. perspicuum & splendidum magnis opibus: & acceptum. i. uicinium et dilectum popularibus. i. familiaribus. & fauoribus suis. Is, scilicet Nabdalsa erat solitus ductore plerumq; i. ferẽ aut utplurimum: exercitũ sociũ. i. separati ab rege, Iugurthæ et exequi ois res, quasi ex arbitrio: quã res superant. i. res stabat exequenda: Iugurthæ fessio. i. fatigato: aut astrido. i. obligato & occupato Iugurtham ac detentio: maioribus. i. magis arduis negocijs. ex quo. i. ex qua executione: gloria & opes inuenta, supple sunt. i. partecili, scilicet Nabdalsæ. Iugur, quia fe socium exhibuit, dies statuitur consilio utriusq; insidijs. i. ad insidias regi insurrendas: & placuit, ut uterq; cetera que prater diem ad insidias facerent parari. i. dispoñi pro tempore. i. oportunitate: ut. i. quã admodum res proficeret. exigeret. Nabdalsa est profectus ad exercitum: quemq; scorsum ductabat. usque que habebat insus. i. ex mandato Iugurthæ: in hyberna Romanorum. i. interea loco ubi Romani hyemabant: ne eger, scilicet Numidicus: uisitare eum multis. i. a frequentibus. hinc. aut potius, ne inulsi hostibus, quia si multi fuissent, multo amplius uastassent. Is, scilicet Nabdalsa: percussus. i. perplexus magnitudine facinoris. i. incepti de insidijs regi parandi: postquam non uenit ad tempus, scilicet stitutum, & metus impediabat rem: Bomilcar cupidus, i. tum simul parandi. i. perficendi incepta, scilicet de proditione Iugurthæ: id est tum aut simul anxius timore, id est propter timorem socij, id est quom socium nouit habere, aut que ipse de socio habebat: ne ipse omissio uetere consilio, scilicet de insidijs regi tendendis: quereret nouum, scilicet consiliũ. uidelicet de indicio faciendi: mittit ad eum per homines fideles literas: in quib; pro in quibus i. accusare, id est accusabat: molliciem & secundiam, id est pusillanimitatem iuri, id est eius qui deberet esse uir, id est uirili animo præditus. & testari. i. testabatur, & testes testat deos, per quos iurasset, scilicet Nabdalsæ: & monere, id est monebat ne conuertet præmia Metelli, id est que Metellus proposuerat & sponte in postem, hoc est perniciem eius. & supple dicebat, exitum Iugurthæ adesse, id est instare. ceterum, hoc est fedine, i. an periret sua, utriusque uirtute, an uirtute, Metellus modo, hoc est solim: agitari. i. uersari in controuersia. Proinde, id est & ideo: reputaret, id est consideraret animo suo: an mallet præmia, scilicet a Romanis ob traditionem Iugurthæ: an cruciatum propter persistentiam eum eo qui erat hostis Romanus, sed haud dubie propediem periturus. Sed cum litera fuisse allata, scilicet ad Nabdalsam: forte, id est casu. nam fortuitum erat, quod tunc Nabdalsa fessio corpore exercitato, id est fatigato laboribus, quiescebat in lecto. ubi, id est in quo lecto

cogitans uerbis, scilicet scriptis Bomilcaris, qui eam epistolam miserat: cura crepta, id est inuadit & occupauit primo animum ægrum, id est afflictum molestia. deinde somnus, id est dormitatio: capis, sup. cepit, hoc est quem admodum solet. quia somnus omnia donat tandem. *CAST.* *Q* Sufficiens. i. suspectum habens. Operibus clarum. i. Scribit, ex antiquis libris, Opibus clarum. i. Exitum adesse. i. Alter: Exitum. Animo suo. i. Adiungenda est præpositio Cum, ut est in omnibus ferẽ uetustis libris. Exercito corpore. i. Alter: Exercitatio corpore. Sed prior lectio ueras quippe quam agnoscit Nonium. *RIV.* *Q* Hominem nobilem, magnis operibus clarum. i. In manuscriptis omnibus est, Opibus. Qui plerumq; scorsum ab rege exercitum ductare, & omnes res exequi solitus erat. i. Hac uerborum collocaio serietis, id est in manuscriptis & impressis uetustioribus. *Q* Iugurthæ fessio, aut maioribus astrido superauerant. i. In uetustis quibusdam, Supererat, sed perperam. Irrepsit autem egressa. Nam & A. Cellius priorem lectioem in libro citat. Est autem superare hoc loco, reliquum esse & restare. ut sit sensus: Nabdalsam ea exequi solitum, quibus ipse Iugurtha propter occupationes uacare nõ possit. In hoc signifiuati Cicero idexidem utitur. Cetera, uir res posceret, ex tempore parari placuit. i. Est in quibusdam, Pro tempore: id est, prout ipsum tempus moneat, uel utcumque occofo ferret. Prior lectio mihi uerior esse uidetur. Gymnicius perperam, Parare: quum in ceteris ferẽ Parari sit. Nabdalsa ad exercitum profectus est. i. *ri* Est, non reperi uisum in ullo manuscripto. Is postquam magnitudinẽ facinoris percussus, ad tempus non uenit. i. Manuscriptis, Percussus in quomodo Florentinum habet & Berwaldinum. Sed quum hæc litera adlate sunt. i. Sunt, non habent codices in membrana descripti, nec ex impressis quidam. Forẽ Nabdalsa exercitatio corpore fessus, in lecto quiescebat. i. Manuscripta, Exercito corpore: quemodo & Berwaldinum habet, & Nonius Marcellus alibi citat. *GLAR.* *Q* Suspectus regi, & ipse eum suspectus. i. Idem Baldius exponit Sufficiens, id est, clam eius conatus inspicies. At ego relatiue, de eodem tamen Bomilcare dictum intelli go. Bomilcar erat suspectus regi, & ipse eum suspectus, id est in suspitione habens; quippe de cuius erga se fide dubitabat. Uterque igitur alteri suspectus erat, ut uulgè loquimur. Paulo post: Magnis operibus clarum. Quidam Opibus legunt. Nam non ita multa post legitur: Ex quo illi gloria, opesq; inuenta. Sed nihil mutem. Iram oppræsserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur. i. Quomodo iram oppræsserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur, qui tot homines interfecerat: ita quia Nabdalsa pepercit, quem dixit acceptum popularibus suis, & megalis opibus clarum: quod uidetur uerisimile, alioqui hic locum nix intelligitur.

Erat

*A* Erat ei Numida quidam negociorum curator fidus acceptusq; & omnium confiliorum (nisi nouissimi) particeps. Qui postquam adlatas literas audiuit, & ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse, tabernaculum introiuit: dormiente illo, epistolam super caput in puluino temerẽ positam sumit, ac perlegit. Deinde propter cognitis insidijs ad Regem pergit. Nabdalsa paulo post experectus, ubi neque epistolam reperit, & rem omnem uti acta erat, ex perfugis cognouit: primò indicem perfectum qui conatus, postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia accedit. dicit, quã ipse parauisset facere, perfidia clientis sui præuenta. Iachrymans obtestatur per amicitiam, perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet. Ad ea Rex aliter atq; animo gerebat, placidè respondit. Bomilcare atque alijs multis, quos socios insidiarum cognouit, interfecit. iram oppræsserat, ne qua ex eo negotio seditio oriretur. Neq; post id locorum Iugurthæ dies aut nox illa quæta fuit: neq; loco neq; mortali cuiquã aut tempore satis credere: ciues hostesq; iuxta metueret: circumspectate omnia, & omni strepitu pauescere: alio atque alio loco sæpe contra decus regium noctu requiescere: interdum fo mo excitus, arreptis armis tumultum facere: ita formidine quasi uercordia exagitari.

*SOLDI.* *Q* Erat ei. i. Nabdalsa ministrum quandam Numidam habebat fidum & gratum, qui omnia negotia eius curabat, & omnia eius consilia nouerat, prater hoc ultimum consilium conurationis. hic, postquam litera sunt allata, existimans opus esse Nabdalsæ opera sua, in tentorium introiit. Et dormiente illo, epistolam allatam legit: statimq; cognitis insidijs, ad Iugurtham pergit. Nisi nouissimi. i. consilij conurationis contra Iugurtham. In tabernaculum. i. hoc est in tentorium. Puluino. i. puluinus dicitur cervical, super quo sternitur caput dormientis: a pluma dicitur, quasi plumosum. Temere. i. hoc est fortuito. Nam temerẽ, secundum Seruium, hæc significati sine causa, ut Virg.

Haud temerẽ est, conuclamat ab aggerẽ Volscens. Temere significat fortuito, ut hoc loco. Significat aliquando male, aliquando improuidè. Sumit. i. capu. Indicem. i. uidelicet ministrum, qui ei abstrulerat epistolam. Index proprie dicitur, qui sceleris, cuius ipse est conscius, latebras indicat. Dicit, quia ipse facere parauisset, perfidia clientis sui præuenta esse: hoc est, dicit quã admodum desideraret detegere proditionem. O rex, ego facturus erã id quod fecit mihi rex & clientis meus. nam epistolam mihi a Bomilcare missam, proditionem continentem, ad te deferre decreueram, & totam proditionem aperire. Sed perfidia clientis mei peruenit ad me. nam prior ipse eam epistolam ad te delulit. Perfidia clientis. i. Clientis & patronus correlatiua sunt, sicut seruus & dominus, pater et filius. Nam clientis dicitur, qui sub alicuius patrocinio est: & dicitur clientis, quasi colens patronum hoc est, obseruans & custodiens. clientis, qui defenditur: patronus, qui defendit. Sed clientem hoc loco accipit pro ministro. Iram oppræsserat. i. hoc est extinxerat, uel potius clausurata. Credere. i. hoc est confidere. Iuxta. i. i. similitudo. Nam qui sibi magis carerant, quosque magis honoribus & opibus exulerat, eos proditores erat expertus. Contra decus regium. i. quia in loco humili & abiecto iacebat. Vergordia. i. hoc est insania. nam qui nimium timet, somno frequenter tremens excitatur.

*BAD.* *Q*uidam Numida curator, i. (ut dicit) sollicitator negociorum. Nabdalsæ: et fidus & acceptus, i. gratus & acceptabilis ei particeps, i. confors & conscius omnium consiliorum. Nabdalsæ nisi, i. praterquam: nouissimi, de prodendo Iugurtha. Qui postquã audiuit lite

ras ablatas, & ratus, sup. fuit opus esse, scilicet Nabdalsæ: opera, sup. sua aut ingenio suo: ex consuetudine, i. seruo dum quod consueuerat: introiit tabernaculum. Nabdalsæ. i. tentorium. Et dormiente illo. i. quom ille. scilicet Nabdalsa dormiret: sumit. i. apprehendit, nullo porrigente, ac perlegit: postquam sumperat epistolam. i. litera. a Bomilcare ad Nabdalsam missa, positam temerẽ. i. inconsideratè: super caput, sup. eius in puluino (dicitur enim puluinar) capitis sustulit aculo. Deinde pergit propter se, festinante ad regem, Iugurtham: insidijs, scilicet Bomilcare & Nabdalsa illi paratis. i. cognitis. Nabdalsa experectus. i. per se somno excitatus paulo post: ubi neq; reperit epistola, et cognouit omnẽ rem uti erat acta, scilicet a Numida illo familiariter & Iugurtha, qui Bomilcarem ad supplicium saltem addixerat ex perfugis, id est ex ijs qui id nunciato: ad ipsum perferant: conatus est primò persequi indicem. i. Numidam illum familiarẽ qui proditionem indicauerat regi, postquam id fuit frustra, scilicet inceptum: forte quia in contubernio regis iam erat, accedit Iugurtham gratia placandi, id est facienda pacatum: dicit ea que ipse parauisset facere esse præuenta, id est præcepta perfidia sui clientis, hoc est familiaris. hoc est, dicit quod constituerat literas Bomilcaris ad proditionem regis, cohortantes regi indicare: sed quia somno erat correptus, perfidia clientis eas præripuerat: qui ideo perfidus, quia in damnum patroni sui id fecerat, cum nesciret quali animo ipse in regẽ esset, & obtestatur Iachrymans per amicitiam & per acta sua, hoc est que egerat antea fideliter, ne haberet se suspectum: super, hoc est de tali scelere, scilicet proditoris. Rex, scilicet Iugurtha respondit ad ea, scilicet uerba placidè, & ita aliter quam gerebat animo. (hoc est, dissimulante. erat enim omnium, simulator & dissimulatio) Et causa est, quia oppræsserat, id est frenauerat iram. Bomilcare interfecit: & alijs multis, supple interfecit, quos cognouit socios insidiarum. & id, supple fecerat: ne qua, i. ne iniqua seditio aut bellum, supple aliquid oriretur ex eo negotio, hoc est ex criminatione Nabdalsæ. Neq; post id Iugurthæ, &c. i. Commemoratur ut Iugurthæ post compertam Bomilcaris proditionem necosq; eius nunquam deinceps quietus animus fuerit, usq; omnia iussu sua abuevit, dicens: Neq; dies, id est tempus: illas abire, ne que nox ulla fuit Iugurthæ post id, scilicet quod dictum est. hoc est, post responsum datum Nabdalsæ, et necem Bomilcaris

Hæc a consilio

In causa bonæ fide uitium indicere. Proditor in turpi causa dicitur.

Animus tyranni nunquam quietus aut securus esse potest. timetur enim ab omnibus, & contra ipse ois timet.

conficiorumq; eius neq; credere, i. credebatur. hoc est confisi debet satis loco : neq; cuiquam mortali, hoc est homini aut tempori : quia omnia habuit sustulit. Metuere, hoc est metuebat i. iuxta, i. pariformiter & sine discrimine : ciues, s. suos, quorum ipse princeps & rex & hostes, hoc est Romanos. Circumspectare, i. circumspectabat omnia : & paucere, i. paucis alio atq; alio loco, i. in diversis locis, regie maiestati minimè idoneis. Et facere, i. faciebat interdum tumultum, scilicet bellicum armis arreptis, id est, postquam arripuerat arma existens exitus, id est, exitatus & excelsus somno. Et ita agitari, id est, agitabatur formidine quasi uocordia, hoc est, furia & dementia quadam.

† Ex perfugis. ] Quibus (ut puto) quia fallere nequibant, custodiam corporis sui tradiderat. quare cum illi Nabdasæ Satellites essent, circumstantemq; tabernaculum, uiderunt Numidam ingredientem, & egredientem : idq; postea ita referunt, in uno scripto codice legitur : Exseruis. Cæterum Frontinus Strat. lib. i. rem aliter narrat. ait enim Iugurtham Metelli literis interceptisse, & inde cognitis suorum insidijs, in eos animaduertisse. Somno excitus. ] Diomedes Grammaticus lib. i. cap. 4. ita legit : Experrectus somno.

† Et ex confuetudine raris. ] Et, in manuscripto

Vulgus omnia manu quam moram.

\* moderata.

Romana forma loquendi. Nouns homo, qui inclarefcit uirtute sua.

SOLDI.

† Igitur. ] Dicit quid fecerit Metellus, postquam adiuui productionem esse patefactam. De casu. ] quomodo esset interceptus. Marius. ] Mario postulanti scipius missionem, concessit Metellus. Et Romæ. ] Dicit quomodo plebs Roma libenter accepit, & habuit grata ea que scripta sunt de Metello & Mario, à negociatoribus & ab equitibus Romanis, qui erant in Æthiopia : ex quo factum est, ut cum Marius missione accepta Romanum uenisset, statim consul crearetur. Que de Metello ac Mario. ] Metellum criminabantur, & Marius laudabant, eumq; ad id belli imperatorem posebant. Misere erant. ] à negociatoribus & equitibus Romanis, & à Gauda, & ab alijs qui pacem desiderabant. Imperatori. ] Nobilitas nocebat Metello, contra ignobilitas proderat Mario. Imperatori. ] Metello. Nobilitas. ] Nobilitas hoc loco non significat multitudinem nobilium, sed claritudinem generis & familie. Inuidia esse. ] i. erat ad inuidiam, propter nobilitatem Metello inuidebatur. At illi alteri. ] Mario. Generis humilitas. ] i. ignobilitas. Maiorem addiderat. ] i. quia tota plebs

quodã nõ est; nec id sensum magnoperè requirit. Dormiente illo, epistolâ super caput in puluino temere positâ sumit ac perlegit. ] Sic in manuscripto quoq;. Cæterum in plerisq; est, Puluinari i. perperè, ut ego opinor. Cicero certè in hoc significat ferè priore uilitur : posteriore haud temerè unquè, quod sciam. Nam magis puluinaria deorũ dicere solent. uelut : Ad omnia puluinaria supplicatio decreta est. Rursum : Qui puluinariibus Bone dea stuprũ intulit. & Qui sacerdotem ab ipsi aris puluinariibusq; detraxisti. Contrâ, Puluinus poscere, apud eundè : & Læticia, in qua erat puluinus Melitensi rosa factus. Q. Curtius 3. Epistolâq; sigillo annuli sui impressam puluino cui incubebat, subiecit. Deinde propter cognitis insidijs. ] Legendũ, Dein. Nabdasæ paulo post exprorectus. ] In Fabriciano atq; alijs uelut, Post paulo. Id Sallustianum magis est. Similis error postea, ubi ait : Sape in fuga, ac post paulo in armis spem habere. nam perperam est in recentioribus, Paulo post. Eundè ad modum Cicero, post aliquando dicere solet. Bomilcare atque alijs multis. ] Manuscripta, Alijsq; multis, quomodo & uelutissimum quodque ex impressis. Interdum somno excitus, arreptis armis, tumultum facere. ] 2. Arreptis armis, codices in membrana descripti non habent præter unum Fabricianum, ac ne i. quidem, nisi in spacio quod uersus dirimit, idq; alterum manu.

propter similitudinem generis fauebat Mario. Cæterum in utroque. ] Licet nobilitas generis inuidiam Metello peperit, ignobilitas Mario fauorem acquisierit : tamen plus ualuerunt uoluntates partium, quam bona aut mala sua in utroque. Studia partium. ] quia utraque pars suos extollere cupiebat plebs nouos homines, nobilitas nobiles. Quam bona aut mala sua. quia non tam propter nobilitatem aut uirtutes, neq; propter ignobilitatem aut uitia, quam propter conditionem partium, uel Marius honore iubilatus est, uel Metellum depresso. Modè rata sunt. ] hoc est ualuerunt. Moderari est, imperio ac potestate regere. Præterea erat & alia res, que & Mario fauorem, & Metello inuidiam comparabat. nam tribuni plebis in concionibus Metellum criminabantur, & illum reum capitis esse dicebant contra Marius miris laudibus extollabant. Deniq; ciues egeni & rusticant atq; opifices, qui nihil habebant unde uiuerent nisi ex opere manuum, omnes ad Marium conueniebant, honorem illum cariorem habentes quam sua necessaria. Seditiosi magistratus. ] Tribunos plebis maxime intelligimus.

† Igitur Metellus, &c. ] Redit ad gestã Metelli, dicens : Igitur Metellus uel, i. postquam cognouit ex perfugis, i. his qui ex Iugurthinis ad se perfergerant : quibus serè ad insidias, priusquam cogniti essent, utebantur : aut tunc cogorant, cum iam prius perfergerent, dissidentes rebus Iugurthinis : de casu, i. occasi & morte Bomilcaris : & de indicio, s. proditiõnis regis promissis : patefacto, s. per familiarem Nabdasæ : parat rursus cuncta tanquam ad bellum integrum, i. ex integro referendum : & festinat, i. festinanter omnia facit, unde dimittit, s. se : domum, i. Romam : Marius, s. legatum fatigantem, i. se assidue sollicitantem : de professione, i. ut possit Romam proficisci ad consulatum petendum. & simul raris inuisum & offensum sibi, supple fore deinceps : parum idoneum, s. ad bellum fideliter gerendum. Plebs, i. populus uulgaris : Romæ, i. que Romæ erat : cognitis literis, que fuerant misse de Metello ac Mario, i. de diffensione & factione eorum acceperat, priusquam Marius aduenerat : hæc, scilicet que dicta sunt uolenti animo : de ambobus, s. de Mario, quod criminatus esset Metellus : & de Metello, quod in crimen citaretur. Et ita nobilitas, que fuit antea imperatori, s. Metello : decori, i. ad decus & honorem : esse, supple capiti aut esse, pro erat illi inuidia, i. ad inuidiam. At humilitas, i. abieccio & ignobilitas generis : addiderat illi alteri, s. Mario fauorem, scilicet popularem, præsertim plebeium. Cæterum, i. sedi iudici, i. fauores & contentiones : partium, s. nobilium qui Metello fauebant : & plebetorum, qui Mario moderata sunt, hoc est gubernationem tenuerunt magis in utroq; s. Metello & Mario : quam aut bona aut mala sua, i. quam aut uirtutes aut uitia ipsorum, i. plus potuerunt in eare studia & fauores quam merita utriusque. Præterea magistratus seditiosi, uelidelicet tribuni plebis : exagitare, i. exagitabant & sollicitabant uulgum, i. plebem, s. ad sessionem mouendam in Metellum : & arcescere, i. arcescebant, i. citabant & exposulabant Metellum capitis, s. reatus aut poena, sup. in omnibus concionibus quas ad populum faciebant & celebrare, i. celebrabant uirtutem Marij : in maius, hoc est, augendo eam & maiorem predicando quam erat, Celebrare enim, est celebre facere. Celebre autem,

† Igitur Metellus, &c. ] Redit ad gestã Metelli, dicens : Igitur Metellus uel, i. postquam cognouit ex perfugis, i. his qui ex Iugurthinis ad se perfergerant : quibus serè ad insidias, priusquam cogniti essent, utebantur : aut tunc cogorant, cum iam prius perfergerent, dissidentes rebus Iugurthinis : de casu, i. occasi & morte Bomilcaris : & de indicio, s. proditiõnis regis promissis : patefacto, s. per familiarem Nabdasæ : parat rursus cuncta tanquam ad bellum integrum, i. ex integro referendum : & festinat, i. festinanter omnia facit, unde dimittit, s. se : domum, i. Romam : Marius, s. legatum fatigantem, i. se assidue sollicitantem : de professione, i. ut possit Romam proficisci ad consulatum petendum. & simul raris inuisum & offensum sibi, supple fore deinceps : parum idoneum, s. ad bellum fideliter gerendum. Plebs, i. populus uulgaris : Romæ, i. que Romæ erat : cognitis literis, que fuerant misse de Metello ac Mario, i. de diffensione & factione eorum acceperat, priusquam Marius aduenerat : hæc, scilicet que dicta sunt uolenti animo : de ambobus, s. de Mario, quod criminatus esset Metellus : & de Metello, quod in crimen citaretur. Et ita nobilitas, que fuit antea imperatori, s. Metello : decori, i. ad decus & honorem : esse, supple capiti aut esse, pro erat illi inuidia, i. ad inuidiam. At humilitas, i. abieccio & ignobilitas generis : addiderat illi alteri, s. Mario fauorem, scilicet popularem, præsertim plebeium. Cæterum, i. sedi iudici, i. fauores & contentiones : partium, s. nobilium qui Metello fauebant : & plebetorum, qui Mario moderata sunt, hoc est gubernationem tenuerunt magis in utroq; s. Metello & Mario : quam aut bona aut mala sua, i. quam aut uirtutes aut uitia ipsorum, i. plus potuerunt in eare studia & fauores quam merita utriusque. Præterea magistratus seditiosi, uelidelicet tribuni plebis : exagitare, i. exagitabant & sollicitabant uulgum, i. plebem, s. ad sessionem mouendam in Metellum : & arcescere, i. arcescebant, i. citabant & exposulabant Metellum capitis, s. reatus aut poena, sup. in omnibus concionibus quas ad populum faciebant & celebrare, i. celebrabant uirtutem Marij : in maius, hoc est, augendo eam & maiorem predicando quam erat, Celebrare enim, est celebre facere. Celebre autem,

plus est quam frequens : quia honorem illi addit, ut Valla latinus docet. Deniq; plebs sic est accensa. ] Recitat quantum potuerit instigationes factorum in plebes : qui eos ed impulerunt, ut derelictis etiam necessarijs opificijs Marius frequenter. Unde dicit Deniq; i. tandem per multas conciones cohortatoris : plebs, s. Romana : est sic, i. in tantum accensa, s. studio in Marium uiti, i. ut opifices, i. facientes opera ( ut uulgo dicunt ) mechanica, ut sumi pellipari, crepidarij, satores, &c. & omnes agricolæ, in agro degere soliti : quorum res, i. diuitia : & si des, i. credulitatis passim : erant sitæ, i. posita, i. in manibus, i. in opere manuali, quia, ut dicit Lucretius : Quantum quisq; sua numerorum spectat in arca, Tantum habet & fidei, &c. Frequentarent, i. frequentes comitarentur Marium, relictis operis, i. laboribus & opificijs suis : & ut ducerent, i. haberent & reputarent : sua necessaria, scilicet negocia ( quasi dicat cum Paulo : Qui non laborat, non manducet ) post honorem illius, s. Marij. Ita, i. sic : nobilitate percussa, i. stupefacta & attonita : consulatus mandatur, i. decernitur homini nouo, s. Mario : qui nunquam eum obtinuerat, nec maiores eius : unde ad consulatum nouus erat. mandatur ( dico ) post multas tempestates, quibus non fuerat usus nouus homo consul creatus. Et populus, s. Romanus : rogatus, i. interrogatus postea, scilicet quam Marius consul esset designatus à L. Manlio Mancino tribuno plebis : quem uellet gerere, i. exercere bellum : cuius Iugurtha, i. contra Iugurtham : frequens, s. populus : iussu sit Marius, s. bellum cum Iugurtha gerere. Sed senatus decreuerat, i. publico decreto addixerat paulo antè : ut usum est provinciam Numidiam, s. nomine ( ut sit apud positio ) aut Numidiam : Metello, s. imperatori. Sed ea res, i. decretum senatus : fuit frustrata, s. facta, i. irritum habitum : quia, ut postea narrabitur apertius, Marius in Numidiam exercitum parabit.

† Quam mala aut bona sua moderatur. ] Secutus si dem ueterum librorum lego : Quam bona, aut mala sua moderata sunt. legitur etiam in quibusdam, Moderari. Quorum res fidesq; in manibus sita erant. ] Nihil enim habebant, unde aut ipsi uiuere, aut eis alienis soluere possent, nisi quod uel in officinis, uel in agris manuum mercede comparassent. L. Manlio Manlio. ] Sic est in libris scriptis omnibus, & plerisq; typis excussis. Cæterum in utroq; magis studia partium, quam maiora aut bona sua moderantur. ] In manuscriptis est, Quam bona aut mala sua moderata : quomodo in Beroaldino. Præterea seditiosi magistratus uulgus exagitare. ] Fabricianum exemplar, Uulgum : quomodo apud Nonium Sifenna, Imperitum concitat uulgum. Marij uirtutem in maius celebrare. ] Sic & manuscripta. In quibusdam tamen, immani celebrare : pro, nimis prædicare, ac sita pramodum efferre & extollere laudibus. Nam immane non solum dicitur importunum & ferum, quomodo Cicero alicubi, Tetra & immanis belua, inquit : sed etiam ingens ac nimium, ut, immanis pecunia, apud eundem : Immane uulgus, apud Virgilium. Priorem tamen lectio nem haud immutare ausim, propter uerbum quæ scripsum lum. Sed & Liu. 4. ab V. C. in maius ( ut sit ) celebrat, inquit. Deniq; plebs sic est accensa. ] Manuscripta, Plebs quomodo & antea est saepe usus. Nec aliter uelut sissimum quodq; ex impressis, & Est, nullo in manuscripto, neq; in Beroaldino ipso reperitur. Itaq; percul. nobil. ]

C A S T.

R I V.

Legen.

GLAR.

Legendi e manu scriptis & impressis uetustioribus. Ita. Caterum in uroq; magis studia partiū, quam mala aut bona sua moderari. Moderari Aldinus codex mutauit in Moderantur. Gothi codex habebat Moderata, cui & Badius & Saldus adiecerunt uerbum Sunt. Et

Badius quidem exponit, Moderata sunt, i. gubernatione tunc uerunt: Saldus uero, Moderata sunt, id est, ualuerunt. Nam moderari (subdit) est imperio ac potestate regere. L. Et ortu iudicet. Paulo post: L. Manlio Mancino, per c non per i legendum puto.

\* omnium

Eodem tempore Iugurtha amisit amicos, quorum plerisque ipse necauerat: ceteri formidine, pars ad Romanos, alij ad Regem Bocchum perfugerant: cum neque bellū geri sine ministris posset, & nouorum fidem in tanta perfidia ueterum experiri periculosum duceret, uagus in certis que agitabatur: neque illi res ulla, neque consilium, aut quifquam \* hominum satis placebat: itinera, præfectosque in dies mutare: modō aduersus hostes, interdum in solitudines pergere: sæpe in fuga, ac paulo post spem in armis habere: dubitare, uirtuti an fidei popularium minus crederet, ita quocumque intendat, res aduersæ erant. Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Iugurtha pro tempore parati instructique: deinde prælium incipitur. Qua in parte Rex pugnae adfuit, ibi aliquandiu certatum est: ceteri omnes eius milites primo congressu pulsifugatique: Romani signorum, & armorum, & aliquanto numero hostium potiti. Nam ferme Numidas in omnibus præliis magis pedes quam armatutati sunt. Ea fuga Iugurtha impensius modō rebus suis diffidens, cum per fugis & parte equitatus in solitudines, deinde Thalam peruenit. Id oppidum magnum, atque opulentum, ibique plerique thesauri Regis, filiorumque eius, multus puericæ cultus erat. Quæ postquam Metello comperta sunt, quanquam inter Thalam flumenque proximum in spacio millium quinquaginta, loca arida atque uasta esse cognouerat: tamen spe patrandi belli si eius oppidi potitus foret, omnes asperitates superuadere, ac naturam loci etiam uincere aggreditur. Igitur omnia iumenta farcinis letari iubet, nisi frumento dierum decem: ceterum utres modō, & alia aquæ idonea portari. Præterea conquirat ex agris quàm plurimum potest domiti pecoris, eoque imponit uasa cuiuscumque modi, sed pleraque lignea, collecta ex rugurijs Numidarum. Ad hoc finitimis imperat, qui se post Regis fugam Metello dederant, quàm plurimum quifque aquæ portaret: diem locumque ubi præsto forent, prædicat. Ipse ex flumine (quam proximam oppido aquam esse supra diximus) iumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde ubi ad id loci uentum est quo Numidis præceperat, & castra posita munitaque sunt: tanta repente celo missa nis aquæ dicitur, ut ea modō exercitui satis superque foret. Præterea commeatus spe amplior: quia Numidæ (sicuti plerique in noua deditioe) officia intenderant. Ceterum milites religioe pluuia magis usi, eaque res multum animis eorum addiderat. nam rati sunt sese dijs immortalibus curæ esse. Deinde postero die contra opinionem Iugurthæ ad Thalam perueniunt.

Pedum tamen. Tala opidum.

Non solum rustici instrumentis, uerum etiam à popularibus portatur aqua.

Cerabat inter se officijs. Noua deditio.

SOLDI.

Eodem tempore. Ordo est: Eodem tempore Iugurtha agebatur uagus & incertus, cum, pro quando: neque bellum posset geri sine ministris: & cum duceret periculosum, experiri fidem nouorum amicorū in tanta perfidia. Veterum. J. amicorum. Amisistis, amici, quorum plerisque ipse necauerat, ceteri percussifformidine ne profugerant, pars ad Romanos, alij ad regem Bocchū, Regem Bocchum. J. Bocchus rex Maurorum erat, qui Numidæ confines sunt. Amicorum nouorum fidem. J. Iugurtha periculosum esse putabat experiri nouos amicos: quia ueteres amicos proditores erat expertus, & perfidos, nam Bomilcar & Nabadaia, uetres eius amici, in perniciem eius conspirauerant. Duceret. J. i. estimaret. Sæpe Iugurtha quasi amens erat, consiliumque captum statim mutabat. Aliquando fugere, aliquando armis resistere decernebat. Dubitare. J. hoc est, nec uirtuti nec fidei popularium confidebat. Ita. J. hoc modo, quicquid facere tētabat, aduersum sibi eueniebat. Sed inter eas moras. J. Breuitur prælium describit commissum inter Metellum & Iugurtham, in quo prælio uictus est Iugurtha. Romani. J. Romani, inquit, multa signa militaria & ar-

ma ceperunt, sed paucos hostes. Ordo talis est: Romani enim sunt potiti aliquanto numero signorum & armorum: sed sunt potiti numero paucorum hostium, quia Numidæ magis fugiunt quam se armis defendunt. Nam ferme Numidas in omnibus præliis. J. Ordo est: Nam ferme magis pedes quam armis sunt in fugam concilians do tutati in omni genere præliorū. Magis pedes quam arma. J. quia magis fugiunt, quam se armis defendunt: quia fugiendo magis, quam armis pugnando, scilicet conseruanti. Ea fuga. J. Dicit, quomodo Iugurtha uictus per uastitas solitudines, Thalam peruenit, quæ est ciuitas magna & opulenta, ubi Iugurtha suos ibefauos habebat, atque etiam filios. Impensius modō uel us suis diffidens, J. uicibemētius nunc suo statui diffidens. Plerique ibefauo. J. i. multi ibefauo, s. erant. est uicugna ab inferiori. Quæ postquam. J. Ordo est: Tamen Metellus aggreditur superuadere omnes asperitates, ac etiam uincere manu spe patrandi belli, si foret potitus eius oppidi, quanquā cognouerat loca arida & uasta esse inter Thalam, & proximum flumen in spacio quinquaginta millium. Postquam. J. hoc est, illa que sunt comperta Meo

A tello.

Quæ postquam sunt comperta. J. cognita, postquam Metellus cognouit Iugurtham profugisse Thalam, decreuit exercitum traducere ad eum locū, licet eum transire oporteret per loca arida, & uastitas solitudines. Flumen quoddam erat diffusus à Thala quinquaginta miliaria, in hoc spacio loca erant arida, & aqua carentia, in quibus nemo habitabat, per hæc loca transeundum erat. Loca arida. J. i. aqua carentia. Tamen spe patrandi belli, si eius oppidi potitus foret. J. Quamuis per loca arida & difficilia transire oporteret, tamen quia sperabat bellum finire, si eam ciuitatem cepisset, omnes asperitates uincere decreuit. Si eius oppidi potitus foret. J. si urbem cepisset. Ac naturam etiā. J. Nam ferè contra naturam est, posse exercitum ducere per loca tam arida. Igitur omnia iumenta. J. Vide quo consilio: & qua arte usus sit, ut exercitum Thalam duceret. iumenta onerari iussit tantummodo frumento, quod decem dies sufficeret: ceteras farcinas atque alia onera ex iumentis tolli iussit. Et utres atque uasa ad portandum aquam idonea, iumentis imponi præcepit: ipsaque uasa impleri aqua iussit ex flumine, quod proximum erat Thale quinquaginta milibus passuum. Atque ita frumento & aqua iumentis oneratis, Thalam cum exercitu proficiscitur. Iumenta dicuntur, quæ onera portant. Nisi frumento dierum decem. J. Cetera onera ex iumentis tolli iussit, præter frumentum decem dierum. Ceterum utres fiunt de pellibus caprinis inuersis. Modō. J. id est tantummodo. Præterea dicit Metellum, quantum iumentorum potuit congregasse ad uasa plena aquæ conuehenda. Neque enim parum est, si per uastitas solitudines & loca arida exercitum ducere potuisset. Domiti pecoris. J. id est iumentorum: sicuti sunt equi, muli, equæ, asini, & cetera huiusmodi. Eosque. J. id est super id pecus domitum. Ad hoc. J. scilicet præterea. Vbi præsto fuerint. J. id est ubi sunt parati. Ipse ex flumine. J. Ordo est: Ipse onerat iumenta ex flumine, quam aquam diximus esse proximam oppido. Quam aquam. J. ac si diceret, quod flumen. Proximam oppido. J. nam paulo ante dixit, flumen esse proximam Thale quinquaginta milibus passuum. Ad id loci. J. id est ad eum locum. Quid. J. id est ad quæ. Numidas præceperat. J. Nam paulo ante dixit, Diè locūque, ubi præsto fuerint, prædicat. Celo. J. scilicet per pluuiam. Vis. J. abundantia. Modō. J. id est tantummodo. Commeatus spe amplior. J. scilicet, id est maior quam sperabat. Sicuti plerique. J. scilicet faciunt. Sic enim fieri solent, nam semper populi in noua deditioe se promptos & officiosos præstant in eos, quibus se dederunt. Officia intenderant. J. hoc est promptè officia præstiterant. In noua deditioe. J. Multi enim populi Numidarum se Metello dederant, postquam uictus est Iugurtha. Et in hac noua deditioe uniuersique populus officium suū promptè exhibebat Metello. Ceterum milites religioe pluuia magis usi sunt. J. Milites utebantur magis aqua per pluuiam cœliis demissa, quam aqua que fuerat per iumenta conuecta. Et hoc ipsi faciebant religioe ducti: putabāt enim aquā illam diuinitis sibi missam fuisse, quia dijs curæ essent. Religioe. J. propter religionem hoc est, propter honorem deorum. Nam religio propriè dicitur, honor & cultus qui Deo optimo impenditur.

amiserat eos quos prius in amicorum numero habuerat (quorū ipse necauerat plerisque, i. plurimisque, ut Bomilcarum & confcios eius. & quorum ceteri profugerant. i. procul ad defensionem fugerant formidine. L. ex formidine aut propter formidinetipars. i. partim, aut alij ad Romanos, alij ad Bocchum regem, s. Mauritaniam) cum neque bellum posset geri sine ministris, i. auxiliarijs: et ducere. i. reputaret periculosum experiri fidem nouorum, s. auxiliariorū aut amicorū: in tanta perfidia, i. ubi comperisset tantam perfidiam ueterum, s. auxiliariorū: quos amicos fidosque duxerat: agitabatur. i. uolebatur & uersabatur uarijs, i. multarum cogitationum: & incertus, s. quid nam inceptaret. Neque res, i. negocium: neque consilium, aut quifquam hominum placebat illi satis. Mutare. i. mutabat in dies, s. singulos, i. per singulos dies, aut intelligamus magis itinera. i. itinones suas: & profectus. i. profectiōnes & digressus, ne si semper eadem itinera faceret, aut ab istodem locū uel in eadem proficisceretur, circumueniri posset: & pergere, id est pergebat: modō, id est interdū aduersus hostes, & interdum in solitudines: & habere, id est habebat sæpe spem in fuga, ac paulo post in armis. Dubitare, id est dubitabat an crederet minus uirtuti, id est fortitudini popularium, id est sautorum saltem apparentium: an fidei, id est fidelitati. Ita, id est & sic res erant aduersæ, supple ipsi: quocumque intenderat, s. conatum. Sed inter eas. J. Comemorat ut iterum uictus sit Iugurtha non ipsius, sed militum uilio. Sanè ubique Iugurtham animum & callidum inducit, quasi more exercitum uelit ad laudem Romanorum uictorū, uictū uirtutē comendare: ut Homerus Hectoris, & Maro Turni. Dicit autem sic: Sed Metellus ostendit sese reperit cum exercitu inter eas moras, quas traxerat Iugurtha, dubitans quid nam inceptaret. Numidæ, s. milites Iugurthini, sunt parati & instructi ab Iugurtha pro tempore. i. quantum dabatur pro puncto temporis trepidè enim adoriebatur Metello. Prælium incipitur (interdum incipit absolute dicunt, sed minus idone) inde. i. deinde & certatum est resistendo aliquandiu ibi. i. in ea parte pugnae affuit rex, s. Iugurtha: ceteri milites eius sunt omnes pulsifugati primo congressu. Romani, s. milites: potiti sunt aliquanto numero. i. satis magno: signorum. i. uexillorum: & armorum, s. de tractorum à fugientibus Numidis & paucorū hostium. Ideo paucorum: nam pedes utati sunt ferme. i. quasi aut ferè in omnibus præliis Numidas: magis quam arma, superiorum tutata sunt, quia ex fuga ferè salutem inuenierunt. Iugurtha diffidens modō impensius. i. abundantius solito: rebus suis ea fuga. i. propter eam fugam peruenit citi per fugis, qui cum non audebant derelinquere: & parte equitatus, s. regij: quæ solum dixit prius regem solere sequi amisso prælio: peruenit dico in solitudines. i. terras desertas: & deinde Thalam: id oppidum, s. Thalam est, sup. magnum atque opulentum. i. plenum opibus: ibefauo regis plerique, i. plurimi, sup. erant ibi: & nullus cultus. i. ornatus pueritiæ filiorum eius erat ibi. Quæ, s. dicta de fuga regis & de opulentiâ Thale: postquam cōperta. i. cognita sunt Metello: quanquā cognouerat loca esse arida. i. sicca sine aquis: & uastitas. i. sine domicilijs ac cultoribus: ualde ampla & capacia, hoc est desertia: inter Thalam, s. oppidū & flumen proximum: in spacio quinquaginta millium, s. passuum: tamen aggreditur. i. tentat superuadere. i. superuadere uadendo: omnes asperitates, s. locorum, ac uincere etiam naturam, quæ transitum uetabat: id autē faciebat spe

BAD.

Eodem tempore, &c. J. Redit ad conatus Iugurthæ recinendos, dicens: Eodem tempore, quo, & c. dicta fuerat Romæ, & in exercitui Iugurtha amicis amisistis. postquæ

belli patrandi. i. cōmittendi cum Iuguribus foret potius eius oppido, s. dominio aut imperio, sine quo poterat cum gentio consuetur. Igitur quia omnia autem autem dicitur, Metellus iubet omnia iumenta leuari. i. deonerari sarcinis. i. oneribus rerum militarium: nisi. i. prater quam frumento decem dierum. Ceterum. i. sed e contrario iubet modō. i. solummodo utres. i. uasa ex corpis, in quib. interdum uinum, interdum oleum, nunc aquas portabant: & alia uasa idonea aquae. s. transportanda: portari, scilicet ab iumentis, prater ea. i. simul conquirat ex agris, i. pagis uicinis: quam. i. quantum potest plurimum pecoris domiti. i. cicuris aut domesticis sunt equi, muli, asini, boues, &c. que, pro & imponit ed. i. ad id, aut in id. hoc est. pecus domitium (est autem aduerbium pro nomine, aut antiquus datus. nam nos dicere mus, Bq. &c.) uasa cuiuscumque modi: sed pleraq. i. plurima lignea: collecta. i. coacervata: ex Iuguribus. i. cōsis. s. uis populis. i. in confinio habitantibus: qui dediderant se factulo imperanti, aut dederat post fugam regis: ut quisq. portaret quam plurimum. i. ual de multum aquae. & per dicit, supple ipsi. i. constituit die locum in quo et ad quē portarent: ubi fuerunt praesidio. i. parati. ipse praeter ea quae deditiōis imperauerat: onerari. i. onerare iubet (qua seruilia ministeria non decuit imperatore: uerum ea quae facere cōsueuerat, quae imperator ex consuetudine ex flumine. i. aqua fluētis: aquam. i. quod flumen: nos diximus supra esse proximam oppido, s. Thalam: & tū nō erat propinqua, sed interuallo quinqueaginta millibus, passuum. Et est dictum sicut illud de eisd. s. Proximus huic longo, sed proximus interuallo insequitur Salus.

Et ipse instruetus eo modo proficiscitur ad Thalam, s. oppidum: ubi proprio dat praepositionem. Deinde ubi uentū est ad id loci, quo praeparat Numidas, s. deditiōis uenturus esse: quia diem ei loci eis praedixerat) et castra sunt posita & munita tanta uis. i. copia seu abundantia aquae dicitur missa. s. per pluiam, quasi caelitus data sit: repente. i. subito: ut ea. s. aqua modō. i. solummodo aut sola apporata foret satis: & super. i. plusquam satis. Prater ea comēda. uis. i. cibis pro exercitu erat, sup. amplior. s. i. quam sperauerat: quia Numidae intendere. i. intentus effecerat officia. i. exercitia debita: in noua. i. recēti deditiōe, sicut pleriq. faciunt: quia (ut dicitur) principū seruet, mediū calet, & tepet inum. Ceterum, id est sed milites sunt magis usi pluita pro religione, id est pro re diuina: uoluntate peracta: & ea res addidit multum animis, id est animositati eorū. Nam rati sunt se esse curā dijs immortalibus. deinde perueniunt postero, id est sequenti die: ad Thalam contra opinionem Iuguribae, qui opinatus e-

Oppidani, qui se locorū asperitate munitos crediderant, magna atq; insolita re percussū, nihil segnius bellum parare: idem nostri facere. Sed Rex nihil iam Metello infestum credens, quippe qui omnia arma, tela, equos, locos, tempora, denique naturam ipsam ceteris imperitantem, industria uicerat: cum liberis & magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit: neque postea in ullo loco amplius uno die, aut una nocte moratus, simulabat sese negocij gratia properare. Ceterum proditionem timebat, quam uitari posse celeritate putabat, nam talia consilia per ocium ex opportunitate capi. At Metellus ubi oppidanos praelio intentos, simul oppidum & operibus & loco munitum uidet: uallo fossaq; mœnia circumuenit. Deinde locis ex copia maximē idoneis uineas agere, superque aggerem facere: impositis & super aggerem turribus, opus & administratos tutari. Contra hæc oppidani festinare, parare:

rat eos cō nunquam accessuros. Sine ministris. Re CAST. Dicitur Vlla nō est in omnib. antiquis libris. Quisquam hominum. Alter: Quisquam omnium. Pulsi fugatiq;. In nostris calamo scriptis exemplaribus additum est uerbum, Sunt. Cultus ornatus. Naturam loci. In quibusdam non reperi uerbum, Loc. Sed pleraque lignea. Ita legitur in uetus libris. Nam talia consilia per ocium ex opportunitate capi. Si ita legamus, subaudienda necesse est, uerbum superius putabat. uerum in sa tis antiquo codice, ita scriptum inuenimus.

Cum neq; bellum geri sine ministris posset. R.I.V. Manuscripta, Sine ministris: idq; rectum. Vagus incertusq; agitatur. In manuscriptis est, Varius incertusq; non, Vagus. Atq; hæc melior lectio est. Neque illi res ulla, neque consilium. Vlla, non est in ullo manuscripto, nec in Veneto aut Florentino. Ibi aliquando certatum est. Vbi, manuscripta non habent. Omnes asperitates superuadere, ac naturam loci etiam uincere agger dicitur. Legendum, Omnes asperitates. Prater ea loci, non est in impressis antiquioribus, nec in manuscriptis. Sed nec in impressis additur, ubi de hoc ipso Salustius: Denique (inquit) naturam ipsam ceteris imperitantem in districta uicerat. Notanda uero locutio, Asperitates superuadere pro, diffcultates omnes superare, seu perire, ut Plin. loquitur. Ceterum ut res modō, & alia aquae idonea portari. Non diuisim legendum, sed conuētum, utres modō. Facilis & procliuis error. Sed & perperam in quibusdam additur, Vasa. id est ex locis, ut opinor, irrepit. Sed pleraque lignea. Vbi Sed, non est in ullo manuscripto, licet sit in impressis uetustioribus. Quam plurimum quisque aquae portare. Perperam in quibusdam, Ut quisque. Nam elegantius particula Ut omittitur. Deinde ubi ad id loci uentum est. Vbi, non reperi in manuscriptis, ac maiore cū gratia abesse poterit. Sic inferius: Præda omnis a perfugis corrupta est. In manuscriptis non est additū ubi uerbū sublatiū, nec in impressis antiquioribus.

Quantum inter Thalam flumenq; proximum. GLAM. Quam uellem, flumen hoc nominasti auctor. Sic enim Thale situs clarior esset. Ptolemaeus non ita longē a Bagrada Thalam ponit, quem quidam Thalam putant. Quippe paulo post: Legati ab Lepiti ad Metellum ueniunt. Qui quidem situs non ita longus est, atque sunt Mauritanie Casariensis loca, sub Iugurthae etiam imperio. Continuo post: Tamen spe patrandi belli. Badius Committendi exponit. Soldus Fintendi: quod magis placet. Nam & postea de Mario in Africam recessu profecto dicitur est. Neque belli patrandi copiam cognouit, pro Fintendi dixit, ut puo.

prorsus ab utrifq; nihil reliquum fieri. Denique Romani multo ante labore praedijsq; fatigati, post dies quadraginta quam ed uentum erat, oppido modo potiti: præda omnina a perfugis corrupta est. Hi postquam murum arietibus feriri, resq; suas aduersas uident: aurum argentumq;, & alia quae prima du cuntur, domum regiam cōportant, ibiq; uino & epulis onerati: illaq; & domum, & semet igni corumpunt: & quas uicti ab hostibus penas metuerant, eas ipsi uolentes pendere.

SOLDI. Nihil segnius. i. nihil tardius. Parare. pro parabant. Idem nostri. Romani, similiter & ipsi bellū parabant. Facere. pro faciebant. Idem. i. eandē rem. Sed rex. Dicit Iugurtham cum liberis & multa pecunia noctu ex urbe fugisse, postquam uidit Metellum omnia uincere posse, etiam ipsam nauaram, quae alijs dominari & imperare solet. Nihil infestū Metello. i. omnia fieri posse a Metello. Quippe. i. quia. Negocij gratia. i. causa dicitur rei. Celeritate. i. uidelz nō morando datus in uno loco, sed celeriter discedendo. Nam talia consilia, uidelz consilia proditiōis. Per ocium. i. per occasionē temporis. Opportunitate. i. cōmoditate temporis. Et idem cū non moraretur amplius uno die, aut una nocte in uno loco, non dabatur opportunitas temporis allicui ad capiendum consilium proditiōis. At Metellus. Ita quidem Iugurtha profugit ex oppido: sed Metellus illud obsidere & oppugnare parauerat. Intentos. i. paratos. Operibus. uidelicet munitione, mœnibus & fossa. Loco. i. natura loci. Circumuenit. i. circumdat. Vallo fossaq;. Qui obsidebant ciuitates, uallo & fossa eas circumdare solebant, ne oppidani eruptione facta castra circumposita inuaderent: & ut citius fame coacti, dum nemo egredi potest, deditiōem facerent. Vallū est munitione ex fustibus, facta, appositio aggerē terrae, quod fossa cingitur. Deinde iubet duobus locis, ex copia maximē idoneis, uineas agere. i. uineas, ut ait Vegetius, machina est quae leuioribus lignis colligatur, lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa pedibus sedecim. huius tertium munitione duplici tabulatis cratibusq; contextitur: latera quoque uinice serpiuntur, ne saxorum telorumq; impetu penetrentur. Extrinsecus autem, ne immisso concrementum incendio, crudis ac recentibus corpis operiuntur. Ista cum plures facta fuerint, Iugurter in ordine: sub quib. subsidentes tuti, ad subruenda murorū penetrant fundamenta. Vineae machina bellica erat, quae prope mœnia ducebatur, et sub ea milites tecti mœnia oppugnabāt. Super uineas terrā accumulabant, & super terrā turres faciebāt, in turrib. pugnatores locabantur. Vineae autē dicta est, eo q; in modū uinearū ex una parte tantū tecta erat, quae pars uiros oppugnandos respiciebat. Sic enim uineae maximē in hortis aptantur, ut una pars decliuis uitis contegatur. Deinde iubet milites. i. scilicet agere uineas, hoc est appellere, adiuuere, adducere, scilicet iuxta muros. Duobus locis. hoc est, ex copia maximē idoneis. In multis locis circa mœnia uineae locari poterant: sed ex multis locis duo maximē erant idoneae, in quibus uineae ponerentur ad oppugnanda mœnia. Ex copia. i. ac si diceret, Ex multis. Aggerem. i. aggerem autem ex terra lignisq; extollitur contra murum, de quo tela iactantur. Agger, est accumulatio terrae. Iacere. i. fundare. Et super aggerem impositis turribus opus administratos tutari. Et iubet administratos tutari opus, impositis turribus super aggerem. Opus. i. uidelicet munitionem ipsam. Administratos. i. id est pugnatores. Tutari. i. id est defendere. Ab utrifque. scilicet a Ro-

manis & ab oppidanis. Nihil reliquum fieri. i. id est nihil relinqueretur. Denique. i. dicit Romanos post dies quadraginta urbem cepisse solummodo: praedam autem nullam inuenisse, eo quod perfugae eam igni corruerant. Romani oppido modo potiti sunt. hoc est, solummodo urbem ceperunt: quia praedam nullam ceperunt. nam perfugae eam igni consumperant. Nam postquam uiderunt urbem diutius defendi non posse, quicquid auri et argenti aliud ue preciosum erat in urbe, portauerunt domum regiam. Atq; ita uino se & epulis onerati, & domum & res ipsas ac seipos igni corruerunt. Hi. i. perfugae. Postquam murum arietibus feriri. i. Arietis machina bellica est, qua murus feriebatur, & usq; ad ruinam quatiebatur: dicitur arietes, quia murus pugnat in modum arietum pugnantium: ut quia sit in summo in modum capitis arietum. Et alia. i. ut sunt ornamenta preciosa. Prima. i. praecipua. Ducuntur. i. aestimantur, uel dicuntur. Domum regiam. i. ubi Iugurtha rex habitare solebat. Illa. i. aurum, argentum & alia preciosa.

Oppidani. i. ciues Thaleses: qui crediderant se munitos asperitate locorum, eo quod propter penuriam aquae in loco intermedio inaccessibilis cum exercitu uidebatur urbs illa: percussū. i. perplexi et attoniti: re magna atq; insolita: parare. i. parabant nihil segnius. i. negligētius quam si nō fuisset percussū: bellum & nostri. i. Romanae nit facere, id est faciebant idem. i. aquae intente parabant bellum. Sed rex, scilicet Iugurtha credens iam nihil infestum. i. si dicitur infestibile (Nam in suis participijs sepe utitur pro uerbis in illis. ut, Aut illaudati pro illiudabilis, & inaccessos pro inaccessibilis apud Maronem) Metello quippe. i. uipote: qui uicerat industria omnia tela, arma, locos, tempora. Deniq; ipsam naturam imperitantem ceteris, s. ingenijs aut rebus: profugit noctu ex oppido cum liberis & magna parte pecuniae: Neq;. i. non: & ipse non moratus postea in ullo loco, amplius uno die aut una nocte simulabat se properare. i. festinare sic gratia negocij, scilicet quod gerebat. Ceterum, id est sed ipse timebat proditionem, sed a suis: quam timebat se, supple posse uitare celeritate. Nam talia consilia, s. de proditione faciendā, solent capi per ocium, id est cessatiuam: & ex opportunitate, id est cōuenientia temporis. Non enim potest rex tradi sine opportunitate loci, in quo infestae locentur: qui locari non possunt, nisi sciantur uinera. At Metellus. i. Recitat oppugnationem, & tandē expugnationem Thale oppidi simulq; animosam, sed minus cōmendabilem interitum perfugarum, qui perfidia, ebrietate & inuidia perciti in ignem cum regia regioq; thesauro dedere. Ordo est: At. i. sed Metellus, ubi iudicet oppidanos intentos praelio: & uidet simul oppidanum munitionem & operibus, s. manualibus, opera humana perferre: & loco. i. naturali sit circumuenit, s. circumdat & obsidet mœnia uallo. i. sepimento ex uallis. i. stipitis. acutis & fossa ante uallum facta contra eruptionem oppidanorū, & simul ne perfugae elaberentur. Deinde iubet

EAD.

maximè idoneis, scilicet militibus ex copia, s. militum agere vineas duobus locis, sic quibusdam placet construi: Quia cum oppidum loco munitum dixerit, non placet copià locorum idoneorum illi statui. alij tamen sic construunt: iubet agere vineas, i. machinas bellicas, figuram vinearum habentes, eo quod ex tabulis in morem festivitatis capita militum ab impetu lapidum & iaculorum tutabantur. Erant autè nunc sub ipsis mœnibus fortissimo fundamento stabilitæ: aliter non sustinissent onus, quod hic super impositum narratur, nam addit: Et iubet iacere, i. instruere iactis fundamentis super eas, s. vineas: in quibus latitabant milites aggerem. i. cumulum terræ aggestæ. i. apportatæ: & iubet tutari opus, s. incœptum de vineis & aggeribus & admisionibus. i. milites in eo agentes: turribus impositis, i. per turres lignæ. i. impositis super aggerem. Oppidani festinare, i. festinabant: parare, i. parabant: contra hæc, s. incœptum Metelli: nihil profusum, i. omnino fieri, i. fiebat: reliquum, i. relictum & non factum, quod fieri deberet: ab utriusque, scilicet intus & foris existentibus. Denique, i. tandem Romani satiati, s. ab oppidanis multo labore & præliis, s. multis antequam caperent oppidum, potiti sunt modo, i. solimodo oppido post dies quadraginta, i. quadraginta diebus postea: quam ventum erat, s. ab ipsis eod. i. ad id oppidum. Ideo autem solimodo oppido: quia omnis præda corrupta est à perfugis, s. ab his qui primùm ad Metellum peruennerant, & deinde ad Iugurtham perfergerant: quocirca certò sciebant, si capti essent, quod de ipsis supplicium sumeretur. Unde addit: Hi, s. per fugas: postquam uident murum, s. oppidum ferri, i. concuti arietibus, i. machinis, habentibus cornua ferrea acuta in anteriori parte, quibus ferunt muros, ut arietes cornibus suis obstantes. Unde dicit Maro Aeneid. 1.

— Labat ariet e cerebro Ianua. —  
Et uident res suas afflictas, comportant domum regiam, i. in ipsam regiam (quam Iugurtha illic habebat, et ubi fuerant liberorum eius culus. Sanè notandum est, nò solim pronomina possessiua: sed & nomina iungi posse dictio: nò Domus sine præpositione: ut sicut dicitur Vado domum meamita Vado domum regiam aut Vergilianam) aurum & argentum & alia, s. eiusmodi: ut lapillos aut uestes preciosiores: qui dicuntur, i. estimantur prima, i. præstantissima bona: & ipsi grauari, i. incrupulati ibi, i. in regia: uino & epulis corrumpunt: illa, s. illa, s. bona: et domum, s. illicet regiam: & semet, i. semet ipsos igni, quia comburant se, & omnia quæ in regia erant: & ipsi uolentes, i. spontaneè pendere, i. pendebant, hoc est, per soluebant: eius panis, quos ipsi metuerant ab hostibus, s. Romanis: uicti, id est, si fuissent uicti.

C. AST.

¶ Nam talia consilia solent per ocium ex opportunitate capi, quo modo habent impressi quidam. In illo autem quem ex bibliotheca Diui Saluatoris habuimus, ita legitur: Nam talia consilia per ocium ex opportunitate capiuntur. Deinde loci. Hæc est antiqua lectio. Deinde iubet loci. Ex copia. ] locorum. Superq; aggerem iacere. ] Super hoc loco pro Insuper, & præterea positi sunt. ut apud Virgilium Aeneid. lib. 11.

Thala à Sydonijs condita.

Sed pariter cum capta Thala, legati ex oppido Lepri ad Metellum uenerant, orantes uti præsidium præfectumque eò mitteret. Hamilcarem quendam hominem nobilem factiosum uolens rebus studere: aduersum quem neque imperia magistratuum, neque leges nouerit. Id nifestinaret, in summo periculo suam salutem, & illorum socios fore. Nam Lepitani iam inde à principio belli Iugurthini ad Bestiam

Accè super mœnia magni Diomedis ab urbe Legati responsa ferunt. —  
Vbi Seruus. Super. ] Insuper. ad cumulationem malorum. quidam calamo scripti codices habent, superq; eam aggerem iacere. ut sit super eas. id est, præter eas, ac si dicat: non solum uineas agere iubet, sed aggerem quoque iacere. quomodo loquitur Tacitus Ann. lib. 3. Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna auctoritate scriptura reperio ullo officio functam, cum super Agrippinam, & Drusum, & Claudium, ceteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint, sed & alibi apud eundem super, pro præter inuenies. Arietibus. ] Vitruuius lib. 10. cap. 19. & 10 sepibus in arietibus arietibus lib. 3. cap. 15. Resq; suas aduersas uident. ] Alter. Resq; suas afflictas uident. utraque tamen lectio est in antiquis libris.

¶ Nam talia consilia per ocium ex opportunitate capi. ] In quibusdam est, Consilia solent, &c. uerum perperam. Ex glossa irrecipisse uidetur, quam insulsius aliquis & ineptus iterator adiecerat. Fabricianum, Per ocium & ex opportunitate, addita illa Et copula. Deinde iubet locis ex copia maximè idoneis uineas agere. ] & iubet, non habet Gymnicis, quum sit interm in omnibus manifestis & impressis uetustioribus. Hi postquam murum arietibus ferri, resq; suas aduersas uident. ] Manuscripta, Adflicta uident: pro, perditum. Vox est apud Cicero. Irequens. Eodem modo Florentinum. Ibiq; uino & epulis onerati. ] Quod in uetustis quibusdam Grauiati legitur, id ex glossa addita irrecipit. Quis uis idem est uero: biq; sensus, prior tamen lectio uerior. Quæ est Curtius 5. Mero onerati, inquit. & alieubi: Onera uere se uino. Idè tamen 6. Virum ne uino grauiatis effudisset illa. & 7. Graues mero suis uires extollere. Sed & Lilius 4. ab V. C. Vino epulisq; grauiatos, dicit. Idem 9. Vino oneratos sopiunt, inquit.

¶ Vineas agere, superq; eas aggerem iacere. ] Illud Eius, Aldinus codex sustulit, territus fortassis, quod non sit uersimile aggerem supra uineas instrui: quippe apud nullum auctorem, quod sciam, lectum. Atqui nisi ita legerimus, non est clarum quid sibi uelit illud, Superq; aggerem iacere. Badius, ut illud Eius defenderet, dicit fortissimo fundamento fuisse stabilitas uineas. Verum locum totum malè habet, præsertim in Aldino, atq; adeo in alijs codicibus multis. Si quid diuinationi meæ tribuendum, certè suspicor ita ab auctore scriptum: in super aggerem iacere, superq; aggerem impositis turribus opus ministris tutari. Quæ lectio egregie sensum elicit, & auctoris stylo est conformis. Illud uerò quod præcedit (ex copia) quid uera ferat, mihi non satis clarum est. Soldus de locorum multitudinem intellexit, quibus uineæ admodum poterant mœnibus. Quod malum quam de milium copia, ut quosdam exposuisse refert Badius. Denique Administratos pro Ministratos quare substituerit Aldinus codex, mihi non liquet. Quod si infinituos per præterita imperfecta experimus, non erit opus uerbo Iubet, nec uerbo Duobus, quæ habet quidam codices: & sanè ad eundem modum infinitiui sequuntur, festinare, parere, fieri.

GLAN.

stiam consulem, & postea Romam miserant amicitiam societatemque rogatum. Deinde ubi ea impetrata, semper boni fidelesque mansere: & cuncta à Bestia, Albino, Metelloque imperata, grauiiter fecerant. Itaque ab imperatore facile quæ petebant adepti. Missæ sunt eò cohortes Ligurum quatuor, & C. Annius præfectus. Id oppidum à Sydonijs conditum est: quos accepimus profugos ob discordias ciuiles, nauibus in eos locos uenisse. Cæterum situm inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. Nam duo sunt sinus propè in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terræ, præalta sunt: cætera, uti fors tulit, alta: alia in tempestate uadosa. Nam ubi mare magnum esse, & sequere cœpit uentis: limum, arenamque, & saxa ingentia flutibus trahunt. Ita facies locorum cum uentis simul mutatur. Syrtes ab tractu nominatæ. Eius ciuitatis lingua modò conuersa connubio Numidarum: legum, cultusque pleraque Sydonica: quæ eò facilius retinebantur, quod procul ab imperio regis ætatem agebant. Inter illos & frequentem Numidiam multi nastiq; loci erant. Sed quoniam in has regiones per Lepitanorum negocia uenimus, non indignum uidetur, egregium atque memorabile facinus duorum Carthaginensium memorare. Eam rem nos locus admonuit.

Leptim Sydonij condidit.

Syrtes unde dicitur.

Memorable facinus duorum Carthaginensium.

SOLDI.

¶ Sed pariter. ] Nunc ad aliam rem narrandam tranfit. Dicit enim, eodem tempore uenisse legatos ex ciuitate Lepri ad Metellum, orantes ut mitteret eò præsidium militum, & præfectum: eo quod Amilcarem quidam nobilissimum factiosum seditionem in urbe concitaret, contra quem nec leges nec magistratus ualere. Amilcarem quendam. ] subauditur, dicebant. Nam Lepitani. ] Declarat quo modo Lepitani socij erant populi Romani. à principio belli Iugurthini Lepitani miserant legatos primò ad Bestiam consulem, deinde Romam, qui societatem & amicitiam peterent. Itaq; à populo Rom. in societate et amicitia recepti, semper fideles fuerunt. Nauiter. ] i. strenuè, propè, quicquid Lepitanis imperauerant duces Romani, s. Bestia, Albinus et Metellus, promptè fecerant. Bò. ] s. Lepitim. Ligurum. ] Ligures, socij erant populi Romani. Id oppidum. ] Dicit à quibus populis Lepri ciuitas condita sit. Sidonij, populi sunt Phœnicis regionis. Cum inter eos ciuiles discordie ortæ essent, profecti sunt nauibus in ea loca, ubi ciuitatem Lepitim condiderunt. Sicum. ] i. positum, id oppidum Lepri. Qui èis nomen ex re inditum est. ] i. impositum. Dicit quare uocatae sunt Syrtes, dicit enim à tractu Syrtes esse uocatas. nam egyptæ Græcè significat trabo, unde Syrtes.

¶ Quare autem à tractu sini uocatae Syrtes ipse declarat. Ex re. ] i. ab effectu. Nam quia in his locis unde trahunt limum & arenam & saxa ingentia, propterea à trahendo Syrtes sunt uocatae. Duo sunt sinus. ] Sinus est maris receptaculum. Duo loca in mari. ] In extrema Africa, i. in extrema parte Africa, orientem uersus. Impares magnitudine. ] quia alter altero maior est. Pares natura. ] quia uterque locus periculosus est, propterea quia uterque locus, cum mare uentis agitatur, harenam & limum & saxa ingentia trahit: ut propterea mare ibi fiat asperum, & ad nauigandum admodum difficile ac periculosum. Quorum loca proxima terræ præalta sunt. ] Horum sinuum loca quæ sunt terræ & littori uicina, sunt ualde profunda & alta. Cætera uerò loca quæ non sunt littori & terræ uicina, alta sunt & profunda, alia autem uadosa, i. non profunda, nec alta: quia plena sunt arena, & limo & saxis: ideo sunt periculosa. nam ibi naues illiduntur & franguntur. Cætera (uti fors tulit) alta. alia in tempestate uadosa. hoc est, cætera loca quæ non sunt terre uicina, alia sunt alta, alia uadosa, sicuti fors tempestatu tulit. Nam quando tempestas

est, & mare uentis agitatur, unde tantam harenam & limum & saxa trahunt, ut ea loca efficiantur uadosa & in nauigabilia. Alia tempestate uadosa. ] Vadofus dicitur locus, ubi aqua tam humilis est, ut ibi uadi possit pedibus. Et tempestas hæc loca uadofa facit. Nam ubi mare. Ordo est: Nam fluuius trahit limum & arenam et saxa ingentia. Vbi. ] i. quando mare cœperit esse magnum, & cœperit sauire uentis. Vbi mare magnum & sauire uentis cœperit. ] i. ubi, quando incœperit esse tempestas. Sauire. ] i. agitare. Trahunt. ] Hæc quo modo à trahendo, i. à uadofa, Syrtes sunt appellatae. Ita facies. ] i. aspectus. Facies locorum cum uentis simul mutatur: quia loca quæ ante tempestatè alta erant & profunda, superueniente tempestate efficiuntur uadofa: & e contrario, quæ loca discedente tempestate alta & profunda redduntur. Cum uentis. ] i. cum tempestate. Eius ciuitatis. ] Hæc ciuitas Lepitanorum primò sermone & linguam Phœnicam habebat, unde originem dicebat: postea uerò propter connubia Numidarum pristinum sermone relicto, lingua & sermone Numidarum uti cœpit, leges tamen cultumque Sidonicum retinuit. Lingua. ] i. sermo. Conuersa est. ] i. mutata est. Connubio Numidarum. ] quia Lepitani uxores Numidas accipiebant. Leges cultusque pleraque Sidonica sunt. ] Lepitani linguam quoque & sermone mutauerunt, sed non mutauerunt leges & cultum. Leges. ] quia uiuunt secundum leges Sidoniorum. Cultus. ] Cultus pertinet ad uictum & ad mores uiuendi. Pleraque. ] pro maiori parte. Quæ. ] i. quas res, leges & cultum. Quod procul ab imperio regis ætatem agebant. ] i. quia uiuebant procul à Rege Numidarum. Ex hoc apparet, Lepitanos fuisse sub imperio regis Numidarum. Inter illos. ] s. Lepitanos. Dicit, quare Lepitani procul ab imperio regis Numidarum uiuunt, quia inter Lepitanos & Numidiam loca sunt deserta. Vastis. ] i. desertis: propterea, quia inter Lepitanos & Numidiam multa loca deserta & ingentes solitudines erant, raro rex ad eos ibat, atq; ita leges eorum & mores primos non mutabat. Sed quoniam. ] Capta opportunitate Salustius per digressionem describit locum, qui appellatus est Aræ Philiænum. Et causam narrat, quare sic appellatus est. Quoniam in has regiones uenimus. ] Quoniam, inquit, data occasione per negocia Lepitanorum, uenimus ad describendum Syrtes, quæ sunt in extrema parte Africa:



non uidetur incongruum, describere etiam locum qui dicitur Philenum arae: qui locus est in eadem parte ipsius Africae. In his regionibus uenimus. uidelicet describens do Syrtis. Duorum Carthaginiensium. Philenum, qui nomen dederunt loco, ob egrorum factum eorum. Locus. ] quia locus dicitur Philenum arae, ideo narrare uolumus factum ipsorum Philenum.

BAD.

¶ Sed pariter. ] Mira breuitate progreditur ad describenda ea quae de Lepitanis contigerant, dicens: Sed pariter, i. simul & quasi eodem tempore: cum Thala, scilicet urbe capta i legati ex oppido Lepiti uenerant ad Metellum orantes: ut, i. ut ipse mitteret eum, i. ad illud oppidum, uide licet Lepiti: praesidium, i. custodiam militum: & praesidium, i. ut uulgò dicitur, capitaneorum qui ceteris praefectus esset: dicentes, sup. Amilcharem quendam hominem nobilem in ea ciuitate factiosum, i. seditiosum: & contra communem opinionem populi facere solitum: studeat, i. diligentem operam dare: rebus nouis, i. ad inuentionem rerum. hoc est, ut derelictis Romanis ad Iugurtham redirent. ] Anst. Studeo potius datus quam accusatio constituitur aduersum, i. contra quem, scilicet hominem factiosum Amilcharem: neq; imperia magistratum constitutorum ab Romanis neq; leges ualerent, i. aliquid possent: & sup. dicentes, ni, i. nisi: festinaret, scilicet mittere praesidium & praefectum: salutem suam, scilicet legatorum id dicitur: & socios illorum (aut legatur, suam & sociorum) fore in summo periculo. Nam Lepitani, i. ciues Lepiti oppidi: miserant iam inde, i. statim a principio belli Iugurthini, sup. legatos ad Bestiam consulens, missum in Africam, & postea Romanis rogatum, i. ut rogent (est autem supinum) amicitiam & societatem, scilicet populi Romani: deinde ubi ea, scilicet amicitia & societas pop. Rom. fuerit (alij intelligunt id uerbum) impetrata, scilicet a consule & senatu ipsi mansere semper boni & fideles. Et fecerant gnauiter, i. strenue & sedulo cuncta imperata a Bestia, Albino & Metello consulibus: & ita adepti sunt ab imperatore facile ea quae petebant, uidelicet praesidium cum praefecto. Et quatuor cohortes Ligurum, qui sunt populi Italiae, iuxta infubres: sunt emisse, scilicet ab exercitu: eum, i. ad eos: & Caius Annius praefectus, scilicet eorum. Id oppidum, scilicet Lepiti, est conditum a Sydonijs, i. populis Phoenicis regionis: quos, scilicet Sydonios, nos accepimus profugos existentes, i. a patria sua procul fugientes: ob discordias, i. factiones & seditiones ciuili: uenisse nauibus, i. trans freta: in ea loca, ubi Lepiti condita est. Ceterum oppidum illud est situm, i. constitutum inter duas Syrtis, i. duo loca periculosa, arenam attrahentia: unde breuia habent uada, nunc profunda, nunc sine aquis: in quibus submerguntur ferè nauigantes. ut Aeneid. 1.

In breuita & Syrtis uiget, &c. — quibus, scilicet Syrtibus: nomen est inditum, i. impositum: ex re, i. effectu. quia uigum significat trabes: & uigum tractus, aut uisus longa quae trahitur. Nam duo sunt sinus, i. anguli maris: propè, i. quasi in extrema Aprica: impares, i. inaequales magnitudine, sed pares naturae quia ambe attrahunt arenas: quorum scilicet sinuum loca proxima (si non est loca, die proxima, i. proximae partes) terrae sunt peralta, i. ualde alta cetera: uis, i. uis fors, i. casus uentorum aut aquarum uis, sunt alta & uadosa, i. habentia multa uada in alia tempestate, scilicet quando auferuntur arenae. Nam ubi, i. quando aut postquam mare coepit esse magnum: et sentire, i. intumescere & agitari uentis: fluctus trahunt

lunum, i. terram pinguem & humidam arenam, i. terram arenam, & ita non coherent: & saxa ingentia, i. ualde magna: & ita facies, i. figura locorum mutatur simul cum uentis. Lingua, i. loquela eius ciuitatis, scilicet Lepiti est modò, i. solummodo conuersa, scilicet in Numidicam: conuulsio, i. per conuulsium seu coniugium uel commercium Numidarum. Lege & cultus, sup. erant pleraq; i. ferè Sidonica: quae retinebant eum, i. propterea facilius, quod agebant atate procul ab imperio regis: quia in extrema Aprica. Multi & uasti, i. inhabitati loci sunt inter illos, scilicet Lepitanos & Numidiam frequentem, i. habitatam. Sed quoniam. ] Per digressionem ingreditur narratione de aris Philenorum: quae nisi ad historiographos pertineat, etiam locos describere satis impertinens decoratur, ita & historiae recitatio. Vnde quia satis asciticia uidetur narratio, causam narrandi affert, dicens: Sed quoniam nos uenimus per negotia Lepitanorum in has regiones, i. in descriptione harum regionum: uidetur non indignum memorare egrorum, i. non uulgare atq; mirabile facinus, i. factum duorum Carthaginiensium, scilicet Philenorum aut (ut alij declinant) Philenum, sed synopam putem.

¶ Lepiti. ] magna. Illorum facies. ] ceteros Lepitanos Romanis fauentis, qui domi erant. Impares magnitudine. ] Vide Plin. lib. 5. cap. 4. & Strabonem lib. 2. & 17. est locus hic posterior corruptus est. scriptum est enim ubi maioris Syrtis ambitum esse i. adiorum 930. dia metrum uerò 1500. quod esse minime potest, ut ambitu suo diameter sit maior. Pari natura. ] Vetusissimum exemplar, item alij quidam habent, Pares natura. Syrtes ab irachu nominata. ] uigum enim, trabes significat. Legum cultusq; pleraq; ] Vetusissimi pleriq; codices habent: Lege, cultusq; pleraq; quae lectio mihi ita placet, ut ea prorsus uera incorruptaq; esse uideatur. Retinebantur. ] Aliter: Retinebant.

¶ Et cuncta a Bestia, Albino Metelloq; impetrata gnauiter fecerant. ] In Fabriciano est, Imperata i. idq; sensus ipse potest. Sed & Nauè ibidem consentientibus alijs, haud scio an rectius, pro impigre, strenue, gnauiter: ab adiectiuo Nauis, quod est diligens & industrius. ubi bodie ferè Nauis dicimus. Magis autem antiquitatem respicit hoc aduerbium, cuius est cum primis obseruans Sallustius. Quamquam Priscianus quidem & Diomedes priscum magis esse putant Gnauiter, sicut & Ignauiter, quod Laelius alicubi dixerit. Qui uolent, Priscianus legat 15. de Aduerbjs. Diomedes in 1. uerbis sunt: Quaedam sunt nomina in us syllabam terminata, quae ex se bina aduerbia faciunt, ut est ueterum autoritas. Trans sit enim in quibusdam rationem, & aliter ipsa enunciat, aliter consuetudo usurpat. Nam nauis nauiter dicunt, quod nos nauè: largiter, quod nos large. Nisse sunt eò cohortes Ligurum. ] Manuscripta, Emisse eò: nec est additum ibi uerbum substantiuum. Impares magnitudine, pari natura. ] In quibusdam est, sed impressis, Pares natura: uerum eodem plane sensu. Quamuis prior lectio, si quid est in me iudicij, uerior est. Quae eo facilius retinebantur. ] Manuscripta, Retinebant, quomodo & ex impressis quaedam: ut Quae casus sit accusatiui.

Qua

A Qua tempestate Carthaginienses pleraque Africae imperitabant: Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio arenis ueni a specie. Neque flumen, neque mons erat qui fines eorum discerneret, quae res eos magno diuturno que bello inter se habuit. Postquam utrinque legiones, item classes saepe fusae fugataeque, & alteri alteros \* aliquantum attriuerant: ueriti ne mox uictos uictoresque de se suis alius aggrediretur, per inducias sponsonem faciunt, uti certo die legati domo proficerentur: quo in loco inter se obuij fuissent, ibi communis utriusque populi finis haberetur. Igitur Carthagine duo fratres misi, quibus nomen Philaenis erat, maturare iter pergere. Cyrenenses tardius ierunt. Id fecordia ne, an casu acciderit, parum cognoui. Ceterum soler in illis locis tempestas haud secus atque in mari retinere. Nam ubi per loca aequalia, & nuda gignentium, uentus coortus arenam humo excitauit, ea magna uigagitata, ora oculosque implere soler: ita prospectu impedito morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores sese uident, & ob rem corruptam domi poenas metuunt: criminari Carthaginienses ante tempus domo digressos, conturbare rem: denique omnia malle, quam uicti abire. Sed cum Pœnia aliam conditionem tantummodo aequam peterent, Graeci optionem Carthaginiensibus faciunt, uel ut illi, quod fines populo suo peterent, ibi uiui obruerentur: uel eadem conditione sese, quem in locum uellent, processuros. Philaeni conditione probata, scilicet uitam que suam Reipub. condonare: ita uiui oblitur. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratibus aras consecrauerunt: alijque illi domi honores constituti. Nunc ad rem redeo.

SOLDI.

¶ Qua tempestate. ] i. quo tempore. Eo tempore quo imperium Carthaginiensium magnum fuit in Africa, Cyrenenses populi ipsi quoque magni imperio fuerunt, adeo ut cum Carthaginiensibus bellum gererent. Pleraque Africae, ] magna parte Africae. Ager in medio arenosus. ] serat, inter confines Carthaginiensium & Cyrenensium ager erat plenus harena. Vna species. ] scilicet erat ipsius agri. Quae res. ] uidet, quia nihil erat quod fines eorum diuideret. Eos in maximo diuturnoq; bello habuit. ] i. tenuit i. quia Carthaginienses & Cyrenenses inter se de finibus imperij bella gesserunt. Postquam utrinque. ] Diu Carthaginienses & Cyrenenses de finibus imperij, & de bello terrestri & bello nauali inter se dimicauerant: aliquando Carthaginienses, aliquando Cyrenenses uicti sunt. Igitur diuturno bello fatigati, timentes ne utroque populus fessos, alius populus uel rex bello aggrediretur, ita inter se conuenerunt: ut uterque populus de sua ciuitate certo die & certa hora legatos mitteret: & is locus ubi obuij inter se fuissent, finis & terminus communis utriusque populi esset. Igitur Carthaginienses duos fratres miserunt, qui uocabantur Philaeni. Similiter Cyrenenses duos miserunt: sed Carthaginienses citius, Cyrenenses uerò tardius uenerunt. Tum Cyrenenses coeperunt conueniri & criminari, atq; accusare legatos Carthaginiensium, quod ante tempus & diem constitutum domo discessissent. & ob id citius uenissent i. se id nullo modo pati uelle, ut ibi terminos ponat, ubi obuij inter se fuerint: quia decepti sint. Tum Carthaginienses legati postulatuerunt, ut aliam aliquam conditionem aquam proponerent: igitur Cyrenenses hanc conditionem proposuerunt, ut Carthaginienses paterentur se uiuos sepeliri in eo loco ubi uellent fines poni: se quoque eam conditionem subiuuor esse. Tum Carthaginienses probata conditione, ubi terminos & fines poni uolebant, ibi uiui sepulti sunt. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratibus aras consecrauerunt, atque ita locus ille Philaeni arae dicitur est. Postquam. ] Ordo est: illi, scilicet Carthaginienses & Cyrenenses, ueriti ne mox alius aggrediretur uictos & uictores de se suis, faciunt sponsonem per inducias, uti legati

proficerentur domo certo loco, & is locus esset communis finis utriusque populi, in quo loco fuissent obuij inter se, postquam legiones & item classes saepe fusae & fugatae, sunt: & postquam alteri attriuerant alteros aliquantum. Utriusque. ] sex parte Carthaginiensium, & ex parte Cyrenensium. nam inter ipsos uaria fuit uictoria: aliquando Carthaginienses, aliquando Cyrenenses uicti sunt. Legiones. ] copiae terrestres. Classis. ] quantum ad bellum nauale. Fusa. ] fr. Et. Fugatae. ] fugam conuersae. Attriuerant. ] afflixerant, uictos uictoresq;. ] ipsos Carthaginienses & Cyrenenses. Alius. ] populus uel rex. nam facile est in terga aggredi de se suis & afflicti. Per inducias. ] Inducias fecerunt, & per tempus induciarum ita inuicem conuenerunt, ut uterque populus certo die & certa hora legatos mitterent, & in eo loco terminos poneret, ubi obuij inter se fuissent. hoc pacto illi qui ante tempus & diem horam constitutam domo discessissent, alteros deceperunt. Qui citius iter faciebant, terminos imperij populi sui producebant. Per inducias. ] i. per tempus induciarum. Inducias dicitur pax in paucos dies: sic dicitur, quod indies occit prebent, ut ait Donatus. Certo die. ] Tota res pendeat in hoc, ut certo die domo discederent. Maturare iter peragere. ] i. festinauerunt iter facere. Id fecordia ne an casu acciderit. ] quod Cyrenenses tardius uenerunt, hoc euenire potuit uel negligentia, uel casu aliquo. Sed Sallustius dicit se nescire, quoniam de causa hoc euenit. nam casu aliquo forte hoc euenit. Secordia. ] i. negligentia. An casu. ] uidelicet quia fortasse aliquod iter eorum impediuerit. Et Sallustius subiungit causam, per quam iter Cyrenensium fortasse impeditum est, ne celerius ire potuerint. Dicit enim tempestatem pulueris flante uento tantam suscitari solere in illis locis, ut oculis euntium puluere impleat, atq; ita iter eorum impediatur. Haec igitur res fortasse iter Cyrenensium retardauit. In illis locis. ] scilicet harenosis. Tempestas. ] ita puluis harena suscitatur, & in altum tollitur flante uento, ut tempestate faciat, sicut in mari fieri consueuit. Haud secus. ] i. non aliter, hoc est similiter. Atq; ] pro quibus.

\* aliquantum

Philaeni fratres, Valerius Max. lib. 5. cap. 6.

ut permittere tur, quod iure permittum erat.

quam. Retinere. ] iter facientes. Nam ubi. ] Declarat, quare in locis illis tempore illi pulueris euenire solet, & iter euntium impedire. Plancius est immensa, harenosa, arboribus primata & deserta. nam ibi nihil gignitur. Igitur cum uentus uementior flare cœperit, per totam hanc planiciem harenam tollit in altum: atque ita oculi euntium puluere implentur, & euntes ab itinere retardantur. Nam ubi. ] Ordo est: Nam ea, harena agitata magna ui, solet implere ora & oculos: & ita solet morari iter, impedito prospere. Vbi. ] pro postquam uentus coortus, per loca equalia & nuda gignentium excitauit harenam humo, i. a terra. Per loca equalia. ] i. plana. & ideo uentus maiorē habet uim, quia nō frigitur, sed suo impetu fertur. Et nuda gignentium. ] quia ibi arbores non nascuntur, quae res facit ut etiam uentus a suo impetu non frangatur. nam si arbores ibi essent, impetum uentorum impedirent. Nuda gignentium. ] i. priuata rebus quae aliquid gignant. Dicimus autem, Ergo sum nudus uestimentorum, & nudus uestimentis. Harenam. ] sabulum. Excitauit. ] i. suscitauit, mouit. Magna ui. ] hoc est, magno impetu uenti. Agitata. ] i. commota. Ora. ] i. uultum, iter facientium. Postquam Cyrenenses. ] Dicit quid fecerint Cyrenenses, postquam uiderunt se tardiores fuisse. Ordo est: Cyrenenses criminari, pro criminabatur, Carthaginienses illos digressos esse domo ante tempus: & illos conturbare rem, denique malle, pro malebant, pati omnia quam abire uellet. postquam illi Cyrenenses uident se esse posteriores aliquanto, & metuunt pœnas domi ob rem corruptā. Sensus patet. Ob rem corruptam domi pœnas metuunt. ] hoc est, Legati Cyrenensium timebant ne punirentur a suis ciuibus, quia permississent se decipi a legatis Carthaginiensium: qui precepto tempore citius ad locum iuerūt. Ob rem corruptam. ] s. a Carthaginiensibus, per dolum: quia ante tempus constitutum domum discesserant, ut ipsi Cyrenenses credebant. nam Sallustius hoc non affirmat. Et, ut diximus, tota res pendebat in hoc, ut fides constituti temporis seruaretur. nam utraq; pars facile metri animo poterat, quo in loco legati obuij futuri essent, eisi fides statuti temporis seruarent, & diligentiam ac festinationem in eundo adhiberent. Criminari. ] i. accusabant, culpabant hac de re, uidelicet illos digressos esse ante tempus domo, & illos conturbare rem. Digressos. ] s. esse, i. discessisse. Conturbare rem. ] Ille proprie dicitur conturbare aliquam rem, qui ordinem rei non seruat. Cyrenenses ergo dicebat, legatos Carthaginiensium conturbare rem, quia ordinem constituti temporis non seruauerant. nam ante tempus statutum & ordinatum domo discesserant. Conturbare rem, hoc est quod ante dixit, ob rem corruptam. Ergo conturbare rem, est corrumpere rem, & rei ordinem peruertere. Malle. ] i. malebant, magis uolebant. Sed cum Pœni. ] Carthaginienses postquam uiderunt Cyrenenses esse turbatos hac de re, petiuerunt ut ipsi Cyrenenses aliam aliquam conditionem aequam proponerent. Tum Cyrenenses hanc conditionem Carthaginiensibus proposuerunt, dicentes: & Carthaginienses, uel uos patimini sepeliri uiui in eo loco ubi uobis placet terminos & fines poni, uel nos sub hac eadem conditione terminos in locum ubi uolumus fines & terminos poni, & ibi uiui sepeliamur. Carthaginienses probata conditione, uiui sepulcra sunt in eo loco, ubi fines imperij esse uolebant. Sed cum Pœni. ] Ordo est: Cyrenenses faciunt optionem

Carthaginiensium, ut uel illi obruerentur uiui. Ibi. ] i. A in eo loco: quo, i. in quo loco peterent fines populo suo: uel, s. z dicebant, sese processuros in locum quem uellent, s. z ipsi Cyrenenses, eadem conditione: cum, pro quando Pœni peterent aliam conditionem, tantummodo aequam. Pœni. ] i. Carthaginienses & dicuntur Pœni, quos Phœni. nam de Phœnice regione in Africam profecti sunt, qui Carthaginem condiderunt. Quod autem Pœnis dert uatium faciat Punicus, non caret exemplo. nam & Pœnio eadem ratione derivatur a pœna. Antiqui enim ce diphthongum plerumq; in u mutabant. Optionem Carthaginiensium faciunt. ] i. el. Et optionem Carthaginiensibus dant, ut eligant unum ex duobus. Optio, significat electionem, nam optare significat eligere. Virg. i. Aeneid. Pars optare locum tecti. — i. eligere. Illi. ] s. Carthaginienses. Viui obruerentur. ] i. sepelirentur. Eadem conditione. ] i. cum eadem conditione, s. z ut uiui sepelirentur, quem in locum ipsi Cyrenenses. Probata. ] i. laudata. Domi. ] s. Carthagini. Nunc ad inceptum redeo. ] i. ad propositum. Sallustius digressionem fecit ad describendam Syrtis, & locum qui dicitur, Philenum ara.

¶ Locis. ] s. z inceptus de Lepitanis & Syrtibus, ad monuit dicere eam rem, & incipiens dicere, inquit: Ea tempore, qua Carthaginienses imperitabant, i. domina bantur: plerumq; i. ferē toti Africæ: Cyrenenses, qui etiam in Africa sunt: fuere quoq; i. etiam magni, s. quo ad famam atq; opulentiam, diuites: erant in medio, i. qui erat in medio ipsorum, existens areuosus: ara, sup. una specie, unius coloris & faciei sine discrimine. Neq; erat flumē neq; mons, qui discerneret fines eorum. Quae res habuit, i. detinuit eos in magno & diturno bello. Postquam legiones in exercitu terrestri, item classes in bello nauali: fuisse fugatae, sup. fuerant sepe utriusq; ab utraq; parte: & alteri attriuerant, i. absumperant aliquantum alteros, i. se mutuo imminuerant per caedes: uertii ne alius, i. tertius aliquis potentatus (sicut in Apologis Aesopos de miluo miretur & ranam se mutuo impediētes, repente fabulatur) aggredereur mox, i. paulo post uictos et uictores desessos, i. defatigatos usq; ad extremum: faciliū per inducias, i. tempore induciarum: sponsonem, i. pacem de dirimenda lite: uti, i. ut legati, s. z amborum proficiscerentur, i. discederent domo, s. z sua: die certo, i. constituta hora. Quidam legunt Domum: sed non procedit, si enim Phileni apud Cyrenenses fuissent: quanto citius rediissent, tanto minus habuissent: & in quo loco fuissent obuij inter se, s. z locus haberetur finis, s. z imperij utriusq; populi. Igitur. ] quia conuenit sic inter eos: duo fratres, quibus Philenis nomen erat: missi Carthaginiensibus, i. a ciuitate Carthaginiensi matruauiere, i. accelerauerunt: pergere, i. peragere & perficere iter, s. z suum. Cyrenenses ire, i. iter fecerunt tardius, i. lentius, licet forte nō serius. Ergo parum cognoui, i. conperitum non habeo, an id acciderit secordia, i. pigritia & inertia aut ignauia Cyrenensium: an causa, s. z aliquo: ut ipse quod morbus alterum aut utrumq; occupauerit, aut quod fuit laborauerit, aut quod uia infecta esset. Ceterum, i. sed. Quasi dicit: Id scio, quod tepelidas, i. aris dispositio iniqua uel pluuia rum aut uentorum impetu turbata, solet retinere homines in illis locis propter arenam motam: haud, i. non fecit atque, i. quā in eam, ubi contra uentum nauigare nō datur. Nam uentus coortus, i. simul ortus ex uarijs locis: ibi per

B BAD.

C

A per loca equalia. i. plana & nuda, id est expertia gignentium. i. rerum: quae aliquid generent. hoc est, arborum aut herbarum, nisi sit, uentus gignentium. i. Zephyrus aut Faunonius, qui Cyrenensibus contrarius esset, excitauit humo. i. e. terra: arenam: ea, scilicet arena agitata magna ui solet implere ora, id est faciem & oculos, s. z egredientium per ea loca. Ita, id est sic solet morari, id est retinere iteri impedito prospere, scilicet ire uolentium. Postquam Cyrenenses. ] Prosequitur digressionem caeptam de Philenis & Cyrenensibus, dicens: Postquam Cyrenenses uidentes se esse posteriores aliquanto, scilz quam esse debbant aut quam Carthaginienses, uidelicet Phileni erant: posteriores autem. i. aut tardiores, si referatur ad tempus: aut longiores a meta destinae: quia de sinarant augere terminos suos progrediendo: & sup. postquam metuum pœnas domi, s. z paratas ad principibus suis: ob eam rem, s. z propter quam liem habuerant. nam Res peculia rider tria significat. uenerem, uenerem & diuitias, corruptā, uel est uiolatam & deteriorem effectam a se potius quam a Carthaginiensibus (si enim constitisset illos rem dolo corrupisse, non metuisissent pœnas, cum non fuissent in culpa. B Sane quia posteriores erant, & minus processerant rem que erat de exēstione agri, corruperat: qd minus agri habituri erāt) criminari, hoc est criminabatur, i. criminando accusabant & dicebant, Carthaginienses digressos, s. Carthaginiensibus ante tempus, constituit, & ita processisse plus a quo: & conturbare, hoc est conturbabant rem, s. conturbat & patē inter ipsos. Deniq; i. multis uerbis ultra citroq; habitis ipsi malle, i. malebant ota, s. que proponi postē: q; abire uellet, s. a Carthaginiensibus, Sed qui, i. quando Pœni. i. Carthaginienses qui in Punicæ regione sunt. ut Aeneid. a Punicæ regna uidēs, Tyrios & Aegorū urbem. unde Punicæ bella dicta. peterēt aliam conditionem. i. pacem de dirimenda lite: tantummodo, hoc est duntaxat. & quam. i. eque facilem & parabilem utriusq; Cyrenenses faciunt Carthaginiensibus optionē, ut uel illi, s. Carthaginienses obruerentur. i. in fodebantur & sepelirentur uiui. ibi (quos pro ubi) quererent populo suo fines, s. imperij. (Sicut ergo aduerbia pro re latius, ita re latius interdum pro aduerbijs ponantur, quod tunc uentus sit, quando re latium preponitur & coheret antecedenti. Possēt etia dici, ibi pro eos positum esse, uel dimitterent. i. paterentur progredi sese, s. z Cyrenenses in eum locum quem uellent, scilicet populo suo sine esse imperij, eadem conditione ut, scilicet uiui obruantur. Phileni conditione probata. i. accepta, condonauit & se & uitam suam reipublica, scilicet Carthaginiensibus, & ita sunt, supple ipsi obruti uiui. Carthaginienses consecrāre in eo loco fratribus Phi

lenis illic obruti arasi & alij honores, s. z diuini sunt instituti. i. in dē illis. Philenis domi. i. in ciuitate Carthaginiensium. Nunc, s. per se la digressio, uideo ad rem. i. historiam principalem, propter digressionem intermissam. ¶ Quae tempore, & cat. ] Valerius Max. lib. 5. cap. 6. Mela lib. 1. cap. 7. & Hegerippus Excidij Lib. lib. 2. Quae res magno. ] Aliter: Quae res in magno. Ibi com munit. ] Exemplaria quaedā pro Ibi, habent Is. quod magis placet. Parum cognoui. ] Aliter: Parū cognouimus. Gignentium. ] herbarum, arborū. Ob rem corruptā. ] quia tardius ire. Peterent. ] Aliter: Quererēt. Graeci. ] Cyrenenses, sup. ara. ] Haec Strabonis aetate nō extabant: ut ipse refert Strabo lib. 3. Honores constituti. ] Antiqua lectio est: Honores instituti. Nunc ad rem redeo. ] Aliter: Nunc redeo ad inceptum. ¶ Quae res eos magno diuturnoq; bello inter se habuit. ] Manuscripta, ut magno, addita praepositione, quomodo & uetustissimum quodq; ex impressis. Quo in loco inter se obuij fuissent, ibi conatus utriusq; populi finis haberetur. ] Manuscripta & alia quaedam, is communis utriusq; populi. Quod ad sensum attinet, utrumus probē quadrat, & cum lectione uulgata facit Pomponius Mela, ut ubi legati (inquit) conuenerent, certo tempore utriusq; dimissi, ibi termini statuerentur. Posterior lectio mihi elegantior esse uideatur. Quibus nomen Philenis erat. ] Manuscripta, Philenis: idq; rectius ac latinum, ut de elegantia nihil dicam. Est enim secunde inflexionis hoc nomen. nec aliter usquam Sallustius usurpat. Ut uel illi, quo fines populo suo peterent, ibi uiui obruerentur. ] Manuscriptum, Quos fines: quomodo & in alijs plerisq; idq; fortasse rectius, nam sequitur Ibi, hoc est, in ijs finibus. Nisi quis ex ijs quae mox sequuntur, ita intelligere malit, ut uel illi, quo loco fines populo suo peterent, eo in loco uiui obruerentur: uel eadem conditione sese, quem in locum uellent, processuros. Praeterea, Quae rerent in quibusdam legitur, pro peterent: quamquam eodem sensu. Alij; illis domi honores constituit. ] Manuscripta, instituit, quomodo quaedam etiam typis excussa, pro, Decreti. Quamquam & Constituerē honores dicitur, id quod apud Ciceronem reperitur. ¶ Quibus nomē Philenis erat. ] Philenis datus in Philenis idē Aldinus codex mutauit, temerē, meo quidē iudicio. Nam ad finē huius historiae ipsemet auctor in secūda, nō in tertia Latinorū declinatione Phileni inclinat. Quod & alij secuti sunt auctores Latini: nominatim Valerius Max. lib. 5. & Pomponius Mela lib. 1. apud quem tamen locus mutatus est. Quae hic legendum. Quibus nomē Philenis, per tertiam uocalem in ultima syllaba.

CAS.

RIV.

GLAR.

Getuli.

Gens cui nomen erat usus ciuili.

Pœni, id est nobiles a Iugurtha corrupti.

Namidae & Mauri pro opibus duce uxores.

Iugurtha postquam amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat, per magnas solitudines cum paucis profectus, peruenit ad Getulos, genus hominum ferum, incultumq; & eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit, ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium obferuare, item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi proximos magnis muneribus & maioribus promissis ad studium sui perducit: quibus adiutoribus regem aggressus, impellit uti aduersum Romanos bellum incipiat. Id ea gratia facilius procliuusq; fuit, quod Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat foedus & amicitiam petiturum. Quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediuerant, caeci auaricia, quae omnia honesta atque inhonesta uendere mos erat. Etiam antea Iugurthae filia Boccho nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque leuis dicitur: quia singuli pro opibus quique quamplurimas uxores, denas alij, alij plures habent: sed reges eo amplius. ita

Deconsensu.

animus multitudine distrahitur, nullam pro socia obtinet, pariter omnes uiles sunt. Iugurtha Bocchi animum oratione accendit, Romanos iniustos, profunda auaricia, communes omnium hostes esse: eandem illos causam belli habere cum Boccho, quam fecit, & cum alijs gentibus, libidinem imperitandi: queis omnia regna aduersa sunt: tum sese, paulo ante Carthaginenses, item regem Persen: post uti quisq; opulentissimus uidebatur, ita Romanis hostem fore. His atque alijs talibus dictis ad Cirtham oppidū iter constituit, quod ibi Qu. Metellus prædam captiuosque & impeditam locauerat. Ita Iugurtha rarus, aut capta urbe operæ precium fore: aut si dux Romanus auxilio suis uenisset, prælio sese certaturos. Nam callidus id modò festinabat, Bocchi pacē imminuere: ne moras agitando, aliud quàm bellum mallet.

SOLDI.

Nunc redit ad propositum, ut ostendatur quid fecerit Iugurtha, postquam Metellus Thalam ciuitatem magnam cepit. Ad locum redeo. I. ad propositum reuertor. Ad Getulos. Cum supra describeret Africā, dixit Getulos habitare ultra Numidiam. Genus hominum forum. id est agrēste & bibulanum. Eo tempore ignarum nominis Romani. eo tempore Getuli Romanum nomen ignorabāt. Borum. Getulorum, id est Iugurtha multitudinem Getulorum in unum congregauit. Coegit. i. congregauit. At paulatim. Dicit Iugurthā docuisse Getulos militarem disciplinam. Consuefacit ordinem habere. Getulos. i. assuefacit Getulos seruare ordinem, uidelicet ut milites nunc discedant extra ordinem. Signa. Iuxilla. Imperium. præceptum imperatoris. Præterea regis Bocchi. Sicuti supra a usum est, Numidia ultra se uersus meridiem habet Getulos, uersus occidentem habet Mauros, quibus Bocchus rex imperabat. Getulos quoque præsidia cōtra Romanos sibi parat Iugurtha. Getulos & Bocchum regem Maurorum sibi socios adiungit. Magnis muneribus, & maioribus promissis. magna munera dabat: sed maiora promittebat amicis regis, ut eos sibi faceret amicos: ut ipsi adiuuantibus, regem Bocchum induceret, ut bellum susciperet contra Romanos. Ad studium. i. ad amorem. Pro dicit. i. allicit, trahit. Quis. pro quibus. Regem. Bocchum. Aggressus. i. ad regem accedens. Id est gratiā facilius. Facile fuit regem Bocchum inducere ad bellum suscipiendum contra Romanos, duobus de causis. Prima causa erat, quia Bocchus iratus erat contra Romanos, quia socius & amicitia postulauerat a Romanis per legatos, & eam impetrare non potuerat. Secunda causa erat, quia Iugurtha affinitatem habebat cum Boccho, nam siliam eius uxorem habebat. id. i. inducere Bocchum ut bellum inciperet contra Romanos. Proniusq;. id est procliuus & facilius. Quam rem opportunissimam inceptio bello. Nihil enim magis commodum Romanis accidere poterat in bello Iugurthino, quàm ut Bocchum in socium sibi ad id bellum gerendum haberent: quia Bocchus confinis est Numidie. Pauci. Romani. Cæci auaricia. Nam pecunia corrupti erant a Iugurtha: ideo nō sunt passi ut Bocchus in societate & amicitia Romanorum reciperetur: quia societas eius Iugurthæ plurimū nocuisset, a quo pecunia acceperant. Quis. pro quibus. Būā antea. Erat et alia causa, per quam facile Bocchus inducebatur ad bellum suscipiendū contra Romanos. Verū ea necessitudo. i. illa affinitas & propinquitas. Leuis ducitur. i. parui aestimatur. Pro opib; quisq;. quia quanto quisq; maiores diuitias habet, tāto plures uxores ducit. Ita animus multitudine distrahitur. I. quia unusquisq; mul-

tas habeat uxores, amorem & effectum non in unā præcipue, sed in omnes conuertit. Nullam pro socia obtinent. i. nullam caram admodum habent, sed omnes pariter uiles sunt. Igitur. Quandoquidem his de causis facile inductus est Bocchus, ut unā cum Iugurtha bellum susciperet contra Romanos. In locum ambobus placidum exercitiis conueniunt. Exercitus Iugurthæ et Bocchi conueniunt in locum qui ambobus regibus placebat. In eo loco Iugurtha oratione sua animum Bocchi accendit contra Romanos. Bocche, Romanis iniusti sunt, auari, & communes hostes omnium nullam causam habent cur bellum aut tecum aut mecum, aut cum alijs gentibus gerant, nisi solum cupiditatem dominandi. Et propterea oēs gentes & omnia regna eis contraria sunt. Nunc cōtra me bellum gerunt, paulo ante bellū gesserunt contra Carthaginenses, & etiam contra Persen regem Macedoniae, & eos regno & imperio spoliarunt. postea aliquem populum uel regem opulentissimum, contra cum bellū suscipiit. Solum dominari uolunt. Accedit. i. incitatus, dicens Romanos iniustos, profunda auaricia, communes omnium hostes, esse. Quam secum & cum alijs gentibus. I. habeat uidelet libidinem imperitandi, dominandi. Quis. pro quibus. Tum sese. Ordo est: dicebat, Tum sese, hostē Romanis, paulo ante Carthaginenses. Itē regē Persen. I. hostes fuisse, post, pro posteris, illum ita hostem fore Romanis: ut, pro sicut quisq; uideatur opulentissimus. Sese. I. Iugurthā. Nunc ego sum hostis populi Romani, quia contra me bellum gerit: non quia eis aliquam iniuriā intulerim, sed quia cupiunt auferre et mihi regnū Numidie. Nam causa belli est, curiam libido dominandi. Paulo ante Carthaginenses. Nam paulo ante, Scipio Æmilianus cōtra Carthaginenses bellum gesserat, & eos capta & uersa Carthagine funditus deleuerat. Item regem Persen. Perses rex Macedoniae fuit: hunc Paulus Æmilius consul prælio apud Olympum montem commisso uicit, captiuosq; cum liberis in triumphum duxit. In eo prælio, ut tradit Plutarchus, xxv milia hominum cæsa sunt. Bido omnis Macedonia se Æmilio dedit. His atq; alijs talibus dictis. i. cum hæc atque alia talia dixisset, ad Cirtham urbem ire deliberant, quia ibi Qu. Metellus prædam & captiuos & impeditam locauerat. Operæ precium fore. i. rem utilem futuram, si urbem cepisset. Operæ precium duo significat: aliquādo utile significat, aliquādo iudiciū. Aut si dux. Iugurtha hoc cōsilio ad urbē Cirthā profectus est, quia existimabat aut se uide esse capturū, aut certe coactū esse ut Metellus sibi serret auxiliū, atq; ita prælio eū certaturos. Nā Iugurtha hoc quarebat, ut statim unā cum Boccho cum Romanis prælio certaret, ne Bocchus mutaret animū, & pacem cū Romanis belli cū Calli-

Callidus. i. astutus. i. Iugurtha. Id modò. i. tantummodo. Ne mora. i. per moram. Aliud quàm bellū mallet. Nam si morā ad dimicandum fecisset, fortasse Bocchus pacem potius quàm bellum mutuo animo cum Romanis habere quæuisset. Ne aliud mallet. Bocchus. Mallet. magis uellet. Iugurtha. Post digressionem ad historiā reuersus commemorat, ut Iugurtha a Boccho Maurorum rege suppetis & societatem petiit atq; obtinuit, dicens Iugurtha postquam amissa Thala, sive fortissima, putat nihil salis firmum contra Metellum: profectus cum paucis, peruenit per magnas solitudines ad Getulos appositiorē: genus hominum ferum. i. more ferarum indomitum & incultū & ignarum eo tempore. i. tunc adhuc nominis Romani & coegit. i. compulsi & congregati in unum, locū aut exercitum multitudinem eorum, Getulorum: ac consuefacit. i. coegit eos effici paulatim, sensim atq; pedetentim habere ordines, scz militares in agmine atq; acie seruandos: & sequi signa, i. uexilla: & obseruare. i. animaduertere imperium. hoc est, quid & quando imperaretur. itē facere alia militaria, id est que ad militiam pertinebant. Præterea, id est insuper Iugurtha pellicit. i. perfecte allicit & atrahit ad studium. i. fauorem sui, i. ipsius Iugurthæ: proximos; aut sanguine aut familiaritate Bocchi regis, i. Mauri: amicos muneribus magnis, que tunc misit: & promissis maioribus. i. postmodum mittendis: quā. i. quib; adiutoribus ipse aggressus. i. indotose accedens regem, scz Bocchum: impellit, supple quis: ut, id est ut incipiat bellum aduersus Romanos. Id fuit, scz factum: aut contigit ea gratia. i. propterea facilius & promius, i. inclinatus, quod Bocchus miserat in initio huius belli: legatos Romanam petiuit. i. qui petant, scz senatu & populo Rom. se dux & amicitiam. Quam rem. i. quam petitionē Bocchi: oportunitissimam. i. maximè congruam Romanis: bello incepto contra Iugurtham pauci, scz nobiles corrupti ab Iugurtha impediuerant, existentes scz auaricia quibus. i. quibus mos erat uendere omnia honeste & inhonestā. i. sine discrimine. Orator diceret potius, Mos uendendi: uerūm hic respicit ad uerbum Bratium: quo etiā diceretur Mos. Etiam, id est insuper siliā Iugurthæ nuperat Boccho: uerūm ea necessitudo. i. necessitas conuentionis ex affini tate ducitur. i. reputatur: leuis, id est parui momenti apud Numidas & Mauros: quod singuli habeant quàm plurimus uxores quisq; pro opibus suis, id est iuxta opes suas, i. quotquot possit sustentare: sicut & adhuc dicuntur habere alij denis, alij plures. Sed reges, supple habent eo, id est tanto amplius. i. copiosius, sup. uxores: quo, supple plures opes: ita animis. i. affectio et amor distrahitur. i. in diuersa trahitur & dissipatur multitudine, scz uxorū: & nullā obtinet pro socia, hoc est conuentionali equali sorte. i. pro uera coniuge, & ita omnes sunt pariter. i. pariformiter & indifferenter uiles, id est uili precio estimate. Igitur. Quia consenserat bellum gerere cum Iugurtha contra Romanos: exercitus, scz amborum: conueniunt, id est coeunt in locum placidum ambobus, scz regibus. Ibi, id est in eo loco fide. i. sancta promissione de seruanda fidelitate data & accepta, scilicet mutuo: Iugurtha accendit animum Bocchi: oratione, scz continente sequentes sententias, nō tamen eandem uerba. Romanos iniustos, & auaricia profunda, quasi dicat, sine fundo immensa & inexplebilis esse hostes communes, scilicet Boccho & sibi, hoc est, Iugurthæ & illos habere eandem causam belli cū

Boccho, quàm secū & cum alijs gentibus, libidinem imperandi: quasi uelint omnium imperio potiri, ut pote, quis. i. quibus: omnia regna sunt aduersa, hoc est contraria. Et dicebat, supple sese: hoc est seipsum, supple esse hostē Romanis, tum, id est tunc, hoc est, pro eo tempore quo ea dicebat. Carthaginenses, supple fuisse hostes paulo ante: quia iam deleti erant: item Persen regem, scilicet Macedoniae deuictum, & in triumphum deductum a Paulo Æmilio Macedoniae fuisse etiam paulo ante hostem Romanis. Et dicebat, supple quemlibet fore, id est futurum esse ita hostem Romanis: ut, id est quem admodum uideatur post. i. deinceps opulentissimus, id est ditissimus. quo dicto significat, Romanos publicos latrones & tyrannos, & omnib; aliquid possidentibus inimicos, ad quam rem callida indolentia uertitur a tribus temporibus: a præterito, per Carthaginenses & Macedoniae: a presentis, per se, & a futuro, per Bocchum (nisi prospexerit) & quemlibet alij. His atq; alijs. Ostendit quantum poluit oratio Iugurthæ, dicens: Bocchus, supple Iugurtha constitutum, scz dicit, aut potius locum conueniendi ad oppidum Cirtham, nō mune his atq; alijs talibus, i. ciuimodali coloratibus: quod, id est quia: aut eo, quod Qu. Metellus, scz rex perator Romanus: locauerat ibi, id est in Cirthā prædam. i. spolia: captiuos, scilicet Numidas: & impeditam. i. seruatis militares, ut sunt machina & arma militaria iam ad bellum quàm ad uictum necessaria: quæ dicitur impeditam, quod impediunt militum preparationem, dum cum eis migrant. Ita. i. sic Iugurtha rarus, supple erat fore eo pereperit. i. uile, habens secum precium operæ. i. laboris: aut capta, id est aut ideo, quod forte uirique exercitus capere possit urbem: aut sese, id est seipsum, hoc est, ambo reges certaturos prælio cum Romanis: si dux Rom. Metellus uenisset sibi, dediticis Cirthensibus, auxilio. i. in auxilium. Nam Iugurtha callidus festinabat. i. festinando intendebat: modò. i. solummodo id, scz imminuere pacem. i. causam pacis Bocchi, cum Romanis: ne Bocchus agitans do moras. i. per dilationem, prius quàm pax esset uiolata: mallet aliud quàm bellum, hoc est pacem. Bellum incipiat. Alter: Bellum suscipiat. Procliuusq; fuit. Alter: Proniusq; fuit. Pauci impediuerant. i. Alter: Pauci nobiles impediuerant. Būā antea Iugurthæ siliā Boccho nuperat. In nostro probatissimo codice sic legitur: Etiam antea Iugurthæ siliā Bocchi nuperat. que uerba cum diligentius considerarē, in eam opinionem adductus sum: ut existimem, ita Salustium scripsisse. namq; Plut. esset Iugurtham Bocchi generū fuisse, in Mario. n. sic inquit: βίος & ἴστρο βυβαζωρ βασιλεύς ἦν ὡς ἐπίπε ἰσχυρῶς. et in Syllab. ἰσχυρῶς βασιλεύς ἦν ἰσχυρῶς βασιλεύς ἦν ἰσχυρῶς. accedit præterea auctoritas Flori, qui & ipse lib. 3. cap. 1. scribit, Bocchum Iugurthæ socerum fuisse. hæc iam adnotauerā, cum & in illo codice, qui in bibliotheca dui Saluatoris Bononiæ seruatur, eodem modo scriptum esset, uerū iam nō dubitandum sit, quin hæc sit antiqua & germana lectio. Ibi Qu. Metellus. Qu. non est in antiquis libris. Bocchi pacem imminuere. Bocchi pacem interruptum, & adimere arbitrium Boccho agendam pacis cū Romanis. Ne mox agitando. Legor: Ne moras agitando, ut est in plerisq; codicibus scriptis. Præterea regis Bocchi proximos magnis muneribus & maioribus promissis, ad studium sui perducit. In uictis nonnullis est, Perlicit: pro sibi conciliat & de-

CAST.

R I V

uincit. Atq; hæc lectio mihi magis arridet, etiamsi prior illi in manuscriptis quor; est. Perlicere ad societatem armorum, est apud Luuium 10. ab V. C. & Bonis perlicere. 6. belli Punici 2. Non inficior tamen, et priorem in eodem lectionem reperiri, uelut 5. belli Asiatici: Et alios (inquit) principii donis ad suam causam perduxit. Id ea gratia facilius procliuusq; fuit. In manuscriptis cæterisq; ueustioribus est, Promis. Verum prior tamen lectio mihi ualde placet. Est apud Salsi. non semel, in procliu esse, pro facile. ut cum inquit: Cuius si dolum caueris, alia omnia in procliu erunt. Sic & in Andria Teren. loquitur. Quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediuerant. ] Hanc lectionem et ipse probandam esse dico. Nec tamen dissimulandum reor, in manuscriptis omnibus que ipse uiderim reperiri, incepto belli. non, bello. Quia singuli pro opibus quique quamplurimas uxores, alij denas, alij plures habent. ] Manuscripta consentientibus et alijs ueustioribus, quod singuli pro opibus, etc. alij plures habeant. Eandem illos causam belli habere cum Boccho, quam secum et cum alijs gentibus libidine imperitandi. ] Duo è manuscriptis habent, Libidinem imperitandi, casu accusatiuo: idq; rectius esse puto. Nam et alibi, Libidinem dominandi causam belli habere, in-

quit. Post uti quisque opulentissimus uidebatur. ] Manuscripta, Videatur. Ita Iugurtha rarus aut capta urbe opera precium fore. ] Manuscriptum, Precium fore. sed erat alterius manu in spacio quod uacuum dirimit, literulis mutis, operæ. Verum in alijs solum legitur, Precium: ut quin ita legendum sit, dubitatio iam nulla relinquatur. Aut si dux Romanus auxilio suis uenisset. ] Dux, non est in ulla manuscripto: ac rectius non additur. Ita Luuius: Romanus proelio uictor. Ne mox agitando, aliud quam bellum mallet. ] In uetustis quibusdam, Ne moris agitando, quomodo et Florentinus et Beroaldinum: pro, differendo ac prolatando. Citat eodem modo Riccius Lugensis, quamuis secus Badianum.

Et cum alij gentibus libidinem imperandi. ] Libidinem in accusandi casu malum, etiam in auferendi quoq; intelligitur. Item paulo post: Vti quisque opulentissimus uideatur. Verbum Videatur in Videbatur, nõ rectè idem Aldinus codex mutauit: magis placet, quod quidam legit, Videbitur. Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando aliud quam bellum mallet. ] Imminuere pro Interum pere accepisse uidetur. Sed pro, Ne moras, idem Aldinus codex habet, Ne mox agitando: que lectio melior est, si Agitando pro cogitando acceptus.

G. L. R.

M. Cic. dixisset, Præter decori: antiqua forma sermonis. Quod recta et libera ingenia impatientius ferant iniuriam.

Bellum facile sumitur, ceterum agrè desinit.

SOLDI.

Imperator postquam. ] Dicit quid fecerit Metellus, postquam intellexit Iugurthæ et Bocchi reges societate fecisse. Dicit. n. Metellum non omnib. locis, sicuti consueuerat, pugnandi copiam hostibus fecisse: sed in locis tantum sibi commodis cum hoste pugnare decreuisse. Imperator. ] Ordo est: Imperator nõ temerè facit copiam pugnandi, atq; omnib. locis, si non facit copiam pugnandi, ut sepe consueuerat iam uictor Iugurtha. Ceterum. ] i. sed. Operitur reges haud procul à Ciriba: ratus esse melius, facere pugnam ex commodo cognitis Mauris, quoniam is nouus hostis accesserat. Postquam ille. ] i. imperator: cognouit de societate regum temerè, inconstitè, improuide, incautè. Atq; omnibus locis. ] i. et non omnib. locis,

sed tantum sibi commodis. Ceterum. ] Ecce quomodo non omnibus locis facit copiam pugnandi, nam castra posuit apud Ciriba ciuitatem, quam tenebat ut tutor esset. Reges opperitur. ] id est expectat. Cognitis Mauris. ] prius Mauros noios hostes cognoscere uolebat Metellus, et postea, cum daretur opportunitas, cum hostibus pugnare. Cognitis Mauris. ] quibus Bocchus rex imperabat. Ex commodo. ] Commodum erat Metello pugnam facere, si prius hostes nouos cognouisset. Interim Roma per literas cer. ] Dicit Metellum literas accepisse ex Roma, quomodo populis Numidiam prouinciam Mario decreuisset. Iam antea ipsum consulem factum esse accepterat. ] uiduerat intellexe-

A intellexerat. Supra. ] i. ultra. Supra boni aut honesti percussus est. i. perterritus est, plusquam erat boni et honesti. nam hac de re et flaut, et in maledicta prouipit. Retinere. ] pro retinebat. Neq; moderari. ] i. non sepe rabat linguam, neq; abstinebat à maledictis. Vir egregius. ] Salsus dicit tunc in cæteris uirum egregium fuisse, nisi quod hanc perturbationem non satis fortiter tulit. In alijs artibus. ] i. uirtutibus. Molliter. ] i. impatenter. Quam rem alij. ] Dicit Metellus hanc rem aegre tulisse, quia supple erant alij, qui ei iniuriam fecerant alij, qui ei uictoria iam propè parta ex manibus eripiebatur. Sed reuera (inquit Salsus) hanc rem ferre non potuit propter inuidiam. Quam rem. ] i. quod molliter eam perturbationem ferebat. Alij in superbiam uertebant. ] i. alij superbiam attribuebant et imputabant. Alij bonam ingenium contumelia accensum esse, dicebat. Contumelia. ] i. iniuria. Accensum. ] incitatum, instigatum. Multi. ] dicebant, quod molliter aegritudine patiebatur. Iam parta. ] i. propè acquisita. Nam ferè ipsum Iugurtham debellauerat, et propè totum bellum confecerat. Nobis. ] i. mihi Salsus. Magis honore Marij. et hac proprie dicitur inuidia. nam inuidia est, rebus prosperis proximi dolere, et aduersis letari. Egrè dicit Metellus legatos misisse ad Bocchum, qui mouerent eum, ne sine causa hostis esset pop. Rom. Bo do lore impeditus. ] quia hoc dolore impediatur. Metellus bellum gerere nõ poterat, et propterea legatos misit ad Bocchum, qui cum eo de pace tractarent. Stulticia uidebatur. ] Stultum erat gerere bellum, cuius gloria ad Marium perueniret, perciculum autem ad se perlineret. Alienam rem. ] i. rem ad alium, s. ad Marium pertinente. Tunc. ] i. dicebat, per oia subauditur dicebat. Omne bellum sumi. ] i. suscipi. Facile est suscipere bellum, sed difficile est finire. Non in eisdem potestate. ] Ille qui potestatem habet inchoandi bellum, non habet potestatem finiendi. Quinquam opibus suis consideret, tamè certa pro incertis mutare non debet. Ille mutat certa pro incertis, qui pro pace bellum suscipit. nam que habemus in pace, sunt certat sed incertum est quo euentu bellum finiat. Et ideo qui sumit bellum, exponit ea que habet certa, pro incertis: nescit enim quid sit habiturus ex bello, cuius euentus semper est incertus. Neuflorentes res suas. ] i. statum suum integrum et pulchrum. Verba facit. ] i. respondit. Fortunarum. ] i. status. Eadem copia. ] i. iungenda societatis cum pop. Rom. Illi. ] i. Iugurthæ. Omnia (inquit) conuenient, si ita Iugurthæ sciti mihi detur copia iungende societatis cum populo Romano conuenire, est concordem esse. Ille. ] scilz Bocchus. Probare. ] i. probat. Tempus procedere. ] i. tempus procedebat, sive progrediebatur. Et ex Metelli uoluntate bellum intactum trahi. ] Metellus uolebat ut bellum non attingeretur. Trabi. ] i. traheretur, hoc est prolongabatur. Nam Metellus cupiebat pacem facere cum Boccho.

B. A. D.

Imperator. ] Ostendit, quid cetera egerit Metellus, dicens: Imperator, scz Metellus: postquam cognouit de societate regum, scz Bocchi et Iugurthæ: non facit temerè, i. inconstitè, neq; uti, i. quemadmodum consueuerat, scz facere Iugurtha iam sepe uictor copiam, i. facultatem pugnandi omnibus locis, in quibuscumq; Iugurtha uellet. Ceterum, i. sed opperitur, i. expectat reges castris munitis, scz fossa et uallo haud procul à Ciriba: ratus, i.

arbitrans melius esse, Mauris cognitis, hoc est postquam cognouerit Mauros: facere pugnam ex commodo, scz suo. quoniam is, scz Maurus accesserat hostis nouus, et ita incognitus. Interim, i. interea dum pro commodo suo mori traheret: fuit certior, scz Salsus Roma, i. ab urbe per literas prouinciam Numidiam esse datam, i. assignatam Mario nouo consuli, nam acceperat, hoc est intellexerat antea, supple Marium esse factum consulem. Quibus rebus Metellus percussus supra boni atq; honestum, i. ultra quam bonum aut honestum erat: neq; tenere, pro tenebat lachrymas, neq; moderari, hoc est moderabatur: seu refrenabat linguam à conuicio seu maledicto: quia existens uir egregius in alijs artib. pati, i. patiebatur: aegritudine, i. dolorem animi: nimis molliter, i. muliebritè. Quam rem alij uertebant in superbiam, scz Metelli. alij supple dicebant bonum, i. nobile et ingenium ingenium esse accensum, scz ira: contumelia, s. illata. Multi, supple dicebant, id eum facere: quod uictoria iam parta, i. acquisita: eriperetur ex manibus, scz eius. Satis cognitum est nobis, illud scz Metellum excruciatum esse magis honore Marij, scz amuli sui: quam iniuria sua, i. sibi facta, neque fuisse laturum tam anxie, i. tam afflictum et moleste: si prouincia, scz Numidica adempta, scz Metello, traderetur alij quam Mario. Igitur eo dolore. ] Ostendit, quomodo Metellus inuidia uictus cepit negligenter agere, ne aduersario suo gloriam pareret, aut operam nauas: i. unde patet, liuorem etiam in summis uiris locum inquirere. dicit itaq; Igitur Metellus impeditus, scz bona operatione: quia difficile est nolentem aut inuidem bene operari: eo dolore quem conceperat ex pralatione Marij. et quia uidebatur stulticia, i. pertinere ad stulticiam: curare, sup. cum suo, i. proprio periculo: rem alirnam, i. triumphum, aut uictoriam Marianam: misit legatos ad Bocchum regem Mauritania: postulatulum, i. ad postulandum, i. iuste petendum: ne fieret hostis populi Rom. sine causa, i. sine offensione ab eo habita: et, sup. dictum aut dicturos: tum, i. insuper: Bocchum, sup. habere magnam copiam, i. facultatem et occasionem ubere: amicitia et societatis coniungende, scz cum pop. Rom. que, s. societatis et amicitia foret, i. esset futura: potior, i. melior et utilior bello, i. quam bellum: et, sup. dicturos: quamquam ipse consideret opibus, i. potentijs et diuitijs suis: tamen non debere, i. quod non deberet mutare certa, s. bona ex amicitia Romana, per quam sua tutaretur: pro incertis, scz premijs ab Iugurtha expectandis, si forte uictor euaserit. et, sup. dicturos: omne bellum sumi, i. assumi et inchoari facile, i. sine difficultate: ceterum, i. sed: desinere, i. finire: agerrime, i. cum summa difficultate: et initium eius, scz belli: et sine non esse in potestate eiusdem, quia non semper nec quiuis qui incipere bellum potest, potest etiam cum commodo suo finire: quia dicturos, sup. nisi: licere, i. permitti et concedi cuius, i. cui libet eum aut aduocare, i. inuolui ad rem gerendam, incipere, scz bellum: autè pro sed: bellum, sup. deponi, i. ab solui: cum, i. quando uictores uelint. Proinde, i. ideoq; supple dictum aut admonitum misit: ut, supple ipsi consuleret, i. prospiceret et prouideret consilio: sibi et regno, sup. suo: neui, i. ne uerè miseret res, i. opes suas florentes, i. in uigore existentes: cum, supple rebus: Iugurthæ perditis, i. penè accessis et imminutis ac desperatis. Rex, scz Bocchus: facit uerba, i. respondet: ad ea, scz dicta aut monita Metelli placide, i. benigne, uidelicet se se cupere pacem, scz cum pop. Rom.

sed misereri fortunarum iugurthae: si eadem copia, hoc est facilius coniungenda societatis et amicitia cum pop. Romano fieret iugurthae dixit, supple omnia conueniuntur, supple inter ipsos, hoc est, in nullo controuersiam futuram, nec inter se uerbum ullum commutatuos. Imperator, scz Metellus mittit rursus legatos contra postulata Bocchi, i. qui dicerent non omnia esse iusta quae ab eo postularentur: et ille, scz Bocchus probare, hoc est approbat dicta Metelli partim: et abnuere, hoc est abnuerebat alia. et tempus procedere, i. procedebat, et irangebatur eo modo uincens missis et remissis saepe ab utroque: et bellum trahi, hoc est traheretur intactum ex uoluntate Metelli. hoc est, sicut summopere cupiebat Metellus, ne aut Mario profuit, aut famam perdat.

CAST.

RIV.

Adopta prouincia. ] Optima nostra exemplaria uerba lectione reuertent, quae est: Adopta prouincia. Illi.] iugurthae. Copia. ] societatis amicitiaq; coniungenda. Nam consulem factum, antea acceperat. ] In impressis quibusdam, iam antea acceperat. Licet aliter manuscripta. Vir egregius in alijs artibus. ] In nonnullis est ommissa prepositio in. Sed praeterquam quod exemplaria manuscripta additam habent prepositionem, Cicero quoque sic est loqui solitus. ut cum inquit: Latus in laude bellicae egregius, pro, excellens et praestans. Quam rem alij in superbiam uertebant. ] Fabricianum, Vortebant.

Hicredit ad Marium. Quando legiones explebantur, supplementum dicitur.

At Marius, ut supra diximus, cupientissima plebe consul factus, postquam ei prouinciam Numidiam populis inuisit, antea iam infestus nobilitati, tum uero multus atque ferrox instare: singulos modo, modo uniuersos laedere. dicitare sese consulatum ex uictis illis quasi spolia cepisse: alia praeterea magnifica pro se, & illis dolentia. Interim quae bello opus erant, prima habere: postulare legionibus supplementum, auxilia a populis & regibus sociisque arcessere. Praeterea ex Latio fortissimum quenque, pleurosque militia, paucos fama cognitos accire: & ambiendo cogere homines emeritis stipendijs secum proficisci. Neque illi Senatus, quamquam aduersus erat, de ullo negotio abnuere audebat. Caeterum supplementum etiam laetus decreuerat: quia neque plebe militiam uolente putabatur Marius aut belli uisum, aut studia uulgi amissurus. Sed ea res frustra sperata. Tanta libido cum Mario eundi plerisque inuaserat: sese quicquid praeda locupletem fore: uictorem domum rediturum: alia huiuscemodi animi trahabant: & eos non paululum oratione sua Marius arrexerat. Nam postquam omnibus quae postulat erat decretis, milites scribere uult: hortandi causa, simul & nobilitatem (uti consueuerat) exagitantem, concionem populi aduocauit, deinde hoc modo differuit.

SOLDI.

At Marius. ] Salustius hucusque dixit de rebus gestis a Metello imperatore, in bello iugurthino: nunc deinceps dicitur esse de rebus C. Marij, qui consul factus a plebe, Numidiam prouinciam extra sortem acceperat iussu populi. Dicit igitur, quemadmodum C. Marius apparatus belli summa diligentia instituerit, milites ex decreto Senatus ad supplementum legionum conscripserit, Auxilia a populis et regibus sociisque accepserit, Ex Latio fortissimum quenque acciuerit. Deinde paratis omnibus cohortandi gratia, et nobilitatem exagiantem, aduocata populi concione, orationem habuerit: post stipendium, commessu et armis oneratis nauibus, Manlium legatum in Africa miserit: ipse paulo post cum magno numero militum secutus sit. At Marius. ] ita quidem Metellus cum Boccho de pace tractabat: sed Marius factus consul a plebe cupientissima, ut supra diximus, iam ante infestus nobilitati: uero pro se, tum multus atque ferrox instare, pro instabat. Et laedere. ] pro laedebat. Modus. ] i.

quod antiquitate magis sapit, cuius cum primis studiosus est C. Sallustius. Neque iam anxie latitatum fuisse, si adepta prouincia alij quam Mario traderetur. ] Manuscripta, Si adempta prouincia. Sic et sensus ipse postulat. Et proclius sane fuit lapsus, una ommissa littera. A. lienam rem suo periculo curare. ] Manuscripta, Periculo suo, ut sequatur pronomen. Habere tum magnam copiam societatis amicitiaq; coniungenda, quae potior bello esset. ] Sic in omnib. ferre. Sed quid si leges, Habere cum. Sane facillimus lapsus fuit, similitudine litterarum. Nihil tamen ad huc mutuo, sed coniecturam solum assero. Hec iam adnotaram, quem ecce allato et inspecto codice Florentino, Eum ibi reperi. Omne bellum sumi facile, caeterum agerrime desinere. ] Omnis bellum mansuetum Agerrime legatur, atque etiam in impressis quibusdam, uelut Florentino: tamen uulgatam lectionem probandam magis esse uideo. Opponuntur enim, Facile et agere. Cicero de Senectute: Omnis conglutinatio recens agere, inueterata facile dissoluitur. Idem alibi: Inueterata uitia agris depelluntur, pro distictis. Non deponi nisi cum uictores uelint. ] In manuscriptis omnibus est: Deponi cum uictores uelint. et haec lectio magis aridet. Proinde sibi regnoq; consulere. ] In uetustis quibusdam, sed impressis, Sibiq; regnoq;. Id historico magis conuenire uideatur.

B

C

mens. Dicere. ] frequenter dicebat et iactabat, et quod dicebat sese cepisse spolia ex illis nobilibus uictis: et quae spolia, consulatum. In hoc certamine ciuili, in quo Marius cum nobilitate certauit, uictor extitit Marius, et ex nobilibus uictis spolia reportauit magnifica: uidelicet consulatum, Marius enim cum nobilitate certauit, quia et nobiles et Marius ignobilis petebant simul consulatum. Sed in hoc certamine petendi, Marius extitit uictor: quia factus est consul, repulsis nobilibus. Spolia cepisse. ] Verba sunt glorioso militi et imperatori conuenientia. Est enim translatio sumpta a militibus, qui ex hoste uictor spolia reportant. Nam uictor uictum armis spoliatur, et ea cum gloria reportat. Magnifica. ] id est gloriosa, et in laudem suam redundantia. Et illis dolentia. ] scilicet nobilibus. Interim. ] uidelicet dum Marius ita nobiles dicitur factusq; lacessit. Quae bello opus erant, prima habere. ] id est, in primis et praecipue parabat ea quae ad bellum pertinebant. Prima habere. ] pro habebat, id est, praemia curabat. Postulare legionibus supplementum. ] hoc est, postulabat a Senatu ut sibi concederet, ut milites conscribere posset ad explicandas legiones, quae longo bello diminutae erant. Multus numerus legionum ante Caium Marium ex quatuor nobilibus militum conscribat: primus Caius Marius legionem instituisse dicitur sex milium, et ducentorum militum. Auxilia enim Caius Marius ex decreto Senatus a populis et regibus, qui erant socij populi Rom. scribebat, ut sibi mitterent auxilia petentem et equitum. Praeterea accire. ] pro acciebat quemq; fortissimum ex Latio: et acciebat plerisque cognitos militia, paucos cognitos fama: ubi quemq; praestantem in re militari utrum audebat, eum continuo ad se uenire iubebat: hortabatq; ut secum ad id bellum gerendum proficisceretur. Accire. ] id est aduocabat, ad se uenire iubebat. Ambiendo. ] non imperando, sed blandiendo cogebat eos secum ad bellum proficisci, qui ad militiam de iure compelli non poterant. Cogere omnes emeritis stipendijs secum proficisci. ] Illi dicuntur emeritis stipendijs, qui debita temporis militiae compleuerunt. et hi contra uoluntatem suam ad militiam compelli non possunt: tamen hos C. Marius blandiendo cogebat secum proficisci. Neque illi senatus. ] Dicit Senatum nihil Mario ausum fuisse denegare, quamquam ei esset aduersus: Marius postulauit supplementum legionibus, Senatus decreuit. Caeterum supplementum etiam laetus decreuerat. ] Dicit Senatum non solum non inuitum, sed etiam laetum supplementum decreuisse: non quia diligeret Marium, sed quia putabat Marium beneuolentiam populi et fauorem esse amissurum propter supplementum: uidelicet dum ad militiam plebeios homines nolentes et resistentes cogere. Ordo est: Caeterum, id est sed: Senatus etiam laetus decreuerat supplementum, quia Marius putabatur esse amissurum aut usum belli, aut studia uulgi, plebe non uolente militiam. Plebs militiam recusabat: et nisi cogere uult, ad bellum gerendum ire nolent. Senatus ergo laetus supplementum decreuit, hoc intra se putans: Marius necesse est ut aut milites ex plebe scribat ad supplementum, aut non scribat. Si scripserit milites, in odium plebis recidet, dum eos nolentes ad militiam per uim cogere uult. Si non scripserit, bellum gerere non poterit, et ita nullam gloriam in suo consulatu comparabit. Neque uolentem.

te militiam. ] id est, plebe nolente et recusante militiam, ut supra dixit: Senatus prouincias regebat, equester ordo uectigalia administrabat, plebs bella gerebat. Sed plebs se sine continuo usum bellorum, in quibus superioribus temporibus uersata erat, nunc quietem petebat, et militiam recusabat. Aut bellum amissurum. ] Si milites non scriberet. Belli usum. ] id est exercitationem belli: hoc est, putabatur bellum non esse gesturum. Aut studia uulgi. ] id est beneuolentiam populi, uidelicet si milites scriberet, et nolentes cogere ad militiam. Sed ea res. ] Dicit Senatum frustra hoc sperasse: quia nemo recusabat militiam, sed omnes desiderabant ire cum Mario. uniusquisque sperabat se praeda locupletem fore, et uictorem domum rediturum esse. Alia huiuscemodi. ] i. alia similia. Animi. ] scilicet plebis. Animi trahabant. ] id est animi uolebant et cogitabant. Oratione sua. ] quae inferius describitur. Arrexerat. ] i. in spem excitauerat. Nam postquam. ] Ordo est: Marius aduocauit concionem populi simul, i. et causa hortandi, et causa exagitantem nobilitatem, uti consueuerat: postquam uult scribere milites, decretis omnibus quae postulatauerat. Decretis. ] a Senatu: quae quicquid postulauit Marius, Senatus decreuit.

At Marius. ] Prosequitur insolentia Marij: qui ubi consul creatus est, superbe et in nobilitate conuenientia dicebat ac faciebat oia. Unde dicit: At, hoc est sed: Marius factus consul, ut diximus supra: plebe, sup. exultante: aut a plebe cupientissima, postquam populus iussit et Numidiam prouinciam, sup. gubernanda: iam antea infestus, i. qui existerat antea infestus nobilitati: tum uero, i. tum maxime ubi factus est consul et imperator tati belli: ipse multus, i. immodicus et uehemens ac immodestus: et ferrox, i. per insolentiam et feruorem: instare, i. instabat laedere modo singulos, s. nobilitatem: modo, i. interdum uniuersos: et disticare, i. distabat, hoc est, frequenter dicebat sese cepisse consulatum quasi spolia ex illis uictis, alij habebat inuitis, sed minus quadrat. spolia. n. uictis abstrahuntur. et dicebat praeterea alia magnifica, i. iactatoria uerba pro se, i. pro uirtute sua extollenda: et dolentia, i. dolore excitantibus, s. nobilibus. Interim, i. inter ea loci habere, i. habebat et existimabat prima, i. praecipua et potissimum sibi curanda quae erant opus bello, i. ad bellum iugurthinum: postulare, i. postulabat supplementum legionibus, s. occisis et detritis seu imminutis caede et morbo: et accerere, i. aduocabat a populis et regibus et socijs, s. Rom. imperijs, i. auxiliis, i. auxiliarios milites. Praeterea accire, i. acciebat seu acciebat, i. aduocabat ex Latio fortissimum quemq; uolens praecipue fortis. et acciebat plerisque cognitos militia, quia cum ipsis militauerat et paucos cognitos fama, i. per famam: et ambiendo, i. blandendo orado et ostentando beneuolentiam suam in eos, et praemia parata: cogere, i. cogebat instatiam praestare, non imperio hostes emeritis stipendijs, i. quibus stipendia erant emerita: nec amplius merceda, cum ob sensum essent requie ac uide da nati: cogebat tamen eos proficisci in bellum, neque senatus, quamquam erat aduersus, i. contrarius illi: audebat abnuere, i. resistere aut negare etiam uim illi quaequae. Caeterum, i. sed: insuper decreuerat, i. decreto adiuuauerat illi supplementum, s. legionum: etiam laetus, i. uolens ac libens, quia Marius putabatur amissurus, i. q. posse amittere: aut usum belli aut studia, i. fauorem uulgi: et hoc plebe neque, i. non uolente, i. resurgente militiam, i. exercitum belli. Sed ea res, quod propter repugnantiam plebis Marius amitteret usum belli, aut fauorem plebis: fuit, sup. sperata, s. a patrib. frustra, i. in

BAD.

uanum: tanta, i. tam uehemens libido, i. uoluntas eundi, scz in bellum cum Mario, inuaserat plerisque: quia animi plebis trahabant, i. meditabantur & secum reputabant quisque, supple trahabat in opinionem: sese fore, i. futurum esse ex uictoria Mariana locupletem, i. diuitem preda: & rediturum, supple esse domum uictorem, & alia huiusmodi. Sunt qui legant Animos, ut sit ordo: Quisque, supple trahabat aut dicebat sese fore locupletem, & rediturum esse domum uictorem, & alia huiusmodi trahabant, i. at trahabant animos, scz eorum: & Marius attraxerat, i. attentos fecerat eos non paululum: immo multum seu plurimum oratione, hoc est adhortatione sua oratoria, habita in concione sequenti. Nam postquam omnibus que postulauerat decreta, i. postquam omnia que postulauerat erant decreta: hoc est, decreto senatus illi concessa, sed melius sonant ablatiui: ut subaudiatur, Existentibus sic: sed omnibus que postulauerat existentibus decretis, hoc est decreto concessis: postquam uult scribere, scz ad supplementum legionum: milites causa hortandi, supple eos: & simul, i. pariformiter, supple causa exagrandi, i. uexandi, & molestia frequenti afficiendi aduocauit concionem, i. multitudinem populi, scz Romani. deinde, scilicet postquam conuenerant, differuit, hoc est orauit: differereque dixit ad eos hoc modo. Quis autem quomodo differuerit, quem dixerat supra magis armorum quam literarum peritum: & non Græcis literis, sed militaribus artibus imbutum: dicam quod facundia naturali predicti & exercitio fretus, id potuerit.

CAS T.

¶ Multus. Uehemens, acer uel asiduus, frequens, ut infra: Atque ad uigilias nullus esse. Homines emeritis stipendijs. Veteranos: qui cum impleissent stipendia, ad militiam inuiti cogi non poterant. legibus enim Romæ

nis decem tantum annos militare cogebantur. ut ait Plutarchus in Gracchis. uerum id haud semper seruati est, quod leges apud Polybium lib. 6. Cornelium Tacit. lib. 1. item apud Iureconsultos lib. 7. Tit. 64. & lib. 10. tit. 54. Codicis. Neque plebe militiam uolente. Nolente & recusante militiam plebe. uel exponamus neque, i. nec etiam. ac si dixisset: Non solum nobilitate, sed etiam plebe recusante militiam.

¶ Abnuere audebat. Est in manuscriptis quibusdam, Negare audebat, sed natum est ex glossa, ni fallor. Et eos non paululum oratione sua Marius attraxerat. Quamuis in quibusdam, Exererat: tamen hæc lectio magis arridet, quam & manuscripti codices, & exemplar Aldinum habet. Uititur autem Sallustius aliis hoc uerbo. uelut inferius: Huiusmodi oratione habita Marius, postquam plebis animos arreptos uidet. Quo in loco tamen in uetustis est, Breuius: uerum perperam. Tamei si Cic. quidem altero magis uititur. uelut: Oratio consilium animum meum erexit, spemque: attulit dignitatis recuperandæ. Idem: Is ciuitatem ad spem libertatis erexit.

¶ Dicitare sese consulatum exuictis illi quasi spolia cepisse. Quidam codices illud Quasi, habebant ante uerbum illis. Aldinus codex profusus omittit. Ego post illis, ponendum puto: atque ita habebat uetus usus codex. Quia neque plebe militiam uolente. Vide ut mirè uititur coniunctione Neque. nam, Neque uolente, pro Nolente accipitur, & uerbi Putabatur, manet participio Rediturum connectat. Vide etiam num Aliasque, cum coniunctione legendum, quod necesse non existimamus.

RIV.

GLAN.

B.

C.

\* uerbi.

A petunt imperia, & alij artibus dum administrant ea. Nam dum petunt, uenturum humilitate ac modestia, et se ostendunt esse industrios. Sed postea dum administrant ipsa imperia, quæ sunt à uobis consecuti, uenturum superbia & ignauiam: & ita decipiunt uos. ego autem aliter faciendū esse censeo: nam maiore cura & industria existimo esse administranda imperia, quam petenda. Imperium. Consulatus & prætura proprie dicuntur imperia: sicuti aperte hoc loco Sallustius ostendit. nam paulo post dicit, Nam quanto plurius est uniuersa Respublica quam consistelatus, aut prætura: totum hoc referens ad id quod prædixerat, Scio ego, Quirites, plerisque non isdem artibus, imperium à uobis petere. In primo. id est in prima re, uidelicet dum petunt imperium. Industrios. ingenio & usu exercitatos. Supplices i. humiles. Modicos i. modestos, moderatos. Esse, subaudi à superioribus. De hinc. i. postquam adepti sunt & administrant imperia. Per ignauiam, quæ est cõtraria industria. Et superbiã: cõtra id quod dixit supplices. Aetate agere. i. uiuere. De hinc, subauditur Scio: & hos mores peruersos inuitti esse in nobilibus. Sed mihi contra esse uidetur, i. Sed mihi uidetur contrarium. Illi in petitione magistratum uirtutes ostendunt, in administratione uerò uitia demonstrant, cum administratio ipsa ad totam rem p. pertinet: ut propterea mihi uideantur maiore cura esse administranda imperia, quam petenda. Illa i. f. R. P. Quam hæc f. consulatum & præturam. Neque me fallit. hoc est: Et scio & intelligo quantum omni iustitiam cum honore consulatus. Consulatus est maximum uestrum beneficium, quod in me contulistis. Sed administratio ipsa consulatus est magnum negocium, & magnum onus. Ordo est: Neque fallit me, quantum negocii iustitiam, cum maximo uestro beneficio. Belli parare. Declarat difficultatem & onus administrationis consulatus. Ordo est: Quirites, est asperius opinione parare bellum simile, & parare ararium: & cogere ad militiam eos quos nolis offendere, & curare domi & foris omnia: & agere ea inter inuidios occurrantes, & factiosos. Sensus patet. Est inquit difficultas quam quisque opinari possit, facere id quod facio ego: uidelicet parare bellum, & nolle facere sumptum: cogere eos ad militiam, quod non uellem offendere denique totam remp. administrare inter inuidios & inimicos, s. nobiles. Ararium parare. i. quia nollem ararium grauari. Cogere eos, s. plebeios. Quos nolis offendere. i. quos nollem ledere quia mihi sunt amici. nam ego ab eis factus sum consul. Et est honesta locutio, id quod prime persona conuenit, ad secundam transferri hoc loco, Quos nolis offendere, i. quos nollem offendere. Domi forisque. i. pace & bello, Romæ & in exercitu. Occurrantes. i. obuiantes, resistentes, s. nobiles. Asperius opinione. i. difficultius, quam quisquam opinari possit. Ad hoc. i. præterea. ac si diceret aperte: Illi quidem mihi difficile gerere consulatum, ob eas causas quas ante dixi. Sed est etiam alia causa, quare administrare et gerere consulatum si mihi difficultius quam alijs. Quia si quid offendo, aut si quid non recte facio, nihil est quod mihi optinetur, & nihil habeo quod me defendat. Sed alij, uidelicet nobiles, si non recte consulatus administrant, tolerantur propter ueterum nobilitatem, & propter præclara gesta maiorum suorum, & propter opes ingentes & clientelas. Ego nihil horum habeo ad defensionem mei, sed oportet ut me ipsum & facta mea propria uirtute

defendā. Ad hæc. i. Ordo est: Omnia hæc adsum præsidio, uidelicet uetus nobilitas, & fortia facta maiorum, scz suorum, & opes cognatorum & affinium, & multa clientela: dico adsum præsidio, si alij deliquere. Si alij deliquere. i. s. nobiles: uidelicet si in administratione consulatus non ita se recte gerunt, si errant in aliqua re, si quid offendunt. Uetus nobilitas. i. quia orti sunt ex ueteri prosapia, et nobili genere. Et ideo tolerantur, si quid delinquit. Maiorum fortia facta. i. quia maiores eorum remp. præclare administrarunt, & multa præclara facinora gesserunt. Opes cognatorum & affinium. i. Nemo eos audeat impugnare, quia habent cognatos & affines potentes ac diuites, et ita delicta & errata eorum impunita relinquitur. Multa clientela. i. non solum habent cognatos & affines potentes, sed etiam habent multos clientes, qui in omni periculo eis opitulentur, eosque defendant: & propterea timentur, nec aliquis eos impugnare audeat. Clientela dicitur multitudo clientium: clientes autem dicuntur, qui sub patrocinio alicuius positi sunt. Siculi cliētes M. T. Cicerois fuerunt, quia Cicero causam Siculorum cõtra Verrem suscepit atque defendit. Cicero patronus fuit Siculorum, Siculi cliētes. Qui deservit aliquid in iudicio, dicitur patronus: qui defenditur, dicitur cliēns & sicuti cliēns à patrono in iudicio defenditur, ita postea clientes patroni in omni periculo uideantur atque defendunt. Marius autem ex hoc loco nobiles trahit in inuidiam. Nam, ut ait Cicero, in inuidiam trahimus aduersarios, si uim, potentiam, facultatem, diuitias, in conuictiōem, nobilitatem, clientelas, hospitium sodalitates, affinitates aduersariorum proferemus. hæc omnia ferè à Mario posita sunt. Nihil spes omnes. i. Omnes, inquit, spes mihi posite sunt in me ipso. ac si diceret: Ego non habeo unde sperem auxiliū aliquod, si delinquo, si error nisi in me ipso. Et quia non habeo unde sperare possim auxiliū, si delinquerem uirtute curabo, ut non delinquam, sed recte consulatiū administrarem. Et hoc est quod dicit. Mihi. i. Ordo est: Omnes spes sunt sitæ mihi in memet. Quas. i. s. spes est necesse, s. mihi tutari ingenio & uirtute. Nam, pro quia, alia sunt infirma: ego habeo spem, ut recte geram consulatum. Et hanc spem uirtute et ingenio tutabor, quia ingenio & uirtute curabo ut recte administrare consulatum, et non offendam aut delinquam in aliqua re. Nam si non recte geram consulatum, ego non habeo ueterem nobilitatem, aut maiorum meorum facta quæ me defendant & tueantur, sicuti habent nobiles. Nam alia. i. s. nobilitas, & maiorum præclara facinora, & opes cognatorum, et clientela. Infirma sunt. i. Quia non habeo talia. nō. n. s. non nobilis, nec maiores mei præclara aliquid gesserunt, nec habeo clientela, & cætera quæ habent nobiles. Infirma sunt. i. inuoluta sunt, nihil ualent: quia non habeo. Et illud intelligo. i. Ordo est: Quirites, ego intelligo illud, s. ora omnium esse conuersa in me: & intelligo æquos. i. iustos bonos fauere mihi. Quippe. i. pro quia, mea benefacta præcedunt rempub. Et intelligo nobilitatem querere locum inuadendi. i. Ego inquit cognosco oēs me consulatū aspicere: & bonos quidam uiros ac iustos mihi fauere, nobiles autem querere quo pacto mihi noceant. Omnium ora. i. uultum atque oculos. Æquos. i. iustos. Æquos bonosque. i. plebem significat, eamque hæc laude demulcet: quia ab ipsa potissimum consulatus erat. Quippe. i. ideo mihi fauēt, quia uidet me uultu esse reip. In Rempub. præcedit. i. i. utilia sunt, profunt. Quo mihi. i. plebs alloquitur, dicitur Quirites, oēs intuentur me, et expectant, ut uideat quo

Exordium, quo capiat beneuolentiam à ratione regendi magistratus. A sua persona.

[transit.]

\* præcedunt: alij, Produnt.

Scilicet, nondum collato in me honore. Ex consuetudine beneficiendi natura.

SOLDI.

¶ Scio ego, Quirites, plerisque non isdem artibus imperium à uobis petere, & postquam adepti sunt, gerere. Hæc oratio postea est in genere demonstratiuo. Est autem genus demonstratiuum, quod attribuitur in alicuius certæ persone laudem uel uituperationem. hæc autem oratio et laudem Marij, & uituperationem continet nobilitatis. Dicit enim, se non maiorem suorum imaginibus aut splendore, sed propria uirtute confisum, consulatum petiuisse, eademque uirtute illum administratum: neque facturum

esse, quem admodum plebique facere solent, qui dum à populo petunt imperia, industrios & humiles ac modestos præbent: sed postquam adepti sunt id quod petunt, superbi sunt & ignaui. Scio. Ordo est: Ego scio plerisque non eisdem artibus petere imperiū à uobis, & gerere, s. illud imperium. Postquam sunt adepti, illud imperium. Ac si diceret: Quirites, ego scio multos decipere uos, quia alij artibus uirtutem, dum à uobis petunt imperia, & alij artibus, dum administrant ea. Nam dum petunt

modo me geram in consulatu, uos bene de me speratis, & mihi faueis: quia creditis & speratis me taciturnum esse in consulatu, qualis fui antequam essem consul. Nam semper Reip. profui: sed nobilitas mihi aduersa est, & inimica, et querit quomodo mihi noceret. Et propterea quidem potero curabo, ut neque decipiamini, et illi decipiantur. Si recte & cum uirtute consulatum gesserero, uos non decipiemini: quia satisfaciatis opinioni uestra, quae de me habetis. Et illi decipiantur, quia mihi nocere non poterunt, sicuti cupiunt: quia non habebunt opportunitatem nocendi, cum nihil habeat quod mihi opponere possint. Quo i. propter quod. Acritus. i. uehementius. Admittendum. i. concedendum. Neque uos capiamini. i. decipiamini. Conabor ut uos non decipiamini, quia curabo ut satisfaciatis spei uestrae, & opinioni quae de me habetis. Et illi. i. nobiles. Frustrati sunt. i. decipiantur, fallantur in opinione sua. Nam existimant se posse nocere mihi, quia credunt me non recte & ex dignitate atque utilitate reip. gesserum esse consulatum. Sed curabo ut decipiantur in hac sua opinione, quia ita geram consulatum, ut omnium iudicio dignus & ex utilitate reipublicae gesseris, sicuti cupiunt. Ita ad hoc etatis. i. Conabor bene gerere consulatum, neque in gerendo consulatu labores aut pericula mihi difficilia uidebitur: quia usque ad puericiam in laboribus & periculis pro republica ita uersatus sum, ut nunc ea mihi non uideatur grauiora. Ordo est: Ego ita fui ad puericiam ad hoc etatis, ut habeam omnes labores & pericula consueti. Ita fui ad puericiam. i. ita ad puericiam usque ad hanc etatem uixi, ut habeam in consuetudine labores & pericula: & ideo nunc ea non uidentur mihi difficilia. Quae. i. Ordo est: O Quirites, non est consilium, uti accepta mercede deseram ea quae faciebam gratuitis, ante uestra beneficia. Si antequam essem consul, semper pro reipub. labores et pericula subire non dubitavi: multo magis nunc, postquam factus sum consul, illud facere arripio. Ante uestra beneficia. i. uidebis antequam essem consul. Non est consilium. i. non decreui hoc. Illi difficile est. i. Dico quod mihi facile est gerere consulatum, quia usque ad puericiam semper in laboribus exercitatus sum. Sed nobilitas est difficile, quia ipsi laboribus et periculis non sunt assueti: & ideo in administratione magistratuum non praestant id quod pollicentur in petitione. Nam quando petit imperia & magistratus, ostendunt se industrios & exercitatos, & moratos & graues. Sed quando assumunt ipsos magistratus, & eos administrant, cito apparent id quod sunt: uidelicet ignaui, superbi & immoderati, & omnino indigni. Et hoc est quod dicit. Illis difficile est. i. Ordo est: Est difficile illis temperare in potestate, qui simulant se probos per ambitionem. Nobiles, quando petunt magistratus, simulant se probos, cum tamen improbi sint. Sed haec simulatio diu tegi non potest. Nam quando administrant ipsos magistratus, facere non possunt quin appareant id quod sunt, nam cito ostendunt ignauiam suam, & superbiam. Difficile est in potestate temperare. i. difficile est temperare, quin etiam ostendant mores suos improbos. Per ambitionem. i. per cupiditatem honoris, nobiles ambitione corrupti sunt: & ut assequantur honores, simulant se probos. Mihi. i. Ordo est: Beneficere id ueritur mihi in natura & consuetudine, qui egi oem etatem in optimis artibus. Dico quod nobilitas est difficile bene gerere magistratus, quia non assueti sunt bonis moribus & laboribus. & ideo facere non possunt quin

ostendant suis improbos mores. Sed mihi non solum est facile beneficere, sed penitus est naturae, propter consuetudinem. Et ex hoc collucet uult, melius esse quod sibi de mandauerint consulat, quam nobilitas: quia ipse magis idoneus est ad gerendum consulatum, quam nobilitas. Scio ego Quirites. i. In hac oratione quae est in genere demonstratio, Marius uirtutes suas demonstrat, bonas artes suas, strenuamque animum extollendo: & nobilitatem ignauiam exprobrat, ac uitio dat. Unde statim in principio dicit criminando nobiles, penes quos consulatus tanto tempore fuerat: solitos aliter petere quam gerere. i. administrare imperium. Nam petentes simulabant se industrios, supplices & modicos esse: administrantes aut ignauios & superbos. unde ordo est: O Quirites. i. cum Roma mihi scio, i. coperit habeo: propterea. i. plurimos nobilitas petere a uobis non isdem artibus. i. factis & uis, seu medijs: imperium, i. magistratum consulat: & gerere. i. administrare seu exercere. postquam sunt adepti, supple ipsa sum: quia scio eos esse primos. i. dum petunt a uobis: industrios. i. grauos & solertes: & supplices, i. suppliciter ambulantes: & modicos. i. modestos sine ostentatione aut iactantia magnificentiae suae. debent. i. postquam adepti sunt, scio eos agere etate per ignauiam, quae opponitur industriae. i. inuilitate & labore: & desidiosa: & superbis, quae opponitur supplicati et modicitati. Sed uideatur mihi contra. i. contrario modo faciendum. nam quo, i. quanto: pluris. i. maioris aestimationis & precij est uenire ad res, quam imperatores gerunt quam consulatus aut praeturae. i. magistratus illi summi: ito. i. tanto maiore cura uideatur mihi debere illis. i. uniuersam rem administrari: quam haec. i. consulatus aut praeturae peti. Neque fallit, i. scientiam meam non fugit quantum negotij. i. solliciti laboris sustineat, s. huiusmodi meis impositum: cum maximo beneficio uestro. q. d. Sine quo ad tanti oneris sustentationem non peruenissem, negotium autem commemorat. Quoniam parare bellum, & parere simul arario. i. thesaurio publico, ne exauriatur: cogere ad militiam eos quos nolui offendere. i. agere: hoc est ciues Rom. quos sine offensa difficile est ad militiam cogere: & curare omnia domi & foris, & agere ea quae per se sunt difficilia: inter inuidios, s. nobiles: occurrentes. i. frequentes aut in qualibet re obuiantes seu obstrictes: & factiosos. i. discordiosos et seditiosos. o Quirites, id supple est asperus. i. difficilis: opinione. i. quam quis opinari possit: non quam opinio sit. Ad hoc, i. insuper: si alij, s. consules ante me: qui oes multo tempore nobiles fuere: deliquere, i. peccauerunt: uetus nobilitas, s. eorum, quia patricij sunt: & fortia facta non ipsorum, sed maiorum. i. progenitorum: & opes. i. facultates & potentiae cognatorum & affinium: multae clientelae. i. multi clietes: omnia, s. dicta ad ius praesidio. i. ad praesidium & defensionem eorum: sed omnes spes sunt sitae. i. collocae mihi in memet, scilicet ipso. hoc est, in me solos quas, s. spes meas: necesse est tuari. i. protegere: & uirtutem, scilicet quia bona operamur, nam finis uirtutis, operatio est: & innocentia, quia a malis nos abstinemus. Nam alia, s. fauor populi: aut potentiae diuitiarum: sunt ipsa, s. mihi. Et, o Quirites, ego intelligo illud, scilicet ora omnium esse conuersa in me. i. habere spem in me: et omnes aequos & bonos. i. plebeios (nam supra nobiles omnes inuidios & factiosos significauit) fauere, supple mihi, quippe, hoc est quia certae meae beneficia. i. praecleara facinora: procedunt, id est prosperè procedunt, aut profumit reipub. et scio nobilitatem querere locum,

BAD.

B

C

locum, id est occasionem inuadendi me. Quo, id est quocircumstant quanto acrius, hoc est uehementius est mihi admittendum: uti, id est ut: neque uos capiamini, id est decipi amini per spem & expectationem uestram de me: & illi, scilicet qui me inuadere querunt, sint frustrati. Ita ad hoc etatis. i. Commemoratur uirtutem & innocentiam uitae suae, dicens: Ego fui ad puericiam ad hoc etatis. i. usque ad hanc etatem, in qua nunc sum: ita, id est taliter aut talis: ut habeam omnes labores & pericula consueti. q. d. se idoneum ad bene gerendum: quia, ut dicit philosophus: Nemo id facere dubitat, quod se bene didicisse confidit: & rursum difficile est consueti relinquere, quia consuetudo est quasi altera natura. Unde addit: O Quirites, non est consilium, supple meum. in o consilium: uti, ut deserat ea, s. beneficia quae faciebat ante uestra beneficia, i. priusquam uestro beneficio consulatum obtinerem: gratuitis. i. gratis & sine premio aut mercede deseram, inquit, nunc: accepta mercede, postquam accepi a uobis mercedem, quia honorem summi. Difficile est temperare. i. seruare temperantiam in potestatis uis: illis qui simulauerunt se probos. i. probandos & bonos uiros: per ambitionem. i. affectationem imperij, aut tantisper dum ambulanti: sed beneficere, ueritur iam ex consuetudine in naturam mihi: qui egi omnem. i. totam etatem meam: in optimis artibus, id est exercitijs, s. militaribus. Quippe beneficia mea in remp. procedunt. i. Legimus in antiquis aliquot libris, Quippe beneficia mea reip. procedunt. Illi frustrati sunt. i. Legi, illi frustrati sunt, ut meliores codices habent. Deinde per ignauiam & superbiam etatis agere. i. In Veneto quodam, Deim: sed in manuscripto, Dehinc, quod & ipsum aliquoties apud Tullium reperitur. Ad hoc alij si deliquere, uetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum & ad finem opes, multa clientela, omnia haec praesidio adsum. i. Sic & in manuscripto. In Veneto aut quod Pöponius castigauit, Omnia praesidio adsum, legitur, pro nomine omisso. Eodem modo quibusdam in alijs, uelut eo quod Argentorati est ad Scurrerio impressum: sed minus recte, nam & Donatus priorem lectionem agnoscit in Terentij Phorm. cuius subijcere uerba libet. Nam super eo loco in Aelius primi, scena 2. Qui fuerit pater, quae

mater, qui cognata tibi sit, omnia haec confingam. Omnia haec (inquit) non ex abundantia posuit, sed oratorie, quasi tam multa, & est approposita. nam post enumerationem ueteres haec dicebant. Sallustius in Iugur. Haec omnia praesidio adsum. Quas necesse est uirtute & innocentia tutari. i. In manuscriptis alijsq; uetustioribus, Et uirtute et innocentia, geminata copula. Maiorum fortia facta. i. In manuscriptis, Maiorum facta fortia. Atque ita forsitan rectius, ne sit in oratione soluta hemistichium hexametri, uel totum penes hexameter: id quod uitiosum esse uoluit. Quia uis id non semper obseruant auctores. Nam & Sal. infra: Tamq; dies consumptus erat, inquit, quod & ipsum est hemistichium heroicum. Sic & Liui. initio statim historiae facturus ne operae precium, id quod Fabius obseruauit. Quippe beneficia mea remp. procedunt. i. In manuscripto alijsq; uetustioribus, est Benefacta mea reip. praecedunt quomodo & Venetum habet, cuius modum facta a nobis mentio est, & Florentinorum intelligit Marium ante collatum in se honorem gratuitis beneficisse, eaq; re aequos bonosq; omnes fauere. Ut neque uos capiamini. i. Legendum, VII. Beneficere iam ex consuetudine in naturam uertitur. i. Manuscripta duo, Veritur: pro quo in impressis quibusdam est, Conuertitur. Id ex glossa forsitan uestit. Ponitur autem & hic & similiter in locis absolute hoc uerbum summa cum elegantia & uenustate. Curtius 7. Posteaquam deserat esse quem odissent, inuidia in misericordiam uertitur. Quid si legas, Veritur: ut absolute ponatur. Quippe beneficia mea reip. procedunt. i. Si haec uerba propositis abesse, sensus huiusce periodi clarior esset. Cur aut Aldinus codex Reip. dandi casum in accusandam Remp. mutauerit, non equidem intelligo. Et uerbum Procedunt, Sola uis uis sunt, exponit. Alij Procedunt exponunt, Prosperè cedunt, ut Terentius in Andria: Nisi id putas, quia primo processit parum, Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum. Itaq; post Procedunt, distinguentur, ac inferendum: Nobilitatem locum inuadendi querere. Et mox: Vi neque uos capiamini. Rursum uerbum Neque, usurpat suo more, non cum scio, non ut sequentia neget. Et illi (inquit) frustrati sunt. Vbi Aldinus codex Frustrata, legit pro Frustrari.

GLAR.

Propositio. \* Si quem

In imperio nihil perniciosius, quam ex alio sapere. Praeposteri homines qui in uerbo ordine re agrediantur. Elegans dilutio.

+ maluisse

Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis: quam rem nobilitas aegerrime tulit. Quae reputate cum animis uestris, nunc id mutari melius sit. \* Ecquem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis, hominem ueteris profapiae, ac multarum imaginum, & nullius stipendij? scilicet ut in tanta re ignarus omnium, trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem sui officij. Ita plerunq; euenit, ut quem uos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quaerat. Atque ego scio qui postquam consules facti sunt, acta maiorum, & Graecorum militaria praecpta legere ceperint, praeposteri homines. Nam gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est. Comparetate nunc, Quirites, me hominem nouum cum illorum superbia. Quae illi audire & legere solent, eorum partem uidi, alia ego met gelsi: quae illi literis, ea ego militando didici. Nunc uos aestimate, facta an dicta pluris sint. Contemunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam. Mihi fortuna, illis probra obicantur. quamquam ego naturam unam & communem omnium existimo, sed fortissimum quenq; generosissimum. At si iam ex patribus Albini aut Bestiae quaeri posset, me ne, an illos ex sese gigni maluerint: quid responsuros creditis, nisi sese liberos quam optimos uoluisse? Quod si iure me despiciunt, faciunt idem maioribus suis: quibus, uti mihi, ex uirtute nobilitas cepit. Inuidet honori meo? Ergo inuideant labori & innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi. Verum homines corrupti superbia, ita aratam agunt, quasi uestro

honores contemnant, ita hos petunt, quasi honestè uixerint. Næ illi falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expectant, uoluptatem & præmia uirtutis. Atq; etiam cum apud uos aut in Senatu uerba faciunt, pleraq; oratione maiores suos extollunt: eorum fortia facta memorando, clariore sese putant: quod contra est. Nam quanto uia illorū præclarior, tanto horum foecordia flagitiosior. Et profectò ita res habet: Vt maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona eorum, neque mala in occulto esse patitur. Huiusce rei ego in opiam patior, Quirites. Verum (id quod multo præclarior est) meam facta mihi dicere licet.

Causatur se  
quod q. nobile,  
siquid uirtus  
nobilitatem  
parit.  
SOLDI.

¶ Bellum me gerere. ] Nunc uenit ad causam, ut ostendat per comparationem, se esse magis idoneum ad gerendum consulatum, quam nobiles: quia ipse semper in bello uersatus est, & idoneus, rei militaris peritus. nobiles autè ignari & imperiti, unde dicit: O Quirites, uos iussistis ut bellum geram cum Iugurtha: bene fecistis. Sed si alius quis nobilis consul factus esset, & iussu uestro hoc bellum gerere eum oporteret, quid faceret, cum ipse omnino artis militaris imperitus esset? Sumeret aliquem ex populo, qui eum doceret. Non ne hoc turpe esset ergo melius & rectius mihi consulatum demandastis. Reputate cum animis uestris, num id mutari melius sit. ] Cogitate (inquit) in animo uestro, an melius sit ut id mutetis: uidelicet ut demandetis hoc bellum alicui ex nobilibus. ac si diceret: Non est melius, quia si mitteretis aliquem ex nobilibus ad gerendum hoc bellum, oporteret ut ipse sumeret ex populo aliquem rei militaris peritum, qui eum doceret: quia nobiles ignari & imperiti sunt rei militaris. Si quem ex illo globo. ] Ordo est: Scilicet, id est certè, ille ignarus omnium trepidet & festinet, & sumat aliquem ex populo monitorem officij sui, ut solet fieri in tanta rei si mittatis quem, hoc est aliquem hominem ex illo globo nobilitatis, ad hoc negocium. Aut ad tale. ] In negocium dico hominem ueteris profapiae, ac multarum imaginum, & nullius stipendij. Iam hunc sensum exposui. Ex illo globo. ] i. ex illa multitudine. & demonstratiue dixit, nam in conuentione etiam nobiles aderant. Aut ad tale. ] ad aliud aliud simile negocium. Hominem ueteris profapiae. ] i. ueteris generis, antiquæ nobilitatis, profapia dicitur progenies, a porro sparsis & quasi iactis liberis, nam si pare significat iactare & discurrere. Multarum imaginum. ] i. multorum honorum. Antiqui si rem aliquam præclaram pro rep. gessissent, decreto Senatû statua donabantur, ut posteri ad imitandum exemplum eorum prouocarentur, unde quia in domibus nobilium plerumque imagines & statuae multæ erant maiorum suorum, qui uel in consulatu uel in prætura uel in alio magistratu præclarum aliquid gesserant: ille dicebatur homo multarum imaginum, qui multis imagines & multos magistratus familie sue & maiorum suorum ostendere poterat. Et nullius stipendij. ] qui nunquã stipendij fecerit, & nunquã in bello fuerit, ac si diceret: Nobilitas facere nō potest, ut ille esset idoneus imperator & dux, qui nunquã fuerit in bello. Vt in tanta re solet fieri. ] Sic n. fieri solet: quãdo magnū aliquid negotij nobis impostū est, festinare solemus, ut præparemus nos ad ea que sunt necessaria, ad gerendum illud negocium. Ignarus. ] in scis & imperitus. Festinet. ] i. festinaret. Sumat. ] pro sumeret. Monitorem officij. ] qui cum doceret, quomodo gereret suum officium. Atq; ego scio. ] Perseuerat in hoc, ut ostendat nobiles idoneos non esse ad gerendum consulatum: quia in bello non uersati sunt, & propterea imperiti sunt rei militaris. Dicit enim: Ego scio

multos ex nobilibus, qui postquam facti sunt consules, incipiunt discere ex libris Græcis, ea que pertinent ad scientiam & disciplinam militarem. Et ita faciunt posterius, id quod faciendum erat prius. Nam oportebat eos discere prius, quàm essent consules, id quod pertinet ad consulatū gerendum. Ordo est: Atq; ego scio, s. homines ex nobilibus, qui cæperunt legere acta maiorū, & militaria præcepta Græcorum, postquam facti sunt consules. Senus patet. Legere acta maiorum. ] i. gesta antiquorum, ut id quod per usum ignorabāt, ex literis discerent. Græcorum militaria præcepta. ] nam fuerunt Græci doctores qui de re militari scripserunt, sicut etiam apud Latinos Cicero, & multi alij. Præposteri homines sunt. ] Homo præposterus dicitur, qui posterius facit id quod prius faciendum erat: sicuti faciebant nobiles, qui postquam erant facti consules, discerant id, quod discere debuerat antequam fierent consules, uidelicet scientiam rei militaris. Nam gerere, quàm fieri consulem, tempore posterius, re atque usu prius est. ] Probat id quod dicit: uidelicet nobiles esse præposteros homines, & uideri quid dicat. Administrare consulatum, quantum ad tempus, est posterius, quàm fieri consulem: quia nemo potest administrare consulatū, antequam fiat consul. Ergo quantum ad tempus, administrare consulatum posterius est, quàm fieri consulem: sed quantum ad scientiam & experientiam, est prius: quia antequam aliquis fiat consul, usu & experientia discit ea que pertinent ad administrandum consulatum, ut postquam factus fuerit consul, sciat administrare ipsum consulatum. Nam gerere. ] Ordo est: Nam gerere est posterius tempore, quàm fieri consul: sed est prius re atque usu. Nam gerere. ] i. administrare, quò gerere debet consul fieri. ] i. consulem. Nam aliquis prius fit consul, deinde consulatum administrat. Est prius. ] quia licet sit consul, tū consulatum rectè administrare nō poterit, nisi usu et experientia didicerit administrare antequam esset consul. Comparet nunc Quirites. ] Ex antedictis hanc conclusionem inferit, se magis idoneum esse, quàm nobiles, ad gerendum consulatū: quia ipse peritus est rei militaris, nobiles autè imperiti & ignari: ipse antequam factus sit consul, usu & experientia in bello didici, quò gerere debet consulatum. Nobiles autè postquam facti sunt consules, discunt ex literis scientiam rei militaris. Nunc uos existimate facta antedicta pluris fieri precij. ] i. cogitate que nam pluris estimanda sint, dicta nobilium, an facta mea: quia illi discunt legendo ea que dicta sunt a scriptoribus: ego autem didici militando & faciendo, non legendo. Contemnant. ] Paulatim diluit obiecta. Obijciunt mihi nouitatem, & dicunt me esse indignum consulatu, quia nouus sum, & ignobilis: & ego obijcio illis ignauitatem eorum. Sed ignauia magis ineptum & indignum reddit aliquem ad consulatum, quàm nouitas: quia nouus homo rectè poterit gerere consulatum, sed ignauus nunquam rectè

re et geret. Fortuna. ] quia nouus sum, & ignobilis: quod pertinet ad fortunam: nam sicuti iria sunt genera bonorum, uidelicet bona animi, bona corporis, & bona fortunæ: ita iria sunt genera malorum contrariò. Sed nobilitas bonum est fortunæ, contrariò nouitas & ignobilitas malum est fortunæ. Illis. ] scilicet nobilibus. Probra. ] i. uitia animi. Sed sicuti in comparatione bonorum meliora sunt bona animi quàm bona fortunæ: ita in comparatione malorū peiora sunt uitia animi, quàm mala fortunæ. nam peius est esse iniustum, imprudentem, ignauum, quàm esse pauperem, nouum & ignobilem. Quam quã naturam unam & cõmunem omnium existimo, sed fortissimum quemq; generosissimū. ] Dico, quod nobiles obijciunt mihi ignobilitatem, quàm ego existimo natura omnes pares fecisse: neq; alium alio magis nobilem esse, nisi per uirtutem: atq; unumquemq; ita magis nobilè esse, sicuti magis uirtute præditus sit. Marius hoc concludere intendit, se ex omni parte nobilissimum antependendum esse. Et supra quidem probauit, se magis idoneum esse quàm nobiles, ad gerendum consulatum: quia rei militaris peritus sit, nobiles autè imperiti. Sed quia nobiles dicebant illum esse indignū consulatu, quia non erat nobilis: nunc respondet, & dicit uerã nobilitatem in uirtute consistere. Cum aut uirtute & scientia rei militaris ipse nobilissimus antecellat, nobilitate etiam ipsi præstare, quando quid uerã nobilitas in uirtute consistit. Naturã unam. ] quia unius nature sunt, & ideo sunt pares quantum ad naturam: sed diuises sunt, prout quisq; uirtute magis est præditus. Sed fortissimū. ] Fortitudo, una est ex quatuor uirtutibus cardinalibus, sicuti supra monstrauimus. Sed fortitudinem posuit simpliciter pro omni uirtute: quia hæc uirtutes, scz iusticia, prudentia, fortitudo, temperantia, ita coniunctæ sunt, ut q; unã perfectè habeat, etiã reliquis oēs habeat. ac si diceret: Sed existimo unumquemq; maximè uirtute præditū, esse nobilissimū. Ac si ita. ] Ordo est: Ac, i. &, quid creditis respiciuros, nisi uoluisse liberos q; optimos. Si posset queri ex patribus Albini aut Bestiæ, me an illos multari gigni ex se. Hoc inferat ad confirmandū id quod dixit, uidelicet nobilitatē in uirtute consistere. Si (inquit) patres Albini & Bestiæ interrogari possent, utrum magis uellent me ignobilè, sed uirtute præditū an ipsos nobiles, sed ignauos, ex se nasci: sine dubio responderent, uoluisse ut ex se nascerentur liberi quàm optimi. ac si diceret: Responderent, uoluisse ut potius ego uirtute præditus, q; illi ignaui, nascerentur ex ipsis. Ex patribus. ] qui nobiles fuerit, & mortui sunt. Albini & Bestiæ. ] istos nominat, quia licet nobiles essent, tamen consules in hoc bello Iugurthino male rem gesserant: sicuti supra uisum est. Quod si me uirè despicunt. ] Dixi, quod mihi inuestitè ignobilitatē obijciunt, quia uera nobilitas in uirtute consistit. Sed tamen si inuestitè cõtemnant me propter ignobilitatem, necesse est ut cõtemnant etiã maiores suos, qui propter uirtutē obijciunt, quia uera nobilitas in uirtute consistit. Inuidēt honori meo. ] Inuidēt (inquit) honori meo, quia nollet me habere hunc honore, sed ipsi uellet habere hunc honore: sed habet etiam labores meos, & uirtutes & pericula, quia per hæc ad hæc honore perueni. Sed nollet facere sic, nam honores habere uollet, labores autem nolunt habere. Et hoc est quod subiungit: Verum homines corrupti superbia. ] Ordo est: Verum pro sed, homines corrupti superbia ita etatè agunt, quasi cõtemnant nostros honores. Et ita

petit hos. ] honores, quasi uixerint honestè. Ecce quod diximus: Nobiles in ignauia uiuūt, tanquã contemnat uosiros honores: sed tamen postea ita petit honores, quasi eos meruerint. Et hæc est superbia, petere honores quos nō mereris. Næ illi falsi sunt. ] i. certè illi decipiuntur. Et quare decipiuntur? quia res cõtrarias cupiūt. Nam uiuūt in ignauia, & petunt ut sibi dētur præmia uirtutis, ut delz honores. Sed hoc nō cõuenit. nã uirtuti honor dādus est, nō ignauia. ignauia & uirtus sunt due res cõtrariæ. Ignauia est, quando homo labores subterfugit, uoluptatē tantummodo studens, & nihil laude dignum exerecens. Atq; etiam. ] Cum ignaui sint, & omnino honoribus indigni: tamen ut eos honores assequantur, apud uos aut in senatu loquentes, maiores suos extollunt, & eorū fortia facta commemorant, putantes ex hoc se esse clariiores & nobiliores. Sed contrarium est. Nam quanto uita maiorū suorum est præclarior, tanto ignauia eorū flagitiosior & turpior apparet. Maiorum gloria posteris quasi lumen est. ] Declarat quomodo gloria maiorum est quasi lumen posteris: quia gloria maiorum ostendit quales sint posteris, siue boni, siue mali. quia si posteris respondent maioribus suis, boni intelliguntur: si non respondent, mali esse probantur. Huius rei inopiam ego patior, Quirites. ] in hac parte ego sum inopar, quia ego non possum commemorare facta maiorum meorum: sed possum commemorare facta mea propria, quod multo præclarior est. Et ita etiam in hac re ostendit, quod si nobiles antependunt: quod si illi digni sunt consulatu, qui possunt facta maiorum præclara cõmemorare: multo ille dignior est, qui facta propria dicere potest.

¶ Vos ò Quirites, iussistis me gerere bellum cū Iugurtha: quæ rem nobilitas uelit, i. passus est aut accepit: egerime, i. molestissimè. & ita quæso, i. suppliciter oro: reputate, i. disquirite cū animis, i. attentionibus uestris, num, in nūquid: id. s. decretū aut iussum uestrum sit melius mutari, ita ut mādētis illud bellū homini nobili: uidelicet si uos mittatis quem, i. aliquem ex illo, s. famoso globo, i. coetu conglobato & connexo inter se nobilitatis, i. nobilitū: ad hoc negociū, s. ad bellū Iugurthinum, aut ad aliud tale militatū (dico) hominē ueteris, i. antiquæ profapiae, i. generositatis: ac multarum imaginum, i. magnorum stemmatū, i. coronarum seu effigierum, per ordinem quasi in coronam dispositarum: que effigies seu imagines omnium maiorum, qui aliquid præclare gesserant, asseruabantur in domib. potentium: & cum suus efferretur ad ostentationē, præcedebat ipsum, ut latinus adnotari solet ad illud Iuuenalis: Stemmata quid faciunt? c. — Et ad hominem nullius stipendij, i. qui ipse nunquam stipendia fecerat neq; militauerat. ubi satis innotuit, quod nō sit melius mutari. & rationē affert, dicens: ita que uox ironiã habet. q. d. Scire licet, cur sit melius: secundū nobilium sententiã, cum sit pessimum: u. talis nobilis, ignarus omnium: quia inexperitus, trepidet in tanta re: & festinet, id est curset, & sumat aliquem ex populo monitorem sui officij. Ita, id est, per tale medium euenit plerūq; ut is quem uos iussistis imperare, querat sibi alium imperatorem, quàm monitorem illum cui obediat. Atque, ò Quirites, ego scio, supple quosdam: qui existentes homines præposteri, id est peruersi ordinis: i. facientes prius quod posterius faciendum erat, & econuersò, postquã sunt consules, cæperunt legere acta maiorum, scz suorum & præcepta militaria Græcorum, i. ex Græcorū libris

BAD.



de re militari tractantibus : qui ideo sunt homines prepo-  
 sari. Nam gerere, i. administrare decenter consulatum,  
 est posterius tempore: id est, quantum ad tempus: quam  
 fieri, scz consulam: quia oportet prius fieri consul, quam  
 gerat consulatum: sed est prius, i. potius re atq; usu, i. uti-  
 litate. Et ita debet prius studere gerere, i. ut sciant be-  
 ne regere consulatum, quam fieri consules: cum iam con-  
 tra faciunt. Sunt qui legant: Nam gerere, quam scire, scz  
 rationem gerendi, est posterius: sed prior lectio placet.  
 Comparete nunc, Quirites. ] In hac parte manifeste in-  
 surgit in nobiles, et se insolentius committat, dicens: O  
 Quirites comparete, i. conferite, aut simul considerate me  
 hominem novum, i. qui inquam sui, nec maiores habui  
 in hoc magistratu: cum superbia, s. tam inani illorum, s.  
 nobilitum. Ego uidi partem eorum que illi, ignaui in um-  
 bris uersari soliti, solent audire a legentibus aut narra-  
 tibus, aut legere in libris: et alia que non uidi, gessi ego  
 met. ego didici et militando, que illi, supple didicere lite-  
 ris, i. ex scriptis, nunc existimate, i. recte iudicate uos: an  
 facta, i. experientiam faciendo: sint pluris, i. maioris mo-  
 menti: an dicta, i. uerba que scribuntur, et legendo di-  
 cuntur, quasi haud dubie facta. Unde et auctor in Pro-  
 logo Catiline: Haudquaquam par gloria sequitur scri-  
 ptorem et auctorem rerum. Illi, sup. contemnunt: noui-  
 tatem, et ita ignobilitatem meam. ego, sup. contemno i-  
 gnauiam illorum. fortuna, sup. obicitur, i. frequenter  
 ad contumeliam obicitur mihi, hoc est quod non sim for-  
 titus nobiles progenitores, sicut mihi nobilium animam pe-  
 peri: quod fortuitum est: et probra, i. dedecora et tur-  
 pia facta obicitur illi, s. nobilibus. Quamquam ego e-  
 xistimo, i. censeo unam et communem naturam, sup. esse  
 se: omnium, s. hominum: quia omnes habent eadem na-  
 scendi principia: et si id sciuisset, dixisset quod et eosde  
 primos parentes: sed fortissimum quemq; i. omnem qui  
 ualde aut egregie fortis sit: esse generosissimum, i. de pre-  
 clarissimo genere censendum. Et si posset iam quere, i. in-  
 dagari: ex patribus Albini aut Bestie, illorum consulum  
 nobilium qui in Africa rem male gesserunt: ne pro an,  
 maluerint me pigri, i. quod ego fuerim genitus ex se: i. aut  
 illos, scz quos genuerunt Albini et Bestiam: quid cre-  
 didis, sup. eos resposuros, supple esse: nisi sese uoluisse, sup.  
 gignere et instituire liberos quam optimos. Quod si no-  
 biles despiciunt, i. contemnunt et uilipendunt me iure, i.  
 iuste et merito propter ignobilitatem: faciant idem ma-  
 ioribus suis, i. despiciant etiam eos, quibus nobilitas cepit,  
 i. incepta est: uti, i. quem admodum mihi non ex genere:  
 quod nobile non erat, sed ex uirtute. Si, sup. aut quia inui-  
 dent honori meo, quod ad consulatum peruenim: ergo  
 inuideant labori et innocentie, et etiam periculis meis,  
 i. aut experimentis aut discriminibus pro repub. obitis:  
 quoniam ego cepi, i. obtinui illum honorem, cui inuidet:  
 per hac, s. dicta, laborem, innocentiam et pericula. Ver-  
 rum, i. sed: ipsi homines corrupti superbia, i. per super-  
 biam: quia (ut dicit plebeius uersiculus)  
 Sola superbia destruit omnia, si committetur.  
 Ita agunt etatem, i. ita uiuunt obtentis honoribus, quasi  
 contemnunt uestros honores: sed officio suo non fun-  
 guntur: et petunt ita bos, s. honores, quasi uixerint ho-  
 neste: et ita ex merito. Nam, i. certe illi sunt falsi, i. de-  
 cepti: qui expectant pariter res diuersissimas, uidelicet uol-  
 uptatem ignaui, i. ex pigricia et inertii uita: et pre-  
 mia uirtutis, q. d. Nequaquam, quia nos conceditis. Aut le-

gatur, Nec illi falsi sunt, i. non decipiuntur ab opinione:  
 quia ita plerumq; euenit, ut ignaui uirtutis premia tollant  
 aut terro legatur, ut falsi actus significet: et sit, Ne, i.  
 certe illi sunt falsi, i. callidi deceptores, qui expectant,  
 et c. Atq; etiam, i. insuper tum faciunt uerba apud uos,  
 aut in senatu: extollunt plerumq; i. sero tota oratione sua  
 maiores suos: et putant esse clariore memorando, i. re-  
 censendo, et ad memoriam reduciendo: fortia facta eor-  
 um, scz maiorum suorum: quod est contra, i. contrarium.  
 nam quanto uita eorum, scz maiorum est preclarior, tan-  
 to secordia, i. ignaui et inertia horu, scz qui apud uos  
 erant: est flagitiosior, i. increpatione dignior. ut Iuvena-  
 lis late docet Satyra 8. in principio. Et profecto, i. reue-  
 ra: res habet se ita, ut dicit, uidelicet quod gloria maioru  
 est quasi lumen posteris, i. minoribus: et post eos natus  
 aut nascitur: et ita neq; patitur bona, i. beneficia eor-  
 um, scz posterorum: neq; mala, i. turpiter et malefa-  
 cta in occulto, supple esse. Ego patior inopiam, i. caren-  
 tiam huiusce rei, i. gloria maiorum: ueram, i. sed: licet  
 mihi id quod est multo preclarior, scz quam mihi gloria  
 maiorum: uidelicet dicere, i. recensendo laudare: mea  
 met, i. propria facta, s. preclara.

¶ Veteris profapia. ] Quid sit Profapia, docent Fe-  
 stus et Nonius. ceterum Quintilianus lib. 1. cap. 9. itaq;  
 Cicero de Vniuersitate, Profapiam uetus uerbum esse tes-  
 tantur: sed Sallustius sequitur antiquos, et maxime Ca-  
 tonem, qui et ipse libro 1. Originu Veteris profapias di-  
 xit. merito igitur noto hoc epigrammate (ut inquit Qui-  
 ntilianus) Sallustius inestitur:  
 Et uerba antiqui multum furate Catonis  
 Crispe, iugurthina conditor hislorie.  
 Scimus preterea Asiniu Pollione Sallustij scripta repre-  
 hendisse, ut nimia priscoru uerboru affectatione obli-  
 ta. sed et Lenaxus etia Pompeij libertus appellauit eum pri-  
 scoru Catonisq; uerboru inruditissimum furem. Auctor  
 Suetonius in libello de claris Grammaticis. Multaru i-  
 maginum. ] supra. Nullius stipendij. ] qui nullum sti-  
 pendium fecerit. Qui nunquam militauerit. Nam ge-  
 rere, quam fieri tempore posterius. ] In uetustioribus ali-  
 quot libris tam scriptis quam impressis additum est uer-  
 bum Consul. ita enim ibi legitur: Nam gerere, quam fieri  
 consul, et qua sequitur. Re. ] experientia. ut apud  
 Terentium in Adelphis: Nunquam ita quisqua bene iud-  
 quet ratione ad uitam fuit, quin res, etas, usus semper a-  
 liquid adportat noui. Vbi Donatus: Tria posuit, inquit,  
 ex quibus res pro experientia ponitur, inquit igitur Ma-  
 rius, Cere re consulatum tempore quidem usi posterius,  
 quam creari consul, experientia uero et usu prius. quia  
 antequam fias consul, opus est habere experientiam et  
 usum, quod recte administrare magistratum possit. et ideo  
 nobiles quidam praposteri, qui postquam consules  
 facti sunt, maiorum suorum gesta, et Gracorum milita-  
 ria precepta legere ceperunt: cum id antea facere debu-  
 issent. Quod si interpretaris (ut dicit uersiculus)  
 πρὸ τῆς ἀνάστασιν καὶ ἀπορίας ἔτι, ut Sallustius allu-  
 serit ad Demosthenis sententiam, que est in Olynthiaca  
 3. non uideo, quomodo hac uerba cum superioribus coh-  
 rere possint. nam uult Sallustius probare, nobiles esse pra-  
 posteros. Alia gessi. ] corriget: Alia egomet gessi. (Na-  
 turam unam et communem omnium. ] et id uelut inquit  
 Euripides) καὶ πρὸ τῆς ἐπινοίας, ἀλλὰ δὲ ἐκείνου δὲ  
 τῆς ἀνάστασιν, ἐπινοίας ἔτι ἀνάστασιν ἀνάστασιν ἔτι.

A  
 B  
 C  
 CAST.

A. *Ignauia uoluptatem.* ] magisteratus et imperia. Ignauia uoluptatem. ] Ita plerumq; habent ma-  
 gistratus codices: in quibusdam uero omissi est uerbum  
 Ignauie. Expectant. ] aliter, Expectant.  
 RIV. ¶ Equeum ex illo globo nobilitatis. ] In manuscri-  
 ptis omnibus est, Si quem ex illo: idq; rectum, ni fallor,  
 nec fecus Florantiam. Sumat aliquem ex populo mo-  
 nitorem sui officij. ] In manuscriptorum, Officij sui: ut se-  
 quatur adlectiuum. Eorum partem uidi, alia egomet  
 gessi. ] Sic in antiquioribus. et egomet peperam est in  
 recentioribus omissum. Ergo inuideant labori, et in-  
 nocentie, periculis etiam meis. ] Illa Et copula, non est  
 in manuscriptorum: ac maiore cum gratia abiicitur. Quam-  
 uis in Beroaldino bis eadem ponitur. Et labori et inno-  
 centie. Ne illi falsi sint, qui diuersissimas res pariter  
 expectant, uoluptatem, et premia uirtutis. ] Manu-  
 scriptum, Expectant: quomodo et in ceteris sero. Prae-  
 terea ibidem, Ignauia uoluptatem. quod est in recentio-  
 ribus omissum: idq; (ni fallor) Ignauia et incuria typo-  
 graphorum. Per premia uirtutis, honores intelligit Sal-  
 lustius. nam hi propter magna merita claris uiris deser-  
 tur et dantur. Pado inferus bonoru premia dicit, eode  
 sensu: Nam ubi flagitij (inquit) se dedecore turpiss-

simi uiri, bonoru premia erepti eunt. Et profecto ita  
 res se habet. ] Est in quibusdam, Habent, ut in Veneto et  
 Schurreriano: sed perperam, ut mihi uidetur. nam sic ferè  
 dicimus, ita se res habet. uel omissio accusatio, ita res ha-  
 bet: pro sic est. Maiorū gloria posteris quasi lumen est. ]  
 et Quasi, nō est in uilo manuscripto: sed mihi recte sanè  
 addi uidetur. Nam ad hunc modū et Cicero sepe nune-  
 rō hac particula uirtutis. Verū id quod multo preclarior  
 est, mea facta mihi dicere licet. ] In uetustis, Meamet fas-  
 ta mihi, et c. Id rectum esse puto. nā illud Met adlecti-  
 cium, facere magnoperè ad re uidetur. Id quod perfacile  
 sentiet, q; superiora diligenter expēderit. Meamet, inquit,  
 facta, non maiorū meorū, ita uti nobiles isti faciūt. Nam  
 hi sero oratione maiores suos extollunt, et eorum fortia  
 facta memorando clariore se se putant, ut idem inquit.  
 ¶ Et ita atq; etiā animis reputate. ] Illud Animis, nō ha-  
 bent alij codices. Sed cum superius idem Marius dicit:  
 Quis reputate cum animis uestris, nam id mutari melius  
 sit. exultum, quemadmodum illic cum prepositione, ita  
 hic absq; prepositione cum uerbo Reputate, posse legi.  
 Nos, Praesidia agitare, ambigūe dictum. Si de hostium  
 praesidijs intelligere placet, Agitare acceptum est pro Ve-  
 xare, uel, ut Badius exponit, Vrribus expellere.

GLAR.

Nunc uidete quam iniqui sint. Quod ex aliena uirtute sibi arrogant, id mihi ex mea  
 non concedunt, scilicet quia imagines nō habeo, et quia mihi non nobilitas est: quam  
 certe peperisse, quam acceptam corrupisse, melius est. Equidem ego nō ignoro, si iam  
 mihi respondere uelint, abundè illis faciendam et cōpositam oratione fore. Sed in maxi-  
 mo uestro beneficio, cum omnib. locis me uosq; maledictis lacerent: nō placuit reti-  
 cere, nequis modestiā in conscientia duceret. Nam me quidē ex animi mei sententia, lae-  
 dere nulla oratio potest. quippe uera necesse est praedicet: falsam uita moresq; mei su-  
 perant. Sed quonia uestra cōsilia accusantur, qui mihi summū honorem, et maximū ne-  
 gocium imposuistis, etiā atq; etiā animis reputate, num eorū penitentid sit. Non pos-  
 sum fidei causa imagines, neq; triumphos aut Consulatus maiorū meorū ostentare: at,  
 si res postulet, hastas, uexillū, phaleras, alia militaria dona: praeterea cicatrices ad uero  
 corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc mea nobilitas, nō hæreditate relicta, ut illa illis:  
 sed quæ ego plurimum meis laboribus et periculis quæsiui. Non sunt composita uerba  
 mea. Parū id facio. Ipsa sese uirtute ostēdit. Illis artificio opus est, ut turpia facta oratio-  
 ne regat. Neq; literas Græcas didici. Parū placebat eas dicere: quippe quæ ad uirtutem  
 doctoribus nihil profuerat. At illi multo optima Reipub. doctus sum, hoste ferire, præ-  
 sidia agitare, nihil metuere, nisi turpem famā: hyemē et æstatē iuxta pati, humi requie-  
 scere, eodē tēpore inopiā et labore tolerare. His ego præceptis milites hortabor. Neq;  
 illos arcē colā, me opulenter: neq; gloria meam, labore illorum faciā. hoc est utile, hoc  
 ciuile imperium. Namq; cum tu per molliciem agas, exercitum supplicio cogere, id  
 est dominū, non imperatorem esse. Hæc atq; alia maiores uestri faciundo, scz; et Rem-  
 pub. celebratēre. Quas nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum æmulos  
 contemnit, et omnes honores non ex merito, sed quasi debitos a uobis repetit:

Id est, cenferet  
 me conficiū ma-  
 le delictorum, s;  
 modestē retio-  
 cerem.  
 Occupatio.  
 Mollicies et ua-  
 nitas apud Græ-  
 cos tunc tempo-  
 ris summo pro-  
 bro erat.  
 Dominus, pro  
 tyranno.

SOLDI.

¶ Nunc uide. ] Ordo est: O Quirites, nunc uidete.  
 Quam, pro quantum sunt iniqui, s. nobiles illi: non conce-  
 dunt id mihi ex mea uirtute, quod arrogare sibi ex aliena  
 uirtute. Videte (inquit) q; iniqui et iniusti sunt nobiles.  
 nam dicunt se esse dignos consulatu, propter preclara fa-  
 cinora et gesta maiorum suorum: et nolunt, neq; pati-  
 untur ut ego dicam, me esse dignum cōsulatu propter pre-  
 clara facta mea. Sine dubio hæc est magna iniquitas.  
 Nam aliquis multo dignior est consulatu ex propria uir-  
 tute, quam ex aliena. Ex aliena uirtute. ] uidelicet  
 quia dicunt, se dignos esse consulatu propter preclara  
 facinora maiorum suorum. Arrogant. ] id est assu-

munt, atri buunt. Et quid est quod atri buunt sibi? Hoc  
 uidelicet, quia dicunt se dignos esse cōsulatu, propter præ-  
 clara facinora maiorū suorum. Scilicet. ] id est certe:  
 subaudi non concedunt id mihi. Quia ego imagines nō  
 habeo. ] i. quia ego non habeo imagines maiorum meo-  
 rum. Apud antiquos uiri excellentes et nobiles, imagi-  
 nes suas posteris reliquebāt, ut cum eas intuerentur, me-  
 moria uirtutis eorum ad emulationem et imitationem  
 prouocarentur. Imagines igitur illæ erant insignia et  
 monumenta uirtutis. Quam certe peperisse melius est,  
 quam acceptam corrupisse. ] Melius est ut ego sim iniustū  
 nobilitatis meæ, quam ut eam acceperim a maioribus, et  
 acceptam

acceptam corruperim atq; minuerim. Peperisse. ] scz ex me ipso, per propriam uirtutem. Equidem. ] Dixit quia de causa impulsus sit, ut hanc orationem haberet. Non sponte (inquit) sed provocatus a nobilibus, hanc orationem habui. Nam postquam me consulem fecistis, & uos me maledictis lacerari non desististis: reprehendunt uos, quia mihi nouo homini consulatum non denegastis: reprehendunt me & insectantur, quia dicunt me esse indignum consulatu, praesertim cum nouus sim, & ignobilis, nec imagines maiorum habeam. Dicunt praeterea, me esse incultum & sermone & moribus. his de causis coactus sum respondere aduersarijs, & ostendere uos recte fecisse, qui me consululem fecistis: & me non esse indignum consulatu. Sed in maximo. ] Ordo est: Sed non placuit reticere, ne quis diceret modestiam in conscientiam. Cum. ] pro quantum illi lacerari maledictis me & uos, in omnibus locis. In maximo uestro beneficio. ] quia me consulem fecistis. ac si diceret: Non est iustum ut uos non defendam, cum mihi tantum beneficium feceritis. Ne quis modestiam in conscientiam duceret. ] Modestia esset tacere, & non respondere maledicentibus. Sed ego nolui tacere, ne quis diceret, me tacere non propter modestiam: sed, quia conficius sum aduersarios uera dicere. Duceret. ] i. uertere, traheret. Nam me quidem ex animi mei sententia nulla oratio ledere potest. ] Dixi, quod nolo tacere, ne quis putet me tacere non propter modestiam, sed propter conscientiam: uidelicet quia sciam aduersarios uera dicere, & me iuste reprehendere. Nolo ergo tacere, ne quis putet me tacere propter conscientiam: quia ego nescio quod aliquis me iuste reprehendere possit. Si Marius sciret aduersarios uera dicere, & taceret propter hoc, utique taceret propter conscientiam. Si autem sciret aduersarios falsa dicere de se, & taceret, utique taceret propter modestiam. Dicit ergo: Nolo tacere, ne quis modestiam in conscientiam uertat, quia ego nescio quod aliquis uere & iuste me reprehendere possit. Nam me nemo ledere potest sermone suo. Nam si sermo uerus est, necesse est ut bene dicat de me. Si est falsus, uita mea & mores mei tales sunt, ut eum facile conuincant. Quippe uera. ] scz oratio. Bene praedicit. ] i. benedicat, de me. Ille qui dicit de me, aut bene dicit, aut male dicit. Si bene dicit, uere dicit, & ita non laedit me. Si male dicit, uita mea & mores mei tales sunt, ut conuincant & probent eum falsa dicere. Sed quoniam. ] Ostendi quomodo nemo me iuste reprehendere potest: nunc ostendam, quomodo non iniuste lacerant: ostendam uos recte fecisse, qui mihi consulatum demandastis. Maximum negotium. ] uidelicet gerere bellum contra Iugurtham. Non possum fidei causa. ] Ideo uos reprehendunt, quia demandastis mihi consulatum, qui sum homo nouus & ignobilis, qui non possum ostendere imagines & triumphos & consulatus maiorum, sed ostendam alia quae faciunt dignum consulatu. Nam ostendam, si opus est, hastam & uexillum & pbaleros, & alia dona militaria, & cicatrices in pectore ad uerso. Non possum fidei causa. ] ut faciam fidem, me esse nobilem, & propterea dignum consulatu. Si res postulet. ] si opus esset, possem, inquit, ostendere multa dona militaria, quibus ob uirtutem ab imperatoribus donatus sum. Pbaleros. ] ornamenta eorum. Ad uerso corpore. ] non in tergo, sed in corpore aduerso. Ut illa. ] si imagines & triumphos & consulatus. Illis. ] si nobilibus. Quae sunt. ] i. acquisiui. Non sunt. ] Nobi-

les mihi obijciunt, quod sermone incultus sum: sed ego id paruisacio. Composita. ] i. ornata. Ipsa uirtus factis ostendit. ] uidelicet sine uerbis. Illis artificio. ] arte dicendi. Nobiles qui turpiter uiuunt, discunt eloquentibus, ut turpia facta sua oratione tegant. Et ita id quod sibi obijciunt aduersarij, amare retorqueunt in eos. Neq; literas Graecis didici. ] Obijciunt etiam mihi, quod non didici literas Graecis. fateor me non didicisse literas Graecas: sed didici alia quae sunt magis utilia reipub. uidelicet hostem ferire, praesidia agitare, non metueri nisi turpem famam, & alia quae sequuntur. Ad uirtutem nihil doctoribus profuerunt. ] Virtus sine literis acquiritur: & ideo ego literas Graecis non didici, quia ipsa litera non profuerunt doctoribus eorum ad uirtutem comparandam. At illa doctus sum multo optima reipub. ] i. multo magis utilia reipub. Et quae sunt illa? uidelicet hostem ferire, &c. Hyemem & aestatem. ] frigus & calorem. Uixit. ] similiter. Humi requiescere. ] super terram dormire. Eodem tempore. ] Didici, inquit, pati simul inopiam & laborem. Salsus omnes scriptores uincit copia rerum. ] Nam singula uerba singulis habent sententias. Ecce quot quantisque uirtutes ac laudes, quas breuiter in Marius commemorauit: hostem ferire, praesidia agitare, nihil metueri nisi turpem famam, hyemem & aestatem uixit pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare. Multo melius est ista didicisse, quam literas Graecis. His igitur praecipis milites cohortabor. ] neque illos ardeat colam, me opulenter. ac si diceret: Non faciam sicuti faciunt multi imperatores, qui cum ipsi uersentur in delicijs, milites suos laboribus & periculis exponunt: & ita gloriam sibi comparant non labore suo, sed labore militum suorum. Ego non faciam sic: sed cohortabor milites, ut me imitentur, ut faciant sicuti ego facere consueui: uidelicet ut discant pati inopia & laborem, famem & sitim, frigus & calorem, humi requiescere, & cetera quae militibus conueniunt. Et ita Marius ostendit, se semper factum esse imperatorem. Neq; illos ardeat colam. ] i. non tractabo illos stricte & dure & asperè, me autem delicate. Ardeat. ] i. strictè, duriter. & est aduerbium, unde & uerbum ardeat, constringere. Illos. ] ut me imitentur, & faciant sicuti ego facio. Me opulenter. ] colam, i. delicate & mollior, ut nolim adire labores militum & pericula. Hic est sensus: Ego faciam id quod militibus imperabo: neq; mollior durè & asperè, me autem mollior & delicate tractabo: sed ero exemplum eorum, ut faciant quemadmodum ego facio. Hoc est utile. ] hoc est civile imperium: Hoc est (inquit) proprium imperatoris, cum militibus labores & pericula subire: & gloriam sibi non alieno, sed proprio labore parare: sicuti dixi me esse factum. Namq; cum iure. ] Ordo est: Namq; pro quibus hoc est esse dominum, non imperatorem, cogere exercitum supplicio, cum tu agas te per mollicem. Verè dico, quod proprium imperatoris est, in cum militibus labores subire: quia aliquem uelle in delicijs uiuere, & cogere milites ad labores, hoc perinet ad dominum, non ad imperatorem & ducem. Cum tu agas te. ] i. cum regas te, & tractes te. Cum tu per mollicem agas. ] i. cum tu labores sentire non uelis. Cogere supplicio. ] i. ad supplicium, hoc est ad labores. Hec atq; alia. ] Ego facio quemadmodum faciebant maiores uestri: nobilitas autem me contemnit, eos imitatem: se seque Rem-

A publicè celebrare, honorare & ornare. Quae nobilitas freta. ] ipsa dissimilis maioribus, nos illorum maiorum amulos contemnit. Nobilitas freta maioribus suis, sed ab ipsis moribus dissentiens, contemnit me, illos maiores imitantem. Freta. ] confusa. Nam quia maiores sui uiri excellentes fuerunt, confidunt se posse uideri dignos honoribus, propter ipsos. Quia enim nati sunt ex ipsis, putant se esse similes illorum: cum dissimiles sint. Et ideo honores a uobis petunt, quasi eos ipsi debeatis. Sed uehementer errant, cum credunt se esse similes maiorum suorum, & ob eam rem sibi a uobis honores deberi. Non enim similes sunt maiorum suorum: quia maiores eorum non reliquerunt eis uirtutem suam, licet reliquerint imagines, diuitias & memoriam sui. Et hoc est quod dicit. Dissimilis moribus. ] nobilitas non imitatur mores maiorum suorum, & ideo est dissimilis. Nos illorum maiorum amulos contemnit. ] id est contemnit me amulum & imitatorem maiorum illorum, quia ego facio sicuti faciebant maiores. Amulos. ] i. imitatores. Non ex merito. ] non quod merentur honores. Sed quasi debitis. ] Creduunt nos debere ipsis honores, quos petunt propter maiores suos: quorum putant se esse similes, cum sint dissimiles. Nunc uidete. i. considerate: quod. i. quantum iniqui sunt, scilicet nobilitas: quia non concedunt mihi, id est gloriam & honorem aut consulatum, ex mea uirtute: quod ipsi arroganti sibi ex uirtute aliena, scz maiorum suorum, scilz (per iuoniam) i. scire licet, cur id rectè faciatis: quod id est quia ego non habeo imagines, scz maiorum meorum ex cetera factas: & in stemma. i. coronas per armaria dispositas: & quia nobilitas est mihi noua. i. iam primum parta: quam scilicet nobilitatem cerere. i. reuera, si uerum fateri liceat: melius est peperisse. i. acquisisse quemuis uirtute sua, q. d. ut ego feci: quam corrupisse, scilicet peccatis & turpiter actis acceptam, scz a maioribus: quod idem Cicero in Salsutum respondebit: Satis est me meis gestis florere, quam maiorum opinione nitari: ita uiuere, ut ego sim posteros mei nobilitatis initium, & uirtutis exemplum, &c. Equidem, id est certè ego non ignoro, si nobiles uelint mihi respondere, scilicet obiectis meis: oratio nem fore illis: illos habituros orationem facundam & compositam abundè: sed cum lacerent me & uos maledictis, id est execeratorijs conuicijs omnibus locis: in uero beneficio maximo. i. propter maximum beneficium uestrum in mei non placuit, scilicet mihi reticere, scilicet uitia eorum, & uirtutem meam: ne quis duceret, id est uerteret modestiam, scilicet meam in conscientiam, id est censeret me conscientium maledictorum, si modestè reticere. Nam equidem, id est certè: nulla oratio ex sententia animi, id est profecta secundum sententiam & iudicium mentis cuiuscunque, potest ledere, scz carpendo me: quippe, id est quia certè: necesse est ut, supple uera. i. quae cumq; ex animi sententia & iudicio prolata: praedictent bene, scilicet de me. hoc est, Nemo poterit me ledere maledicendo, nisi uelit mentiri. Et uita & mores mei superant, id est conuincunt: falsa, id est ea quae quis mentiri uelit de me. Sunt qui legunt, Ex animi mei. ut sit sensus: Nulla oratio poterit me ledere ex sententia animi mei, id est quantum ego de me sentio: quia uera dicendo, me laudet: falsa dicendo, ab innocentia mea superetur: uerum ea quae dixi, dicta sunt ad cõsilia uestra tutanda. unde addit: Sed quoniam cõsilia uestra, & Quiritibus, qui imposuistis mihi summum honore maximum negotijs accusantur, scilicet a

nobilibus tanquam iniqua aut sulta: reputate, id considerate animis, scz ueris etiam atq; etiam, id est diligenter & frequenter: num. i. nunquid penitentium sit, id est oporteat habere penitentiam: eorum, scz consiliorum uestrorum. Satis diximus supra, ad pronomina possessiua fieri relationem perinde atq; ad primitiua. ut, Consilia uestra qui imposuistis: non tamen resolutum uestra per uerbum sed si placet, per uestrum. quod tamen minus usitate diceretur. Penitentium autem hic est gerendum, quod cum substantiuo uerbo quamdam necessitatem importat. Num particula negationem desiderat. Non possum fidei causa. ] Callide negat sibi esse ea quae neque ad uirtutem faciunt, neque plebeiorum quicquam agnoscere poterat, dicens: Neq; ego possum causa fidei, scz confirmanda, id est ut mihi adhibeatur fides: ostendere imagines, scz maiorum ex cetera factas: neq; triumphos aut consulatus maiorum meorum: at, id est sed, supple possum ostendere (bene uerbum, quia conuentionem posuit, tacuit) si res postulet. i. si necesse aut utile sit: hastas, uexillum. i. signa hostium: pbaleros. i. ornamenta eorum: & supple alia dona militaria. i. quibus ob uirtutem, quod ea hostibus detraxerim, ab imperatore donatus sum: praeterea. i. in super: cicatrices. i. uestigia uulnerum: in pectore aduerso. i. obiecto hostibus non refugio: neque in tergo, haec imagines sunt meae. i. his pro imaginibus gloriar: & haec est nobilitas mea: non relicta, scz a maioribus hereditate. i. iure hereditario: ut illa, scilz superior dicta, supple sunt relicta: illis, scz nobilibus: sed supple sunt ea quae ego feci: sui. i. acquisiui meis laboribus & periculis. Verba mea non sunt composita. i. id poterant mihi obijcere aduersarij: & simul callide facit, quod oratori faciendum est: ne uidelicet ars ulla appareat in oratione. Ego facio. i. reputo id, scz in composita loqui: parum, id est parui momenti. quia uirtus ipsa. i. per se sine inuenio aut adminiculo orationis, ostendit satis se. Opus est illis, scz turpiter uiuentibus: artificios, scilz orationis ut tegant oratione, scz composita: facta. i. sua turpia. neq; didici ego literas Graecas, quae placebat parui discere castiquippe. i. ut pote quae nihil profuerant doctoribus ad uirtutem: quia qui eius docebant, nihil praeclearè agebant. At, id est sed, ego sum doctus, scz experiendi uita multo optima. i. quae longè sunt utilissima reip. uidel. ferire hostes: agitare. i. expellere oppidis praesidia, scilz hostium inibi. i. non metueri aliquid, nisi famam turpem, melius diceret Conscientia turpem: pati iuxta. i. indifferenter hyemem. i. frigus hybernum & aestatem. i. aestum: requiescere humi, id est super terram: tolerare eodem tempore inopiam, scilicet rerum & uictus: & laborem, scilz militiae. Ergo ego cohortabor milites his praecae, scz quae experiendo didici neque colam. i. obserua bo illos ardeat. i. anxie: ut opulentent. i. opulentum faciant mei: neque faciam laborem illorum. i. non conuertam laborem illorum in gloriam meam. i. non glorior ob labore illorum, cum ego nihil fecerim. hoc. i. sic facere est imperium utile: & imperium civile. i. quod inter conuices esse decet. Nam agere. i. impellere ad laborem, sup. ciues supplicio. i. per supplicium & tormentum: cum tute. i. uixisse agas, scz aetatem. i. uitas: mollior. i. delicate. i. esse dominum. i. tyrannum & superbum regem, non imperatorem liberi populi. Maiores nostri faciendo haec atq; alia talia celebrare. i. celebrauerunt: hoc est clarificauerunt & se, scz ipsos & reipub. quis. i. quibus, maioribus, & reipub. celebratibus: nobilitas freta. i. confusa: ipsa. i. cum ipsa sit

disimilis moribus. i. habens dissimiles mores: continent nos amulos. i. imitatores & sequaces: illorum, s. maiorum nostrorum: & repetit. i. exigit a vobis: omnes honores. i. omnes magistratus honorificos: non ex merito. i. non quia eos meruerit, cum nihil boni fecerit: sed quasi debitos hereditaria successione. Et ita omnibus conatur adducere aduersarios in odium, cum ostendat eos superbos et ignauios, & plebeiorum contemptiores maximos.

**CAST.** ¶ Arrogant. ¶ bene Arrogant. satis enim constat ( ut inquit Plato in Epitaphio ) ετι αὐτοῖς αἰσχροῦ τι ἀνακόν εἶναι ἀρετῆς, ἢ παρ' ἑαυτῶν ταπεινῶν μὴ δι' ἄλλους, ἀλλὰ διὰ δόξαν περιεργῶν. Cleobulus apud Aulonium: Maiorum, inquit, meritis gloria non datur. Ne quis modestiam. ¶ Ne quis existimaret, me consentientia potius, quam modestia, maledictis eorum non respondere. Etiam atque etiam reputate, num eorum. ¶ Aliter: Etiam atque etiam reputate cum animis vestris, num eorum. Eorum. ¶ consiliorum. Tegant. ¶ Sic etiam ferē Thucydides lib. 3. cuius uerba haec sunt alius quidem repetita, ne sententia interrumperetur. *ἡ δὲ ἀρετὴ τῶν ἑλλήνων ἰσχυρὰ καὶ ἀνακόν εἶναι ἀρετῆς, ἢ παρ' ἑαυτῶν ταπεινῶν μὴ δι' ἄλλους, ἀλλὰ διὰ δόξαν περιεργῶν.* Doctores. ¶ Graeci ipsi, qui libertatem amiserunt. Labore illorum. ¶ In exemplaribus, antiquis ferē omnibus est: Laborē illorum. Cuius in per molliciem. ¶ Aliter: Cum tute per molliciem.

**R.IV.** ¶ Quippe uera necesse est praedictet. ¶ In manuscriptis est, Bene praedictet quomodo & sententia postulat, & Bero alidum habet. Etiam atque etiam reputate. ¶ Sic & manuscriptum: pro, Diligenter considerate. In quibusdā est, Animis reputate, baid scio quam recte, quāvis & antea Sallustius: Reputate (inquit) cum animis uestris. addita uidelicet praepositione Cum. quomodo Cicero: Cogitate cum animis uestris, inquit. Num eorum penitentiam sit. ¶ Manuscriptum Eboricij, Num id penitendum sit: nempe, quod summum mihi honorem & maximum negotium imposuistis pro quo autē dixit, Num id mutari melius sit. In alijs tamen est uulgata lectio. Praeterea cicatrices aduerso corpore. ¶ Sic & manuscriptum uolumen. In quibusdā est, In aduerso corpore: sed eodem sensu. Est apud Ciceronem: Cicatrices aduerso corpore exceptas ostendere pro quo idem Cicatrices aduersas alibi dixit, quomodo & Sallustius in historijs, ut est apud Gellium libro Noctium Atticarum 2. cap. 27. Cur tuis: Nullis aduerso corpore uulneribus acceptis, libro 9. Hostem ferire. ¶ In manuscriptis omnibus Hostes reperi: sed uulgata lectio mihi magis arridet. Quamquam quod

ad sensum attinet, parum refert, utrum legas. Neque illor arctē colam, me opulenter. In Veneto quod est a Pincio excusum, Vi me opulenter. In alijs quibusdā, Vi me opulenter. Cui oculum est, excusum hunc locum diligenter. Nihil uulgata lectio bene habere uidetur: ut inter sese opponantur, Arctē & opulenter. Est enim sensus: Non ego illos arctē contentiq; habebō, me ipsum mollior & delicatē, uel, Non tractabo illos nimis asperē atque iniuriōsē, me ipsum indulgentē. Nam hunc esse sensum, ea quae sequuntur indicant. Namque cum tute per molliciem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse. Simile quid Lilius de Catone scribit libro 4. Dec. 4. Sed in Consule (inquit) ea uis animi atque ingenij fuit, ut omnia maxima minimaq; per se adiret atque ageret: nec cogitare modo, imperareq; quae in rem essent, sed plerūq; ipse transigeret: nec in quenquam omnium grauius feruereq; quam in semetipsum imperium exerceret. passimonia, & uigilij, & labore cum ultimis militum certaret, nec quicquam in exercitu suo praecipui praeter honorem atque imperium haberet. Est a scilo quopiam hic deprauatus locus, qui putauit Arctē colere idem esse, quod ambitiosē se nimis colere, & quasi laxiore imperio habere eos quibus praesit. quomodo Cicero, Arctē completi alio quem dixit: Opulenter uerō, idem quod opulentum & diuitem reddere. Nam sic nescio quis interpretatus hunc locum fuerat, sed non bene animaduersa sententia. Tacti Opulenter quidem reperitur apud Columellam 8. pro instruere & exornare. Et eisdem (inquit) familiarē focum mensamq; preciosis dapibus opulenter. Neque gloriam meam laborem illorum faciam. ¶ Sic in uetustis, atque etiam manuscriptis: ubi Labore ferē est in recentioribus, idq; perperam, si sensum spectes. Namq; quum tu per molliciem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum esse, non imperatorem. In manuscriptis est, Quum tute: quae syllabica adiectio facere ad rem mihi uidetur. In eodem, Per molliciem: ut si prius in flexione nomen. Virumq; reperitur apud Cicero: mollicies & mollicia. Qui officia (inquit) deserunt mollicia animi, id est laborum & dolorum fuga. Idem: Cuius tatum mores lapsi ad molliciem, id est luxuriam atque ignauiam. Id est dominū esse. ¶ Manuscripta cuncta, Hoc est dominum esse, &c. sed eodem sensu. Cicero utroque modo loqui consueuit. Ita Terentius in Adel. Hoc pater & dominus interest. Haec atq; alia nostri maiores faciēdo. ¶ Legendum & manuscriptis, Haec atq; talia. Et oēs honores non ex merito. ¶ Legendū, Omnes honores,

Collatio.

Cæterum homines superbissimi procul errant. Maiores eorum omnia quae licebat, illis reliquere, diuitias, imagines, memoriam sui praeclearam: uirtutem non reliquere, neque poterant. Ea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me, & incultis moribus aiunt: quia parum scire conuiuium exorno, neq; histrionem ullum, neq; pluris precij coquam quam uillicum habeo, quae mihi libet confiteri, Quiritis. Nam ex parente meo, & ex alijs sanctis uiris ita accepi, mundicias mulieribus, uiris labore conuenire: omnibusq; bonis oportere plus gloriae quam diuitiarū esse: arma, non uipellecti lem decori esse. Quin ergo, quod iuuat, quod charū aestimant, id semper faciant, ament, poterunt: ubi adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conuiuijs, dediti uentri, & turpissimae parti corporis: sudorem, puluerem, & alia talia relinquat nobis, quibus illa epulis iucundiora sunt. Verum non est ita. Nam ubi flagitij se dedecorauerunt turpissimū uiri, bonorum praemia ereptum eunt. Ita iniustissimē luxuria atq; ignauiā, pessimāq; artes, illis qui coluere eas, nihil officiant: Reipub. innoxia, cladi sunt,

Cæterum

**A** Cæterum homines superbissimi procul errant. Ii ualde errant, ualde decipiuntur. Et quomodo errant? quia putant se similes maiorum suorum, cum sint dissimiles. quia non habent uirtutem maiorum suorum. Nam maiores ipsorum non reliquerunt eis suam uirtutē, quamuis reliquerint diuitias, imagines, & memoriam sui. Et hoc est quod dicit. Maiores eorū omnia quae licebat, illis reliquere. Ii maiores eorū reliquerunt illos omnia quae reliquere poterant. Neque poterant. ¶ se relinquere uirtutē. Ea sola. ¶ uirtus. Neque datur dono. ¶ nemo enim potest donare uirtutem suam alicui, sed unusquisq; proprio labore & industria uirtutem sibi acquirit. Sordidum me & incultis moribus aiunt. ¶ Marius respondet ad omnia quae sibi obijciunt aduersarij. Nobilis obijciunt mihi, quod sum incultis moribus, quia conuiuiū splendide & elegantē parare nescio. Id quod sibi uitio dabant aduersarij, in suam laudem retorquet. Sordidum me & incultis moribus aiunt. ¶ dicunt me habere mores sordidos & incultos, & incompositos. Quia parum scite. Ii non eleganter. Conuiuium exorno. ¶ Istro, paro. Neque histrionem illum. Neque pluris precij coquam quam uillicum habeo. ¶ Marius ostendere uult, studiū suum non fuisse in conuiuijs sollemnibus praeparandis occupatum: & ideo nō habuisse coquos, qui sibi conuiuia delicata parent nec habuisse histriones, qui sibi in conuiuijs cantibus & gestibus ioculatorijs ad uoluptatem assiderent. Neque histrionem ullum: neque pluris precij coquam quam uillicum habeo, nō pluris aestimo histrionem aut coquū, quam uillicum. Histrionem. ¶ Histriones dicebantur, qui in comedijs personas introductas gestis & uoce imitabantur: sic dicit, quia bi primū de Histria uenerūt, ut ait Festus Pompeius. Sed histrionem hoc loco accipit pro ioculatore. Solent in conuiuijs potentum adhiberi plerūq; ioculatores, qui iocis & cantibus cōuiuios delectant. Quin. ¶ id est, cur non. Vide quam elegantē, id quod sibi obijciunt, in eorum uituperatione retorquet. Nobiles repræbent me, quia nescio splendide parare conuiuia. Reator non enim conuiuijs & mundicijs mulieribus dedi operam, sed in laboribus semper & in armis uersatus sum. Nam sic ego didici a patre meo, labores uiris conuenire, & armis laudem parari. Sed si aduersarios meos conuiuia delectant, cur non semper in cōuiuijs uersantur?

**C** Concedo, placet mihi. Dent operam turpibus amoribus & conuiuijs, & ebrietatibus, & uentri & gula: & relinquant mihi labores & sudorem, pulueremq; castrensem: quia haec mihi magis placet quam conuiuia. Concedo igitur, ut aduersarij mei semper faciant id quod dixi. Sed noluit. ¶ non enim semper in conuiuijs uersari uoluit, & ebrietatibus. Sed quid faciunt cum diu diuq; se his flagitijs inquinauerunt, postea praemia fortium & bonorum uirorum eripere uolunt, uidelicet honores: & ego ferre non possum. Quin. ¶ Ordo est: Ergo quin, i. cur non semper faciant id, quod iuuat & aestimant carum? Iuuat. Ii. delectat. Ament. Ii. turpibus amoribus uacant, ac si diceret, Concedo. Potent. Ii. indulgeant ebrietatibus. Quibus. ¶ seilz nobis. Illa. ¶ sudor & puluis. Verum non est ita. ¶ Hoc refert ad id quod dixit, Quin ergo id semper faciant. Verum non est ita. ¶ quia semper uolunt uersari in his rebus: uidelicet in conuiuijs, amoribus & ebrietatibus, ac si diceret: Quandoquidem delectatur conuiuijs & amoribus, ego uellem ut semper in his rebus uersarentur sed noluit. Nam cum diu

diuq; in his rebus uersati sunt, & se turpiter his flagitijs inquinauerunt, postea praemia bonorū uirorū eripere uolunt: hoc non cōuenit. Nam ubi. ¶ Ordo est: Nā, pro quia uiri turpissimi eunt erepti praemia bonorū, uirorū ubi, pro postquā illi se decorauerunt flagitijs. Dedecorauerunt. ¶ i. inquinauerunt, macularunt. Praemia bonorū. ¶ scz honores. Ita iniustissimē. ¶ Ordo est: Ita, i. hoc modo luxuria & ignauiā: appositae, artes pessimae, nihil officit illis qui coluere eas: sunt cladi maxime Reipublicae noxiae. Hoc modo (inquit) haec duo uitia, luxuria et ignauiā, nihil nocent illis qui ipsa uitia possident: & nocent innocenti Reipublicae, quae res iniustissima est. Hoc autē ideo dicit, quia iniustum est ut luxuriosi & ignaui honores habeant, quae sunt praemia bonorum uirorū. Pessimae artes. ¶ pessima uitia. Illis. ¶ Qui coluere eas, amauerūt ea uitia. Nihil officit. ¶ i. nihil nocent: quia quamuis luxuriosi & ignaui sint, tamē honores eis demandantur. Innoxia. ¶ i. innocenti. Cladi sunt. ¶ i. nocent, quia Reipublica uastatur, & magna detrimenta patitur: quando ignaui & luxuriosi in magistratus possit, eam administrent. Cladi sunt. ¶ i. damno & detrimento.

**B** Cæterum i. sed insuper: homines superbissimi, i. elatissimi, scz nobiles errant procul. longē a uerō: putantes sibi omnia licere, cum contra sit. Nam maiores eorū reliquere, id est reliquerunt illis (non uirtutem suam) sed omnia quae licebat, & reliquere: uidelicet diuitias: imagines, id est stemmata nobilium praeclearam memoriam sui, id est de se habendam: non reliquere. i. non reliquerunt, neque poterant, supple relinquere uirtutem (Pulebre autē repetitio uerbo non additur conuiuijs Sed, uerū, autē, similitudine quia Latine dixerit, Diuitias, &c. reliquere: uirtutē nō reliquere, aut uirtutē autē, sine uerbo, necesse est. n. alterū, aut idē uerbo omittit, aut cōiunctionē) Ea. ¶ uirtus sola neque datur neque accipitur dono. Ipsi aiunt me sordidum, supple esse, & moribus incultis ( hoc obiectum callide assertit, ut se plebeiorum simile censeri doceat) quod ego exorno conuiuium parum scite, id est ubi nescio & polite neq; id est & quod non habeo ullum histrionem, i. parafitum aut mmiū, quem ioculatore uocant: ne que habeo coquam pluris, id est maioris precij comparatum quam uillicum, id est curatorem uillae. hoc est, hominem rusticum, quae id est quas res habere, ut ipsi habent: non libet mihi confiteri, id est nolui confiteri, Quiritis. nam ego accepi, id est didici ex parente, id est a patre meo: & alijs uiris sanctis, id est incorruptis, ergo & Marij pater incorruptus erat ita, id est sic se rem habere: mundicias, id est curiosas exornationes conuenire mulieribus: & supple laborem conuenire uiris. Vide apud Naesum:

Sint procul a nobis iuuenes ut femina compti, Fine coli modica forma uirilis amat. Et accepi, id est intellexi oportere, id est decere plus gloriae quam diuitiarum esse omnibus bonis: & arma non supellectilem, id est ornamenta lectuorum, & ceteros ornatus seu apparatus in domo esse decori, id est ornamento omnibus bonis. Ergo, quia tam peruerso in me sunt iudicio nobiles: quin, id est cur non faciunt id semper: quod iuuat, id est delectat eos: & quod aestimant, id est censent charum, uidelicet cur non amant, id est amoribus indulgeant: potent, id est potantibus inbibent: & agantibi, id est in eo exercitio senectutem: ubi, id est in quo habuere adolescentiam: & ipsi dedit in conuiuijs uentri per oblationes: & turpissimae parti corporis, scilicet

**rvbiq;**  
De priuati cultu.  
Strenui militis exemplum.  
Peroratio, qua nobilitati perironā precipitur, suos sibi mores retineat.

B AD.

felicit pudendū aut podici: relinquunt nobis sudorem, felicit ex labore militari: & puluerem, ex motu citatum: & alia talia, quæ milites patiuntur, relinquunt (dicit) nobis quibus illa, felicit sudores, pulueres & similia sunt dulcora: id est suauiora epulis, id est comestationibus. Verum non est, id est non contingit ita. Nam ubi, id est postquam uiri turpissimi: quia patibici & lurcones gustosi dedecorauerunt, id est debonestauerunt se flagitijs, id est turpissimis factis: eunt ereptum, id est eripere festinat præmia honorum: id est castorum & fortium uirorum: & ut luxuria & ignauia appositorum: artes pessimæ, id est pessima exercitia faciunt: nihil efficiunt, id est nocent inuisibilis, id est que res inuisibilis sin illis, scilicet nobilibus qui colerunt, id est exerceuerunt eas, felicit pessimas artes luxuriam & ignauiam: sed, supple sunt cladi, id est pernicietati reip. innocua, id est immerenti: quia ob imperitiam eorum in consulatu affliguntur ciues, & ærarum exhauritur.

Charum estimant. ] Aliter: Charum existimant. Turpissime parti corporis. ] poci. Virtutem non relinquere. ] Legendum, Reliquere. operarum incuria est hoc commissum erratum. Omnibus bonis oportere plus glorie quam diuitiarū, arma nō supellectilem decori esse. ] Sic in cūctis manuscriptis. etq. uem Florentino. quamuis aliter Gymnicus. Vira lectio uerior, alij uident. Nam ubi flagitijs se dedecorauerunt turpissimi uiri, bonorum præmia ereptum eunt. ] In manuscriptis duobus est, Nam uos flagitijs qui dedecorauerunt, quod non sanè displicet.

Neque pluris precij coquam quam uillicū habeo. ] Illud Precij, non omnes habent codices, nec ego quid hic eo opus sit, uideo. Quidam pro Precij, petij legendum putarant, pro emi. Certè Lau. Valla tollere, u. puto, Precij. Paulo post: Ibi senectutem agant in conuiuijs, dedii uentri: incertum est, ubi distinguendum, anteq. an post, in conuiuijs.

GLAR.

Nunc quoniam illis, quantum mores mei, non illorum flagitia posebant, respondi, pauca de Repub. loquar. Primum omnium, bonum haberote de Numidia animū, Quirites. Nam quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia remouistis, auariciam, imperitiam atque superbiam. Deinde exercitus ibi est locorum sciens, sed mercule magis strenuus, quam felix. nam magna pars eius auaricia ut temeritate ducem attrita est. Quamobrem uos quibus militaris est etas, adnitimini mecum, & capeisite Rempublicam, neque quenquam ex calamitate aliorum, aut imperatorum superbia metus cepit. Ego met in agmine aut in prælio consultor idem & socius periculi uobiscum adero: me, uosq; omnibus in rebus iuxta geram. & profectō dijs iuuantibus omnia matura sunt, uictoria, præda, laus. Quæ si dubia, aut procul essent, tamen omnes bonos Reipub. subuenire decebat. Etenim nemo ignauia immortalis factus est, neque quisquam parens liberis, ut æterni forent, optauit, magis uti boni honestique uitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, si timidis uirtutum uerba adderent. Nam strenuis abunde dictum puto.

Trāsitiō, quæ secundam partem orationis de ratione gerendi belli aulpficatur.

A sua persona. A præmijs.

Conclusio.

SOLDI.

Nunc quoniam illis. ] Ordo est: Nunc ego loquar pauca de Republica: quoniam respondi illis, quantum mores mei posebant: non quantum flagitia illorum. sensus patet. Primum omnium. ] i. ante omnia. Bonum animū habetote. ] Circa bellum quod geritur in Numidia cum Iugurtha, nolite timere sed bene sperate, quia omnia que usq; ad hoc tempus Iugurtham defenderunt, remota sunt. Remoti sunt. n. nostri imperatores auari, superbi & imperiti. Auaricam superbiam & imperitiū. ] i. auarior imperatores, superbos & imperitos. Nā auaricia nostrorum ducum usque ad hoc tēpus Iugurthā seruauit incolumen, quia Iugurtha nōstros imperatores pecunia corrupit, sicut supra usum est. Locorum sciens. ] nam ad bellum gerendum nullum prodest loca scire. Mercurule. ] i. ita me adiuuēt Mercurus. Auaricia ut temeritate ducum. ] Cladem & infelicitatē exercitus uitio imperatorū adscribit, ut ostendat re etē sibi consulatū demadati, qui post cladem uitio superiorū imperatorum acceptā emendare. Attrita. ] i. cōsumpta. Quamobrem. ] Nūc hortatur eos maxime qui sunt ad militiā idonei, ut unā secum reipublice subueniant. Vos. ] i. suuēnes, Capeisite reipublicā. ] i. Rempublicā capite, & sumite defendendā. Nec quinquā metus capiat. ] i. nec aliquis timeat, quia alij imperatores infelices fuerunt & superbi. Ego. n. talis non ero, & spero, dijs iuuantibus, me felicitē futurū. In agmine. ] cum exercitus incedit. In prælio. ] cum acies pugnant. Consultor idem & socius. ] id est erq. dux

socius pariter uobiscum in periculis. Me uosq; omnibus rebus iuxta gerā. ] i. me & uos similiter tractabo. Et ex hoc ostendit se non esse superbium, sicut fuerunt alij duces. Et profectō dijs iuuantibus, omnia matura sunt. ] i. tempestiua et uicina. ac si diceret: Spero dijs iuuantibus, nos citō uictoriam habitueros ex hoste, et prædam, & laudē. Aut procul essent. ] contra id quod dixit, Omnia matura sunt. i. proxima & uicina. Ignauia. ] i. per ignauiam. Neq; quisquam parens. ] i. nullus pater optauit unquā ut filij essent æterni & immortales, sed ut bene & honestē uiuerent. & ideo etiam si ex bello uictoriam aut prædam reportare nō possimus, tamen propter honestatē reipub. subuenire debemus. Plura dicerem. ] O Quirites, aut timidi estis, aut strenui. Si timidi estis, uerba mea nequaquam uobis uirtutem addent: si estis strenui, abunde dictum est. Et ideo siue timidi estis, siue strenui, plura me dicere non oportet.

BAD.

Nunc quoniam ego respondi, id est oratione restitit illis, felicit nobilibus quantum mores mei, non quantum flagitia illorum posebant: quia longē plura audire meauerunt: ego loquar, felicit deinceps pauca de republica. Primum omnium. ] Incipiens loqui de repub. ea præcipue dicit, que in rem suam putat, uide dicit: Primum omnium, o Quirites, habetote bonum animum de Numidia. Nam uos remouistis omnia que tutata sunt Iugurtham usque ad hoc tempus, uidelicet auariciam, que in Bestia fuit, & Albino: & imperitiam in Aulo, & superbiam in Metello,

Metello. Deinde exercitus est ibi, scz in Numidia, sciens locorum: sed me hercule, scz sic iudicante (ut uerum dico) magis strenuus quam felix. nam magna pars eius est attrita. i. consumpta auaricia ducum, scz Bestie, &c. aut temeritate ducum, scz Metelli: quamobrem uos quibus etas militaris. i. apta militia inest: adnitimini mecum, & capeisite. i. suscipite defendendam rempub. Neq; metus caperit. i. inuaserit quenquam, scz uestrum: ex calamitate. i. afflictione & infelicitate aliorum, scz qui in Numidia militauerant, aut ex superbia imperatorum: quia egomet qui neq; uos affligi patiar, neq; superbe tractabo, adero in agmine & prælio: idem consultor & socius. i. susceptor communis periculi uobiscum. q. d. Si consulto opus erit, adero consultori si factō, adero socius. Vbi consultor pontius pro eo qui consilium dat, cum frequentius sit qui consilium peto, ut in primo Sermonum Horatius: Consultor ubi ostia pulsat. sed Consuldo ea duo significat. Vnde est uersiculum: Consuldo, te posco: tibi consuldo, consilium do. Consuldo autem dicitur, qui consultatur. i. petitur consilium: & ita qui consultit. i. consilium dat. Et geram. i. tractabo me & uos in omnibus rebus: iuxta. i. pariformiter & sine discrimine. Et profectō. i. reuera dijs iuuantibus. i. si dijs adiutoribus erunt: omnia sunt matura. i. nobis matura. i. citō obtentura, uictoria, præda, laus: que tria eo ordine contingere solent. Quæ, scz tria dicta, si essent dubia aut procul. i. difficulter obtinentur: tamen. i. nihilominus deceret omnes bonos subuenire reipub. Etenim. i. quia certè: nemo est factus immortalis ignauia. i. per ignauiam: quia tamen ignauū quam strenuū moriuntur: neq; quisquam parens. i. progignens optauit liberis, scz suis: uti. i. ut, supple ipsi forent æterni. i. immortales: magis quam uti. i. ut exi-

gerent. i. ad finem usq; agerent uitam. i. uiuere boni & honesti: quia sciunt, nemini nisi per famam æternitatem concedi. O Quirites, ego dicerem plura, si uerba adderent timidus, scz ex natura uirtutum. i. fortitudinem. Nam ego puto dictum abunde, id est satis superq; strenuus. q. d. quales uos estis.

Non illorum. ] Aliter: Non quantum illorum. Me uosq;. ] Aliter: Meq; uosq;. Quæ si dubia. ] legimus etiā in antiquis libris: Quæ est dubia. Decebat. ] lege, Deceat. Sic enim est in cunctis uetustioribus libris. Neq; quisquam parens. ] Sumpsit Sallustius hanc sententiam ex Platone. Sic enim inquit in Epitaphio: & yō dōa uārus epior wādas wōpore pōdā, dōa wōpore nōa wōnā. Exigerent. ] aliter: Agerent.

Nam quæ usque ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt. ] Manuscripta, Quæ ad hoc tempus, omnia illa particula usq; quomodo etiā plerq; ex impressis: pro, Quæ habentur Iugurtham tutata sunt. & usque, ex glossa irrepsit, receptum est. Egomet in agmine, aut in prælio. ] Quædam, Atque in prælio. Manuscripta ad hunc modum, Egomet in agmine, in prælio, consultor idem & socius periculi uobiscum adero. Hac mihi lectio maxime omnium placet. Tamen omnes bonos reipubl. subuenire decebat. ] Manuscripta duo, Tamen omnibus bonis: uerum perperam, ut opinor, nisi quis bellinismus esse putet. quomodo Terentius: Ita nobis decet. quo loco tamen interpres antiquos ait, si addeat statim in finitium, Nos decet facere, loqui solitus: sin minus, Nobis decet. Itaque quum hic Infinitiuus addatur, si quid interpreti Terentiano credimus, uulgata lectio relinquenda erit. Etenim ignauia nemo immortalis factus est. ] & est, nō habent exemplaria in membran adscripta:

CAST.

RIV.

Huiuscemodi oratione habita, Marius postquam plebis animos arreptos uidet, properè commeatu, stipendio, armis, alijsq; utilibus naues onerat. Cum his Aulum Manlium legatum proficisci iubet. Ipse interea milites scribere, non more maiorum, neque ex clasisibus, sed uti cuiusque libido erat, capitecenfos plerosque. Id factum alij inopia bonorum, alij per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat, & homini potentiam querenti egentissimus quilibet opportunissimus: cui neque sua chara (quippe quæ nulla sunt) & omnia cum precio honesta uidentur. Igitur Marius cum aliquanto maiore numero quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Veicam aduehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. nam Metellus conspectum Marij fugerat, ne uideret ea quæ audita animus tolerare nequieuerat. Sed consilium expletris legionibus, cohortibusque auxiliarijs, in agrum fertilem, & præda onustum proficiscitur. Omnia capta ibi militibus donat. Deinde castris & oppida natura & uiris parum munita, aggreditur: prælia multa, cæterum alia leuia alijs locis facere. Interim noui milites sine metu pugnae adesse, uidere fugientes capi aut occidi, fortissimum quemque tutissimum, armis libertatem, patriam, parentesque, & alia omnia tegi, gloriam atque diuitias queri. Sic breui spacio noui petersque coaluerit, & uirtus omnium æqualis facta. At Reges ubi de aduentu Marij cognouerunt, diuersi in locos difficles abeunt. Ita Iugurtha placuerat, speranti mox effusos hostes inuadi posse: Romanos, sicuti plerosque, remoto metu laxius licentiusq; futuros.

Quo delectis solebat haberi pro ratione census. De capitecenfis uide A. Gell.

Vide de claf. Liuium lib. i.

SOLDI.

Huiuscemodi oratione habita. ] Cum, inquit, hac oratione animos plebis erexit, statim naues onerauit stipendio, commeatu & armis: & cum his Manlium legatum in Africam misit. Proficisci iubet. ] in Africam, in qua est Numidia. Ipse interea. ] pro scribere milites, non more maiorū, neq; ex clasisibus. Sed, scribat plerosque capitecen-

fos. Non more maiorum. ] i. non secundum ritum & consuetudinem maiorum. Nam maiores perscribere consueuerant milites ex clasisibus: Marius autem scripsit etiā ex his qui non erant in clasisibus: nam multos capitecenfos scripsit. Scriuit Tullius, qui sextus a Romulo Romæ regnauit, primum censum instituit: ex quo belli packq; metia & onera non uirtutem, aut ante, sed pro habitu pecunia

Mms 3 NIARUS

niarum fierent. Tum populum uniuersum in classes cen-  
 turarumq; ex censu descripsit atque diuisi. Ex his qui centum  
 millium aeris aut maiorem censum haberent, octoginta co-  
 fecit centurias, quadragenas senitium ac uniuersum. Pri-  
 mo classis omnes appellat seniores, ad uisus custodia ut  
 praesto essent: iuniores, ut foris bella gererent. Secunda  
 classis, intra censum usq; ad quinq; septuaginta millium  
 censum instituta est. Ex his senioribus, uniuersumq; uiginti  
 conscripta centuria. Tertia classis, in quinquaginta mil-  
 lium censum esse uoluit: totidem centuria factae.  
 Quarta classis aucta: nam centuria triginta factae sunt.  
 Haec classis undecim millibus consistebat. Haec classes sicuti  
 numero, ita armis distinctae erant. Nam prima classis ar-  
 ma habebat, galeam, clypeum, ocreas, loricae, omnia ex  
 aere, quae corporis tegumenta essent: tela in hostem, ha-  
 stam et gladium. Secunda classis scutum pro clypeo, et  
 praeter loricae omnia eadem habebat. Tertia classis ean-  
 dem habebat, praeter ocreas. Quarta classis arma muta-  
 ta, nihil praeter hastam et uerutum datum. Quinta clas-  
 sis, fundis lapidesq; missiles gerebant: in hac accensi, cor-  
 nicines tibicinesq; in tres centurias distribuit. Minor  
 census reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria  
 facta immunitis militia, ita pedestri exercitu ornato distri-  
 butioq;. Equitum ex primoribus ciuitatis duodecim scri-  
 psi centurias. Quando igitur bellum gerere oportebat,  
 ex his quinque classibus milites conscribentur. Serui ca-  
 pitecensi, et qui exclassis erant, ad militiam non recipie-  
 bantur, utpote propter inopiam suspecti. Capitecensi di-  
 cebantur, ut tradit A. Gellius, qui aut nullo, aut perquam  
 paruo aere censebantur. hi pro capite tributum pendebant,  
 a pensione capitis nominati. Id factum. ] s. esse. Alij  
 uero dicebant Marii scripsisse milites capitecensos, quia  
 ex classibus bonos milites non inueniebat. Alij dicebant  
 Marium fecisse hoc per ambitionem, ut eos honore affi-  
 ciat, a quibus ipse honoratus erat, et factus consul.  
 Quod ab eo generet, ] s. bonorum egentium et infirmo-  
 rum. Celebratum. ] i. honoratum. Adiuuus. ] ad con-  
 salutam comparandum. Homini. ] s. Mario, uel cui-  
 cunq;. Opportunissimus. ] i. commodissimus. Cui. ]  
 i. egentissimo: pauperes maxime commodi sunt illis qui  
 quaerunt potentiam: quia nihil timent, cum nihil habeat  
 quod perdere possint: et ideo omnia aggrediuntur, om-  
 niaq; eis honesta et recta uidentur, modo precium eis de-  
 titur. Vicam aduehitur. ] quae est ciuitas Africae, mari  
 uicina. Quam erat decretum. ] a Senatu, quam decreuerat Seo-  
 natus. A P. Rutilio legato. ] s. Metelli. P. Rutilius ex-  
 exercitum Mario tradidit. Nam Metellus. ] Quare P.  
 Rutilius, et non Metellus exercitum Mario tradidit  
 quia Metellus discesserat, ne Marium consulem uideret.  
 Nam si Metellus fore non potuit, quando audiuit Marii  
 consulem esse factum: multo minus tulisset, si eum uidisset  
 accepto exercitu. ] Dicit quid fecerit Marius, postquam  
 accepto exercitu, et expleis legionibus, in Numidia uen-  
 nit. Etatim, inquit, exercitum duxit in agrum fertile, et  
 praeda plenum: et quicquid cepit, militibus donauit.  
 Cohortibus auxiliarijs. ] Cohortes auxiliarie dicuntur,  
 cohortes quae ab alienigenis populis in auxilium mittun-  
 tur. Noui milites. ] quos nuper conscripserat, et qui  
 nunquam bella tractauerant. Videre. ] uidebant eos  
 qui fugiebant, uel capi, uel occidi: et ex hoc dicebant,

non esse fugiendum. Noui ueteresq; cohibere. ] simul  
 in disciplina militari creuerunt et profecerunt. Nam  
 noui exemplo ueterum profecerunt. At reges. ] s. in  
 guriba et Bocchus, qui societatem interant. Duesi. ]  
 uidelicet alius in alium locum. Ita Iugurtha placue-  
 rat. ] Consulium Iugurtha fuit, ut diuiderent, et duos  
 exercitus facerent. Nam sperabat Romanos esse sine  
 ordine licenter uagatos esse, si intellexerent ipsos re-  
 ges diuisos, in diuersas partes fugisse: atque ita oportu-  
 ne credebat eos inuadi posse. Remoto metu. ] uidelicet,  
 cum intellexerent reges diuisos, in diuersas partes esse  
 Laxius. ] i. solutus.

q. Huiusmodi oratione. ] Prosequitur studium belli  
 ipsius Marij, dicens: Marius huiusmodi oratione habi-  
 ta, i. postquam talem orationem habuerat: postquam ui-  
 det animos plebis erectos, se ad bellum aut ad spem ui-  
 ctoriae et praedae: onerat prope, i. properant: naues  
 commouit, i. uentibus stipendio, i. aere persoluen-  
 do: armis atque alijs uilibus, se ad bellum et iubet A. Man-  
 lium legatum, se in eo bello futurum proficisci cum his,  
 se nauibus siconeratis: ipse scribere, i. scribat interea  
 milites non more maiorum, i. iuxta uetus institutum: neq;  
 ex classibus, i. ex ordinibus seu centibus simul calandorū,  
 i. conuocandorum ad idem onus, cum essent in eodem cen-  
 su, ut enim Lilius recitat, Seruius Tullius sextus Romano-  
 rum rex, primus censum instituit, ex quo belli pacisq; mu-  
 nia seu munera et onera non uiritim, ut antea: sed pro  
 habitu pecuniarum fierent. Tum populum uniuersum in  
 classes quinque descripsit atq; diuisi, ut Lilius late exequi-  
 tur. Sane quos scholasticos uulgo de primo loco aut secun-  
 do uocant, Quintilianus docet, de prima aut secunda clas-  
 se uocando: nam et eos in classes diuisi praecipit scri-  
 bere, i. scribebat: uti, i. secundum: libidō, i. libitum bellan-  
 di cuiusq; erat: et plerisque, i. plurimos census capite, i.  
 obnoxios ad pendendum censum pro capite: cum, ut A.  
 Gellius tradit aut nullo aut perquam paruo aere cen-  
 sentur: et ita cum non possent censum ex aere exigere,  
 batur pro capite. Alij, i. alij ex Romanis: memorabat,  
 i. interpretabantur id factum, supple esse ex inopia, i. pe-  
 nuria honorum, se militum, qui boni non erant in clas-  
 sibus. Alij per ambitionem consulis, quod erat adiuuus et  
 celebratus, i. clarus habitus ab eo genere, se plebeiorum  
 et pauperum: et supple, quod egentissimus quisque, est  
 opportunissimus, i. maxime commodus homini quaerenti  
 potentiam, ut Marius fecerat: cui, se egentissimo: neque  
 sua, i. propria bona sunt, sup. chara: quippe, i. utpote quae  
 nulla sunt: et omnia uidentur honesta cum precio, i. ha-  
 bentia precium annexum. Igitur Marius profectus in A-  
 fricam cum numero, se militum maiore aliquanto quam  
 erat decretum a Senatu: aduehitur paucis diebus, hoc est  
 intra paucos dies Vicam, ad illud oppidum in provincia  
 Africana. Exercitus traditur ei a P. Rutilio legato, scilicet  
 Metelli: sed cur non a consule cuius exercitus erat, addit:  
 Nam Metellus fugerat conspectum Marij, ne uideret ea  
 quae animus, supple eum nequiterat tolerare audita, i. cum  
 tantum audierunt, et tamen uisa fortis mouent quam  
 audita. Sed consul, se Marius legionibus et cohortibus  
 auxiliarijs expletis, i. plene completis: proficiscitur in a-  
 grum, i. hostilem, fertilem et onustum praeda, se auer-  
 tendam, et donat militibus omnia capta ibi, deinde aggre-  
 ditur oppida et castella munita parum naturaliter, i. natu-  
 rali situ: et uiris facere, i. faciebat aut incepit facere  
 multa

B AD.

B

C

SOLDI.

multa praedia caeterū, i. sed, sup. faciebat alia praedia, sup-  
 ple leuia, i. facilia alijs locis quam ad oppida, uerim, i.  
 interea noui milites quos adduxerat ad esse, i. aderant pu-  
 gna sine metu: uidere, i. uidebant fugientes, scilicet milites  
 Rom. capi aut occidi: et uidebant fortissimum quemq;  
 supple esse iustitiam: et libertatem, patriam, parentes  
 et alia omnia regi, i. protegi armis: et gloriam atq; di-  
 uicias quaeri, i. acquiri armis, sic ueteres atq; noui coadue-  
 re, se in unum animum breui spacio, et uirtus omnium  
 est facta aequalis. At reges, se Bocchus et Iugurtha, u-  
 bi cognouerit de aduentu Marij, abeant diuersi in diuer-  
 sos locos difficiles, scilicet accessus. Ita placuerat Iugurthae  
 speranti hos esse suos per praedationem posse mox inua-  
 di: et Romanos futuros, sicuti plerisque alios, supple la-  
 xius et licentius metu amoto, per absentiam hostis.

Metellus interea Romam profectus, contra spem suam laetissimis animis excipitur.  
 Plebi, patribusq; postquam inuidia decesserat, iuxta charus. Sed Marius impigre pru-  
 denterque suorum & hostium res pariter attendere, cognoscere quid boni utriusq; aut  
 contra esset. Explorare itinera regum, consilia & infidias eorum anteuenie. Nihil ap-  
 pud se remissum, neque apud illos tutum pati. Iraque & Getulios & Iugurtham ex  
 nostris socijs praedae agentes, saepe aggressus in itinere fuderat, ipsumq; Regem haud  
 procul ab oppido Cirrha armis exuerat. Quae postquam gloriosa modo, neque belli pa-  
 trandi copiam cognouit: statuit urbes quae uiris aut loco pro hostibus, & aduersum se  
 opportunissimae erant, singulas circumuenire: ita ratus Iugurtham aut praesidium nu-  
 datum iri si ea pateretur, aut praedio certaturum. Nam Bocchus saepe ad eum miserat  
 nuncios, uelle populi Romani amicitia, ne quid a se hostile timeret. Id simulauerit ne,  
 quod improuisus grauior accederet, in mobilitate ingenij pacem atque bellum mutare  
 solitus, parum exploratum est. Sed Consul, uti statuerat, oppida castellaque munita  
 adire: partim ui, alia metu, aut praemia ostentando, auertere ab hostibus. Ac primo me-  
 dio circa gerebat: existimans Iugurtham ob suos tutandos in manus uenturum. Sed  
 ubi illum procul abesse, & alijs negocijs intentum accepit: maiora, & magis aspera ag-  
 gredi tempus uisum est.

Metellus. ] Dicit quomodo Metellus interea Romae  
 sed, et contra spem suam ab omnibus laetis animis ex-  
 ceptus est. Nam omnibus carus fuit. ] quia reuera oo-  
 pitimus imperator fuerat, et bellum sapienter et felici-  
 ter gesserat. Decesserat. ] i. recesserat. Iuxta. ] i. si-  
 militur. Sed Marius. ] Dicit quantum diligentiam Marius  
 habuit. Aut contra. ] i. quid mali. Nihil apud se re-  
 missum pati. ] i. non patiebatur aliquid esse remissum a-  
 pud se, sed semper intentus erat ad omnia, et paratus.  
 Remissum. ] Intentionem sunt contraria. Intentionem, signi-  
 ficat paratum: remissum imparatum, neglectum. A-  
 pud illos tutum. ] s. reges. nihil apud reges tutum pa-  
 tiebatur, quos persequeretur. Ex socijs nostris. ]  
 uidelicet ex uerbis, et ex agris populorum Numidia, qui  
 se populo Rom. dederant. Iugurtha, sicuti supra dictū  
 est, a G. uulos conulerat, et eos sibi socios fecerat:  
 igitur Iugurtha cum Getulis socios pop. Rom. inuadebat,  
 et ex agris eorum praedae agebat. Quae postquam. ]  
 Ordo est: Marius statuit circumuenire singulas urbes et  
 loca quae erant sibi aduersa, ratus Iugurtham ita aut in-  
 datum, s. in praesidijs, si pateretur eam: aut eum certaturū  
 praedio, postquam cognouit quae illa modo, i. tantummodo  
 gloriosa, neq; cognouit copiam patrandi belli. Marius in-  
 telligebat quidem esse gloriosum, quia saepe aggrediebatur  
 Iugurtham, et cum praedio superabat: sed tamen ui-  
 debat hanc non esse uiam et rationem efficiendi et fi-

Manium. ] Plinius lib. 33. cap. 1. Manium uocat. CASTI  
 Ex classibus. ] Vid. Lilius lib. 1. ab V. C. et Dionysij  
 Antiq. lib. 4. Capitecensi. ] Capitecensi id est, inco-  
 milites nisi in maximo tumultu scribi non solent, quoniam  
 illorum inopia suspecta erat. nullo enim aut perquam pa-  
 uo aere censebantur. Gellius lib. 16. cap. 10. et Valerius  
 Max. lib. 2. cap. primo.  
 Cum his A. Manium legatum proficisci iubet. ] Sic  
 et manuscriptum: Caeterum Plinius Manium uocat,  
 qui legatus C. Marij fuerit Iugurthino bello, quam recte,  
 alij uiderint. Nihil librarij errore commissum hoc uide-  
 tur, nato ex affinitate uocum. Tu si lubet Plinium uide,  
 lib. 33. cap. 1. Cui neque sua chara, quippe quae nulla  
 sunt. ] In manuscriptis omnibus est, Cui neque sua cura  
 quomodo et Florentinum.

R IV.

Quo improuden-  
 tibus Romanis,  
 et ne scirentibus  
 sibi cum duobus  
 Regibus uera  
 esset, maiori  
 cladi esset.

Si autem

Si autem

Si autem non simulabat, sed in ueritate amicitiam pop. Rom. uolebat: hoc faciebat propter nobilitatem inuicem, utpote qui paulo ante se cum Iugurtha coniungere uolebat. Sed consul. ] ita quidem Bocchus nuntios miserat, qui peterent amicitiam pop. Rom. Sed Marius, uti statuerat, castris & ciuitates adibat, & ea alienabat ab hostibus, partim ui, partim metu, partim præmia ostentando. Sed primò quidem Marius eas urbes capere cepit, quæ mediocres erant: existimans Iugurtham laurum esse auxilium ipsius urbibus, & ita in manus suas uenturum. Sed postquam uidit Iugurtham ap propinquare nolle, statuit maiora aggredi.

BAD.

modo & alijs fere. In operibus, in acie, atq; ad uigilias multus esse. Manuscripta, Ad esse. nā libet et gemina hāc praepositione antiqui. cuius alicubi meminit Priscianus. Sic Tacitus 13. In agnune, in laboribus frequens adesse, inquit. Maria multibusq; charisim9 factus est. 179 Est, neq; in manuscripto quoddā, neq; in impressis pleriq; est: sed nec Beroaldini exemplar habet. Ipsiq; Boccho pollice tur Numidiae tertia parte. Manuscripta, Ipsiq; Mauros sed est idem utrobique sensus. Prius illud ex glossa praecepit. Nam & sepe alijs Mauros, ipsum Bocchum uocat, per antonomasiam: quomodo Pecuniam Luuius, Annibalē. Vix decima parte diei relicta. Hunc locum Gellius ita legit, Vix decima parte die reliqua: id quod supra quoq; ostendimus. Contra, Romanis utrinque, casum in tenebris diffidentem fore. Manuscripta, Difficillimum fore: id quod sententia magis exigere uidetur. Nec Beroaldinum fecit. Equites peditesq; permitti. Exemplar Fabricianum, Equites pedites, uel sit asyndeton. Si quos locus aut casus coniunxerat, orbem facere. Sic et manuscripta. Ceterum in plerisque est, Orbem facere, numero singulari pro, in unum conglobari. uel, Orbem colligere. quomodo Luuius loquitur. & Caesar: Quum illi orbe factio sese defenderent, inquit. Atq; ita ab omnibus partibus simul & tecti & instructi hostium uim sustinebant. Sic in quibusdam. In manuscriptis deest alterum Et: quod ut nihil aliud, ad elegantiam interim facit. Nihil tamen immuto.

CLAR.

Equites peditesq; permitti. Equites peditesq; de Numidis tantum intelligi, sed uerbum Alios, de Romanis: declarant uerba quae paulo post sequuntur: Quod hostes, inquit, numero plures. Igitur cum iudicio locus legendus est. Mox: Deniq; Romani ueteres nouiq; & ob ea scietes belli. Illud Ob ea, uel ueteres referat, uel ueteris adiectiuum: uel exponendum cum Badio, Ob ea: id est ob eas res, quod ueterani quoq; adessent.

Neq; in eo tā aspero negotio Marius terribus, aut magis quam antea demisso animo fuit: sed cum turba sua, quam ex fortissimis magis quam ex familiarissimis parauerat, uagari passim, ac modò laboratibus suis succurrere: modò hostes ubi confertissimi obstitierant, inuadere manu, consulere militibus: quoniam imperare, conturbatis omnibus, non poterat. Iamq; dies consumptus erat, cum tamen Barbari nihil remittere, atque (uti reges praecipiant) noctem pro se rati, acrius instare. Tum Marius ex copia rerum consilium trahit, atq; uti suis receptui locus esset, colles duos inter se propinquos occupat. Quorum in uno castris parum amplo, fons aquae magnus erat, alter uel opportunus, quia magna parte editus & praecipos, pauca munimenta quarebat. Ceterum apud aquam Syllam cum equitibus noctem agitare iubet. Ipse paulatim dispersos milites, neq; minus hostibus conturbatis, in unum contrahit. Dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita reges loci difficultate coacti, praelio deterrunt, neque tamen suos longius abire sinunt, sed utroque colle multitudinem circumdando, effusi confedente: deinde crebris ignibus factis, plerumque noctis Barbari more suo lætari, exultare, strepere & pedibus, uocibus: & ipsi duces feroces, quod non fugere, ac pro uictoribus sese agere. Sed ea cuncta Romanis ex tenebris & editioribus locis facilia uisu, magnoq; horramtore erant. Plurimum uerò Marius hostium imperitia confirmatus, quam maximum silentium haberi iubet, ne signa quidem (uti per uigilias solebant) canere. Dein ubi lux aduentabat, defensus iam hostibus, ac paulo ante somno captis: de impro uito uectigales, item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul omnes tuba canere, milites clamorē tollere, atq; portis erumpere iubet. Mauri atq; Getuli ignoto & horribili sonitu repente excitati, neq; fugere, neq; arma capere, neq; omnino facere aut prouidere quicquam poterat. Ita cunctos strepitu, clamore, nullo subueniente, nostris instatibus tumultu,

nisi

† Vetus codex sic habet: Pedibus & uocibus, ipsi reges feroces, ac quod sui non fugerant, pro uictoribus sese agere.

Eleganter dict.

tumultu, terrore, formidine, quasi uocordia ceperat. Deniq; omnes fusi fugatiq; arma & signa militaria pleraq; capta, plurisq; eo praelio quam omnibus superioribus inter-

SOLDI.

¶ Nihil remittere. ] i. nihil cessare. Tum Marius ex copia rerum consilium trahit. ] id est consilium capit ex facultate & opportunitate. uero habebat. Vii locus suis receptui esset. ] id est, ut locus esset suis quod se recipere & reducerent. Castris parum amplo. ] quia hic collis non erat tantae capacitatis, ut castra Romana capere posset, & continere. Alter usui opportunus. i. ad usum. Vbi comode habitari posset, & tute: quia hic collis a natura munitus erat: nam alius erat, & praecipue nec ualde opus erat cum murire. iuxta aquam. ] uide licet in colle, ubi erat fons aquae Neque minus hostibus conturbatis. ] Nam licet Romani dispersi & turbati essent, tamen etiam hostes non minus turbati erant. Contrahit. ] colligit. Pleno gradu. ] i. pleno passu: hoc est ce leriter. Praelio abstinent. ] i. a praelio remouentur, & a praelio abstinent, quia non audebant pugnare contra eos qui locum superiorem occupauerant. Effusi. ] i. sparsi. Et ipsi duces feroces. ] scilicet erant, id est indomiti, duces se roces erant, quia non fugiebant, sed tanquam uictores se gerebant, obsequis collibus in quibus erant Romani. Aut pro uictoribus agere. pro agebant. id est gerebant se pro uictoribus: quia tanquam uictores Romanos obsequis in collibus tenebant. Ne signa quidem (ui per uigiliis solebant) canere. pro canebant. ] Noluit ut tuba caneret ea nocte, sicut fieri soleat quando custodes exercitus dant signa. Deinde ubi. ] Ordo est: Deinde Marius iubet de uxpro uictoribus tubicines, item tubicines cohortium & turmarum & legionum, simul omnes canere tubas & iubet milites tollere clamorem, aut erumpere portis, scilicet castrorum, hostibus iam defessis, ac paulo ante captis somno. Vbi. ] pro postquam, lux aduentabat. Vide quid fecerit Marius. hostes in castris maiorem partem noctis egerant in leticia, exultantes & uociferantes tanquam uictores. Deinde cum primo somno oppressi essent, iam appropinquante die: Marius omnes tubicines simul tuba canere iussit, & milites cum clamore ex portis castrorum erumpere, atq; ita hostes inuadere primo somno captos: quo facto, statim hostes fusi fugatiq; sunt. Lux aduentabat. ] i. dies appropinquabat. Defessis iam hostibus. ] Nam maiorem partem noctis exultauerant, sed tandem defessi, dormire inceperant. Uel ligales. ] Uel ligal proprie dicitur tributum, quod pro uictura penditur. unde populi uel ligales dicebantur, qui populo Romano annuatim tributa soluebant. Unde hoc loco fortasse tubicines uel ligales dicit, qui missi erant ab alienigenis populis, uide licet ab his qui populo Romano uel ligalia pendebat, sed hanc expositionem infirmam relinquo: non enim satis placet. Mauri. ] quibus praerat Bocchus. Genui. ] quibus praerat Iugurtha. Quasi uocordia accereperat. ] id est quasi auentia & insania cunctos occupauerant. nam ueliebant quid facerent.

B. A. D.

¶ Neq; uero. ] Prosequitur uirtutem & animositate ducti seu imperatores, uidelicet Marij: qui in tanto discrimine imperterritus mansit, & ita suis & auxilio et consilio fuit. Unde cognoscitur, quanti momenti sit dux in exercitu. Unde non ab re dictum est: Magis timendum esse exercitum cervinum, duce leone, quam leonum, duce seruo. quod etiam Homerus in Achillis gloriam traxit,

quo bellante, Graeci uictores euadebant, & cessante, uincerebatur. Sed ad ordinem reuertamur. Neq; Marius fuit territus: i. quod adhuc plus est, quam si dixisset, Perterritus: quia multi sunt territi qui non sunt perterriti. aut sunt animo magis demisso, i. deorsum misso, quasi dicat, humilitate abiecto (cum tamen dicat Comicus: Vires dant sese, ita magni atq; humiles sumus) in eo tam aspero, id est difficili negotio, ubi Romani serere ueluti uidebantur. Sed Marius uagari, id est uagabatur passim, id est quasi per singulos passus nunc huc nunc illicue turma, scilicet equitum: sua, id est quam sibi delegerat: ut illi praesert. Unde addit, Quam scilicet turmam ipsi parauerat, id est comparauerat & collegerat magis ex fortissimis quam ex familiarissimis, scilicet militibus. At succurrere, id est succurrebat modo, id est interdum suis, scilicet militibus: plus laborantibus, id est in periculo succubendi uersantibus: modo, id est interdum inuadere, id est inuadebat hostes, ubi ipsi obstitissent confertissimis, id est densissimis, & ita potentissimum consulere, id est consulere, id est consilium dabat militibus, scilicet suis: manu, id est dando indicium, quoniam omnibus conturbatis, id est cum omnes essent conturbati: non poterat imperare, supple: ceteris imperio, scilicet uerbali. Possent etiam constriui ut Omnibus & Conturbatis non sunt ablatiui absolute positi, sed datiuu rell. i. uerbo Imperare sic: Non poterat imperare omnibus conturbatis, id est simul turbatis. Item licet Consulere sapienter referatur ad rem exteriorum quam ad animum: ut, Consule honori tuo, id est pro spicie: & ita consulere manu possent, qui operam ferret: hic tamen propter sequentia consilium negat. Iamq; dies consumpta erat. ] Mario ait sic: Iamq; dies alter; dies pro cecidit. Est autem heptimemeris heroica (u opinor) praeter intentionem auctoris nata. quae sic possent perfici.

Iamq; dies consumptus erat, cum barbara turbat aut, cum barbarus hostis. Verum orator & historiogra phus non obseruat numeros poeticos. Docet autem sero cidi hostium ex spe uictoriae, quam in manibus habere sibi uisi sunt auctam, nec desuisse etiam consumpto die. nam si edocuit fuerant a regibus. Verum Marius receptui canere iussit, & se in locum editorem cum suis recepit: cuius difficultate impediti hostes, pugna desisterunt, agentes sese pro uictoribus. Verum breui erant ea uictoria gauisuri. nam postero die uicium perierat; occidendi. Unde ordo est: Iamq; id est & iam dies erat consumptus, scilicet pugnando aut praeliando: cum tamen babari, id est immanes & inculi hostes Genui & Numide, unde Mario:

Hinc Numide insreni cingunt, &c. — nihil, i. non aliquid: uel non in aliquo remittere, id est remittebant: atq; rati non esse, supple: fore aut futuram; pro se, id est ad utilitatem suam: instare, id est instabant acris, scilicet quam prius. Tum, id est tunc: Marius hoc uidens, trahit consilia ex copia rerum, id est pro necessitate in qua erat atq; uti: id est ut locus, supple: aliquis tutus esset suis, scilicet militibus receptui, id est ad receptum: aut se recipiendos & periculosos: occupat duos colles propinquos. i. non longe distantes inter se. In quorū, scilicet collū uno, i. altero: parū, i. non satis amplo, i. capaci castris, i. pro castris metādīs magnus fons aquae erat. Queritur quare additur aquae.

Sed

A Sed idem quod in ea erat comodi atq; ratio, aut quia etiam aliarum rerum fontes sunt: ut salis, bituminis, argenti uini, &c. alter. scilicet erat opportunior. i. conuenientior usui. i. ad usum Romanorum. hoc est, ut sese illinc defendant, & ut illic castra muniant. quia ipse edius. i. in alium datus et erupit: & praecipue magna parte, scilicet Iugurtha. i. cupiebat. Unde est Gestio deductum, quod est gestu cupiditatem aut affectionem prodere. ] paucam munimenta: quia per se munitus erat. Ceterum Marius iubet Syllam cum equitibus agitare apud aquam. i. fontem illam aquae: ipse con trahit. i. colligit milites dispersos: neque minus, hoc est & nihilominus hostibus. existentibus, supple: conturbatis. id est, Quos quā milites dispersi erant, tamen hostes etiam con turbati fuerant: aut potius sic: Quosquā Marius suos pau latim colligit, tamen interim non minus hostes conturbat, ne perciperent q; suos recipere parer. Deinde subdit. ] hoc est clam & pugna diducit cunctos. i. simul omnes in col les, i. editoribus: pleno, hoc est non impedito nec interrupto gradu: hoc est, ingressu. Ita. i. & sic reges, scilicet Bocchus & Iugurtha coacti difficultate. i. propter difficultatem loci: deterrunt, hoc est terrore depelluntur praelio: neq; tamē

B finit, hoc est paritum suis, i. milites abire longius: sed utroque colle circumdato multitudine, scilicet militum: ipsi milites hostes effusi, hoc est dispersi confederati. simul lo cum quietis ceperunt: deinde crebris ignibus factis barba ri Latari, hoc est letabantur suo more: plerumq; id est per plurimam partem noctis exultare, id est exultabant & erupidebant: streper, id est strepebant pedibus & uocibus: et ipsi reges feroces, supple: erant: quod non fugere: hoc est fugiebant: aut quod agere, id est agebant. hoc est ferebant, supple: pro uictoribus (nisi sit fugere penultima longa praeteriti per se est temporis, & ordo: Reges feroces erant: aut agere, id est agebant, supple: pro uictoribus, quod non fugere, id est fugerunt.) Sed ea cuncta quae faciebant hostes, erant Romanis facilia uisui, id est ut uiderentur, aut ad uidentum, ex tenebris: quia qui in tenebris sunt, uident quae sunt in luce, & non uidentur: & lo cis editoribus, unde propectus latior. & erant magno hortamento, scilicet ad futuram uictoriam. Plurimum uero Marius. ] Prosequitur exitum belli peritiam Mariana, & imperitia hostili felice ac infelicem, dicens: Verō, pro sed: Marius confirmatus, supple: exiit, id est animū firmum capiens: plurimum, id est summopere: imperitia, id est per imperitiam hostium: iubet quam maximum. i. altissimum silentium haberi, scilicet ad suis: & iubet ne quidem. i. non etiam: signa canere. i. cantu uigiliis indicare. ubi solebant canere per uigiliis. (sunt signa canunt ut instrumenta, si signa pro tubis capiantur: aut potius iubet cornicines & tubicines) ne quidem, id est non etiam canere signatiui. i. quemadmodum ipsi solebant, scilicet canere ea per uigiliis. Deinde ubi. i. postquam lux, i. matutina. i. aurora aut diluculum aduentabat: hostibus iam defessis ex tripudis & pridiano bello: ac captis. i. oppressis & sopitis paulo ante: somno, supple: Marius iubet tubicines uel ligales. i. qui praecipue solent uel ligalibus, id est tributarijs, aut qui ipsi uel ligales erant: item. i. & similiter omnes tubicines cohortium turmarum legionum. i. omnium tam pedum quam equitum, & tam Romanorum quam sociorum & auxiliorum: canere tuba ( alij habent signa) de improviso. i. repente. & milites tollere. i. leuare clamorem: aut erumpere portis. i. euadere ut in portas castrorum hostilium. Mauri atque Genui, qui erant popu-

li Bocchi: exciti, scilicet uiolenter (quae res apud Vergilium semper mali ominis indicium est, ut Seruus adnotauit: for te quod somnus creditur deorum domum. ut Aeneid. 2.)

Tempus erat cum prima quiete mortaliu aegris Incipit, & dono diuini gratissima scripti. ] ignoto fontis, & propterea horribili: neque poterant fugere neque capere arma, neque facere aut prouidere omnino quicquam: ita quasi uocordia. i. auentia quaedam. Est enim uocors paruū aut peruersi cordis, secundū quod Ve diminit aut auget: & ita uocordia, est pusillanimitas aut insania quaedam. (nam cordatum, prudenter dicimus.) acceperat, id est inuaserat cunctos strepitum: clamore, id est propter strepitum pedum & armorum, est clamorem militum: & nullo, scilicet Numidarum subueniente: & nostris, scilicet Romanis instantibus. i. urgentibus eos multa, terrore, formidine. Denique. i. tandem oēs sunt capti & fugati: arma & signa militaria. i. vexilla sunt capta pleraq; plurima. & plures interempti sunt in eo praelio, quam in omnibus superioribus. Nam fuga, supple: eorum aut Numidae plurimum cōfidunt: impedita, supple: est: som no & metu insolito. hoc est, insolenti & uehementi.

¶ Inuadere. ] hic distinguere ego, ut postea sit: Con salebat militibus manu. Trahit. ] Alter: Cepit in collem. ] Alter: In colles. Streper pedibus. ] Verbum Pedibus non reperi in ullo uetusto codice. Quod non fugere. ] In codicibus quibusdam Luquunt in premissis est: Quod sui non fugerant. Uel ligales. ] tubicines eorum (ut puto) auxilium, qui uel ligales erant. Minime clari. ] ideo periculis obijciebantur. haec tamen duo uerba non sunt in omnibus exemplaribus.

¶ Quam ex fortissimis magis, quam ex familiarissimis praerata. ] Manuscripta, Quam familiarissimis, & missa repetitione praepositionis Ex. id Sallustianum magis est: nec Berwaldinum secus exemplar habet. Quorum in uno castris parum amplo, fons aquae magnus erat. alter usui opportunus, quia magna parte edita et praecipiti, pauca munimenta querebat. ] Legendum ex impressis uictoribus, Alter usui opportunior: quia magna parte editus et praecipue, pauca munimenta querebat. In manu scriptis & alijs quibusdam, Gerebat legitur: ubi Gymnicus, Querebat. Sed iudicent alij. Deinde crebris ignibus factis. ] Manuscripta, Dein. Streper pedibus, uocibus. ] rī Pedibus, non est in ullo manuscripto, neque in Berwaldino: sed addendum sit nec ne, aliorū estio indicii. Ac pro uictoribus, sese agere. ] rī Sese non habet codices in pergamentis descripti, nec est in impressis uictoribus.

¶ Inuadere manu, consilere militibus. ] incerta distinctio. Quidam post Mauri, distinguunt, ut sit sensus: Inuadebat manu. i. turma sua, quā ex fortissimis habebat. Ita codex Aldinus. Alij, ut Badus, Ante manu, quasi diceret: Mauri indicium dabat militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat, ut ait author. Id est intelligendi. Do nec dies erat. Nam mox sequitur: Iamq; dies consumptus erat. quae est heptememeris heroica, & syllaba longa hoc est, Carminū heroici quatuor primi pedes. Casu ne an studio ab auctore factum, incertum. Linius tamen ita orsus est historiam Romanam, si Quintiliano auctori in primis graui, quicquid credimus. Sed & sequi heroicum carmē apud auctorem Liu. lib. 2. Decados uertit, ostendimus in Annotationibus in eundem editis. Quia magna parte edius, et praecipue pauca inu. gerebat. ] Magna parte edita et praecipiti, legit Aldin⁹ codex, ut pro Gerebat, P P Querat,

CAST.

R. I. V.

GLAR.

Querebat, desiderabat: posterius non displicet, primo non probat. Paulo post, utroque colle legendum, non Colli: quod Aldus habet. Rursus statim post: Quod non fugere ubi non fugere, pro non fugere, aut non fugissent, positum videtur. Badius tamen fugere prateriti perfecti temporis eximat. De improposito uehigales. Soldus Ve-

Eligales exponit, id est uehigalibus missos, hoc est, a tributarijs. Badius uehigales tubicinis exponit, qui pracinerere solent uehigalibus, id est tributarijs, aut qui ipsi uehigales erant. Bgo cum Soldo hereo. Nam neque illi sua sicuti expofitio, neque id uerbi ita positum alibi me legere memini.

Dein Marius (uti ceperat) in hyberna proficiscitur, propter commeatum in oppidis maritimis agere decreuit. neque tamen uictoria locors aut insolens factus, sed pariter atque in conspectu hostium, quadrato agmine incedere. Sylla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Aulus Manlius cum funditoribus & sagittarijs, praeterea cohorte Ligurum curabat, & primos & extremos cum expeditis manipulis locauerat. Tribunos. Perfugere minime chari, & regionum scientissimos, hostium iter explorabant. Simul Consul, quasi nullo imposito, omnia providere, apud omnes adesse, laudare fortis, increpare moerentes. Ipse armatus, intentusque item milites cogebat: neque secus atque iter faceret, castra munire: excubitus in portis cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. Praeterea alios super uallum in munimentis locare: uigilias ipse circumire, non tam diffidentia, futura quae imperauisset, quam uti militibus exequatus cum imperatore labor uolentibus esset. Et sane Marius, illoque alijs quae temporibus Iugurthini belli, pudore magis quam malo exercitum coerebat, quod multi pro ambitione fieri aiebant, quod a puericia consuetam duritiam, & alia quae caeteri miserias uocant, uoluptati habuisset: nisi tamen Reipublicae pariter ac seuisimo imperio bene atque decoro gesta omnia. Igitur quarto denique die haud longe ab oppido Cirthea, undique simul speculatores citi sese ostendunt, quae res hostis adesse intelligitur. Sed quia diuersi redeuntes, alius ab alia parte, aequae omnes idem significabant: consul incertus quoniam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato aduersum omnia parauerat, ratus ex omnibus aequae aliquos ab tergo hostibus uenturos. Interim Sylla, quem primus hostes attigerant, cohortatus suos, turmatim, & quammaxime confertis equis, ipse alijsque Mauros inuadunt. Caeteri in uno loco manentes, ab iaculis eminis emissis corpora tegere: & si qui in manus uenerant, obtruncare.

Exemplum boni principis.

Ob eam rem uocatus uel in primis exigit a militum pudorem.

SOLDI.

Deinde Marius, uti ceperat, in hyberna ita. Marius postquam hostes fudit atque fugauit, in hyberna proficiscitur, uti ceperat. Nam supra dixit, hostes aggressos fuisse Marium in hyberna proficiscentem. Propter commeatum in oppidis maritimis agere decreuerat. Marius decreuit habitare in hyemare in ciuitatibus quae erant mari uicinae, ut commeatum abinde habere possent. Na urbes ad quas naues ire possunt, semper abundanti commeatibus. Agere. Id est esse. Virgil. in a. Aen. Getulis agerem si Syriabus exul. Neque tamen uictoria seccors aut insolens factus, sed est. fere ita euenire solet, ut uictores superbi & negligentes reddantur, quia amplius non timet, sed Marius propter uictoriae neque negligens, neque superbus factus est: sed caute cum ipso exercitu incedebat, non aliter quam si hostes adessent. Seccors. Id est negligens. Insolens. i. superbus, ut contemneret hostes. Ac. pro quam. Quadrato agmine. Id est exercitu quadrupartito. Et statim declaratur quomodo quadratum erat agmen, nam disposuerat Marius, qui a dextra & sinistra parte, a fronte & a tergo curarent. Apud dextimos. Id est apud eos erant in dextra parte. Expeditis manipulis. Nam expediti manipuli dicuntur, sicuti expeditae cohortes. Sunt enim milites leuis armaturae, non grauius armati, ut clypeo, galea, lorica: sed expediti, leues, aduersum tela missilia gerentes. Minime cari. Non cari, quia semper proditores & profugae suspecti sunt. Simul consul,

quasi nullo imposito, omnia providere. Marius ita diligentia et cura utebatur, ut omnia ita provideret, tanquam si nullum alium imposuisset: cum tamen Sylla quaesitorem & Aulum legatum & tribunos locasset, qui totum exercitum curarent. Adesse. pro aderat. Laudare. Id est laudare. Increpare. Id est increpare. Merentem: ad laudem & uituperationem pertinet. Ipse. Id est Marius. Intentus. Id est paratus. Item similiter intentus animo, armatus corpore: cum Marius imperator armatus & paratus esset, cogebat milites ut similiter ipsi quoque armati & parati essent. Neque secus atque iter faceret castra munire. Ex his uerbis uidetur Marius hoc tempore cum exercitu in itinere non fuisse: sed iam comessidisse et castra possessisse: cum tamen supra dixerit, illum in hyberna proficiscentem quadrato agmine incesisse. Et sine dubio, hoc tempore in hyberna proficiscitur, atque in itinere erat. Sed uide quid dicat: Marius quanta prouidentia et diligentia utebatur, ut cum exercitus incederet & iter faceret, ita diligentia utebatur, cum castra locabat. nam sicuti caute incedebat quadrato agmine, & quaesitore ac legato, nec non i tribunis dispositis, qui uniuerso exercitui praesentis officii castra locabat, ea ipsa castra fossa ac uallo muniebat. Egret ante castra disponebat, quod custodi ad exercitum excubant. Vigilijs fieri, & nulli custodi diri uidebat. Castra munire. In uallo & fossa. Cu exercitus consistet, castra sub uallo & fossa muniebat. Exa subitu in porta. Ordo est: Marius mittere, pro mittebat, cohortes

cohortes ex legionibus excubant in porta: mittit e- quites auxiliarios pro castris. Castra proprie dicitur locus ubi exercitus stat. in legione decem cohortes sunt. Ergo ex legionibus cohortes excubant, quae in porta castrorum excubarent, & uigilarent ad custodia exercitus. Sed extra castra equites locabat, qui praesidio essent, ne castra inuaderentur ab hostibus. Excubium. Id est excubandum & uigilandum. In porta. Id est castrorum. Pro castris. Id est ante castra. In munimentis. Id est in munitionibus. Vigilijs ipse circumire. Id est non tam diffidentia futuri quod imperauisset, quam uti militibus exequatus cum imperatore labor uolentibus esset. Marius (inquit) uigilijs castrorum circumibat, non quia dubitaret, milites non esse facturos id quod imperabat: sed ut milites uolentes, non coacti, labores subirent, cum ipsum imperatorem uiderent laboribus & periculis se exponentes. Non tam diffidentia futuri quod imperauisset. Id est si legitur, quod imperauisset: clarus est sensus. Dicit enim: Marius circumibat uigilijs, non tam quia diffidentia id esse futurum quod imperasset, quam uti labor exequatus militibus cum imperatore esset uolentibus. Sed si legitur, quod imperauisset, durior est expositio: sed tamen idem est sensus. Sic enim intelligendum est: Non tam diffidentia futuri, scilicet eorum quae imperauisset. Et sane Marius, illo felicitate tempore. Laudat Marius, dicens illum pudore magis quam poena exercitum gubernasse, qui exemplo sui ipsius multum ostenderet, quid eos facere uellet. Nam milites putabat non facere id quod imperator ipse faciebat: Pudore magis quam malo, id est quam poena: quia Marius exemplo magis quam uerbo docebat milites quid facerent. Et ita bene agendo potius, quam seueri imperando, reserabat exercitum, ne licentius & solutus uiderent, sed laboribus & uigilijs corpus ad patientiam indurarent. Per ambitionem. Id est per appetitum & cupiditatem honoris & laudis. Nam sine dubio magnam laudem meretur imperator, qui se laboribus & periculis exponendo, exercitum magis exemplo docet quam uerbo. Aiebant. Id est dicebant. Duritiam. Id est laboris patientiam. Et alia, quae caeteri miserias uocant. Id est sicuti pati famem, inopiam, frigus & calorem. Voluptati. Id est ad uoluptatem. Marius pro uoluptate habebat, sicuti pati labores, famem, inopiam, frigus & calorem: quae alij putant esse miserias. Nisi tantum Reipublicae pariter ac seuisimo imperio bene atque decoro gesta sunt. Ordo est sensus pendet a superioribus. Multi enim dicebant, imperatore labores subire & durissima sustinere propter ambitionem: sed ego nescio, utrum hoc fecerit propter ambitionem, nisi quod hoc solum scio, illum ita utiliter fuisse Romanae Reipublicae, mitem scilicet & mansuetum, sed laboris patientissimum se praebendo, quam si crudelem et seuisimum se praebuisset in imperio. Locis iste uidetur obscurus, nisi diligenter sensus consideretur. Vult ostendere, Marius in imperio mitem fuisse, & laboris patientissimum: & tamen Reipublicae magis profuisse, dum mitis est, & patiens laborum, quam si seuisissimus & crudelissimus fuisset, et imperiosus, sicuti solent esse duces. Nam duces solent ipsi delicta & molliter uiuere, & imperiose cogere milites ad labores & pericula. Sed ipse Marius aliter faciebat, nam Marius semper primus erat qui labores & pericula subibat: atque ita faciendo, non quidem superbi & crudeliter imperando, milites pudere cogebat, ut facerent quod ipse faciebat. Et dum hoc facit, ita Reipublicam magis utiliter administrat, quam si seuisissimus

in imperio fuisset. Sed forte diceret aliquis, an fortis esse qui crudeles & seuisissimi sunt in imperio, uiles sint Reipublicae. Salustius hoc ideo dicit, quia ferme hoc euenire solet, ut duces, nisi seueri sunt & imperiosi, contemnuntur a militibus. Quando autem dux contemnitur, res benignè geri non potest. Sed hoc euenit in ducibus, qui sine opere nihil ualent. Nam dux qui neque imperio neque opere aliquid ualet, iure contemnitur. Sed Marius quamuis mitis imperio esset, tamen non contemnebatur: quia opere multum ualebat, & omnes ad emulationem exemplo prouocabat, ut tam reipub. prodesset bene agendo, quam seuerè & duriter imperando. Nisi tantum. Id est nisi solum. ac si diceret: Nescio utrum Marius illud fecerit per ambitionem, nisi quod hoc solum scio, uidelicet quod gesta sunt, scilicet ea quae gestit Marius: bene & decoro. i. utiliter & decenter reipub. Pariter ac seuisimo imperio. Id est ita utiliter quam si seuisimo imperio Marius ea gestisset. Igitur quarto denique. Salustius parum per digressus erat ad propositum, dum diligentiam Marij & mores eius describit, quibus utebatur in bello. Nunc redit ad propositum, nam dicere inciperat, quomodo Marius uictis hostibus in hyberna proficiscitur. Tendebat autem ad urbem Cyrtam. Igitur cum non longe ab urbe Cyrtae Marius abesset, speculatores hostium citi se ostendunt. Ex qua re Marius intellexit, hostes adesse. nam speculatores semper ante exercitum mittuntur, ad explorandam regionem & insidias. Speculatores. Id est hostium. Quare. Id est quia speculatores uisi erant, ex hoc cognitum est hostes adesse: quia semper speculatores praecedunt exercitum. Sed quia diuersi redeuntes. Marius ipse quoque praemiserat speculatores, qui regionem explorarent. Qui cum ex diuersis partibus redirent, tamen omnes rem eandem nuntiabant: uidelicet hostes adesse. Ex quo Marius dubius & incertus quomodo instrueret aciem, nullum ordinem commutauit: sed exercitum quadrupartitum reliquit, & ita hostes expectauit. Diuersi. Id est declaratur quomodo diuersi redibant, uidelicet alius ab alia parte. Redeuntes. Id est qui missi fuerant ad speculandum. Atque omnes idem significabant. Id est hostes adesse. Sed forte mirum uidetur, quomodo ex diuersis partibus redeuntes, omnes idem nuntiabant, hoc ideo eueniebat, quia Iugurtha copias suas in quatuor partes diuiserat, ut a quatuor partibus Romanos inuaderet quod etiam fecit, sed ab omni parte Marius prouiderat. Opperiunt. Id est expectant. Ita Iugurtha spes frustrata. Id est elusa & decepta: quia non potuit assequi id quod sperabat. Nam Iugurtha copias suas in quatuor partes diuiserat, sperans aliquos inuasuros esse Romanos a tergo, sed Iugurtha deceptus est in sua spe, quia Marius exercitum quadratum & quadrupartitum habebat atque prouiderat ab omni parte, ne hostes inuadere possent. Ita uidelicet. Id est quia Marius non mutauit ordinem, sed quadratum dimisit exercitum, ne ab ulla parte impetus fieri possent. Aliquos a tergo hostibus uenturos. i. aliquos a tergo inuasuros esse Romanos. Interim Sylla. Incipit pugna. Sylla cum equitatu dexteram partem curabat. Turmatim. Id est per turmas. Conferentis & densis. Emisit. Id est ab hostibus.

Deinde Marius uti ceperat, etc. Comemoratur, quae deinceps fortiter & prudenter egerit Marius. Non enim seccors aut insolens factus erat per uictoriam, ut plerique solent, unde in itinere ab hoste deprehensus quidam, sed minime lassus fuit ut ex ordine patebit, qui talis est: Marius

BAD.

ut, i. proficiscitur deinde. i. post tam clarā uictoriā: quo-  
niam iam finis astatis erat in hyerna. i. loca ubi hyemaret  
eū militib. hoc est, hyemem transigeret: uti. i. quemadmo-  
dum ceperat. i. inceperat, supple ut: & decreuit agere,  
scilicet hyemem: in oppidis maritimis. i. ad mare sitis: pro-  
pter comœtatum. i. uictum facilius habendum. Neque ta-  
men factus, supple est sicors. i. seorsum à prudentia cor-  
dis: aut insolens. i. superbia intolerabilis & saeuus: sed in-  
cedere, hoc est incedebat (quod Scruuius uult esse cum quo  
dam ordine & cum grauitate ingrediendi) pariter, hoc  
est pariformiter. id est haud secus aut non alterac, hoc  
est quam si, supple incederet in conspectu hostium. hoc  
est, coram hostibus, cum iam plurim iusti fugatiq; essent.  
incedebat autem agmine quadrato, hoc est in quadrage-  
simum figuram instructo, ut sequētia docent: cū acies ferē  
triangularis sit. Sylla cum equitatu. ] Docet quemodo  
quadrato agmine incedebat Marius, & qui singulis an-  
gulis praefecti fuerant, dicens: Sylla curabat. i. curam ge-  
rebat cum equitatu. i. equitibus apud dextimos. i. dextero  
latere maximē incedentes: & A. Manlius, s. legatus cura-  
bat in sinistra parte: cum funditoribus. i. uentibus funda-  
& sagittarijs: & praeterea idem Manlius curabat co-  
hortes Ligurum: & Marius locauerat primos & extre-  
mos. i. in anteriore & posteriore parte incedentes tribu-  
nos, scilicet militum cum manipulis expeditis. i. militibus leuis  
armaturae: per fugā. i. qui ab Iugurtha ad Romanos per-  
fugerant: scientissimi. i. peritissimi regionum explorabāt  
iter hostium. Simul. i. & pariter ac eodem tempore: con-  
sul, s. Marius: prouidere. i. prouidebat omnia: quasi nullo  
impedito. i. perinde ac si nullū posuisset in eis locis cura-  
ndis adesse. i. aderat apud omnes, modō apud hos, et modō  
apud illos: laudare. i. laudabat fortis: & increpare. i. in-  
crepabat: merentes. i. merentes increpari: ipse, sup. erat.  
armatus, scilicet ad bellandum, & intentus ad imperandum.  
ita. i. consimiliter aut non minus: coegebat milites, scilicet cum  
essent in castris: atq; faceret iter. i. cum iret cum eis. i. tāta  
diligētia usus est castris iam locatis, quanta in itinere. nec  
dubium est, ad hoc esse in itinere, sicut inter capedinē exi-  
git, & ita munire. i. muniebat castra. i. teloria sua: et mit-  
tere. i. mittebat cohortes ex legionibus. i. lectis militibus  
Ro. excubitu. i. ad faciendū excubias: in porta, s. castro  
munet equites auxiliarios. i. qui in auxilium uenerūt pro  
castris. i. ante castra, praeterea locare. i. locabat alios in  
munimentis super uallē: ipse (quod dicit in propria per-  
sona) circumire. i. circueibat uigilias. i. uigilātes: quod, sup.  
faciebat: non tam diffidentia. i. propter diffidentia futuro-  
rum: quae imperauisset. i. imperandorū. hoc est, non tam  
quod diffideret, ne milites quae deinceps iuberet, non exe-  
querentur: quam uti. i. ut labor exaequatus. i. ex aquo con-  
ditus militibus cum imperatore: esset, supple ipsi uolen-  
tibus, hoc est uolūtarijs. Et sane, hoc est certē aut ueraciter:  
Marius coerebat illo, scilicet tempore, et alijs temporibus Iu-  
gurthini belli, hoc est, durante bello Iugurthino, magis pu-  
dor. i. mercediaria: quod puderet eos laxius aut remissius a-  
gere, ubi imperatorem tam intentum uiderent: quā ma-  
lo, hoc est supplicio aut duro imperio, quod, scilicet factū Ma-  
rii: multi aiebant, id est interpretabantur, supple fa-  
ctum per ambitionem, hoc est intentionem ad maiores  
honores obtinendos per eos qui talia uiderent. Alij, sup-  
ple aiebant, hoc est dicebant factum: quod Marius habu-  
isset uoluptati, id est ad uoluptatem: duriciam, hoc est ris-  
gorem bellī: consuetam, id est cui assuetus fuerat à pue-

ria: & alia, sicuti cetera quae ceteri, scilicet aequi de-  
licij, uocant mysteria: nisi, id est hoc seculo dixerit: quod  
qualitercunque interpretati illi essent: uenem, hoc est mihi  
leuius omnia gesta sunt à Mario: bene, id est uuliter  
atq; decorē, hoc est honestē: reip. i. ad utilitatem reip.  
pariter, id est consimiliter: ac id est ac si gesta essent im-  
perio sauisimo, hoc est grauissimo & maxime arduo.  
Igitur, quia omnia explorata habuit: speculatores, hoc est  
exploratores Iugurtha: citi, hoc est praeparantes esten-  
dunt sese, denique. i. tandem: quarto die haud. i. nō pro-  
cul ab oppido Ciriba, scilicet nomine: quare, id est propter  
quos: belis. i. exercitum hostilis intelligunt adesse. i. praes-  
ens esse. Sed quia diuersi, scilicet exploratores missi à Ma-  
rio erant, supple redeuntēs à alijs ab alia parte. i. diuersi  
à diuersis partibus: & omnes significabant simul idem. i.  
usos speculatores Iugurtha: consul, scilicet Marius incerta-  
tus, quo nam modo instrueret actum. nam aliter instruitur,  
dum periculum à dextera, quā dum à sinistra timeat:  
tur: opperitur. i. expectat uidentem, scilicet insulsum hostiū nul-  
lo ordine commutato, propter nunciata ab exploratorib.  
exiens paratus aduersum omnia, à quacunque parte uen-  
nirent. Ita. i. & sic spes frustrata, supple est Iugurthā (ae-  
lij legatū postuē) spes Iugurthae frustrata. i. admirabilata est:  
qui, s. Iugurtha distribuerat copias, suas in quatuor par-  
tes: ratus. i. arbitratus aliquos ex omnibus, suis uenturos  
hostibus. i. in hostes: aequē. i. pariformiter ab tergo (Valla  
diceret ab tergo) Interim. i. interea dum Marius sic glo-  
batim incedit Sylla, quem exissent in dextera, hostes  
attigerant: primum cohortatus. i. postquam cohortatus  
fuerat suos: ipse & alij, scilicet commēti inuadunt Maros,  
scilicet populos Bocchitum: i. per uermos. i. non singu-  
latim, sed continētum. unde addit, Et quis confertis. i.  
stipatis quā maxime. Cateri, scilicet Romani manentes in  
uno loco: tegere, id est protegebant corpora, scilicet sua  
ab iaculis emissis eminus, quasi à manu: id est de longe: &  
si qui, id est aliqui obuenerunt in manus, ita ut possent  
eos comprehendere: obtruncare, id est obtruncabant,  
supple eos.

¶ Neque secus atque si hostis in conspectu adesset, iter  
facere. ] Ita habent nuper impressi à Grypho Lugduni  
codices, ceterum in antiquis non inueni uerba illa, si ho-  
stis in conspectu adesset. Vti militibus exaequatus cum  
imperatore labor uolentibus esset. ] Vti libentius milites  
laborem paterentur, cum uiderent, imperatore aequi sibi  
laborem sumere. Nisi tamen reip. pariter, ac sauisimo  
imperio bene atq; decorē gesta omnia. ] Quiddam ita le-  
gunt: Nisi tamē resp. pariter ac sauisimo imperio gesta.  
in antiquo nostro codice ita scriptum est: Haec tamen reip.  
pariter ac sauisimo imperio bene atq; decorē gesta sunt.  
Ratus ex omnibus aequē aliquos ab tergo hostibus uenturos. ]  
Si coniectura locus detur (nam codices ita omnes ha-  
bent) illud aduerbium Aequē transferrem, & ita legerē:  
Qui copias in quatuor aequē partes distribuēbat, ratus ex  
omnib. aliquos ab tergo hostibus uenturos.

¶ Sulla cum equitatu apud dextimos. ] Fabricianum,  
Apud extremos. Sed uulgata lectio uerior, pro, in dexte-  
ra parte. Nam sequētia palam existendū, sic legendū esse.  
Ea sunt, in sinistra parte A. Manlius, cum funditoribus  
& sagittarijs. Nox: Primos & extremos cum expedi-  
tis manipulis tribunos locauerat. Vides ne, ut hic  
extremorum meminert, & ut dextimos opposuerit  
sinistrae parti? Sed quid nullis? Legit eodem modo  
Priscia

C.A.S.T.

C

R.I.V.

A Priscianus libro secundo, de Superlatiuis agens: Excipi-  
untur (inquit) dextimos & similitimos. Dein subdit hoc  
ē Sallustio exemplum aliaq; praeterea ex Varrone Cas-  
sioq;, quae nos breuitatis causa omittimus. Docet & Sexti  
Pompeius, dextimum & similitimum antiquos dixisse.  
Omnia prouidere, apud omnes adesse, laudare, increpare  
merentes: ] Manuscripta sine diphthongo, Merentes: pro,  
qui aut laudari aut increpari mererentur. Facit cum his  
Beroaldinum. Quaque, ne quid distullem, Venetiū,  
Argenteratense, alia pleraq;, Laudare fortes, & incre-  
pare uerentes: perperā uidelicet. Vt Fortes ex glossa iro-  
repsisse suspicor. Hinc aliqui Verentes opponi putauit.  
hoc est, timidos & ignaues. Ita scilicet uoluit audacia est  
hic locus deprauatus, qui nō intellexerint, quid sibi uellet,  
Merentes: quum Sallustius inuauit, pro merito quocq; esse  
aut laudatum aut increpitum. Excubitu in portis. ]  
Manuscripta omnia, in porta, numero singulari: quomo-  
do Beroaldinum quoque. Nisi tamen respubl. pariter  
ac sauisimo imperio, bene atque decorē gesta omnia. ]  
Omnia, codices in pergamenis descripti non habent, &  
sensu ipse respuit atq; repudiat. Nam illud Gesta, ad id  
quod paulo ante praecedit, nempe Resp. spectat: ubi ta-  
men exemplar Venetum, Basiliense, alia pleraq;, non rea-  
ctē, Reip. Quae res credo ansam errori praebuit, quasi o-  
mnia sint à Mario bene atque decorē ad utilitatem Reip.  
gesta. Igitur quarto denique die omnia haud longē. ]  
¶ Omnia, cum sensus ipse aspernatur, tum codices uetu-  
stus non habet. Qui copias in quatuor partes distribuē-  
rat. ] Legendū, in quatuor partēs. Ipse alij, Marius  
inuadit. ] In quibusdā, sed in impressis t. Quae geminata est.  
GLAR. ¶ Dein Marius, uti ceperat, in hyberna proficiscitur  
propter comœtatum. ] Hic locus in plerisque exemplari-  
bus corrupte legitur. Vetus illi codex, de quo nunc to-  
ties dixi, ita habet: Deinde Marius, uti ceperat, in hy-  
berna it, quapropter comœtatum in oppidis maritimis a-  
gere decreuerat. Sine igitur it, sine Proficiscitur legatur,  
certē Quae, relatiuum omitti non debet. Nam sine eo sen-  
sus non procedit: quod non animaduertisse Commenta-  
tores, admodum miror. Sylla cum equitatu apud dexti-  
mos. ] Post Dextimos, distinguendum, ut Sylla cum equi-  
tatu in dextra parte: A. uero Manlium cum funditoribus,  
& sagittarijs, praeterea cohorte Ligurum in sinistra fu-  
isse intelligamus. Paulo post: Perfuge minime cari. Duo  
uerba, Minime cari, non sunt in omnibus codicibus, nec  
Badius legit. At uetus illi codex habebat, praeterea Al-  
dinus. Soldus retulit Carum, ad animū Quia, inquit, pro-  
ditores & perfuga semper suspecti sunt. Mihi uero uide-  
tur dicere uelle, Minime cari, i. minime in magno nume-

ro. Mox: Laudare fortes, & increpare merentes. Quiddā  
sustulit Fortes, & Merentes absq; diphthongo legunt  
quod tamen si intelligatur, prior tamē lectio, quae singulis  
uerbis singulos dat casus, planior est. Aldinus codex &  
Fortes sustulit, & Merentes cum diphthongo legit: quod  
dissplicet. Item quod continuo sequitur, Ipse armatus in-  
uentusq; item milites coegebat. Badius distinguit ante uer-  
bum item, quod per consimiliter exponit. Quae uero se-  
quuntur, duplicem habent lectionē. Alij enim Facere lea-  
gunt, ut Aldinus codex. Alij Faceret, ut Badius & uetu-  
stus ille codex. Prior lectio hunc habet sensum: Non se-  
cus Marius coegebat milites castra munire atq; iter face-  
re. Atq; pro Quam, uidelicet ut sensus à uerbo Coegebat  
pendeat. Aiqui tum uerbum item, puto exponendum pro  
eodem modo, ut totius periodi sit hic sensus: Ipse Marius  
armatus intentusq; eodem modo & milites coegebat esse  
armatos intentosq;, nec minus muniebat castra, atq; iter  
faciebat: cohortes ex legionibus in porta, equites auxi-  
liares pro castris excubitu mittebat, &c. Altera lectio-  
ne quid sensus colligatur, haud equidem scio. Quod  
multi per ambitionem fieri aiebant, quod à puericia. ]  
Hic locus egregie corruptus est. Commentatores uerum  
sensum magis somnauerunt, quā explicauerunt. Badius  
tamen propius uero est. Sed notandum, Sallustium duas  
opiniones de Mario iudicantium adferre: alteram amu-  
lorum, qui id ambitionis gratia à Mario factum inter-  
pretabantur: alteram amicorum, qui laudi dabant hoc  
in Mario, optimaeq; educationi adscribebant. Ceterum  
auctor suum iudicium non interponit. Hoc tamen dice-  
re uidetur, utcumq; id interpretemur: Certē hoc Marij  
pudore quo de retulit, respubl. non minus quā seuisi-  
mo aliorum imperio, bene atq; decorē gesta est. Aldi-  
nus codex bti habet Omnia, uetus illi ne semel quide:  
alter codex semel habebat, at non est eo uerbo hic opus.  
Et respubl. legendum in nominandi, non in gignendi aut  
dandi casu. Item illud Nisi, quod quidam habent codi-  
ces, tollendum est, ut totus locus ita legatur: Et sane Ma-  
rius, illoq; alijsq; omnibus temporibus, Iugurthini bel-  
li pudore magis quā malo exercitum coerebat, quod  
multi per ambitionem fieri aiebant. Alij, quod à pueri-  
cia consuetam duriciam, & alia quae ceteri miseris uo-  
cant, uoluptati habuisset, & tamen Respublica pari-  
ter ac sauisimo imperio, bene ac decorē gesta est.  
Ratus ex omnibus aequē aliquos ab tergo hostibus uen-  
tuos. ] Vide ut acceperit uerbum Aequē. Badius exa-  
ponit Aequē, id est pariformiter. Ego exponerem, Aequē  
uenturos, id est, quali fortitudine restituros: sed iudicet  
Lector.

GLAR.

C

R.I.V.

Dum eo modo equites praerantur, Bocchus cum peditibus quos Volux filius eius  
adduxerat, neque in priore pugna in itinere morati adfuerant, postremum Romano-  
rum aciem inuadunt. Tum Marius apud primos agebat, quod dibi Iugurtha cum plu-  
rimis erit. Dein Numida cognito Bocchi aduentu, clam cum paucis ad pedes conuer-  
tit. Ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamatur, nostros frustra pu-  
gnare, paulo ante Marium sua manu interfectum: simul gladium sanguine oblitum o-  
stendere, quem in pugna satis impigre, occiso pedite nostro, cruentauerat. Quod u-  
bi milites accepere, magis atrocitate rei, quā fide nunciij terrentur: simulque Bar-  
bari animos tollere, & in percullos Romanos acius incedere. Jamque paulum à  
fuga aberant, cum Sylla profligatis ijs quos aduersum ierat, rediens ab latere  
Mauris incurrit. Bocchus statim auertitur. At Iugurtha dum sustentare suos, &  
propē iam adeptam uictoriam retinere cupit: circumuentus ab equitibus dextra &  
sinistra

Commisita autē  
quadriduum,





si utuisti codices ita habet. Quo ingenii eius aut aduer-

RIV.

scribitur: nec aliter est in impressis uentioribus. **¶** Iamq; paulo a fuga aberant. ] Manuscripta, Iamq; paulum. In alijs, Paululum. Cum manuscriptis facit Badianum. Dextra & sinistra omnibus occisus. ] Manuscripta, omnia illa copula Et, dextra, sinistra: quod, ut opinor, Sallustianum magis est. Tali asyndeto Livius quoque, Terra mari trepidatur, inquit. Sic in Catil. Sallustius: Rapi uirgines, pueros, ibidem: Cadem, incendia fieri. In Iugurtha: Ipse acer, bellicosus. Rursus: Vrbes, agros uolare. **¶** Ut omnes labores, pericula consueti habeam. Ingenium aut aduersum uti scelerent, aut cupitiam pacis uehementius accenderent. ] Manuscripta, Aut auersum uti scelerent. pro, A Romanis alienatum. Ita Cicero ad Atticum: Qui auersissimo a me animo Patris fuit. pro, Maximè altero.

GLAR.

**¶** Deinde Numida cognito Bocchi aduentu. ] Hic locus duas habet difficultates: Vnam, Iugurthine locuti hic sit, an alius quissimam Numida: alteram, apud quosnam locutus sit. Soldus alium quempiam, non Iugurtham locutum censet. Badius heret. Ego Iugurtham locutum existimo. Nam de eo etiam supra dixerat, sub Scipione Aemiliano apud Numantiam militasse, ubi La-

tine loqui dicitur. Et est sane hoc uerbum ex strategematis illius. Porro & ad Romanos locutum contendit, quod & Badius existimauit. Nam quid attinebat Numidis Latine loqui? Verum hoc additum oportuit, quo in latere hoc factum: cum Iugurtha oppositum esset Marius, ut paulo ante dixit auctor, ut hercle non posset Regis strategema de occiso Mario eo latere obscurum esse. Verum quia auctor Clam adiecit, uersimile uideatur clamantem Iugurtham non ad primos constituisse, sed concessisse ad latum sinistram Romanorum, ubi A. Manlius erat. Porro in dextro latere Sylla erat cum equitatu, apud primos Marius, postremam aciem inuaserat Bocchus. Ergo à sinistro latere Iugurtha inuasiuit Romanos: ubi & hoc strategema, quando aliquantulum aberat Marius, locum habet. Circueunt ab equitibus dextra sinistraq; omnib; occisus. ] Si de equitibus Romanis loquitur, distinetuendum post uerbum, Equitibus. Sin de Iugurthae loquitur equitibus, pro Ab prepositione legendus, ubi: quod mihi in Aldino codice neglectum. Quò mitto profectus intenderat. ] Soldus putauit profectus participium esse ut sit sensus, Quò profectus initio intenderat. Badius putat esse uerba nomen, & Latine profectus dictum, pro Latino profectiois.

Oratio Sylla ad Bocchum. Probatio à regis commodo.

Itaque Sylla, cuius facundia, non ætati à Manlio concessum est, uerba huic modum locutus est: Rex Bocche, magna nobis est læticia, cum te talem uirum diu monuere, uti aliquando pacem quam bellum malles: neu te optimum cum pessimo omnium Iugurtha miscendo commaculares, simul nobis demeres acerbam necessitudinem pariter te errantem & illum sceleratissimum persequi. Ad hoc populo Romano iam à principio inopi melius uilum est amicos quam seruos credere: rutiisque rati uolentibus quam coactis imperitare. Tibi uerò nulla opportunitur amicitia nostra. Primum, quòd procul absumus: in quo offensæ minimum est: gratia par, ac si propè adfuissemus. Dein, quòd parentis abundè habemus: amicorum nobis neque cuiquam hominum satis fuit. Atque hoc utinam à principio tibi placuisset: profectò ex populo Romano ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpeffus es. Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraque regit, cui scilicet complacuit uim & gratiam nostram te experiri: nunc quoniam per illam licet, festina: atque uti cœpisti, perge. Multa opportuna habes, quo facilius errata officijs supares. Postremò hoc in pectus tuum demitte, nunquam populum Rom. beneficij uictum esse. Nam bello quid ualeat, tute scis.

Excusatio temeritatis, Res humanas fortuna regit.

SOLDI.

**¶** Itaque Sylla. ] Dicit Syllam coram rege locutum, quia eloquentia præstabat: licet Manlius ætate superior esset. Commaculares. ] i. scelerate iniquitates. Necessitudinem. ] i. necessitatem. Nam si te coniungis cum Iugurtha, nobis necesse est ut & te ipsum Iugurtham persequamur. Si pacem feceris, tu nobis tolles hanc necessitatem. Ad hoc. ] i. præterea, ac si diceret: Tu quidem ò Rex, rectè facis, quòd amicitia populi Rom. queris. Sed et populus Rom. usq; à principio, quando erat pauper, semper melius esse putauit acquirere amicos, q̄ seruos. Amici sunt, qui sponte se cum populo Rom. coniungunt, & eius societatem habere conantur: serui sunt, qui resistetes bello subiguntur, & subacti obediunt imperio pop. Rom. Tibi uerò. ] Qui suadet aliquid esse faciendum, aut ab honesto, aut ab utili arguit. Hic arguit ab utili. dicit enim, Nihil uilium Boccho contingere posse amicitia populi Rom. Primum, quòd procul absumus, in quo offensæ est minimum. ] ò Bocche, amicitia populi Rom. nihil tibi potest nocere, quia procul absumus. Ac si. ] i. scuti si propè adfuissemus. Deinde, q̄ parentis abundè habemus. ] Rectè

facis, ò Bocche, quia amicitia pop. Rom. queris, melius est enim acquirere amicos, q̄ seruos: sicuti etià semper populus Rom. fecit. quia multos seruos & imperio nostro obediētes ac subditos habemus: sed amicorū neq; nobis, neq; cuiquā unquā satis fuit. Et ideo melius est acquirere amicos, quorū inopia patimur: q̄ seruos, quorū abundantia habemus. Parities. ] i. obediētes et subditi: sicuti sint q̄ bello subiguntur. Sed quoniam, ] ò Bocche, festina: et sicuti cœpisti, quere amicitia nostrā: quando quidē fortuna que ex magna parte res humanarū regit, uoluit ut te experieris nos & hostes & amicos. Ordo est: ò Bocche, nunc festina atq; perge, uti cœpisti. quoniam licet per illam, quoniam fortuna regit pleraq; rerū humanarū, tute scis, q̄ cœplacuit te experiri uim & gratia nostrā. Pleraque rerū humanarū. ] i. magna partem rerū humanarū fortuna regit. Vm. ] quia tu es expertus bello, quantum possit populus Rom. Et gratiam. ] i. amicitiam. fortuna uoluit ut te experieris Romanos & hostes et amicos. Antebac. ] tu es expertus Romanos hostes, nunc experire Romanos amicos: & quia ita fortuna uult, ut persevera

A' populi Ro. commodo

Conclusio.

C

si uult

**¶** sicuti cœpisti, ut Romanos amicos habeam. Multa opportuna habes, quo facilius errata officijs supares. ] Magna opportunitatem habes, per quam delictum tuū officijs uincas. Nam deliquisti & errasti in hoc, quia contra pop. Romanum bellum simul cum Iugurtha suscepisti. Sed hoc peccatum uincere potes beneficio, uidelicet si te coniunxeris cum populo Ro. & cum eo societatem et amicitiam inieris. Officij. ] i. beneficij. Nunquā populum Rom. beneficij uictum. ] quia semper plus reddidit quam accepit. Nam quòd bello ualeat, tute scis. ] Dixi quòd populus Romanus nunquam uictus est beneficij: quia non est necesse ut dicam, quòd e contrariò inuictus est: am uinci nō potest. Nam tu hoc scis: quia es expertus, quòd miraris bello ueliscitur. Et ideo non est necesse ut dicam, quia tu scis & expertus es, quātum bello ualeat ad inuictum uindicandus: uelut ergo potius experiri, ut amicum, gratiam populi Romani, quam ut hosti uim eius. Tu te, id est tu ipse.

BAD.

**¶** Itaq; Sylla, cuius facundia, non ætati à Manlio concessum est, pauca uerba huiusmodi, qualia subsequuntur. Rex Bocche. ] Hec oratio est in genere deliberatiua, quia suadet & assuet, dicens: ò rex Bocche, Beneceper nomen dignitatis preponit. nam si quem excellentis dignitatis proprio nomine compellaueris, illi contumeliosius uidearis: si uilissimæ abiectionis, ut lenonem aut tortorem, honorificus. Magna læticia est nobis: quo uerbo captat beneuolentiam: cum, i. quando aut quoniam dñi mouere te talenta uirum ut rantiu malles aliquid. i. tandem scis enim ferè ponitur, & à Philopho ponendum in 2. Epistolarum uolumine precipitur: quanquam etiam aliter reperitur. neu. i. neue commaculares te miscendo te optimum homine regem uirum cū Iugurtha pessimo omnium, s. qui uiuunt. Quo dicto callidè ex præcepto rhetorico id regit, quòd ab eo primum desiderat: uidelicet, ut pacem quam bellum malit: & ut bonus aut quàm optimus haberi uelit, simulq; aduersarium deprimit. unde regem attentum etià facit, cum admonet quanti periculi sit cum pessimo homine commiseri (quia id sine contuminatione fieri nequit) et ideo dicit Maculas res: unde à nostris dictum est per adagium: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. & in Psalmo: Qui sancto sanctus eris. Simul. i. et pariter, ò rex Bocche, tu demeres. i. auferres nobis acerbam. i. difficilem & duram necessitudinē. i. compulsionem uolentiam: persequi, pro persequendi: pariter & te errantem. i. deceptum in opinione: & illum, scz Iugurtham sceleratissimum, qui tot scelera cōmissit in filios regis, ut uisum est, & in patriam suam. Et ita captat beneuolentiam à persona Romanorum, cum dicat eos inuitos persequi Bocchum: & à persona Bocchi, cum dicit ipsum non pugnaturum cum Iugurtha, nisi erratē. i. nisi deceptū ab eo: & aliquid quàm sit de Romanis existimantē. Ad hoc, i. insuper dicebat uisum, supple esse pop. Romano iam. i. statim à principio, s. originis facie: inopi. i. cum adhuc esset inops: melius, sup. esse. i. potius: querere. i. acquirere & nancisci amicos, qui ex animo bene uelint: & quam seruos, qui coguntur & metu coercentur: & sup. quòd rati, sup. sint. aut legatū, Ratos. i. dicitur eos ratos uolunt, sup. esse imperitare uolentib; quàm coactis. quia nullum uolentum diuturnum. Verò, pro sed, ò rex: nulla amicitia est, sup. aut fit opportunitur. i. cōuenientior tibi quàm nostra. i. Romanis: ubi priuatis ad regem dicit, Tibi: cum Galli putent ha-

noris esse, si uobis dicant. Primum. i. prima de causis: quòd nos, s. Romani absumus procul. s. à Mauritania: in quo, scz quàm procul absumus, est minimum. i. minima potestatis offensæ. i. læsioni actiue, hoc est lædendi (non enim enere aut exactione eos premere possunt) et gratia. i. beneficentia aut beneuolentia est, sup. par. i. a quæ magna, ac si adfuissemus propè: quia cum longe sit, nihil petant, & facilius partem regni Numidie ei tribuant. Deinde, sup. opportunitissima fuerit tibi amicitia nostra: quòd habemus abundè. i. satis multos: parentes. i. obediētes nobis. q. d. coactos: ut Carthaginenses, Macedones & alios. Sed, sup. satis amici corū neq; fuit nobis neq; cuiquā hominū. Atq; utinā hoc, scz inire pacē cum Romanis placuisset tibi ab initio: profectò. i. reuera tu accepisses ex pop. Romano ad hoc tempus. i. hactenū plura bona, quàm perpeffus es mala. Sed quoniam fortuna. i. inopinatus casus & uentus regit pleraq;: i. plurima rerum humanarum. unde in Catilinariis: Sed profectò fortuna in omni re dominatur. Cui, s. fortuna: placuit te experiri. i. ut tu experieris. q. d. Que coegit te experiri uim. i. uolentiam & compulsionem nostram, quia sæpe uictus fuerat: & ita nimis arguat terret, sicut ab utili prius alluxit: & gratiam. i. beneuolentiam: & beneficentiam nostram, hoc est senatus populiq; Ro. Nunc, quoniam licet per illam. i. quia illa, uidelicet fortuna. q. d. citra meritum tuum hanc conditionē tibi obtulit, ut possis gratiam populi Romani experiri festina atq; perge. i. pro cede & perfice inceptum uim. i. quem admodum incepta sit. q. d. Arripe occasionem: quia

Fronte capillata, post hæc occasio calua est. Et ideo Lucanus: Tolle moras, nōcūt semper differre paratis. Tu ò Bocche, habes multa atq; opportuna. i. accommodata, scz ad reconciliationem seu ad gratia populi Romani inuendandam: quo. i. ideo ut: aut quo. i. qua res, seu per quam res (ponitur autem absolute, nam si relatiuū esset, diceretur Quibus) tu superes. i. superare possis: facilius errata, s. tuac officijs. i. debite munere Romanis impensis. Tacitè autem inuit, quòd postea petiturus est: Iugurtham tradat, per quem & gratiam populi Romani, & partem Numidie adipiscatur. Postremo, ò Bocche, demitte hoc in pectus, i. in animum tuum: pop. Rom. nunquā esse uictum beneficij, q. in Massinissa claruit. Unde tacitè inuitat per auariciā, sciens illū ob partē regni promissā multa fecisset simul rhetoricè in sine duo grauissimè facit, promittit & minatur: addens Tute, i. tu ipse scis: quid, s. populus Ro. ualeat bello, quasi dicat: Ideo tantum de beneficentia eius admonit.

**¶** Pauca uerba huiusmodi locutus. ] Aliter & pauca huiusmodi uerba locutus est. Tuimus rati, & ceter. ] Id enim inquit Livius lib. 8. s. firmisimum longe imperij est, quo obediētes gaudent. Quisquam hominum. ] Aliter: Quisquam omnium. A' principio. ] cum Metellus (ut puto) legatos ad eū misit. nā antea Bocchus Romā miserat fixus et societate petiuit. Placuit. ] Aliter: Cōplacuit.

**¶** Cuius facundia non ætati concessum est. ] & est, non reperitur in manuscriptis. Sic paulo post, Visum: ubi hodie ferè, Visum est. Magna nobis læticia est. ] Hæc series uerborum est in manuscriptis & impressis uentioribus. Simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter & te errantē, et illum sceleratissimum persequi. ] In recentioribus est alterum Et omisium, contra & ueterum codicum fidem, & orationis elegantiam. Porro necessitudinē Sallustius, ut ante ipsum alij quoq; pro necessitate posuit.

CAST.

RIV.

tate posuit. Hoc enim dicit, ne Romanis necessitate imponeres utrumque persequendi; seu, ne inuitos cogeres Romanos persequi & te et Iugurtham. Nam infinitus ille Persequi, pro gerundio ponitur, Graco more. Sic & Terentius in Elycyra, Tempus concedere: & Caesar, Consilium ex urbe profugere dixit, pro, concedendi & profugendi. Sed & Cicero sapē hoc utitur utitur. In quo offensa minimum, gratia par, ac si propē adessent. Perperam codices recentiores, Offensam minimum est. nam hoc uerbum rictus hic subaudiatur, quā exprimitur: neque enim est in manuscriptis. Amicorum nobis neque cuiquam hominum satis fuit. Legendum, Neque nobis neque cuiquam hominum, geminata uidelicet illa particula Neque, ita ut affolet. Sic autem codices habent in pergamentis descripti, Ne quis coniecturam me sequi meam putet. In istdem Omnium legitur, non Hominum. Cui, scilicet complacuit, uim & gratiam nostram te experiri. Fabricianum, Venetum, alia: Cui, scilicet placuit. Quāquam autem apud Terentium legitur, Com

placita est; tamen haud scio, an Complacuit apud illos prima nota scriptores inuenias. Nam bello quid ualeat, tute scis. In plerisque, sed im presic, Quam ualeat: pro, quantum ualeat & posuit. nec scis n. an. scripta. Sed lectio prior mihi non sane minus quam posterior aridet, aut etiam multo magis, ut uerum dicam. In Cicero: Ignari quid uirtus ualeat. Idem: Hoc uerbum quid ualeat, non uident. Bi Heratius: Nescis, quid ualeat nummus. —

Amicorum neque nobis, neque cuiquam hominum satis fuit. Illud prius Neque, sislulit Aldinus codex, non rictus, meo quidem iudicio. Caterum quomodo Sylla Boccho uerē dicere poterat: Atque hoc uimam a principio tibi placisset? Cum superior auctor ita scribat: Bocchus initio huius belli legatos Romā miserat, sed uis amicitiam petiuit: quam rem opportunissimum incēpto bello pauci impediuerant, caci auaricia, queis omnia honesta atque inhonesta uendere mos erat.

GLAR.

\* regnum a Mario tutandum.

Qui legati reno Martē mentionē de societate.

Rati Syllā candidē agere.

Ad ea Bocchus placidē ac benignē simul pauca pro delicto suo uerba facit: se non hostili animo, sed ob regnum tutandum arma cepisse. Nam Numidiā partem, unde Iugurtham expulerit, iure belli suam factam: eam uastari a Mario pati nequiuisse. Præterea misiss antea Romā legatis, repulsam ab amicitia. Cæterum uetera omittere: ac tum, si per Mariū liceret, legatos ad Senatum missurum. Dein copia facta mittendi, animus Barbari ab amicis flexus: quos Iugurtha cognita legatione Syllæ & Manlij, metuens id quod parabatur, donis corruerat. Marius interea exercitū in hybernaculis cōposito, cum expeditis cohortibus & parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsecum turrim regiam, quod Iugurtha perfugas omnes præsidium imposuerat. Tum rursus Bocchus, scilicet seu reputando quæ sibi duobus prælijs euenerant, seu monitus ab alijs amicis, quos incorruptus Iugurtha reliquerat: ex omni copia necessariorum quinque delegit, quorum & fides cognita, & ingenia ualidissima erant. Eos ad Mariū, ac deinde (si placeat) Romam legatos ire iubet: agendarum rerum, & quocumque modo belli componendi licentiam ipsis permittit. Illi maturē ad hyberna Romanorum proficiscuntur. Deinde à Gerulis latronibus in itinere circumuenti, spoliatisque, pauidi, sine decore ad Syllam profugiunt: quem Consul in expeditionem proficiscens, pro Prætorē reliquerat. Eos ille non pro uanis hostibus, ut meriti erant, sed accurate & liberaliter habuit. Quare Barbari & famam Romanorum auariciæ, falsam: & Syllam ob munificentiā in se, amicū rati sunt. Nam etiam tum largitio ignota erat. Nemo munificus putabatur, nisi pariter uolens. dona omnia in benignitate habebantur. igitur quæstori mandata Bocchi patefaciant: simul ab eo petunt, ut futurior consul torque sibi ad sit: copias, fidem, magnitudinem Regis sui, & alia quæ aut utilia, aut beneuolentiæ esse credebant, oratione extollunt. Deinde Sylla omnia pollicito, docti quomodo apud Mariū, item apud Senatum uerba facerēt, circiter dies quadraginta ibidem opperiantur.

BOLDI.

Ad ea Bocchus. Dicit quid responderit Bocchus. Pro delicto suo. Excusando delictum suum. Arma cepisse. i. bellum contra pop. Ro. suscepisse. Suscepi bellum contra. po. Ro. non ut ei iniuriā inferrē, sed ut regnū meū defendere. Nam pati nō potui, Mariū uastare eam partē Numidiæ, quæ iure belli mea erat, iure belli factā suā. Suprà dixit, Iugurthā tertiam partē regni Numidiæ Boccho promississe, si unā secū bellū susceperet cōtra Romanos. Et ideo dicit, partē Numidiæ iure belli factā suā. Præterea. i. dicebat, se esse repulsam ab amicitia, missis antea Romā legatis. Ego antea missi Romā legatos, q. peterēt amicitia po. Ro. sed ab amicitia repulsus sum. Sed omitto uerba. Nunc rursus legatos Romā mittā, si Marius uult.

Caterum. i. dicebat, se omittere uetera. Actum si per Mariū liceret. Id est si Marius uellet. Deinde copia facta. i. f. a Mario. Marius permisit ut Bocchus legatos Romam mitteret: sed Bocchus mutauit sententiā, persuasus ab amicis, quos Iugurtha donis corruerat, postquā intellexit Syllā & Manlij legatos esse missos ad Bocchū, ut eū alienarent a Iugurtha, ei po. Ro. cōciliarent. Animus barbari. i. animus Bocchi mutatus est. Metuens id quod parabatur. i. uidelz metuē ne Bocchus dissiugeretur a se, & cōiugeretur Romanis. Marius interea. Dicit quid fecerit ipse Marius, postquā exercitū in hyberna collocauit. Nō cepit, sed acceptis expeditis cohortibus, ex parte egrat, in solitudine quādā p. rictus est, ad obsidē quādā turrim regiam,

regiam, in qua Iugurtha perfugas homines imposuerat, quæ custodiendæ. Sed Marius hinc turrim capere nō potuit. Composito. i. collocauit. In loca loca. i. loca desertæ. Perfugas homines, præsidium imposuerat. Dixi sape quid sit præsidium, est enim multitudo militum, ad custodiendam alicuius loci posita. Tum rursus, id est Bocchum uerbo sus decessisse mittere legatos ad Mariū, deinde Romanos qui de pace tractarent. Sine decore. i. sine ornatu. Consul. Marius, cum proficisceretur ad obsidē turrim, Syllam pro prætorē reliquerat: cui plena potestatis erat super exercitum, & super totam prouinciā. Eos ille. Dicit Syllam legatos Bocchi liberaliter tracta uisse. Habuit. i. tractauit. Quare barbari. i. fama erat uulgata, quod Romani erant auari. Sed legati barbari tam liberaliter à Sylla tractati, crediderunt falsam esse famam, quæ de Romanis erat, uidelicet quod essent auari. Dona omnia in benignitate habebantur. Si quis donis alicui faciebat, nō putabatur facere hoc per largitionē, uidelicet ut illum corrueret: sed per liberalitatem, uidelicet quia putaret illi dignū esse eo munere. Mandata ea. i. que sibi Bocchus mandauerat: uulgo nōc dicitur cōmissiones. Sylla omnia pollicito. cum Sylla omnia eis esset pollicitus. Ibidē. apud Syllā. erat autē uice Syllæ.

BAD.

Ad ea Bocchus. Compendio tangit responsonem Bocchi: cuius sensum, sed non uerba tangit. Non enim uidetur Latine sciuisse nec Sylla Getulicæ. Nam postea in summis negotijs, quib. si fieri posset, arbitros omnes abesse uelit, per interpretē collocantur sunt. Ordo est: Bocchus facit uerba, id est respondet ad ea, scilicet quæ à Sylla dicebantur placidē ac benignē: simul, id est etiam pauca pro delicto suo, id est pro purgatione delicti, aut secundum magnitudinem delicti: quia eius purgatio longē plura exposcebat, & supple dicit, se cepisse arma, scilicet contra Romanos: (quod tamen artificiose tacetur) non animo hostili, id est inimico: ita ut Romanis male consilium uelit, aut necesse per inuidiam aut maleuolentiā: sed ad tutandum regnum. Et si dicit Sylla: Nullam uim factam regno ipsius, cum non sint flumen, quod eorum regna dirimebat, transgressi Romani: dicit se quoque habere partem Numidiæ, iure belli prius acquisitam: non autem intelligo iure belli. i. promissione Iugurthæ facta in eo bello, licet enim dictum est, quod Iugurtha promiserat illi tertiam partem Numidiæ, si uoti compos euaderet, sine ne regni imminutione: non tamen congrueret huic loco, ut id Bocchus cōfiteatur. sic enī significaret se mercede conductum ad bellum alienum, & uia pro excusatione afferret auariciam suam, odiosissimum malum, quod non procedit. intelligam itaque, antequam Iugurtha illi filiam suā daret, motā fuisse liēm de consin. regni, & partē à Boccho inuasi, illi pro dote ab Iugurtha concessam, propter belli quod ab Romanis metuebat. Unde ordo est: Nam, sup. dicit partē Numidiæ, unde expulerit Iugurthā, factam sup. esse suā iure belli: quia iniussu bello captā eundem captori: & dicit se nequissē pati, scilz æquo animo: eam scilicet partem uastari à Mario. Præterea dicit se repulsam antea. i. priusquam Mariū attentaret (quod et auctor prius confesse est) ab amicitia, scilicet Romano rum, quā per se legitis missis Romam. Caterum. i. sed: sup. dicit se omittere uetera. i. ueteres causas diffusionis tet dicit, si liceret per Mariū. i. Mario nō renuente: se missurum legatos ad senatū. Deinde copia facta. i. Mira breuitate perstringit rem, quia dat intelligere quod Sylla id ab

Mario impetrauit, et Boccho permisit: sed deinde copia, i. plena potestate mittēdi legatos, facta scz per Mariū & Syllā: animi barbari. q. d. ideo quod barbari: flexus sup. est ab amicis, scz Bocchi: nō ueris, sed simulatis. q. d. necessarijs: quos scz amicos Bocchi, Iugurtha corruerat donis, metuē id quod parabatur, scz Bocchi à bello auertionem: hoc legatione Syllæ et Manlij à Mario legatorū cognita, i. rescita ab ipso Iugurtha, qui semper uigil & sollicitus erat. Marius interea. i. Commemorat strenuitatem & acrimoniam ipsius Marij, qui semper aliquid moliebatur ad uincēdum hostē: unde cum exercitum per hyberna composisset, & (ut dicit) distribuisset, ipse non est deditus ocio aut libidini: sed assumptis expeditis cohortibus & parte equitatus, proficiscitur ad turrim regiam expugnandam, in qua Iugurthæ exercitum erat. Reliqui aut Syllam pro prætorē in hybernis. i. a. autē re à Boccho intellecta, ipse diffidens rebus suis & Iugurthinis legatos misit (ut prius cōstituerat) primū ad Mariū: de inde, si placeat, Romam profecturos. Ordo est: Marius interea dum ea ferent per legatos & Bocchum: exercitū composito, id est postquam composuerat exercitum in hybernis, i. in locis in quibus hyemem instantem transigerēt proficiscitur in loca sola. i. desertā, & in solitudine Numidiæ: cum cohortibus, i. parte peditum: expeditis, i. leuis armaturæ: qui expediti. i. onere armorum & sarcinarum liberi ad iter accincti erant: & cum parte equitatus obsecum (supinum est) turrim regiam. i. expeditis: quo. i. in quā Iugurtha imposuerat omnis per fugas: præsidium, id est pro præsidio & custodia. Tum rursus Bocchus. Postquam Bocchus audiuit Mariū obsidē uel le turrim regiam, diffidens rebus Iugurthæ, oratores ad Mariū illuc Romam, si placeret, mittendos misit. In principio autem quidam legunt, Felicitate erga Romanos alij, scilicet. Unde uariis est sensus. prior sic: Bocchus rursus, id est iterum: tum, id est tunc cum Marius turrim obsecum iret: felicitate, sup. se habens erga Romanos: quia nisi sic fecisset, actum fuisset fortassis de regno eius post captam Numidiā. Posterior legendo, scilicet sensus est: Tum Bocchus rursus scilicet, id est scire licet, cur id fecerit: quia existens erga, id est beneuolus in Romanos: aut pro Romanis (Erga enim beneuolentiam dicit) seu, id est siue reputando quæ euenerant sibi duobus prælijs, scilicet male pugnatis à Mauris et Numidijs: seu monitus ab alijs amicis, quos Iugurtha reliquerat incorruptos, scilz pecunia & donis alijs delegit, id est seorsum legit ex omni copia, id est multitudine necessariorum quinque, scz necessarios, id est sanguine aut affinitate cōuinctos: quorū & i. simul fides cognita, id est perspecta, sup. erat, & ingenia erant ualidissima. iubet eos, scilicet quinque ire legatos. i. oratores & caduceatores, quos Ambasiatores uocant, ad Mariū: & deinde, si placeat, scilicet Mariū ire Romā: & permittit, sup. eis licentiam, id est liberam auctoritatē rerum agendarum, id est tractandarum, & pacio componendarum: & belli componendi, id est finendi: quocūque modo, id est pacto interueniente, illi, scilicet quinque proficiscuntur maturē, id est citō: cum maturitate tamen ad hyberna Romanorum, id est ubi Romani hyemem agbant: deinde ipsi circumuenti, id est deprebenti et capti à latronibus, id est latentibus prædatoribus Getulis, id est in Getulia ortis aut grassantibus: et spoliati, scilicet uestibus & iaticis: profugiunt ad Syllam, existentes pauidi, id est ad huc pauentibus similes: & sine decore, id est ornatu

aut apparere legatis dicitur: quos Syllam consul, Mar-  
 nus: profectum in expeditione. i. expeditionem obsequio  
 rem curis regis: reliqua. i. in hybernis: pro praetore,  
 i. loco praetoris, ut de his imparetur: us acceret. Il-  
 le, Sylla: habuit, hoc est: tractavit eos. Mauros à Bo-  
 cho missos: nō pro uanis, mendacibus & incedantibus  
 hostibus: ut, i. quasi admodum inimici erant: sed accurate,  
 i. cum summa cura: & liberaliter, hoc est: benefici. Qua  
 re, i. per quā rem: barbari, i. Mauri rati sunt: & simul:  
 famā auaricia, i. quae erat de auaricia Romanorū diffusa  
 per Iugurthas, & eius populares, esse fallam: & simul  
 Syllā esse amicum: in, i. erga sese: ob munificentia. i. colla-  
 tionē beneficiorū & numerum: quia ornamenta & uti-  
 licum illis dono dedit. Nam largitio, i. captiosa donatio  
 sine amicitia ad captandam & insecandam: facta erat  
 etiam, id est: adhuc: tum, i. tunc temporis: ignota multi,  
 sed creditibus neminem largiri, nisi idem amicus sit. Et  
 nemo putabatur esse munificus, nisi pariter, hoc est: simul  
 esset uolens, id est: beneuolus: & ita omnia dona habe-  
 bantur, id est: estimabantur in benignitate, scilicet repo-  
 nenda aut facta. Igitur patet factum quae stori, scilicet Syl-  
 lae mandata, hoc est: commissiones Bocchi: simul petunt  
 ab eo, uti adit sibi fautor & consulor, i. consiliator: &  
 extollit oratione copios, fidem, magnitudinem regis sui,  
 scilicet Bocchi, & alia quae credebant esse utilia: aut be-  
 neuolentia, id est: pertinere ad beneuolentiam. Deim, i.  
 deinde Sylla pollicito, id est: postquam Sylla pollicitus e-  
 rat, & promiserat omnia: quae scilicet petuerant: & do-  
 dit, scilicet: Sylla quomodo faceret uerba apud Mariū:  
 & item, id est: similiter apud Senatum, scilicet Romanū,  
 si eō mitterentur à Mario. opperiantur, id est: expectant,  
 supple Mariū ibidem, i. in hybernis Vitica apud Syllam  
 circiter quadraginta dies.

CAST. Copia facta mittendi. Tollatur uerbum Mittēdi.  
 non enim in antiquis codicibus reperitur. Licentiam.]  
 potestatis. Tacitus lib. 1. Cur uenisset, neq; augendis mili-  
 tum stipendijs, neq; aduandis laboribus, deniq; nulla bene-  
 facienda licentia: & lib. 4. Statuerent, ut uellent, data  
 etiā absoluerent licentia. Quare non est, cur miretur Be-  
 rasimus, quod à Iulius Capitolinus dixerit, Petijt, ut sibi da-  
 ret licentiam contendendi cum ijs qui, &c. Pro uanis  
 hostibus.] Quippe legati regis erant, qui copia facta mit-  
 tendi legatos ad Senatum, uti postulauerat, stexus ab ami-  
 cis statim eos (sic enim par erat) minime miserat. Om-  
 nia pollicitus.] Legitur in antiquis libris: Osa pollicito.

RI V. Marius interea exercitum in hybernaculis cōposito.]  
 Sic & codex in mōrana descriptus, & exemplar Bero-  
 aldini. Verum est in alijs, Hybernis: quāquā eodē sen-  
 su. Eos ad Mariū, ac deinde si placeat Romā.] Legendum,  
 Deim: quod perperitū Sallustio. Vi meriti erant.]  
 Legendū, Vt: quomodo & alijs ferē. Nā illa mox ibi-

Marius ubi confecto negotio, quō intenderat, Cirtham redijt, de aduentu legatoꝝ  
 certior factus: illos & Syllam ad se Viticam uenire iubet, item Lucium Belliginum prę-  
 torem: praeterea omnes undiq; Senatorij ordinis, quibus cum mandata Bocchi cogno-  
 scit. quibus mandatis, legatis potestas Romam eundi fit. ab Consule interea in duciā  
 postulabantur. Ea Sylla & pleriq; placuere: pauci uerō ferocius decernunt, scilicet i-  
 gnari rerum humanarum, quae fluxae & mobiles, saepius in aduersa mutantur. Cate-  
 rum Mauri impetratis omnibus, tres Romam profecti sunt cum C. Octauiο Rufone,  
 qui quæstor stipendium in Africam portauerat. Duo ad Regem redeunt. Ex his Boc-  
 chus cum cætera, cum maximē benignitate & studio Syllae lubens accepit. Romae

quoque

dem, operarū incuria cōmissa sunt, Romā Romanorū a-  
 uaricia fallam, profectus, ut namq; in uetustis est. Et,  
 i. citam non largitio multis ignota erat. pro, etiā tum,  
 ut antiqua codices habent. In sese amicum rati sunt.]  
 ri sunt, nō est in omnibus manserunt, nec in codice Be-  
 roaldino. Deinde Sylla omnia pollicito. Manserunt  
 pti quidem Fabricij nihil hic habet. Nam plurima in hoc  
 loco desunt, si in alijs est, Deim Sulla, &c.

¶ Animus barbari ab amicis flexus. Quomodo Ele-  
 xus, & ad quē flexus, non narratur. Credo Parascen  
 esse ad sequentem, quae ad finē huius historie est, Bocchi  
 uacillationē. Deinde nō ita multo post: Belli cōponendi  
 licentiā ipsi permittit. Vide ut accepit uocē Licē am.  
 Eadus pro libera eubortate exponit, quae etiā licentia  
 dici al quo pacto potuit. Eos ille non pro uanis hosti-  
 bus, uti meriti erant.] Quid uerō merere legatis à Re-  
 gē nisi, apud quem ipse Sylla paulo ante locutus, placidum  
 ab eo responsum accepit Continuo post: Quare, sepe  
 tis dictionibus, non una legendū. Rursus paulo post: Nam  
 etiam tum largitio multis ignota erat. Aldinus codex pro  
 Tum, habet Non: quod ego haud intelligo, nec alij codi-  
 ces habent. Ceterum Syllam quæstorem semper uocat,  
 etiam si paulo ante pro Praetore à Mario relictus dica-  
 tur. Deim Sylla omnia pollicitus.] Pollicitus in Polli-  
 cito mutauit codex Aldinus, quod placet. Mox: Marius  
 ubi confecto negotio: alij in se facta legunt, quae contrarie  
 us ex hoc auctore solui non potest. Aliqui aliud hic Le-  
 florem meritō moratur, ubi nam Sylla fuerit, quando  
 Bocchi regis Legati à Numidijs circumuenit, spoliatus;  
 ad eum uenerunt, Viticae, in Cirthā? Nihil quidem ui-  
 detur Cirthā fuisse, quippe Marius eum illic pro Prae-  
 tore reliquerat. Verum quo p. Eo Marius sic Syllam ad se  
 Viticam uocat? Quare pro meliori uerbo: in euenisse  
 intelligere Syllam interea, dum Marius profectus est ob-  
 sessum regiam urbem, à Cirthā Viticam concessisse, Ma-  
 rium autem Cirtham recessisse, ac cunctis, quibus cum con-  
 cilium habere constituerit, Cirtham ad se uocasse. Itaq;  
 & Sallustij locū ita legendū: Marius ubi confecto nego-  
 cio, quō intenderat, Cirtham redijt: de aduentu Legatorum  
 certior factus, illos & Syllā ad se uenire iubet, utens; L.  
 Belligerū praetorem ab Vitica. Nam ita alter uetus illic co-  
 dex habebat. Rursus, sequentia ita legenda censet: Prae-  
 terea oēs undiq; Senatorij ordinis, quibus cum mandata  
 Bocchi cognoscit. Legatis potestas eundi Romam fit ab  
 C. O. S. Inter ea inducie postulabatur. Ita habet codices,  
 quāquā non oēs omnia, sed singuli tamen aliquid ad ple-  
 nam sectionē eueniendā profuerunt. Duo itaq; regis erūt in-  
 sulata: alteri de legatis in uicinis Romā, alteri de inducijs  
 interea dādis, de quibus nunc cōsultatur. Sicut igitur Ea,  
 siue Bæ legas, nihil refert. Ea, n. refert postulata: &  
 inducie: Nā Legatis potestis eundi Romā iam facta erat.

GLAR.

B

C

A quoque legatis eius, postquam errasse Regem, & Iugurthae scelere lapsum \* deprecari  
 sunt, amicitiam & foedus petentibus, hoc modo respondetur: Senarus & populus Ro-  
 manus benefici & iniuriarū memor esse solet. Ceterum Boccho, quoniam peniter, deli-  
 cti gratia facit: foedus & amicitia dabuntur, cum promuerit. Quibus rebus cognitis,  
 Bocchus per literas à Mario petiuit, uti Syllam ad se mitteret, cuius arbitratu de com-  
 muni bus negotijs consulere tur. Is missus cum praesidio equitum atque peditum, fun-  
 ditorum, \* balcariorumq;. Praeterea sagittarij, & cohors Peligna cum uelitaribus armis,  
 itineris properandi causa, neque his secus atque alijs armis aduersus tela hostium  
 (quod ea leuia sunt) muniti erāt. Sed in itinere quinto deniq; die Volux, filius Bocchi,  
 repente in campis patentibus cura mille non amplius equitibus sese ostendit: qui ce-  
 mere & effugere euntes, Syllae alijsq; omnibus & numerum ampliore uero, & hostium  
 metum efficiebant. Igitur se quilibet expedire, arma atque tela tentare, intendere, timor  
 aliquantus, sed ipse amplior, quippe uictoribus, & aduersum eos quos saepe uicerant.  
 Interim equites exploratum praemissi, rem (uti erat) quietam nunciant. Volux adue-  
 niens, quæstorē appellat: dicitq; se à patre Boccho obuiū illi simul & praesidio missum.  
 Deinde per eum & proximum diem sine metu coniuncti eunt.

SOLDI.

¶ Marius.] Ordo est: Marius iubet & illos & Syl-  
 lam uenire ab Vitica, postquam uenit Cirtham infecto nego-  
 cio, quō intenderat: & postquam esset factus certior de  
 aduentu legatorum. Scitis patet. Infecto negotio.]  
 quia turrim regiam capere non potuit. Item L. Bellige-  
 num praetorem.] Omnes senatorij ordinis, scilicet uenire  
 iubet ad se Cirtham. Dixit antea, quōd consuetudo fuit,  
 ut consul conuocaret principes exercitus, et uiros ordinis  
 senatorij, cum aliquid graue atque arduū quæstione,  
 erat: ueluti si deditorū suscipienda esset, uel pax cum hoste  
 faciendā, uel tale aliquid. Quibus cum.] Id est, cum  
 quibus Marius uocatis ad se, Sylla quæstore, & L. Bellige-  
 no praetore, & omnibus uiris ordinis senatorij, qui erant  
 in exercitu, cum his simul legatos Bocchi aduēit, & co-  
 gnouit ea quae petebat Bocchus: & de consilio corā per-  
 missi atque concessit, ut legati Romam ad senatum profi-  
 ciscerentur. Ex quoque legatis tres Romā profecti sunt,  
 duo ad Bocchum redierunt. Mandata Bocchi.] Id est  
 petitionem Bocchi. Romaeq;.] Dicit quid fecerint lega-  
 ti Bocchi, postquam Romam uenerunt, confessi sunt re-  
 gem errasse, scelere Iugurthae inductum. Et ita culpam  
 delicti à rege remouentes, in Iugurtham transferbant.  
 Deprecari sunt.] id est confessi sunt. noua significatio  
 notanda est. Alibi deprecari, est amoliri, depellere, propul-  
 sare. unde hoc loco dicit Deprecari: quia licet delicti  
 confiterentur, tamen culpam delicti depellere ab rege,  
 & eam in Iugurtham transferre. Ceterum Boc-  
 cho facti gratiam.] id est ignoscit. Is missus.] scilicet  
 est. Peditum funditorum.] Funditores, qui funda pu-  
 gnant. Balstariorum.] Balistae sunt saxa maiora, &  
 grauiora, unde Balistarij dicitur. Cohors Peligna.]  
 Peligni populi sunt Latini. Lucullus Volcorum rex ne-  
 potes habuit Pacinum, & quo Pacinum: & Peliculum,  
 à quo Peligni, singuli populi Latinorum auxilia mitte-  
 bant ad bella, quae populi Romanus gerebat: Peligni ergo  
 cohortem una miserant. Cum uelitaribus armis.] id  
 est cum armis leuioribus, quibus uelites uiuntur. Nam ue-  
 lites dicuntur milites leuis armaturae, qui grauius armis  
 impediti non sunt, sed expediti, leuibus armis utuntur:  
 dicuntur uelites, quasi uoluitantes. Ergo cohors Peligna,  
 ut expeditior esset ad iter propeandum, uelitaribus ar-  
 mis nunc usā est. Neq; his secus atque alijs armis aduer-  
 sus tela hostium, quod ea leuia sunt, muniti erant.] His (in-  
 quit) armis uelitaribus ita muniti erant, sicut alijs armis

aduersus tela hostium, quia leuia sunt arma uelitaria, ido-  
 nea sunt contra tela Maurorum: quia tela leuia sunt. Neq;  
 secus, i. non aliter. Atque.] pro quam. Effugit.]  
 sparsim, sine ordine. Syllae alijsq; omnibus.] Sylla & o-  
 mnes alijs existimabant, illos mille equites esse multo plu-  
 res, & putabāt esse hostes. Sed Volux missus erat à patre  
 Boccho obuiam Syllae: & etiam ut praesidio eius tutior  
 esset Sylla. Igitur.] quia putabant eos esse hostes. Spes  
 amplior.] quia maior erat spes quādam metus. Quip-  
 pe uictoribus.] i. erat. nam Romani uictores saepe fuerant,  
 & saepe uicerant Iugurtham & Bocchum. Primum  
 & proximum diem.] i. primum & secundum diem.

¶ Marius postquam infecto. i. nō facto negotio: quō-  
 i. in quod intenderat, scilicet animum & projectionē suam,  
 uidelicet ad expugnandam turrim regiam, redijt Cirthā:  
 & hoc est simul factus est certior de aduentu legatorū:  
 & iubet illos & Syllam uenire ab Vitica, ubi hyberna e-  
 rant. Itemq;. i. & similiter ad se uenire iubet L. Belligerū  
 praetorē: prae ter ea. i. et praeter eum iubet omnes Senatorij  
 ordinis, i. patricios, sup. uenire ad se: undiq;. i. ex omni par-  
 te, ubi hybernabant: quibus cum. i. cū quib. cognoscit. i. au-  
 dit mādā Bocchi. In quib. i. in quibus, s. rebus: potestas  
 eundi Romā sit. i. decernitur: legatis, s. Bocchi uendi. i. ut  
 eant Romā: et inducie. i. intermissiones belli postulantur  
 interea, s. dū Romā proficiscitur: ab cōsule. i. a Mario con-  
 cedendas. Ea, s. quae postulabatur, aut si legendū est, Ea, s.  
 inducie: placuere Syllae, & plerisque. i. plurimis alijs pa-  
 tricij: pauci, s. ex patricijs decernunt ferocius. Legendū. i.  
 nihil de bello remittendū, immo fortius instandū, existētia  
 tes ignari rerum humanarū: quae fluxae. i. caducae seu de-  
 fluentes: et mobiles (quod quidā textus nō habet) mutantur  
 semper in aduersā. i. in deteriorā (quia fortuna nullis  
 est perpetuo bona.) Ceterum. i. sed: Mauri oibus rebus, s.  
 quis peteret impetratis, s. a cōsule. hoc est, et potestate eun-  
 di Romā, et inducijs interea habēdis, tres, s. ex eis (dicere  
 potuisset Maurorū tres) profecti sunt Romā cū C. Octa-  
 uio Rufone: g. existens quæstor. i. receptor, aut (ut uulgō di-  
 cit) argentiarius publicus: portauerat in Aphyricā stipendiū. i.  
 mercedē militantiū: & duo, sup. eorū redeunt ad regē, s. z  
 Bocchū, nunciaturi quae acta essent, et inducijs agendas,  
 Bocchus accepit ex his, s. legatis duob. ad se reuerti libē-  
 s. libēter & cū uoluptate: cū cætera. i. cū ita sit, q. ceterat  
 tū maximē, suerum est q. accepit libens benignitate. i. ste-  
 mētia Syllae, qui inopib. et oīm egenis ita succurrit: et s. stu-  
 diū.

\* deplorati sunt  
Bellū continuat.

\* alia Bellista-  
riorum.

B. A. D.

Q. 3. diūm.

dum: i. studiosissimū efficiat: ac favore Syllae. Et respondetur Romae. s. ad Senatum legibus eius. Bocchi: petentibus scedis & amicitiis, s. populi Rom. postquam sunt deprecati (quidam textus habent Deplorati: sed non procedit, cum Deploraverunt debeat dici) i. precibus ostēdere conatū regem. s. 3 suum Bocchum errasse, & ita non usum malevolentis: & lapsum, s. in errorem: scelere. i. per selestam ind. Etionem Iugurthae (Deprecari enim, proprie est precari, ne culpa pro factō cōfiteatur: aut ne quod fiat, precibus implorare) respondetur inquam, hoc modo: Senatus & populus Romanus solet esse memor beneficij et iniuriæ: ceterum facit Boccho gratiam. i. veniam delicti: quoniam pœnitet, s. eum delicti: iudicij & amicitia dabuntur, s. et cum meruerit. quæ si dicitur, nondum meruisse. Quis rebus cognitis. ] Postquā Bocchus ea quæ in senatu Romano de se decreta erant intellexerat, statim Syllam à Mario petijt ad se mitti, ut eum eo de re cōmuni disciparet. quam rem Marius non grauatim fecit, & Sylla nihil legatione sumēctus est: quia Iugurthā dolo Bocchi interceptum, secum unctum reduecit ad Marium: p̄rum tamen abijt, quin in itinere ab Iugurtha caperetur, & quin in castris Bocchi ab eo prodiretur. Unde uerum est illud quod à Gomico dicitur, Præclarum factus non fieri sine magno periculo. Et uidere est, quā exiguâ sit apud mortales fides, nam Iugurtha ab eo quē sibi p̄ se fidio delegerat, traditus est. Ordo autem est: Quis. i. quibus rebus, s. actis & responsis Romæ cognitis, s. 3 Boccho. Bocchus petiuit à Mario per literas: uti. i. ut mitteret Syllam ad se. Cuius, s. Syllæ arbitratu. i. libero iudicio consulere. i. cōsultare de negocijs communibus, i. ad communem utilitatem spectantibus. Is, s. Sylla missus, supple est cum præsidio. i. custodia equitum atque pedum: item. i. & similiter funditorum & balistariorū. i. emittentium è tormentis iacula aut lapides. Præterea. i. præter dictos iere, s. 3 cum Syllae sagittarij. i. qui utuntur arcu & cobors Peligna. i. Latinorum illorum: cum armis uelutarijs. i. leuib, quibus uelites uti solent: causa itineris properandi. i. festinandi. Neque erant muniti scens, i. aliter: his, s. armis uelutarijs: atq. i. quā alijs armis aduersum tela hostium quod. i. quia ea. s. tela illorū hostium sunt leuia: & ita quia non inferebant magnam um, poterāt illis leuib armis resistere. Sed Velox, filius Boc. hi. ostendit repente, se cum mille equitibus non amplius in itinere: denique. i. tandem quinto die, postquam profecti fuerant: in campis patentibus. i. planis: qui, scilz equites Voluctis cuntes temere. i. sine ordine: & effuse. i. dispersim efficiebant Syllae & alijs omnibus. s. Romanis: & .i. simul numerum ampliore. hoc est, opinionem de ampliore numero quā de millenario: & meum hostilem, hoc est qualem hostis subitū usus afferre solet. Igitur quisquam, s. Romanorum expedire. i. expediebat se, hoc est reiecit ab impedimēta bellandi, ut facinus aut uestes: & tentare, hoc est tentabant. i. disponebant ad bellū experiendo, quomodo eis uenturū arma, s. ad defensionē, & tela ad inuasionem: intendere. i. intendebant, s. 3 animos ad concursum: timor, supple erat aliquantus. i. satis magnus: sed spes, supple erat amplior: quippe. i. ut ipse ipis uictoribus, & aduersum eos quos uicerant s̄pe. In terim. i. dum se Romani sic ad pugnam accingerent: quietes, s. Romani: pramissi explorarum. i. ad explorandum, aut alicubi laterent insidiae, nuntiant, scilz reuersi: rem quietam. i. tranquillam: uti. i. quomadmodum erat. Vo-

lux, filius Bocchi: adueniens, s. 3 ad Romanos appellat, i. A scorsum uocat & nominat quæstorum, s. 3 Syllam: & dicit se missum à Boccho patre, s. 3 suo obuiam illi: honorificentia, uidelicet gratia. & simul dicit se missum illi p̄ se sidio. i. ad præsidium & defensionem, s. quæ fortē hostiū occurrat. Deinde Velox & Sylla, & comites utriusque eunt coniuncti per eum diem, s. 3 quo Volux adueniat: & supple per diem proximum. i. proxime subsicunt: sine metu, hoc est timore de occurso alicuius hostis. Et bene dicit, Per eam et proximū diem: quia statim finito die Iugurtha usus, metu mulit, ut sequētia operum decēbit. ¶ Confecto negotio. ] Pleraque uetera exemplaria habent: ut. Et negotio. Illos & Syllam ad se Vitam uenire iubet. ] In nostris manuscriptis locus hic manifeste corruptus. ita enim illi habent: Illosq. & Syllam ab Vtica uenire iubet. præter enim prætorum codicum auctōritatem, sunt etiam rationes, quibus banc esse synceram lectionem confirmare possemus. L. Belligerum. ] Aliiter: L. Bellienum. que lectio non displicet. Ius fortē pater L. Bellienus, de quo Cicero Phil. 2. mentionem fecit. legitur etiam in excusis quibusdam libris, L. Belliginum. Studium Syllæ accepit. ] Aliiter: Studium Syllæ libens accepit. Postquam errore regem, & Iugurthæ scelere lapsam deprecati sunt. ] Quidam ita legere malunt: Postquam errasse regem, & Iugurthæ scelere lapsum deplorati sunt. pro, Deplorauerunt, i. conquisiti sunt: antiquo more. nec tamē id ueteris cuiusquā auctōritate comprobatur, nihil enim probat, cum dicit, ueteres usi sunt in eadē significatione Populo & populor. reuerto & reuertor, ergo usi sunt de ploro & deploror. in uno ex nostris manuscriptis ita legitur: Romæq. legati postquam dixerunt errasse regem, & Iugurthæ scelere lapsum deprecati sunt. quæ uera est, meo iudicio, & incorrupta lectio: ut sit & Iugurthæ scelere lapsum deprecati sunt, eadem dicendi forma satis apud bonos auctores frequens, quæ uoluit Cicero sapissimè, & præsertim Epistolarum familiarum lib. 4. ad Marcellum: Hic te unius sollicitudines, unius etiam multa & assidue lachrymæ C. Marcelli fratris optimi deprecantur. & contra Rullum oratione 2. Sic si quid deliquero, mille sunt imagines, quæ me à uobis deprecantur. Funditorum Baleariorum. ] Aliiter: Funditorumq. Balearium, & sanæ rēctus. Caesar de Bello Gallico lib. 2. Funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Plin. Nat. hist. lib. 3. cap. 5. scribit, Baleares insulas fuisse bellicisus fundæ. nec mirum. ea enim (ut uult Seruius) ibi reperita est. Plin. tamen & Strabo non solum à Seruio, sed etiam inter se dissentiunt. hic enim fundam ab Arabi, ille uerò à Phoenicibus inuētam scribit. Præterea sagittarij. ] Aliiter: Præterea iere sagittarij, sed si uerbum iere omittas, necesse est ut subaudiatur, Nisi sunt. ¶ Illos & Syllam uenire iubet. ] Legendum è ueterioribus, Illosq. & Syllam: quomodo ferè bistoricis. Postquam errasse regem, et Iugurthæ scelere lapsum deprecati sunt. Ita Veneto, Beroldino, ceterisq. ueterioribus, Deplorati sunt: pro eo quod est, Conquisiti sunt. ut sit antiquo more dictum. ita & alijs Sallustius Comperior, pro comperio dicit: punior Cicero, pro punio. Cuiusmodi apud eundem Assentire & essentiri, reuertere & reuertir, impertire & impertiri, remunerari & remunerari, elucubrare & elucubrari. Et quæ Fabius seruauit, Luxurior luxurio, fluctuor fluctuo, quæ utroq. modo

C.A.S.T.

B

C

R.I.V.

A modo efferri testatur lib. 9. capite de Figuris uerborum. Lilius 10. Dec. 4. Celiberi parumper incertis animis fluctuati sunt, inquit. Cicero ferè altero uitur. Quin & cōmunicor Lilius pro comminatio dixit, 4. ab V. C. Nec ad uerfarum rerum querere socios, cum quibus spem integram communicati non sint. pro, Non cōmunicauerint. Sed & Gellius Fæmoror fanero, pignuro & pignero di ei eodem significatione annotauit. Quemadmodum Priscianus, Populo populor, bello bellor, merco mereor, atq. hoc genus alia. Suetonius quoq. in Augusto, Multatus est, pro multatus dixit, impertiri Terentius, pro impertire. Talia sexcenta ferè ab antiquis Grammaticis recensentur. Nihil quidem certe sensus ipse repudiare uulgatā lectionem uidetur. Neque quiquam unquam se est quod sciam) locum, deprecari aliquem errasse, & alterius scelere lapsam: sed deplorare potius, & conueni. Nisi quis forte uolentiam aliquam comminisci & afferre interpretationem uelit. ut, Postquam regis errorem excusauerunt, et culpam omnem in Iugurthæ scelus auerterunt. uel, Postquam bac usi deprecatione sunt, ut & errorem fatentur atq. agnoscerent regis, & culpam in Iugurtham conferrent. Nam sic ferè deprecantur: Errauit, lapsus est, temere fecit, pœnitet. Hac atque talia perfacile quis comminisci possit. Expendat qui uolet hunc locum diligenter, & si cuius modo in literis iudicij est, uersimilem esse coniecturam nostrā fatebitur. Quin & in manuscripto quodam est in spacio, quod uerfus dirimit supra scriptū, uel Deplorati sunt: unde propemodum colligo, locum esse deprauiatum. Præterea iere sagittarij, & cobors Peligna. ] It iere, peperam est in Gymnicō omiffum, quum sit in manuscriptis atq. impressis uetustioribus. Neque

his fecus atque alijs armis aduersus tela hostium, quod ea leuia sunt, muniti erant. ] Iti Erant, non est in illo manuscripto, ac citra detrimentum sensus abesse poterit. Idem ne Beroldinum quidem habet. Timor aliquantus, sed spes amplior, quippe uictoribus aduersum eos quos sepe uicerant pugnatū. ] In Veneto ceterisq. uetustioribus est, Quippe uictoribus, & aduersum eos quos sepe uicerant: addita uidelicet illa Et copula, omiffosq. participio Pugnatū. id quod perperam est in recentioribus additum, quum non sit in manuscriptis. Fuit credo, qui non habita ratione breuiloquentiæ Sallustianæ, deesse aliquid suspicaretur. Is de suo forsitan participium addidit, ad sensum absolendum, quem imperfectum esse putaret. Id alijs quoque factum, non raro est à nobis animaduersum, & interdum annotatum. ¶ C. Octauio Rufone. ] Cui habent ueteres codices: Paulo post: Studium Syllæ libens accepit. Mirum quare Libens, omiffum in Aldino codice. Mox: Ceterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit: incerta distinctio est in Delicti. ad utrumque enim referri potest, Pœnitet delicti, & gratiam delicti facit: plusculum gratia habet ad sequens relatum, mi iudicio fallar. Is missus cum præsidio equitum atque pedum. ] Mirum hic Syllam cum præsidio mitti, qui antea cum A. Manlio apud eundem regem fuerat, nulla præsidij facta mentione. An quia tum recens facta strages Iugurtham cohiebat, quæ nunc non cohiebat: Sed & illud Funditorum Baleariorum, non in scriptis dictum est. Continuo post: Præterea iere sagittarij. Aldinum codex omiffit iere uerbum, temere meo quidem iudicio.

GLAR.

Post ubi castra locata, & diei uesper erat, repente Maurus incerto uultu pauens ad Syllam accurrit: dicitq. sibi à speculatoribus cognitum, Iugurtham haud procul abesse: simul uti noctu clam secum profugeret, rogat atque hortatur. Ille animo feroci negat, se totiens fufum Numidam pertimescere, uirtuti suorum satis credere: etiam si certa pestis adesset, mansurum potius, quā proditis quos ducebat, turpi fuga incertæ, ac forsitan post paulò interitura morbo uitæ parceret. Ceterum ab eodem monitus uti noctu proficisceretur, consilium approbat: ac statim milites cōnatos esse in castris, ignesque quā creberimos fieri, deinde prima uigilia silentio egredi iubet. Iamq. nocturno itinere felsis omnibus, Sylla pariter cum ortu solis castra metabatur: quum equites Mauri nuntiant, Iugurtham circiter duum millium interuallo ante eos consedisse. Quod postquam auditum est, tum uerò ingens metus nostros inuadit: credere se proditos à Voluce, & insidij circumuentos. Ac fure qui dicerent, manu undecandandum, neq. apud illum tantum scelus inultum relinquendum. At Sylla, quamquam eadem existimabat, tamen ab iniuriā Maurum prohibet: suos hortatur, uti fortem animum gererent. Sæpe antea paucis strenuis aduersus multitudinem bene pugnatum. quanto sibi in prælio minus p̄percissent, tanto tutiores fore. nec decere, quem manus armauerit, ab inermibus pedibus auxilium petere: in maximo metu nudum & cæcum corpus ad hostes uertere. Deinde Volucem, quoniam hostilia faceret, Ionem maximum obtelstans, ut sceleris atque perfidiæ Bocchi testis adesset, castris abire iubet. Ille lachrymans orare ne ea crederet: nihil dolo factum, at magis caliditate Iugurthæ, cui uidelicet speculanti iter suum cognitum esset. Ceterum, quoniam ingentem multitudinem non haberet, & spes opesque eius omnes ex patre suo penderent: crederet illum nihil ausurum palam, cum ipse filius testis adesset. Quare optimum factū uideri sibi, per media eius castra palam transire: sese uel præmissis, uel ibidem relicis Mauris, cum Sylla solum iturum. Ea res (uti in tali negotio solet) probata, ac statim profecti. Quia de improviso accesserant, dubio atque hæsitante Iugurthæ, incolumes transiunt.

Potius Boccho legendum.

¶ Post

¶ Post ubi castra locata. ] s. sunt. Vesper diei. ] i. ultima pars diei. Mauris. ] s. Volux. Incerto. ] i. mo bili & instabili uultu, quia in uulso colore mutabat. Pre timore pauens. ] i. timens. Et statim causam timor is subiungit. Animo feroci. ] i. impauido, audaci, forti. Rufum. ] i. frachum, fugatum & pulsam. Numidam. ] s. Iugurtham. Satis credere dicebat. ] i. satis con fidere. Nam credere, significat confidere. Virg. in Bucol.

O formose puer, nimium ne crede colori. Et si certa pestis adesset, mansurum potius, quam pro dit is quos ducebat, turpi fuga incertae, ac forsitan paulo post morbo interiurae uitae parceret. Sylla dicebat: Non timeo Iugurtham totiens uictum, & satis confido uirtuti meorum milium; sed si etiam certus essem, me cum meis in pugna interficiendum esse, fugere non uolo: sed uolo manere potius, & mori, quam turpiter fugere, & uitam seruare, quae uita forsitan paulo post morbo interibit.

Si certa pestis. ] i. certa mors. Ordo est: Et dicebat se po tium mansurum, si certa pestis adesset, quam ut parceret uitae incertae: ac si forsitan paulo post interiuro morbo, dico parceret. Turpi fuga. ] id est per turpem fugam. Proditus. ] quos ducebat. Ac si diceret: Melius est, & uo lo potius manere, & gloriose mori, quam turpiter fuge re, & uitam seruare. Proditus quos ducebat. ] Si Sylla fugisset, prodidisset eos quos secum ducebat: quia ostende rat eis fugiturum ad Bocchum. Quam incerta uitae par ceret. ] i. uitam incertam seruaret: uita autem incerta est, quia nemo securus est de uita sua, Ceterum ab eo mensi um Sylla, parere uoluit Volucis, suadenti ut fugerent: quia turpe erat fugere. sed paruit ei, suadenti ut noctu profi ciceretur: quia hoc consilium utile erat. Prima uigilia. ] id est prima hora noctis. Iamque nocturno itinere. ] Sylla cum Voluce simul tota nocte iter fecit, & in ortu solis castra locauit. Tum equites Volucis qui praebi ant, nuntiant Iugurtham ante eum castra posuisse circi ter duorum milium intervallo. Hoc audito, Romani cre diderunt se proditos esse a Voluce. Et fuerunt qui dice rent, Volucem tanquam proditorem interficiendum esse. Sed Sylla prohibuit hoc fieri. Credere. ] pro crede bant. Quamquam existimabant idem. ] nam etiam Sylla credebat se a Voluce proditum esse. Quamquam sibi in prae lio minus peperissent, tamen tutiores fore. ] O milites, qua to uobis minus in praelio parceris, i. quanto magis pugnabi tis, tanto tutiores eritis. Parcere sibi in praelio, est pugnare nolle. Neque quinquam decere qui manus armauerit ab inermibus pedibus auxiliu petere. ] i. no decere urum ar matum fugere. Nam petere auxiliu a pedibus, nihil aliud est, nisi fugere. In maximo metu nudu & cacum corpus ad hostes uertere. ] & dicebat, no decere in maximo me tu uertere midu, & caech corpus ad hostes, i. contra hostes. O milites, no decet uirtu armatum fugere: sed in maximo metu decet no solum armatu, sed etiã corpus inerme in ho stem uertere. Nudu corpus, ] i. inerme. & ita intendit argumentu. In maximo metu decet corpus inerme contra hostes uertere, quanto magis uos armatos decet ire contra hostes, & no fugere: Tota. n. intentio Sylla est, hortari mi lites, & persuadere eis ut no fugiant, sed forti animo sint. Caech. ] i. preceptu ad pugnã, ut de fuga no cogitet. De inde Voluce. ] Ordo est: Deinde Sylla obtestatus Iouem maximi, ut adesset testis sceleris & perfidia. Bocchi. ] iubet Volucem abire ex castris, quoniam fecerat hostilia. Sylla credidit se esse proditum a Voluce, Boccho patre

pos. Sylla differuit, id est discrete respondit: ad ea, scilicet uerba Bocchi pro se, id est pro ea parte quae respiciebat commodum priuatum & beneuolentiam, quam Bocchus ostenderat breuiter & modice quasi dicit, parca & modeste: & differuit de pace et de rebus communibus: mulis, supple uerbis. Denique patefecit regi: sententiam & populam Romanam (quoniam ualuisse amplius armis, id est quoniam potentiores in bello fuissent: non habiturum) quod antequam dicitur. nam ut Aul. Gellius late docet, antiqui utebantur futuris in rum pro infinitiuis, indeclinabiliter, & sine numeri aut generis discretionem, sicut nos sapientis utimur (sunt tamen qui habituros legant) sed uemponius Letus, unicus antiquitatis amator, habiturum legit, pro non habituros: in gratiam, id est ut rem gratam, id quod Bocchus pollicebatur, scilicet se descendere ab armis, cum uictus esset, & rebus Iugurthae diffideret: quem locum in commentarijs non intellexit. Et, supple dicit aut patefecit, si uelut pop. Rom. rem gratam facere: faciendum, sup. esse aliquid quod uideretur magis retulisse, i. magis pertinuisse ad commodum illorum, s. Romanorum: quam sua, s. Bocchi. quasi dicit: Quod iam ab armis desistat, plus esse ad utilitatem Bocchi iam ferre uult, quam Romanorum qui uictores erant. Sane quam hic diuersos casus copulata quia Retulisse eos regis & descendere ab armis. Et dicebat id, scilicet quod uideretur retulisse magis Romanorum quam Bocchi: quod faciendum sit Boccho, esse in promptu, id est facile factum, & in manibus eius: quoniam haberet copiam, id est plenam potestatem Iugurthae, quem si tradidisset Romanis: dicebat, supple fore, id est futurum esse ut plurimum deberetur illi, scilicet Boccho, populo Romano: & foedus cum populo Romano, & amicitiam populi Romani, & partem Numidiae: quam peteret nunc, id est pro eo tempore (ubi Nunc ponitur pro tunc, quod Valla adnotauit) aduenturam tunc, scilicet cum Iugurtham tradiderit: ultrò, id est etiam si non requireret. Est autem zeugma, Trodus, amicitiam & partem Numidiae aduenturam. Rex primum negare. ] Postquam Sylla ostendit facillimam uiam ad amicitiam inueniendam Boccho cum Romanis esse per traditionem Iugurthae: Rex, inquit, uidelicet Bocchus, id est id negabat, scilicet se id posse facerere agitare, id est agitare, id est more actorum pro causa adducebat & excusabat: cognationem, quia in eodem genere oriundi erant: & affinitatem, quia unam ex filiabus Iugurthae duxerat: praeterea, id est insuper foedus interuenisse, scilicet inter ipsum & Iugurtham: quod quidem percutiebatur cum obestatione deorum, & sui maledictione, si non seruaret. dicebat enim: Ita foedus me percutiat magnus Iupiter, ut foedus hic porcum factum, si patet foederis non seruauero. Ad haec, i. in sup. dicebat, sup. se metueret: ne ipse usus, i. si intercuti fide fluxa, i. mobili & inconstanti, si fide non seruaret: auerteret, s. a se, & ita ad indignationem & uindictam impelleret: animos popularium, i. fautorum & necessariorum suorum: quibus quibus popularibus. & id est simul Iugurtha erat charus: quia dicitur est, quod per legationes plurimos corruperat: et Romani erant inuisi, quia credebant eos auarissimos. Denique, i. tandem Bocchus fatigatus, i. sollicitatus a Sylla ad fatigationem usque: iterum, i. flectitur et mitigatur, et promitit se facturum omnia ex uoluntate Syllae. Caeterum ipsi constituitur, i. composito ex industria ordinata, sup. quae sunt uisus utilia ad simulandum pacem, scilicet inuenio

dammis, scilicet pacis Numidiae, scilicet Iugurthae: deses sus, usque ad extremum defatigatus bello: erat audidissimus, id est cupidissimus & ita digrediantur dolo composito, id est constituto inter eos ad tradendum Iugurtham.

Illud etiam penes in calce Iugurthae sic ab omnibus legitur ferè: Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipsam fuit, non egrediar. Tu autem, periculo meo, Mulucha legito. Mulucha namque genere neutro pronunciat. Vi enim ait Caper: Duo barbara noui generis lecta sunt apud Sallustium, Mulucha & Duria.

Ante te cognitum. ] Sic est legendum. Id esse immunitum mihi. ] Alter id immunitum. Precium. ] operis precium. utile fuerit mihi utilitati non damno, quod indiguerim amicitia tua. Bellum populo Romano nusquam parauit, neque factum uoluit. ] uoluntatem non strum maxime probatum sic habet: Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum unquam uolui, nec aliter est in codice bibliothecae diui Saluatoris. Flumen Mulucham. ] Ita legi debet, quicquid dicit Phocae uide Priscianum statim in principio libri sexti. Non in gratia habituros. ] Sunt qui legunt, Non in gratiam habiturum.

Et reuertere Sulla ante te cogniti, multis orationibus alijs ultrò egomet opem tui, nullius indigni. ] Perperam est in rectoribus, Ante cogniti, omisso pronomine Te. Sed & Priscianus. nobiscum facit, qui Ante te cognitum, pro eo positum testatur: quod est, Antequam te cognoscerem. Error inde irrepit, quod bis poneretur Te, ita alterum est incuria quadam omisissum. Quae res & alibi sepe locum errori fecit. Id quod in Castigationibus nostris in Cicerone ostendimus prolixius. Fuit mihi precium egredisse aliquando tuae amicitiae, quae apud animam meam nihil charius habeo. ] Pro, Euerit tati, siue opere precium fuerit, egredisse amicitiae tuae. Sic Cor. Tacitus 2. Res eo anno pro latas haud referret, nisi precium foret. Et 1. Germanico precium fuit conuerture agmen. In uelustioribus non est, Praecium uelutene an secus, aliorum esto iudicium. Denique nihil frustra uoles, me sciente. ] Manuscripta, nec non ex impressis uelustioribus quaedam, Denique: nihil me sciente frustra uoles: quae uerborum collocatio melior. Bellum populo Romano nunquam parauit, neque factum uoluit. ] In manuscriptis est, Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum unquam uolui. Perperam est in rectoribus omisissum pronomine Ego. Perperam ite, Nunquam parauit, pro, Neque feci. Facit nobiscum exemplar Badianum. Ego flumen Mulucham, quod inter me & Micipsam fuit, non egrediar. ] Hic Iacobus quibusdam Bononensibus Mulucha legendum contendit, non Mulucham: sed cunctis re fragantibus, quotquot ipse uiderim, exemplaribus. Tamei si (ne quid dissimulem) & uelutis quaedam grammaticis neutrum esse hoc nomen uolunt. Nam Phocae: Barbara (inquit) neutri generis duo leda sunt apud Sallustium nomina fluminum: hoc Mulucha, hoc Turia. Quod ad posterius atque, facit eum Probus. Dissentit ab utroque Priscianus 5. Quod autem Turia (inquit) & similia fluminum nomina masculina sint, ostendit etiam Sallustius, in am terminans eius accusatiuum: in secundo Historiarum: Inter leua mentium & dextrum flumen Turiam. Nam si esset neutrum, similis esset accusatiuum nominatiuum. Idem sexto: Quod autem non sint neutra (inquit) Turia & Mulucha, & similia, ostendit etiam natura ipsius sermonis Punicus, in quo omnia nomina

I. BON.

CAS.

RIV.

nomina uel masculina sunt, uel femina. Hæc Priscianus, cuius est opinio uerior. Sed & Pöponius eodẽ genere uult, quo est Sallustius usus: Nilucha ille ( inquit ) quem diximus. Præterea si quid me uobisq; dignum petieris, haud repulsus abibis. ] In manuscriptis atque alijs uetustiorib. est, Si quid meq; uobisq; dignũ petieris, genitiua cõiunctio. Nouẽ aut dixit, Haud repulsus abibis. pro, impetratum à me auferes. uel, Non feres repulsam. Ita Virg. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. id est: Suis quisq; honorẽ atq; munus reportabit. Quis & Iugurtha charus, & Romani inuisi erant. ] Manuscriptum, Inuisi essent: id quod sententia quoq; ita postulat, Nisi quis iri uerum esse modũ uelit.

ELAR.

¶ Euerit mihi precium aliquando eguisse tuã amic. ] Quæstio bone Lector, quid sententia aut omnino sensus ex his uerbis elici queat? At ita habet codex Aldinus, quem ferẽ in docti ac mali iudicij homines sequuntur. Badius propius uero exposuit, sed tamen perperam in genitiuo legit, Tuã amicitie. Cum locus ita sit legendus: Euerit mihi eguisse aliquando precium tua amicitia. ut Tuã amicitia

in nominandi casu intelligatur hoc sensu: Aliquando eguisse fuerit mihi precium amicitia tua. quasi diceret: Pro damno quod eguerim, amicitia tua est mihi precium quod adulandi gratia dixisse uideretur. Non in gratia habuitur. ] Codex uetustissimus habet, in gratiam: quod quia uetustum est, & hic auctor antiquitatis imitator, talia quæpiam affectasse uideri poterit, non est omnino rejiciendum. Habituus, autem puto à sciolis introductum, pro Habiturum. Solum incepte legit, Ingratos abituos, adeo decepti non attentum aspirationis omisio. Amicitiam, fœdus, Numidæ partem, quã nunc peteret, tunc ultrò aduenturam. ] Feriõsis Aduentura, plurali numero, genere neutro legendum. habet enim hoc peculiare hic auctor, ut in Catilina: Hinc ab adolescentia bella intestina, cades, rapines, discordia ciuili gratia fure: sed us dicit Lector. Paulo post, Leniter, & ex uoluntate Sylla, legit uetustus codex. Aldinus conuentionem Et sustulit. Alius autem codex habebat: Leniter, & ex uoluntate Sylla omnia se facturum promittit. atq; ita legit Badius. Ego nihil definio.

At rex postero die Asparem Iugurthæ legatum appellat: dicitq; sibi per Dabarem B ex Sylla cognitum, posse conditionibus bellum componi. quam obrem Regis sui sententiam exquireret. Ille lætus in castra Iugurthæ uenit. Deinde ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octauum redit ad Bocchum, & ei nunciat Iugurtham cupere omnia quæ imperarentur, facere: sed Mario parum confidere. sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam frustra fuisse. Cæterum Bocchus, si ambobus consultum, & ratam pacem uellet: daret operam ut unã ab omnibus quasi de pace in colloquium ueniretur, ibique sibi Syllam traderet. cum talem uirum in potestatem habuisset, tum fore ut iussu Senatûs populique Romani fœdus fieret: neque hominemobilem non sua ignauia, sed ob Rempubl. in hostium potestate relictum iri. Hæc Maurus secum ipse diu uoluens, tandem promisit. Cæterum dolo, an uero cunctatus, parum comperimus: sed plerumque regie uoluntates ut uehementes, sic mobiles, sæpe ipsæ sibi aduersæ. Postea tempore & loco constituto in colloquium uti de pace ueniretur, Bocchus Syllam modò, modò Iugurthæ legatum appellare, benignè habere. Idem ambobus polliceri. Illi læti pariter, ac bonæ spei esse pleni. Sed nocte ea quæ proxima fuit ante diem colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata uoluntate, remotis cæteris dicitur secum ipse multa agitauisse, uultu, colore ac motu corporis, pariter atque animo uariis: quæ scilicet, tacente ipso, occultata oris immutatione patefecisset. tamen postremò Syllam accessit iuberet, & ex eius sententia Numidæ insidias rendit. Deinde ubi dies aduenit, & ei nunciatum est Iugurtham haud procul abesse, cum paucis amicis & quæstore nostro quasi obuius honoris causa procedit in tumultum facillimum uisu insidiantibus. Eodẽ Numida cum plerisque necessarijs suis inermis ( uti dictum erat ) accedit. Ac statim signo dato undique simul ex insidijs inuaditur. Cæteri obruncati: Iugurtha Syllæ uinctus traditur, & ab eo ad Marium deductus est. Per idem tempus aduersum Gallos à ducibus nostris Q. Cæpione, & M. Manlio malè pugnatum est. Quo metu Italia omnis contremuerat: illiq; & inde usque ad nostram memoriam Romani sic habuere, alia omnia uirtuti suæ prona esse: cum Gallis pro salute, non pro gloria certari. Sed postquam bellum in Numidia confectum, & Iugurtham Romam uinctum adduci nunciatum est: Marius consul abfens factus est, & ei decreta prouincia Gallia. Isq; Calendis Ianuarijs magna gloria triumphauit. Ea tempestate spes atque opes ciuitatis in illo sitæ.

Galli.

SOLDI.

¶ Per Dabarem. ] interpretem. Bellum poni. ] i. deponi. Quam obrem. ] O Aspar, ego intelligo à Dabare, placere Syllæ, ut bellum componatur, & pax fiat. Vade ad Iugurthæ regem tuum, & uide quid ei placeat: deinde huc redens. Cuncta edoctus. ] Iugurtha. Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam

frustrã fuisse: sicuti pax facta cum Calpurnio Bestia consule, & cum Aulo fratre, Albino consule. Nam Senatus utramq; pacem improbatũ & rescidit: sicuti casum est supra. Pacem conuentam. ] i. pacem compositam. Cæterum. ] scilicet Aspar legatus Iugurthæ, ut Bocchus daret operam, ut ueniretur ab omnib. unã in colloquium,

A quum, quasi de pace atque ibi traderet Syllam: si uellet esse consultum ambobus, & pacem esse ratam. Iugurtha per Asparem legatum suũ cum Boccho tractabat, ut sibi traderet Syllam: & econtrã Sylla cum Boccho tractabat, ut sibi traderet Iugurtham. Bocchus idem utrique promisit. Nam & Sylla promisit, se Iugurtham traditurum esse ei: & Iugurtha uel legato eius promisit, se Syllam ei traditurum esse. Et ut usque ad ultimam noctem quæ diem præcedebat colloqui Bocchus dubius stetit, utrum faceret: sed tandem Iugurtham Romanis tradidit. Ambobus. ] uidelicet Boccho, & ipsi Iugurthæ. Consultum. ] prouisum. Cum talem uirum. ] O Bocche, si mihi Syllam tradideris, tunc senatus populusq; Romanus fœdus uobiscum faciet. Non enim relinquet in potestate hostiũ, uirũ tam nobile captũ non propter ignauia suã, sed propter remp. Tunc fore. ] scilicet dicebat. Non relictum ire in potestate hostium. ] id est non esse relicturum. Diu uolens. ] id est cogitans. Cæterum dolo an iure cunctatus, parum comperimus. ] Bocchus antequam pramitteret se traditurum esse Syllam Iugurthæ, diu secum cogitauit. Nunc Sallustius dicit: Non satis certum habeo, Bocchus dolere ne & fieret, an in ueritate diu secũ cogitauerit, quid faceret: fortasse enim fingebat, se cogitare quid faceret cum tamen iam deliberasset. forte etiam in ueritate cogitabat, & non fingebat. Sed uoluntates regum ualde mobiles sunt: facile enim mutantur, & nonnunquam ipse sibi contrariae sunt. An iure. ] id est in ueritate. Cunctatus. ] scilicet fuerit, id est moratus in cogitatione deliberationis: quia dixit, Diu uolens, tandem promisit. Postea tempore. ] Ecce Bocchus apud se & Syllam & legatum Iugurthæ habet. Utrique idem promisit. Syllæ promisit, se traditurum ei Iugurtham. Legato Iugurthæ promisit, se Syllam Iugurthæ traditurum: in hac promissione & Sylla & legatus Iugurthæ gaudent & exultant. Bocchus separatim aliquando Syllam, aliquando legatum Iugurthæ appellat, eos benignè tractat: diem & locum constituit, in quo ipse Bocchus & Sylla & Iugurtha simul conueniant, & de pace colloquantur & tractent. Bocchus Syllam modò, modò legatum Iugurthæ appellaret: id est Bocchus aliquando Syllam, aliquando Iugurthæ legatum appellabat. Benignè habere. ] id est liberaliter tractabat. Pleni esse. ] pro erant, Sylla & legatus Iugurthæ. Sed nocte ea. ] Ordo est: Sed ea nocte proxima, quæ fuit ante diem decretum colloquio, Bocchus dicitur ipse secum agitauisse multum: adhibitis amicis, ac statim remotis, mutata uoluntate, & ille uariis uultu, colore, motu corporis pariter atque animo, dicit patefecisse occultata, mutatione corporis & oris, ipso ita tacente. Vide quid fecit Bocchus, ea nocte quæ præcedebat diem, in quo colloquium futurum erat. Bocchus incertus et dubius quid faceret, uocauit ad se amicos suos, ut suum consilium cum eis communicaret: deinde statim mutata uoluntate, eos abire iussit, atque ita solus diu secum cogitauit rem uaria mente pertractans, atque ipsam animi uarietatem uario colore uultus ac uario motu corporis ostendens, ut ipso tacente, cordis eius arcana corporis & oris mutatione panderentur. Tandem uocato ad se Sylla, pro uoluntate eius insidias Iugurthæ tetendit. Numidæ. ] id est Iugurthæ. Dies aduenit. ] in quo colloquium erat decretum. Quæstore nostro. ] scilicet Sylla. In tumultum uisu facillimum insidiantibus.

bus. ] qui in insidijs erat, facile hunc tumultum uidere poterant. Eodem. ] in hunc tumultum Iugurtha cum paucis suis amicis uenit inermis: quia sic erat constitutum, ut omnes sine armis in colloquium uenirent. Cæteri obruncati. ] scilicet sunt. Omnes qui erant cum Iugurtha, interfecit sunt, præter Iugurtham. nam ipse uinctus Syllæ traditus est, & ab eo ad Marium deductus, atque ita finis bello Iugurthino impositus est. Vinctus. ] ligatus. Per idem tempus. ] Hoc ad bellum Iugurthinum non pertinet: sed causam ostendit, quare secundò Marius consul factus est. Malè pugnatum. ] hoc enim dicit, quia Q. Seruilus Cæpio consul, & N. Manlius pro consul, à Gallis Cimbrũ uicti in prelio, castrisq; binis exuti sunt, militum milia octingenta occisa. calonum & lixarum quadraginta milia. Romi Q. Cæpionis, cuius temeritate clades accepta est, publicata sunt, imperium ei abrogatum est. Illisq;. ] usque denum ad nostram memoriam Romani sic habere. Alia omnia uirtuti suæ prona esse: cum Gallis pro salute, non pro gloria certare. ] Galli semper bellicosissimi fuerunt, & sæpe Romanos bello superauerunt. Venique aliquando urbem ipsam Romanam ceperunt, præter Capitolium. Vnde nunc Sallustius dicit: Et illi Romani qui eo tempore fuerunt, quo uicti sunt duces nostri à Gallis, & etiam qui secuti sunt usque ad tempora nostra, hanc opinionem habuerunt: Romanos cæteris gentes bello superare & subigere posse, præter ipsos Gallos. Non eũ ipsi Gallos Romanos certare pro salute magis quam pro gloria, id est certare cum Gallis non ut eos subigant, sed ne ab ipsis subigantur. Ille pro salute pugnat, qui pugnat ut alium suo subiciat imperio. Ergo pugnare pro salute, est pugnare ex necessitate pro libertate sua, ne alterius ditioni & imperio subiciatur. Pugnare pro gloria, est pugnare non pro necessitate, sed ut alios suo imperio subiciat, & ita gloriam suam auget. Illisq;. ] id est Romani, qui illo tempore fuerunt, quo uicti sunt P. Scipio & Manlius duces nostri à Gallis. Et usque ad nostram memoriam. ] id est Romani qui postea secuti sunt usque ad tempora nostra. Sic habere. ] id est sic existimare, sic putauerunt. Alia omnia uirtuti suæ prona esse. ] id est alia omnia uirtute sua uinci posse. Nam illud dicitur prouum uirtuti meæ, quod uirtute meâ domatur & uincitur. Alia omnia uirtuti suæ prona. ] id est facilia & procliuia uirtuti Romane. Ac si diceret: Romani existimauerunt hoc, uidelicet alias omnes gentes præter Gallos, uirtute sua uinci & domari posse: sed Gallos gentem esse, cum qua dimicandum sit, non ut eam subigant, sed ne ab ipsa subigantur. Ex ea tempestate. ] ex eo tempore omnes spes & opes ciuitatis in Mario posite sunt.

AD LECTOREM.

¶ Lector memento, scriptum esse in Iugurthino: Deinde postero die per Saritanam legem sententijs exquisitis, in deditioẽ accipitur. Vbi mendum tollendum est, & legendum per Satyrã legem, non per Saritanam. Nam lex Satyra est, auctore Diomedede grammatico, quæ uno rogatu multa, scilicet & uaria comprehendunt. Vultis, iubetis, neu cum Iugurtha bellum componatur, ut elephantos tradat omnes, transfugas reddat uniuersos.

Et

¶ At, id est





Et Cimbrōs agnoscere factō, hunc inuasisse locum, à Boijsq; eictōs, Mārim & Scordiscos gentem Gallicam petentes descendisse. Mox Teuriscas & Tauriscos, & hos nationis Gallicae, Lueticos adijserit viros quidem plurimo locupletes auro, ceterum in pace vitam agentes. Cumq; cō flatas latrocinij opes longē suis amphores esse uiderent, in Heluetios sese contulisse, & ex eis praecipue Tigyrinos & Toygenos, eosq; secum sollicitasse: uniuersos uero de leuere Romani. Haec ille. Atqui ex his uerbis nullus sensus colligitur. Quare ab hoc loco, Mox Teuriscas, &c. ea uero ita uertenda erant: Dein in Teuriscas & Tauriscos, & hos Gallicae gentis, mox in Heluetios, auro quidem abundante uiros, ceterum in pace degentes. Porro cum Helucij illorum, nempe Cimbrorum, ex latrocinij constat. ut opes suis longe amphores uiderent, ipsos commotos, maxime uero ex eis Tigyrinos ac Tuginos simul cum illis, scilicet Cimbris (in expeditionem aduersus Romanos) excitos esse. Uniuersos uero delecti sunt à Romanis, &c. Interpretem decepit (ut dixi) exemplar, quod pro uerbis habuit ueritas, quos duos populos esse credit. Praeterea illud idē ueritas idem existimauit referre Cimbrōs, cum referat Heluetios. Quod luculenter ex libro eiusdem Strabonis quarto patet: *οὗτοι δὲ* (inquit) *οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἡλβετῶν ἄνθρωποι εἰσὶν οἱ τῶν βοιωτῶν καὶ τῶν σκωρδισκῶν ἀνατολῆς ἡλβετῶν. Ἡ δὲ ἑλληνιστὴς ἡ γλῶσση τῶν ἡλβετῶν ἀνατολῆς ἡλβετῶν. Quae uerba interpretis ita uerit: Heluetios magnam auri uim possidere traditur: qui cum Cimbrorum opes cernant, nihilominus ad latrocinandum studia conuerterunt. Hic *ἀπὸ τῶν ἡλβετῶν*, ut antea *ἡλβετῶν*, non recte uerit. Sed cum ita interpretari oportuit haec uerba: fama est, auro locupletes Heluetios esse: nihilominus tamen ad latrocinia uersos, posteaquam Cimbrorum opes uiderent. Haec contrā,*

IOANNES RIVIUS  
Studiofis.

Quam fuerint deprauatae ante hac historiae Sallustiae, uel illud inter alia esse in iudicio potest, quod tot egregij ac praestantes ingenio doctrinaq; uiri, in tollendis barum mendis, tantum opera collocarint. Inter quos primas iure suo Pomponius Laetus obtinet, qui conquisitis undique exemplaribus antiquis, Sallustium esse emendare conatus: ut nihil ferme addendo (quemadmodum ipse inquit) sic non pauca detrahendo. Post hunc Vbi lippus Beroaldus recognouisse Sallustium successu ac tu multuario studio sese uertatur: idq; ita res uidelicet indicat. Benedictus quoque Philologus in emendando Sallustio multum opera posuit. Neque parum hic profuit studiofis Aldus, qui ad exemplaria Sallustij duo antiquissima excudisse hunc se autorem affirmat. Nec minus Aleander, qui editionem Aldinam cum uenerandae uetustatis codice, cuius ipsi copiam fecerit Paulus Aemilius, contulit, & exemplar recognouit Ascensio dedit excudendum. Ego uero quum obiter pauca admodum & quasi in transcurso solum, ab his uiris emendata uiderem: putavi nimirum idem mihi faciendum, quod in Terentio ante feceram, ut & accuratore studio & industria maiore, quam ante nos alij (absit inuidia dicto) restitueret & corrigere, quae deprauata corruptaq; hoc in autore essent, conarer. Id quae fieri Marte nostro (ut dicitur) ac citra ueterum codicum administriculum nullo modo poterat, omnium primum id operam dedi, horum mihi ut

atque nostra ferti consuetudo, diffisus tractauimus: parum ut Leclori ostenderetur, quomodo rectius hic optimus author in manibus hominum ueretur. Partim, ut notum fieret, quam non omnia erocudi uer sint, quae apud Liuium descripta leguntur. Partim facio Strabonis Sallustij, quam Liuij in ueritate historiae auctoritatem. Nam quauis qualis alioqui fuerit Sallustius, certe in rerū gestarum narratione ueritatem ueritas est: quod in hoste Cicerone satis aperte ostendit. Liuius odium in Gallos per totam historiam nusquam non pradi, nusquam non identidem eis uitia odieissimē obiecit. Cum nulla alia gens Romanis terribilior fuerit, quorum aduentum non bellum, sed tumultum uocabant. Contra quem, quicquid Romae arma ferre poterat, conijciebatur. Ut si fortuna pro Galis ita stetit, atque pro Romanis, facile Galli Romanos domuissent. Nec ratione caruit, quod C. Caesar ararium effregerit, execratione liberatam urbem asserens, quod ipse Celtas uicisset, ut est apud Appianum. Veteris Galliae ueram imaginem habent hodie Helueti, libertate & populari dominio, praeterea linguam ueterem Gallicam & mores. Deinde Sequani, Rhenani, & ferme Rhenus, nisi quod aliquot ex Germanis populi litoribus utraque ex parte Rheni occupatis, linguam suam cum nostra Celtica misceuerit: quae Germanorum lingua in thematis & Celtica non admodum distat, pronuntiatione uero & diphthongis multum. Verum qui de his copiosius scitu dignissima legere uolet, uideat uolumen D. Aegidij Tschudi Claromontis. V. C. apud Heluetios, quod de antiquitate Batauae inscripsit, ubi Plinij, aliorumq; authorum loca de gentibus Alpinae & uere eleganter, ut nemo hac aetate melius, explicauit.

alicunde copia fieret. Intellexerant autem & Georgio Fabricio nostro, Merseburgi, uel potius in monasterio Benedictinorum CC. fere passus ab hac urbe sito, bibliothecam esse autoribus optimis & codicibus in membrana descriptis, ut si usquam, instructissimam atque ornatissimam. Itaque per egregium atque humanissimum uirum Dn. Ioan. Cochleum ab optimis Patribus impetravi, ut antiquissimorum uoluminum atque exemplarium Sallustij, quae extare illic inuiderem, copia nobis fieret, quibus usus ipse, quod coeperam, exequi facilius atque efficere tandem possem. Quo nomine permulsum sane studiofis debent familiae Benedictinae, quae cum primis optimos quoque autores, & exemplaria uetustissima semper conseruauit. Absque hac enim esset, quot egregij hodie autores quos extare uideremus desiderarentur: quum multa ueteris scriptorum uolumina prorsus intercidissent. Neque uero interim ita sum codicibus antiquis suis, nullo ut adhibito iudicio fidem illorum ubiq; sequer. nam & correctissima quaeq; ex impressis contuli, & ueterum Grammaticorum citationes obseruauit, & quid animaduersum ab alijs esset, adnotauit. Quod autem non minus sepe coniecturas meas attulerim, quam certis & constantem pronuntiarim: in causa fuisse sibi quisque persuadere uelim, quod nulla re perinde optimos quoque corruptos & deprauatos esse autores existimem, atque temeritate illa sciosorum quorundam facile quidam immutatium. Itaq; nihil ferme

A ferme uspiam citra exemplarium ueterum fidem atque consensum temere sum immutare ausus. Quamuis autem sedulo est et nobis opera data, ut quidquid hic mendosum esset tolleremus, adeo ut & persecuti minima quaeque simul affirmata tamen haud ausim, esse omnia prorsus ad unguem (ut dicitur) castigata. namque id fieri nullo modo potuit. Ceterum, quia nihil opis erat ab exemplaribus manuscriptis in Orationibus quibus-

dam ex historiis Sallustij libris (nam hoc titulo circumferuntur) castigandis, haud ita multa in his emendare licuit. Sed tamen hoc quoque studiofis, quaecumque est, quod ceu corollarium addere libuit, boni uos consulere uelim. Aliquando (ut spero) Sallustium ipsum nostris opera multo, quam nunc circumfertur, emendatiorē ac in antiquum penē nitorem, inq; pristinam dignitatem restitutum, daturum in publicum sumus. Valete.

COMMENTARIORVM BELLI  
Iugurthini Finis.

CRISPI SALLVSTII IN  
M. T. CICERONEM ORATIO.



Crauerit & iniquo animo maledicta tua paterer, Mar. Tulli, si te scire iudicio magis quam morbo animi ista tua petulantia uti, sed cum in te neque modum neque modestiam ullam animaduerto, respondebo tibi: ut si quam maledicendo uoluptatem cepisti, eam male audiendo amittas. Vbi querar? Quos implem? P. C. diripi Rempub. atque audacissimo cuique esse perfidiae locum? An apud Popu. Rom. qui ita corruptus est largitionibus, ut sese ad fortunas suas uenales habeat? An apud uos P. C. quorum autoritas turpissimum cuique & sceleratissimo ludibrio est? ubi M. Tullius leges, iudicia Pop. Rom. defendit, atq; in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquos ex familia uiri clarissimi Scipionis Africani, ac non repticus, accitus, ac paulo ante insitus huic urbi ciuis? An uero M. Tulli, facta ac dicta tua obscura sunt? An non ita à puericia uixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri colli buisset? An scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiae iactura perdidicisti? Itaque minimè mirandum est, si eam flagitiosè uenditas, quam turpissimè paraisti. Verum (ut opinor) splendor domesticus tibi animos attollit, uxor sacrilega, ac periuurjs delibuta, filia matris pellex, tibi iucundior atq; obsequentior, quam parenti par est. Domum ipsam tuam ui & rapinis fustam tibi ac tuis comparasti, uidelicet ut nos commones facias domo habitares homo flagitiosissimae, quae P. Crausi uiri consularis fuit. Atque haec cum ita sint, tamen Cicero se dicit in consilio deorum immortalium fuisse: inde missum huic urbi ciuibusq; custodem, absque carnificis nomine: qui ciuita-

tis incommodum in gloriam suam ponit, quasi uero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus: & idcirco Respub. dissecta eo tempore, quo te custodem habebat. Sed (ut opinor) illa te magis extoluit, quae post consulatum cum Terentia uxore de Republ. consuluisti, cum legis Plautiae iudicia domi faciebatis, ex coniurationis alios pecunia condemnabatis: cum tibi alius Tusculanum, alius Pompeianum uillam aedificabat, alius domum emebat: qui uero nihil poterat, is erat calumniosus proximibus. is aut domum tuam oppugnatam uenerat, aut infidias Senatui fecerat: deniq; de eo tibi compertum erat. Quae si tibi falsa obijcio, redde rationem quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit, quae ex pecunia domum paraueris, Tusculanum & Pompeianum infinitum sumptu aedificaueris. Aut si retices, cui dubium potest esse quin opulentiam istam ex sanguine & uisceribus ciuium paraueris? Verum (ut opinor) homo nouus Arpinas, ex M. Crausi familia, eius uirtute imitatur, contemnit similitudines hominum nobilium, & populi Romani curam habet, neque terrore neque gratia commouetur. Illud uero amicitiae tantum, ac uirtutis est animi? Imò uero homo leuissimus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modò harum, modò illarū partium, fidus nemini: leuissimus Senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis à turpitudine uacat: lingua uana, manus rapacissimae, gula immensa, pedes fugaces: quae honeste nominari non possunt, inhonestissima. Atque is cum eiusmodi sit, tamē audeat dicere:

O fortunatam natam me consule Roman.  
Te consule fortunatam Cicero? Imò uero infelicem & miseram, quae crudelissimam proscriptionem perpessa est: cum tu pertu-

\* Rempubl. charam habet.

perturbata repub. metu percussos omnes bonor. parere crudelitati tuæ cogebas, cū omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erant, cū tu sublata lege Porcia, erepta libertate, omnium nostrū vitæ necisq; potestatem ad te unum reuocaueras. Atque parum est quod impune fecisti, uerum etiam commemorando exprobas, neque licet obliuisci pijs seruitutis suæ. Egeris, oro te Cicero, perfeceris quod libet: satis est perpeffos esse, etiamne aures nostras odio tuo onerabis? etiamne molestissimis uerbis in se habere?

*Cedant arma togæ, concedat laurea lingue.*  
 Quasi uerò togatus, & nō armatus, ea quæ gloriaris, confeceris: atq; inter te Syllāq; dictatorem præter nomē imperij quidquā interferuit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem, quem Minerua omneis artes edocuit: Iuper Optimus

maximus in concilio deorum admisi: Italia exulem humeris suis reportauit? Oro te Romule Arpinās, qui egregia tua uirtute omnes Paulos, Fabios, Scipiones superasti: quem tandem locum in hac ciuitate obtines? Quæ tibi partes Reipub. placent? Quem amicum, quem inimicum habes? Cui in ciuitate fecisti insidias ancillares? quo iure cum de exilio tuo Dyrhachio redisti, eum sequebaris? Quos tyrannos appellabas, eorum nunc potentie faues. Qui tibi antè optimates uidebantur, eosdem nunc dementes ac furiosos uocas. Vatiniij causam agis, de Sestio malè existimas: Bibulum petulantissimis uerbis lædis, laudas Cæsarem. Quæ maximè odisti, ei maximè obsequeris. Aliud stans, aliud sedens de Repub. sentis. His maledicis, illos odisti, leuissime trās fuga: neque in hac, neq; in illa parte fidem habens.

COMMENTARIVS.

BAD.

¶ *Gratiter & iniquo animo.* ] Tamesi hæc inuectiua dicitur Salustij in Ciceronem: est tamen potius relatiua. Nam statim in principio dicit, se solum a maledictis et conuicijs contumeliosis ipsius Ciceronis. Iudicio, i. ex animi sententia quam morbo, i. uitio animorum: ut inuidia, qui summus morbus etiam corpus corrumpens: modum, i. finem: modestiam, i. moderationem ac temperantiam. Respondedo. ] ergo non inuebitur ex petulantia, sed respondet contumeliosis laesibus: maledicendo, i. dicendo male de me: male audiendo, i. audiendo mala tua. Nam male audire non dicitur, qui malum aut debilem habet auditum: sed cui mala, i. conuicia dicuntur. Vbi, i. apud quos querar, i. conquerar de iniuria Ciceronis: quos implorè, i. ploratu in auxilium uocem. Audacissimo cuiq;. ] Inuidè de uno Cicerone id dicit. Largitionibus, s. passimis. hoc est, quæ susceperit qui omnia uenalia habet. Non actiuis quasi tantum largitus est, ut cogatur fortunas, i. diuitias se uenundare. Repticius, i. qui irrepit in rempublicam alienam. alij Repticius legunt. An uerò Marce Tulli fr̄stra tua ac dicta obscura sunt. ] i. incognita, q. d. non: quia omnes sciunt manifestissimè. Flagitiosum. ] i. turpe & flagris dignum reputandum. Quod collibuisse alteri. ] q. d. Puer expositi pudicitiam tuam cuiuscunq; libidini: sed mirabile est, tantam diffamadi & taxandi uiri consularis licentiam fuisse. Nam si innocens fuit, non debuissent ea impune obijci, cū etiam famosi libelli lege prohibiti essent: sin nocens fuerit, mirabile est talem uirum eò dignitatis promotum: sed ea tempestate erat commune adolefcentie uitium: quo & Iulius Cæsar ab omnibus notatus est quia diuus Paulus docet Rom. primo: Deus tradidit eos in passionem ignominie. Immoderatam & ita perniciosam eloquentiam cum iactura, i. amissione: sicut res que sub tempestate in mari iacitur. Venditas, i. uenium proponis, aut mercede locas. Verum, ut opinor. ] Irrisio est amara, sicut apud Horatium: Sed incitat me pestus & mamma putres, Equina quales habere. Sacriloga certe nota audacie: ut ex epistolis Ciceronis patet, quæ ad Terentiam uxorem scri-

bit. Delibuta. ] q. d. peruncta & assuefacta. Pellex matris. ] habens rem cum patre, s. Cicerone & ita pellex matrem è cubili. Quam par est parenti. ] quia non decet patrem suscipere stuprum filie. Quam conuersa. ] i. quantum immutata à prisca feritate & censura, Publij Crasti. ] hominis diuisiui. ad quam alludit Persius, dicens Satyra secunda: Nunc Licini in campos, nunc Crasti mittit in ædes. In consilio deorum immortalium. ] quia in plerisq; conuicijs & inuectiuis dixit, Non humanis opibus nec arte magistra ita reipub. consulum, sed diuina miseratione: sed ad inuidiam concitandam omnia tyrabant aduersarij in manus. Absq; caritatis no. ] id quod contumeliose, cum ille dixerit, sine cæde & sanguine rempublicam seruatam. Incommodum ciuitatis. ] id acriter & subtiliter: quia uult ob consulatum Ciceroni mandatum cōiurationem factam, & omne malum abortum. Faciebat. ] s. tu & uxor. Calumnies. ] falsa accusationi: libibus, i. ex foro iudiciali. \* Atq; bis. ] s. Cicerone: tamen audet, sup. dicere: quod alij quoq; habent expressum. O fortunatam. ] ineptulus quidem est uersus: unde Iuuenalis citans eum, dicit illi minus obfuisse eloquentie, si non elegantius Philippicæ in Antonium scripsisset quam tales uersiculos iactasset. uerba Iuuenalis sunt: O fortunatam natam me consule Roman, Antoni gladios potuit contemnerè, si sic Omnia dixisset, ridenda poemata malo Quod te conspicit diuina Philippica fame.

Sublata lege Porcia. ] De non sumendo Iupplicio sanguinis in eiuem: ad te unum, s. solum quasi ad tyrannum: sed, id ex inuidia dicit & odio, non ex uero. Pys. ] i. clementibus seruitutis, qua tibi seruerint: cuius per exprobrationem eos memores facis. Quidlibet. ] i. quicquid libet etiamne, i. insuper. Quasi uerò togatus. ] id sæpe asseruit Cicero in inuectiuis in Caeciliam: Armatogæ cedant, inquit Cicero: quia plus consilii uerbi & reipub. in toga, quam alij imperatores in armis. Et laurea quæ datur triumphanti. ] hoc est corona ex lauro: consue-

A cedat. i. simul cedat lingua, id est eloquijs, quo Catilina de uictis est, & conuulsi danati. Præter nomē. ] quia ille se imperatorem compellari uoluit: ut ne id uisus esset Quæ Minerua. ] Irrisio acerba. Romule Arpinās, i. cū sis Arpini natus, te alterum Romulum iactas. Dyrhachium, est Epiri urbs, prius dicta Epidaurus & Chersonesus. Quos tyrannos appellabat, s. ante Ciceronem. Et ita arguit Ciceronem incōstantia: uerum ipse argutissimè se defensurum est, uertens in laudem suam, quod uitio datum erat.

GLAR.

¶ Nihil dicturus erā in hæc, non tam amarus (quam quam uix quicquā amarus fingi possit) quam pudendus orationes, nisi Quintilianus in primis grauis auctor eas citasset, nominatum lib. 4. institutionum Orator. capite de Exordio. De quibus hoc uicū non satis mirari possum, fuerit ne Senatus illi, qui tum orbis imperium habuit, tantum oçij, ut uel uoluerit, uel potuerit tam fruolus audire accusationes. Cum nostra ætate apud nos (Barbaros illorum opinionem) nullus adeo humilis sit uiculus, qui in retriçula dus ita cōcercantibus audire dignaretur, tantū abest ut alii cuius dignitatis uiros, omnes crucens ac ignem clamaret. Multos sepe audui, qui putarent ab eis scriptus quidem, sed nō pronuntiatas coram Senatu quo d equidem nescio. Sed audiam priorem Sallustium. Vbi M. Tull. leges, iud. populi Romi: ] Populo Romi. in dandi casu habet codex Adanus, sed uetus in gignendi: quod malim. Illud aut, in ordine, quod proxième sequitur, qui sibi uelit, apud me non admodum planum est. Cum legi Planciam. ] Planciam cum u, non cum diphthongo au habebat codex Aldinus hoc in loco. At in Catilina cum diphthongo, ut alij libri, Planciam legebat. Diximus autem in Catilina

de hac lege nobis nihil certi constare. Homo nouus Arpinās ex M. Cras. fa. ] Ita ferè habent codices: at ego non dubito ita à Sallustio scriptum: Homo nouus Arpinās ex C. Marij familiarion, ex M. Crasti. Fecerat enim et Marcius Arpinās, & homo nouus. Ergo subiungit hanc uerba, eius uirtutē imitatur: cū ille summus bellator, Cicero summus orator: ille manu, hic lingua promptus. Illud uerò amicitia tan. ac uirt. est an. ] Aldinus codex nominatiuos in genitiuos mutauit. Uetus uero codex sic habebat: Aliud uerò amicitia tantum ac uirtus est animi. Sed ex uerbo sensus clarus est, nec ego clare expedit. Non est mihi dubium, cum coniurationis huius due sint partes, prior per questionem, altera per iusticiationem: prior esse hæc particulam, ut altera pars incipiat ibi: Imò uerò homo leuissimus. Lectori hæc inno duntaxat, ut occasionem dem alius coguandi, ac exemplaria diligentius inspicendi. Neque licet obliuisci pijs seruitut. ] Codex uetus habebat His, pro Pys. Aldinus utrumque omisit. At ego alterum, uel quid simile adesse debere puto. Paulo post: Iupiter opt. max. in concilium deorum admisit: in accusandi casu Concilium, non Concilio, præter Aldinum codicem, omnes alioque legunt. Quem amicum, quem inimicum in hac ciuitate obtines. ] Ingenue fateor, me hæc uerba, ut in Aldino sunt codice, atque adeo etiam in uetusto, ac cunctis alijs, quos mihi uidere contigit, non intelligere. Ideoq; multo, admonito tamen LeFlore, ut mecum ipse dubitet, aut felicis, si queat, eruat. Transilire, ut notum, facile erat, si quosdam imitari uelim, quos pudet fateri se non omnia uel scire, uel intelligere.

M. T. CICERONIS IN CRISPVM SALVSTIVM RESPONSI O.

E Ademum magna uoluptas est, Crispe Salustij, æqualem ac parem uerbis uitam agere: neque quicquam tam obsecrum dicere, cui non ab initio puerticie omni genere facinoris ætas tua respondeat, ut omnis oratio moribus consonet. Neque enim qui ita uiuit ut, aliter ac tu loqui potest: neque qui tum illo sermone utitur, uita honestior est. Quo me uertam P. C? unde in initium sumam? Maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod si aut de mea uita atq; actibus nostris huic conuiciatori respondero, inuidia gloriam consequetur: aut si huius facta, mores, omnem ætatem nuda uero, in idem uitium incidam proccacitatis, quod huic obijcio. Id uos, si forte offendimini: iustius huic, quam mihi succensere debetis: qui initium introduxit. ego dabo operam, ut & pro me minimo cum fastidio respondeam, & in hunc minimè mentitus esse uidear. Scio me P. C. in respondendo non habere magnam expectationem, quod nullum uos sciat is nouum crimen in Sa-

lustium audituros, sed omnia uetera recognitur: queis & meæ & uestræ iam, ipsius aures calent. Verum eo magis odisse debetis hominem, qui nec incipiens quidè peccare, minimis reb. posuit rudimētū: sed ita ingressus est, ut neque ab alio uinci possit, neq; ipse se omnino reliqua ætate præteritus sus cum quouis uoluntari. Longè uerò fallitur opinione, non proccacitate lingue, uitæ sordes eleuntur: sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum, resistente animo suo, fert de eo qui fallum crimen bonis obiecit. Quod si uita istius memoriam uicerit: s. aliam P. C. nō ex oratione, sed ex moribus suis spectare debetis. Eam dabo operam, quam maximè potero, ut breue id faciam: neque hæc altercatio nostra uobis inutilis erit P. C. Plerumq; enim Respu. priuatis crescit inimicitijs: ubi nemo ciuis, qualis sit uir, potest latere. Primum igitur, quoniam omnium maiores Crispus Salustius ad unum exemplum & regulam querit, uelim mihi respondeat, \* nunquid ij quos prouulit, Scipiones

\* illam

\* Vide Vallæ lib. 3. cap. 19.

& Metelli, ante fuerunt aut opinionis aut gloriæ, quàm eos res gestæ suæ, & uita innocentiſimè a cæta commendauit? Quòd si hoc fuit illis initium nominis & dignitatis, cur non æquè de nobis exiſtimeretur, cuius & res gestæ illustres sunt, & uita integerrimè acta? quasi uerò tu sis ab illis uiris, Salustii, ortus. Quòd si esses, nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi, ut si prius noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Tu tuus uita quam turpiter egisti, magnos offuisti tenebras: ut etiam si fuerint egregij ciues, certè uenerint in obliuionem. Quare noli mihi antiquos uiros obſectare. Satius est enim me meis rebus gestis florere, quàm maiorum opinione niri: & ita uiuere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium, & uirtutis exemplum. Neque me cum ijs conferri decet, P. C. qui iam decesserunt, omniq; odio carent & inuidia: sed cum ijs qui mecum unà in Republ. uersati sunt. Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem conſiteor: sed illam pernicioſam contra leges, cuius primos ordines Salustius duxit) aut in gerendis magistratibus, aut in \* uindicandis maleficijs tam ſeuerus, aut in tuenda Republica tam uigilans, quam tu proſcriptionem uocas: credo quòd nò omnes tui ſimiles incolores in hac urbe uixiſſent. At quanto meliore loco Reſp. ſtaret, si tu par ac ſimilis ſeſteſtorum ciuū unà cum illis adnumeratus eſſes? an ego tunc falſo ſcripſi, Cedant arma togæ, — qui togatus armatus, & pace bellum oppreſſi? An illud mentitus ſum,

— Fortunatam natam me conſule Romam, qui tantum inſteſtinum bellum, & domeſticum urbis incendium extinxi? Neq; te tui piget, homo leniſſime, cum ea culpas quæ in hiſtorijs mihi gloriæ ducis? An turpius eſt, P. C. ſcribentem mentiri, quàm illum palàm hoc ordine dicentem? Nam quòd in eam ætatem increpiuiſti, tantum me abeſſe puto ab impudicitia, quantum tu à pudicitia. Sed qd ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi auſus ſis eloquentiam ut uirtum obijcere, cuius ſemper nocens eguiſti patrocinio? An ullum exiſtimas poſſe fieri ciuem egregium, qui non his artibus & diſciplinis ſit eruditus? An ulla alia putas eſſe rudimenta & incunabula uirtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem alun-

tur? Sed minimè mirum eſt, P. C. ſi homo qui deſidiæ ac luxuriæ plenus ſit, hæc ut noua atque inuſitata miratur. Nam quòd iſta inuſitata rabie petulanter in uxorè & in filiam meam inuaſiſti, quæ facilius mulieres ſe à uiris abſtinuerunt, quàm tu uir è uiris: ſatis doctè ac peritè feciſti. Non enim me ſperaviſti mutuam tibi gratiam relaturum, ut uiciſſim tuas còpellarem. unus enim ſatis es materiæ habens: neque quicquam turpius eſt domi tuæ, quàm tu. Multum uerò te opinio fallit, qui mihi putaviſti parare in uidiã ex mea te familiari, quæ multo mihi minor eſt, quàm habere dignus ſim. Atque utinam ne tanta quidem eſſet, quanta eſt, ut potius amici mei uiuerent, quàm ego teſtamenti eorum locupletior eſſem. Ego fugax, Crispe Saluſti? ſuorori tribuni plebis ceſſi? Vtilius duxi quãuis fortunam unùs experiri, quàm uniuerſo populo Romano ciuiliſſe diſſenſionis cauſa: qui poſtea quàm ille \* animum ſuum in Reſp. perbaſchatus eſt, omniaq; quæ commouerat, pace & ocio reſederunt: hoc ordine reuocante, atque ipſa Reſp. manu retrahente me, reuertit. Qui mihi dies, ſi cum omni reliqua uita conferatur, animo quidem meo ſuperet: cum uniuerſi uos, populūq; Romanus frequens aduentu meo gratulatus eſt, tanti me fugacem mercenarium patronum hi æſtimaerunt. Neq; Hercule mirum eſt, ſi ego ſemper iuſtas omnium amicitias ꝑ æſtimaui, non enim uni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi: ſed quantum quiſque Reſp. ſtudit, tantum mihi fuit aut amicus, aut inimicus. Ego nihil plus uolui ualere, quàm pacem. Multi priuatorum audacias ꝑ timuerunt: ego nihil timui, niſi leges. Multi arma ſua timeri uoluerunt: ego nunquã uolui quippiam poſſe, niſi pro uobis. Multi ex uobis potentia freti, in uos ſuis uiribus abuſi ſunt. Itaque non eſt mirum, ſi nullius amicitia uſus ſum, qui non perpetuò Reſp. amicus fuit. Neque me poenitet, ſi aut preſenti Vatinio reo patrocinium pollicitus ſum, aut Sextij inſolentiam repreſſi, aut Bibuli patientiam culpauit, aut uirtutibus Cæſaris ſaui. Hæ laudes enim egregij ciuis & unice ſunt. Quæ ſi tu mihi ut uicia obijcis, temeritas tua reprehendetur, non mea uicia culpabuntur. Plura dicere, ſi apud alios mihi eſſet dicendum P. C. non apud uos, quos habui omnium actiõnum mearum monitores. Sed ubi rerum teſtimonia adſunt, quid opus eſt uerbis? Nunc ad te ut reuertar, Saluſti, patremq;

A tremque tuum præteream: qui ſi nunquã in uita tua peccauit, tamen maiorem iniuriã Reſp. facere non potuit, quàm quòd te talem filium genuit. Neque tu, ſi qua in puericia peccaſti, exequar, ne parètem tuũ uidear acculare, qui eo tempore ſummã tui poteſtatem habuit: ſed qualem adoleſcentiam egeris. hæc enim demonſtrata, facile intelligetur quàm petulãti puericia tã impudicus & procax adoleueris. Poſtea quàm immenſæ gulæ, impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit, ætas tua iam ad ea patiẽda, quæ alteri facere collibuſſet, exoleuerat, cupiditatibus inſinitis efferebaris: ut quæ ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes, in alijs experireris. Ita non facile reputare, P. C. utrum in honeſtiõib. corporis partib. re quæſierit, an amiſerit. Domũ paternam uiuò patre turpiſſimè uenalem habuit, uendidit: & cui dubium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro hærede geſſerit omnia? Neque pudet eum à me quærere, quis in P. Craſi domo habitet, cum ipſe reſpondere non queat, quis in ipſius habitet paterna domo. At Hercule lapſus ætatis tyrocinio, poſtea ſe correxit. Non ita eſt, ſed abiit in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani: bis ad iudicum ſubſellia attractus, extrema fortuna ſtetit: & ita diſceſſit, ut nò hic innocens eſſe, ſed iudices peieraſſe exiſtimarentur. Primum honorem in quæſtura adeprus, ſecurus eſt hunc locum, & hunc ordinem deſpectum, cuius aditus ſibi quoque ſordidiſſimo homini patuiſſet. Itaque timens ne facinora eius clam uos eſſent, cum omnibus maribus familiarum opprobrio eſſet, conſeſſus eſt uobis audientibus adulterium, neq; erubuit ora ueſtra. Vixeris ut liber, Saluſti, egeris que uolueris: ſatis ſit unũ te tuorum icelerum conſcium eſſe. Noli nobis languorem & ſoporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum noſtrarum: ſed ita experrecti non ſumus, ut à te cauere poſſimus. audacia tua uincit ſtudia noſtra. Et quod hũc motum uoſciſt, P. C. factum aut dictum turpe, quem nò puduit palàm uobis audientibus adulterium conſiteri? Quòd ſi nihil pro me tibi reſpondere uoluſſem, ſed illud cenſorium \* eloquiũ Appij Claudij, & L. Piſonia integerrimorum uirorum, quo uſus eſt quiſque eorum, pro lege palàm uniuerſis recitare: non te tibi uideret eternas inurere maculas, quas reliqua uita tua eluere non poſſit: neque poſt illum de-

lectum Senatus, te unquam uidiſſimus, niſi forte in ea te caſtra conieciſti, quòd omnis ſentina Reipublicæ confluxerat. At idem Saluſtius, qui in pace ne ſenator quidem manſerat, poſtea quàm Reſp. armis oppreſſa eſt, & idem uictores qui exules, reduxit: in Senatum poſt quæſturam reductus eſt. Quem honorem ita geſcit, ut nihil in eo non uenale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit: itaque egit, ut nihil non æquum ac uerum duxerit, quòd ipſi facere collibuſſet: neque aliter uexauit, ac debuit, ſi quis prædæ loco accepſſet magiſtratum. Peracta quæſtura, poſtea quàm magna pignora eis dederat cum quibus ſimilitudine uitæ ſe continuerat, unus iam ex illo græge uidebatur. Eius enim partis iã exòplar erat Saluſtius, quòd tanquam in unam uoraginem cœtus omnium uitiorum exceſſerat: quicquid impudicorum, cydonum, parricidarum, ſacrilegorum, \* debitorum fuit in urbe, municipijs, colonijs, Italia tota, ſicut in fretis, ſubſederant, nominis perditũ ac notiſſimi: nulla in parte caſtris apti, niſi licentia uitiorum, & cupiditate rerum nouarum. At poſtea quàm Prætor factus eſt, modeſtè ſe geſcit, & abſtinenter. Non ne ita prouinciã ualſtauit, ut nihil neq; paſſi ſint, neq; expectarint grauius focij noſtri in bello, quàm experti ſunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tãtũ hic exhauſit, quantum potuit aut fide nominum traijci, aut in naues contrudi: tantum inquam P. C. exhauſit, quantum uoluit. Ne cauſam diceret, ſextertio duodecies cum Cæſare paciſcitur. Quòd ſi quippiam eorum fallum eſt, his palàm reſelle. Vnde tu, qui modò ne paternam quidem domũ redimere potueris, repètè tãquã ſomnio beatus, ortos precioſiſſimos, uillã Tiburti, C. Cæſaris reliquas poſſeſſiones paraueris? Neq; piguit quærere, cur ego Pub. Craſi domũ emiſſem, cum tu ueteris uillę dominus ſis, cuius paulò antè fuerat Cæſar: modò inquam, patrimonio nò comefo, ſed deuorato, quib. rationib. repentè factus es tam affluens, & tã beatus? Nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem ſuum ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit, niſi ſimilis ac par tui? At Hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum ſiue tu ſimiliſes, ſiue illi tui, nihil ad \* omnium ſcelus ac nequiciam addi poteſt. Verũ (ut opinor) honores tui te faciunt inſolentè. Tu Cri. Saluſti, tantidem putas eſſe bis ſenatorem,

\* iudicandis

\* animum

\* exiſtimat

\* uirtutem

\* eloquiũ

\* debitorum

\* tuum.





usq; ac altera cōmētionem Aut, in parenibesi concluderem, oppido elegantē comparationē duarum ambicionum cōmētia. Quatuor autem enumerat falso obiecta. Quae si uera, inquit, erunt, tui similes plurimi corruissent. Hic locus in Aldino codice pessimē distinctus est, & partim corruptus. Nam pro, in hac uerba uixissent, reposuit, In urbē uenisset. Et nota dicendi genus per relatiuū ad posteriora genere conformatiū, Quā tu proscriptiōne uocas. Itē illud: Credo quod non omnes tui similes uixissent. Continuo post idem codex legit: At quanto meliore loco respub. tuenda staret. Sed nemo habet illud Tuenda. Nec ego quid ad sensum faciat intelligo. Item Fortunatā natam. illud Natā, non omnes habent codices: Badius etiam demendū putat. Paulo post: Quid enim mentiri turpe duces. Idem Aldi codex falso, Dicit, reposuit. In uxorem & in filiā meā inuasi. ] Quidam codices non habent Meam. Sed nota illud dicendi genus, in filiam inuasi. Item paulo post, Mutuū gratiam relaturum, in malam partē. Ego fugax, Crispe Salustij? Hæc haec uerba interrogatiue legenda, se quentia nō item. Quod utriusq; codex Aldinus neglecti. Item, Vnus expriri, habent ueluti cod. melius quā Vnius, quod Aldinus. Mox, Qui, postquam ille suum animum, &c. Longum hyperbaton usq; ad Reuertit. Qui reuertit, postquam ille suum animum per bacchatus est. De P. Clodio loquitur. De die autem reditus sui ab exilio, ipse Cicero copiose disserit lib. 4. ad Atticum epistola prima. Aduentu item meo, uel intelligitur In, ait Badius, uel ablatius pro datiuo est positum. Multi arma sua timeri uoluerunt. ] Aldinus codex Timere legit: sed non rectē, ut puto. Videntur autē uel ex hoc loco ha orationes habite post C. Caesaris cædē. Nā haud scio, uiuente illo ausus ne fuisset ita libere loqui Cicero. Sed hab. in sod. sacrilegij Nigidiani. ] Ex hisce uerbis certe nullus elicitur sensus. In alio codice legēbatur: Sed abijt in sodalitiū sacrilegi Nigidiani. Accusati igitur Salustij Cicero sacrilegij, quippe qui cum sacrilegio sodalitiū habuerit. De Nigidiano autem quis sciat, adhuc cogito. Secutus hunc locū & hunc ord. desp. ] Vetus codex non habuit, Secutus est. Sed absq; eo non est nullus sensus, nisi aliud quippiā adponatur. Illud Dessestū, ambigē dictū. Continuo post: Itaq; timēs, ne facinora eius clara uobis essent. Aldinus codex, Clam uos habet, ut accusatum casum habeat praepositio, quae aliqui ablatiuū poscit, ut Vir. in Post fecit: Ex unquam patrios longo post tempore fines. Vetus iam codex habet: Itaq; timens ne facinora eius clam uobis essent. Quae lectio placet. Paulo post mirē Ex

perrecti positum pro uigilites: Sed ita experreli nō sumus, ut à te cauere possimus. Quo usus est quisq; eorū, prò lege. ] Illud Eorū, quae ratione dictum sit, haud equidem intelligo: etiamsi ad Censores quidam referunt. L. Etorū iudicandū relinquo, nunc locus bene habet. Et idem uel Etor, qui exules redierunt. ] Puto eū de C. Caesare loqui iam caeso, qui tempus oppressit. Cuius partib. adhaesit Sallust. Nam de C. Sulpitio apud Florum lib. 77. qui infeliciter id tenuerat, intelligere uelle, planē ineptū est. Verum quos exules reduxerit Caesar, nisi quod omnes eius partib. adhaerentes, hostes à Senatu iudicati erant, mihi non liquet. Ego locum corruptū puto, & aliquot desiderari uerba. Quod cur toties Lectorem admonē, ratio à nobis sapius nunc dicta est. Neq; aliter uexant ac debuit. ] Non puto facile quēquam hunc locum intelligere: uexantur homines, non magistratus ipse praede loco acceptus. Paulo post: Quod tūcum in unam uox agitem ceteris oim uitiorū excesserat. Pro Quo, alibi est Quo, et excesserat, uerbi pluratio numero. Vnde ego suspicor, pro, Quod tantū, legendum, Quo tanquam: & optime procedet sensus ad sequentia uerba. De numero, quando ceteris utriusq; esse potest, non magni refert: ego tamen & pluraliter legerem. ] Concesserant: non, excesserant. Cuiusdā autē pro Cilionum legendum est. Non enim Fesit Pomp. expositio hic locum habet. Praeterea Debitorum magis, quā deditorum: & Notatissimi plus, quā notissimi placet. Sestertio duod. cum Caes. pacificatur. ] Bi hic locus ostendit post Caesaris mortem has orationes habitas. Ceterum & Sestertio in auferendi casti, & Sestertium in gignendi legitur. Idq; licere multis elegantibus authorū exemplis ostendit lib. 1. de esse Budaus. Duodecies autē H. — Sfacium triginta milia coronatorum. Mox: Vnde qui modo de paternam quidem domum redimere poteris. Vetus est lectio. Nec Quo legendum, nec Quidem omitendum, quod utrunq; fecit Ald. codex. Porro Villam Tiburi legendum potius quā Tiburū, ut ego existimo. Quod bis Consulare, & bis triumph. ] Vbi Cicero bis C. O. S. fuerit, nisi uel alicui sufficitur, uel procos. factus bello in Syria gesto, seire non possit. Minus uerò ubi bis triumphauerit, quē ne mel quidē iriū p. h. l. g. Bello ciuili impeditus eū è Ciliacia redisset, ad Atticū legē dicit querelā. Ergo bis triumphalem ait, non aut triumphasse. quasi diceret: Qui triumphum merueram, si fortuna non inuidisset. Igitur non ab eo quod fuit, sed ab eo quod esse uel potuit, uel iure debuit, sese laudat. Vt uerum sit, quod de eo dicit Seneca: Cicero se laudat non absque causa, sed absque modo.

PHILIPPI BEROALDI INVECTIARVM  
Ciceronis in L. Catilinam, commendatio.

Marcum Ciceronem cum in omnibus scriptis quae sunt scripta, diuinitus admirari soleam, tum uero in inuectiuis, & his quae Lucilianam mordacitatem redolēt, & Theonino dente circumdunt: illum satis suspicere, satis adorare nō possum, adeo uehemens, adeo concitatus, quem oppugnat, inuadit: ut suae, lucubrationis tela, quae quodam quasi tormento ualidissima iaculatur, nemo non aduersariorū horrescat, nemo non subire formidet. etenim M. Tullij eloquentiam Caius Verres ferre non potuit: eiusdem Philippicæ M. Antonij proscripterunt. Quae uero (dij boni) uehementia,

quib. uerborū fulminib. L. Catilinā partim in senatu, partim in Quiritū cōcione percellit, uexat, inuadit: tum Marce Tulli (ut inquit Plinius) Catilina fugit in genitū. Quod nō minus uerē quā facundē dictū esse intelliget, si quis diligētius inspexerit libellos hos in L. Catilinā à Cicerone editos, quos uuper recognoui: ut in mille exēplaria à solertissimis impressorib. transcripti, passim legerentur publicareturq;. Hæc & omnia alia M. Tullij uolumina nō solū legēda, sed habēda quotidie in manib. oēs docti nouerūt. Ille uero se perficisse sciat (ut Quintilianus uerbis utar) cui Cicero ualde placuerit.

¶ Marcum

COMMENTARIVS.

BAD. ¶ Marcum Ciceronem ] Hanc commendationē Philippippi Beroaldi, uiri discretissimi, quia aspernanda non est, prætermissam nolui: ne tamē pro oratione haberetur, minoribus characteribus inserui, & paucis elucidaui. Diuinitus. ] i. beneficio à Deo caeliis dato. Lucilianam. ] i. Satyricam. nam Lucilius Satyræ Latine pater & inuentor est. Et dente Theonino. ] i. mordaci & inuido, ut Flaccus attestatur. Sufficere. ] i. ut sursum & in sublimi positum cum admiratione & ueneratione aspicere. Nam sicut Despicere, cōtemnere notat: ita Su-

spicere, uenerari. Concitatus. ] i. commotus aut pro-uocatus. Lucubrationib. ] ad lucernam uigilationib. Verres. ] in quem Verrius scripsit. Philippicæ. ] quas in Marcum Antonium triumuirum scriptas, Philippicæ inscriptas, ad imitationem Philippicarum Demosthenis. In Senatu. ] ut in hac Oratione. In concione Quiritium. ] id est, oratione habita ad populum Romanum. Hæc & alia. ] Communis commendatio operum Ciceronis, quae satis commendari nequeunt.

M. TVL. CICERONIS IN LVCIVM CATILINAM IN SENATV ORATIO, SEV INVECTIUA I.

¶ Oratio est generis Deli beratiui, in qua summa praecipit Catilina, ut ab urbe discedat: orditur aut tamē à sehematibus peregrinis. Repetitiu.

¶ Vnus est generis Deli beratiui, in qua summa praecipit Catilina, ut ab urbe discedat: orditur aut tamē à sehematibus peregrinis. Repetitiu.

¶ Inuectiuæ ueritatē imbecillitatē.

¶ Li. lib. 4. prima Dec. Amplificat ab exēplis, colligēs iam dudum oportuisse necari Catilinam.

¶ Epiphonema.

¶ Vousq; tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihil ne te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis uigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habedi Senatus locus, nihil horum ora uultus que mouerunt? Patere tua consilia non sentis? Constrictam iam omnium horum conscientia teneri coniurationem tuam non uides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos conuocaueris, quod consilij ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris? O tempora, o mores. Senatus hoc intelligit, Consul uidet, hic tamē uiuit, uiuit? immo uero etiam in Senatu uenit: sit publici consilij particeps: norat & designat oculis ad eundē unumquemque nostrum. Nos autem uiri fortes satisfacere Reipublicae uidemur, si istius furorem ac tela uitemus. Ad mortē te Catilina duci iussu Cōsulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem istam, quā tu in nos omnes iam diu machinaris. An uero uir amplissimus P. Scipio pontifex maximus Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum Reipublicae priuatus interfecit, Catilinam uero orbem terrarū cæde atque incendijs uastare cupientem nos Consules perferemus? Nam illa nimis antiqua praetereo, quod Q. Seruilium Hala Sp. Melium nouis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit illa ista quondam in hac Reipub. uirtus, ut uiri fortes acriter supplicijs ciuem perniciosum, quā acerbissimum hostem coercerent. Habemus enim Senatus consilium, in te Catilina uehemens & graue: non deest Reipub. consilium, neque autoritas huius ordinis: nos, nos dico aperte, consules desu-

mus. Deceuit quondam Senatus, ut L. Opimius Consul uideret ne quid Reipub. detrimenti caperet: nox nulla intercessit, mox interfectus est propter quaedam sectionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus, auitis moribus, occisus est cum liberis M. Fuluius consularis: Simili Senatus consilium C. Mario & L. Valerio Coss. permissa est Reipub. Num unum diem postea L. Saturninum Tribunum pl. & C. Seruilium mors, ac Reipub. pena remota est? At nos uigilantem iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis. habemus enim huiusmodi Senatus consilium, ueruntamen inclusum in tabulis, tanquā in uagina reconditū, quo ex Senatu consilium confestim interfectum te esse Catilina conuenit. uiuis, & uiuis non adponendā, sed ad confirmandam audaciam. Cupio P. C. me esse clementem, cupio in tantis Reipub. periculis me non dissolutum uideri: sed iam me ipsum inertiae nequitiaeque condemnno. Castra sunt in Italia contra Rempub. in Hetruriae faucibus collocata. Crescit in dies singulos hostium numerus: eorū autē imperatorem castrorum, ducemque hostium, intra moenia, atque aded in Senatu uideamus inestinatam aliquam quotidie perniciem Reipub. molientem. Si te iam Catilina comprehendere, si interfici iussero, credo erit uerendum mihi, ne hoc potius omnino boni seruis à me, quā quicquid crudelius factum esse dicant. Verum ego hoc quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiam te, quum iam nemo improbus, tam perditus, tam tui similis inueniri poterit, quid non iure factum esse fateatur. Quandiu quisquam erit, qui te defendere audeat, uiues: & uiues, ita ut tu nunc uiuis, multis meis & fumis praesidijs emigret: priusque

Castigatio superioris sententiae cum Gracchus & praesens a uenit cum amara militum dicit. \* aut maioribus.

Acies auctoritatis hebescit.

A sua persona.

A re ipsa.

Cur distulerit. Catilina necesse.

Haec enim ibi se in esse fateatur. Quandiu quisquam erit, qui subiecti consilij scilicet ex urbe emigret: priusque

proponat consilium, collige legem, unde postea consilium inferat.

Argumenti propositio.

dijs oppressus, ne commouere contra te Rempub. possis. Multorum etiam te oculi & aures, non sentientes, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient. Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius expectes, si neque nox tenebris obsecrare coetus nefarios, nec priuata domus parietibus continere uocem coniurationis tuae potest, si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede, obliuiscere caedis atque incendiorum. Tenebris undique, luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae etiam mecum licet recognoscas. Meministine me ante diem 12 Calend. Nouemb. dicere in Senatu, certo die fore in armis, qui dies futurus esset ante diem 8 Cal. Nouemb. C. Maelium audaciae satellitem atque administratum tuum? Num me fecellit Catilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis: uerum, id quod multo magis est admirandum, dies? Dixi ego idem in Senatu, caedem te optimum contulisse in ante diem 5 Calend. Nouemb. tum quum multi principes ciuitatis Roma, non tam sui conseruandi, quam tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num inficiari potes te illo ipso die meis praesidijs, mea diligentia circumclusum, commouere te contra Rempub. non potuisti? quum tu discessu caeterorum, nostra tamen, qui remansissent, caede contentum esse dicebas. Quid quum te Praeneste Cal. ipsi Nouemb. occupatum nocturno impetu esse confideres? Sensistine illam coloniam meo iussu, meis praesidijs, custodijs uigilijsque esse munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam uideam, planeque sentiam. Recognosce mecum tandem illam superiorem noctem, iam intelliges multo me uigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem Reipub. Dico te priori nocte uenisse inter falcarios (non agam obscure) in M. Leccae domum, conuenisse eodem complures eiusdem amentiae scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? Conuincam, si negas. Video enim esse hic in Senatu quosdam qui tecum una fuere. O dii immortales, ubi nam getium sumus? qua Reipub. habemus? in qua urbe uiuimus? Hic hic sunt in nostro numero P. C. in hoc orbis terrarum sanctissimo grauissimoque consilio, qui de meo nostroque omnium interitu, qui de huius urbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitant. Hic ego uideo Consul, & de Rep. sententiam rogo: & quos ferro trucidari oportebat, eos nondum uoce uulnere. Fuisti igitur

Præneste.

Epilogus superiorum.

Exclamatio aduersus conuictos Senatores.

Voce uulnerare.

apud Leccam ea nocte, Catilina, destrubisti partes Italiae, statuisti quod quemque proficisci placeret: delegisti quos Romae relinqueres, quos tecum educeres: descripsisti urbis partes ad incendia: confirmasti te ipsum iam esse exiturum: dixisti paululum tibi esse etiam nunc mori, quod ego uiuere, reperti sunt duo equites Romani, qui te ista cura liberaret, & sese illa ipsa nocte paulo ante lucem in meo lectulo interfeceros polliceretur. Haec ego omnia uixdum iam ceteru uestro dimisso coperi, domum meam maiorem praesidijs munui atque firmavi: excludi si eos quos tu mane ad me salutatum miseras. Cum illi ipsi uenissent, quos ego iam multis ac summis uiris id temporis esse praedixeram. Quae quum ita sint, Catilina, perge quod coepisti: egredere aliquando ex urbe: patenter portus officere. Nisi diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant. Educ tecum omnes tuos: sin minus, quam plurimos: purga urbem: magno me metu liberabis, dummodo inter me atque te murus interstit. Nobiscum uersari iam diutius non potes: non feram non patiar, non sinam. Magna dijs immortalibus habenda est gratia, atque huic ipsi Ioui Statori, antiquissimo custodi huius urbis, quod hanc tam tetram, horribilem, tamque infestam Reip. pestem toties iam effugimus. Non est saepius in uno homine salus summa periclitanda Reipub. Quandi mihi Consuli designato Catilina iniunctus es, non publico me praesidio, sed priuata diligentia defendi. cum proximis comitibus consularibus me consulere in campo, & competitores tuos interficere uoluisti, compressi tuos nefarios conatus amicorum praesidio & copijs, nullo tumultu publice concitato. Denique quotiescumque me petisti, per me tibi obstiti: quanquam uidebam perniciem meam cum magna calamitate Reipublicae esse coniunctam. Nunc iam aperte Rempub. uniuersam petis, templam deorum immortalium, testam urbis, uitam omnium ciuium: Italiam denique totam ad exitium & uastitatem uocas. Quare, quoniam id quod primum atque huius imperij, disciplinaeque maiorum proprium est, facere non audeo: faciam id quod est ad seueritatem lenius, ad communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero, residuum in Rep. reliqua coniuratorum manus: sin tu (quod te iam dudum hortor) exieris, exaurietur ex urbe tuorum comitum magna & perniciosa sentina Reipub. Quid est Catilina? Num dubitas id me imperante facere,

Cicero uero bo confirmandi libenter uiuere, pro affirmado.

Epilogus.

Aliud argumentum, cur uelit cedere Catilina ab urbis periculo.

Amplificatio: Haec nunc me uentium petisti, nunc petis semper.

Distributio.

Consilium.

Ratiocinatio.

Propositio nis explicatio, a dicitur flantys.

Propositio nis confirmatio. argumentatur autem primum a Catilinae sceleribus. Excundiam esse urbe, quod omnibus sit iniurium.

Occupatio.

Transitio.

facultatē

Reipub.

Potius conuictas, nec contemtas legendum.

cere, quod iam tua sponte faciebas? Exire ex urbe consul hostem iuber. Interrogas me, num in exilium? Non iubeo, sed si me contulisti, suadeo. Quid enim Catilina est quod te iam in hac urbe delectare possit, in qua nemo est extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui te non oderit? Quae nota domesticae turpitudinis non iniusta uitae tuae est? Quod priuatarum rerum dedecus non haeret infamiae? Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus, tuis unquam, quod flagitium a toto corpore absuit? Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem praetulisti? Quid uerò nuper quum morte superioris uxoris nouis nuptijs domum uacua fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulaisti? quod ego praetermitto, & facile patior fieri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non uindicata esse uideatur. Praetermitto ruinas forumarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis idibus senties. Ad illa uenio, quae non ad priuata ignominiam uitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam Reipub. atque ad omnium nostrum uitam salutemque pertinent. Potest ne tibi huius uitae haec lux Catilina, aut huius spiritus caeli esse iudicium? quum scias horum esse neminem, qui nesciat pericid Calend. Ianuar. Lepido & Tullo Cons. steterisse in comitio cum telo? manum consulum, & principum ciuitatis interficiendorum causa parauisse: sceleris ac furoris tuo non aliquam mentem, aut timorem tuum, sed fortunam populi Rom. obtulisse. Ac iam illa omitto: neque enim sunt aut obscura, aut non multo potest commissa. quoties tu me designatum, quoties me consulem interficere uoluisti? quot ego tuas petitiones, ita te coniectas ut uitati posse non uiderentur, parua quadam declinatione, & ut aiunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris quod mihi latere ualeat in tempore: neque tamen conari ac uelle desistis. Quoties iam, quoties tibi extorta est fida ista de manibus? Quoties uerò excidit casu aliquo, & elapsa est? tamen ea carere diutius non potes. Quae quidem, quibus abs te initiata facris ac deuota sit, nescio, quod eam necesse putas consulis in corpore desigere. Nunc uerò quae tua est ista uita? Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus

esse uidear, quo debeo: sed ut misericordia, quae tibi nulla debetur. Venisti paulo ante in Senatu. quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis ac necessarijs salutauit? Si hoc post omnium hominum memoriam contigit nemini: uocis expectas contumeliam, quum sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod ab aduentu tuo ista subsellia uacua facta sunt? Quid, quod omnes Consulares (qui tibi per se ad eadem constituti fuerunt) simul atque assediisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Serui mehercule mei si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Et si me meis ciuibus iniuria suspectum tam graniter atque insensum uiderem, carere in aspectu ciuium, quam infestis oculis omnium conspici mallet. Tu quum conscientias scelerum tuorum agnoscas, omnium oerum iustum, & iam diu tibi debitum: dubitas, quorum mentes sensusque uulneras, eorum aspectum praesentiamque uitare? Si te parentes timerent atque odisset tui, neque eos ulla ratione placare posses: ut opinor, ab eorum oculis aliquid concederes. Nunc te patria, quae communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit, & iam diu te nihil indicat, nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neque; autoritate uehere, neque iudicium sequere, neque uim primescere? quae tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum iam tot annis facinus extitit, nisi per te: nullum flagitium sine te. Tibi uni multorum ciuium neces, tibi uexatio direptioque; sociorum impunita fuit ac libera. Tu non solum ad negligendas leges & quaestiones, uerum etiam ad deuincendas perfringendasque ualuisse. Superiora illa quanquam ferenda non fuerunt: tamen ut potui, tui. Nunc uerò motam esse in metu propter te unum: quicquid increperit, Catilinam timeri, nullum uideri contra me consilium iniuriosum posse, quod a tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si ueris, ne opprimar: sin autem falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si uim adhibere non possit? Quid, quod tu teipse in custodiam dedisti? Quid, quod uitandae suspitionis causa apud M. Lepidum te habitare uelle dixisti? a quo non receptus, etiam ad me uenire ausus

Iudicium taciturnitatis.

A minori.

Quot enim sunt qui metuunt, tot oderunt nos.

A simili.

Patria communis omnium parens.

Sermocinatio.

Cicero patriam loquentem facit.

Epilogus.

Tertium argumentum a Catilina facto, qui sepe sum condemnari, quod a domo sua cesserit.

es, atque domi meae te afferari rogabit: quum à me quoque id responsum talif-  
 fes, me nullo modo posse ejdem carietibus tutum esse recum, qui magno in periculo essem, quod ejdem moribus contineremur, ad Q. Merellum Praetorem venisti, à quo repudiatus, ad sodalem tuum uirum optimum M. Marcellum demigrasti, quem tu uidelicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad supplicandum sagacissimum, & ad uindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longè uidetur à carcere atque à uinculis abesse debere, qui septimum iam dignum custodia iudicauerit? Quæ quum ita sint, Catilina, dubitas, si hic morari æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & uitam istam multis supplicijs iustis debitisque creptam, fugæ solitudiniquè mandare? Refer, inquis, ad Senatum: id enim postulas. Et si hic ordo sibi placere decreuerit, te ire in exilium, obtemperatum te esse dicis. Non referam, id quod abhorret à meis moribus: sed tamen faciam ut intelligas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe Catilina, libera Rempublicam metu: in exilium, si hanc uocem expectas, proficiscere. Quid est, Catilina? \* quid attendis? † quid animaduertis horum silentium? patiuntur, tacent. Quid expectas auctoritatem loquentium, quorum uoluntate tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo Publio Sestio, si fortissimo uiro Marco Marcello dixisset, iam mihi consuli hoc ipso in templo iure optimo Senatus uim & manus intulisset. De te autem Catilina quum quiescunt, probant: quum patiuntur, decernunt: quum tacent, clamant. Neque hi solum, quorum uel auctoritas clara est, uidelicet uita uilissima: sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi uiri, ceterique fortissimi ciues, qui circumstant Senatum: quorum tu & frequentiam uidere, & studia perspicere, & uoces paulo ante exaudire potuisti: quorum ego uix abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdè facillè adducà, ut te hæc quæ iam pridem nastare studes, relinquentem, usque ad portas prosequantur. Quanquam quid est quod loquar? Te ut ulla res frangat: tu ut unquam te corrigas: tu ut ullam fugam mediteris: tu ut illum exiliu cogites? Vitam tibi istam mentem dii immortales donarèt: tamen si uideo, si mea uoce ire in exilium animum induxeris, quanta pestas inuidiæ nobis, si minus in præsens

tempus, recenti memoria scelerum tuorum, at in posteritatem \* impendat: sed non est mihi taci, dummodo illa tua priuata sit calamitas, & à Reipu. periculis seingatur. Sed tu ut uitijs tuis commouere, ut legum penas pertimescas, ut te ipso Reipu. concedas, non est postulandum. Neque enim Catilina is es, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocaret. Quamobrem (ut sæpe iam dixi) proficiscere. Ac si mihi inimico, ut prædicas, tuo consilare uis inuidiam, recta uia perge in exilium. Vix feram sermones hominum, si id feceris: uix molem istius inuidiæ, si in exiliu ieris iussu Consulis, sustinebo. Sin autem feruire meæ laudi & gloriæ mauis, egredere cum importuna sceleratoru manu: confer te ad Manlium: concita perditos ciues: secerne te à bonis: infer patriæ bellum: exulta impio latrocinio, ut à me non eiectus ad alienos, sed inuitatus ad tuos ille uidearis. Quamquæ quid ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos qui te ad forum Aurelium præstolentur armati: sciam pactam & constitutam esse cum Manlio diem, à quo etià Aquila illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciolam esse confido & funestam futuram, cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse præmissam? Tu ut illa diutius carere possis, quam uenerari ad cædè proficiscens solebas, à cuius altaribus læpe istam dextram impiam ad necem ciuium transtulisti? His tandem aliquando, quò te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem uoluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna seruauit. Nunquam tu non modò ocium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modò fortuna, uerumetiam spe derelictis, consilata improborum manum. Hic tu qua læticia perfuere? quibus gaudijs exultabis? quanta in uoluptate bacchabere? quum in tanto numero tuorum neque audies uirum bonum quenquam, neque uidebis. Ad huius uitæ studium meditati illi sunt, qui reruntur, labores tui. Iacere humi non modò ad oblidendum suprum, uerum & ad facinus obeundum. Vigilare non solum ad insidiandum fomno maritorum, uerumetiam bonis occisoru. Habes ubi stantes illam præclaram tuam patientiam

\* pendem.

B

C

Omen.

Omnispe derelicta uilarij.

famia

famis & frigoris, inopiæ rerum omnium, quibus te breui tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum cum te à consulatu repuli, ut exul potius tentare, quam Consul uexare Rempub. posses: atque ut id quod esset à te scelerate susceptum, latrocinium potius quam bellum nominaretur. Nunc ut à me, P. C. quandam propè iustam patriæ querimoniam desister ac deprecet, percipite quæso diligenter quædicam, & ea penitus animis uestris mentibusque mandate. Etenim si mecum patria, quæ mihi uita mea multo est charior, si cuncta Italia, si omnis Respub. loquatur: M. Tulli quid agis? Tu ne eum quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum uides, quem expectari imperatorem in castris hostium sentis, authorem sceleris, principem coniurationis, euocatorem seruatorum & ciuium perditorum exire parieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immisus in urbem esse uideatur? nõne hunc in uincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? nõne maiorum? At persæpe etiam priuati in hac Republica perniciosi ciues morte multarunt. An leges, quæ de ciuium reorum supplicio rogatæ sunt? At nõquam in hac urbe ij qui à Repub. defecerunt, ciuium iura tuerunt. An inuidiam posteritatis times? Præclaram uerò populo Romano referes gratiam, qui te hominem per te cognitum nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperiū per omnes honorum gradus extulit, si propter inuidiã, aut alicuius periculi metum, salutem ciuium tuorum negligis. Sed si quis est inuidiæ metus, nõ est uehementius se ueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertiae ac nequiciæ pertimescèda. An, quò bello uastabitur Italia, uexabuntur urbes, tecta ardebunt, te non existimas inuidiæ incendio conflaturum? His ego sanctissimis Reipub. uocibus, & eorum hominum qui idem sentiunt mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu iudicarem, P. C. Catilinam morte multari: unius uisuram horæ gladiatorij isti ad uiuendum nõ dedissem. Etenim si summi uiri, & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchoru, & Flaccij, & superiorum complurium sanguine non modò se non contaminauerunt, sed etiam honestauerunt: certè uerendum mihi non erit, ne quid pernicida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impen-

deret, tamen hoc animo semper fui, ut inuidiam uirtute partam, gloriam, non inuidiam putarem. Quanquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea quæ imminet, nõ uideant: aut ea quæ uident, dissimulent: qui spem Catilinæ mollioribus sententijs aluerunt, coniurationemque nascentem nõ credendo corroborauerunt: quorum auctoritate sequuti multi non solum improbi, uerum etiam imperiti, si in hunc animaduertissem, crudeliter, & non egregiè factu esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quò intèdit, in Manliana castra peruenierit, neminem tam stultum fore, qui non uideat coniurationem † patefactam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hæc Reipub. pestem paulisper reprimi, nõ in perpetuū comprimì posse. Quod si seiecerit, secūque suos eduxerit, & eodem ceteros undique collectos naufragos aggregauerit, extinguetur atque delebitur nõ modò hæc tam adulta Reipub. pestis, uerumetiam stirps ac semen malorum \* omnium. Etenim iam diu P. C. in his periculis coniurationis & insidijs uersatur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac ueteris furoris & audaciæ maturitas in nostri consilii tempus erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus tolleretur, uidebimur fortasse ad breue quoddam tempus cura & metu esse releuati: periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in uenis atque in uisceribus Reipub. ut sæpe homines ægri morbo graui, cum æstu febrili iactantur, si aquam gelidã biberint, prius releuari uidentur, deinde multo grauius uehementiusque affligantur: sic hic morbus, qui est in Reipub. releuatus istius pena, uehementius † uiuis reliquis ingratus scer. Quare secedant improbi, secernat se à \* bonis, unum in locum congregentur: muro denique, id quod sæpe iam dixi, fecerantur à nobis: desinant insidiari domi suæ Consuli, circumstare tribunal Prætoris urbani, obsidere cum gladijs curiam, malleolos ad incendendam urbem, faciesque comparare. Sit denique inscriptu in frontem uniuscuiusque quid de Reipub. sentiat. Polliceor uobis hoc, P. C. tãtam in nobis Cons. fore diligentiam, tantã in uobis auctoritatè, tantã in equitib. Romanis uirtutè, tãtam in omnib. bonis consensionem, ut Catilinæ profectioe omnia patefacta, illustrata, oppressa, uindicata esse uideatis. Hisce omnibus Catilina, cum summa Reipublicæ salute, & cum tua peste ac per-

Inuidia uirtute parta, gloria est.

\* Regie

† factam esse

\* adulta pestis, \* hominum.

Pulchra similitudo.

Comparatio. † ciuib. \* nobis

Repetitio.

Peroratio, qua suam operam et optimorum in Reipublica polliceor uos, nec inquam esse defuimus isti causa.

V u 2 nicias,

Epilogus argumendi.

Consultatio eius quod à Catilina obijci potuit.

\* equitid \* equitid

P. Sestio.

Tacito consensu probant quæ ego decerno.

Accurpis, quo in uehitur in Catilina mores, & obtestans iam dudum ista se frustri à imperare.

Consultatio eius argumendi quod obijci potuit à bonis uiris: si cuiusmodi est Catilina, eum non pretere iugulans?

Distributio.

Aquila argentea Catilina.

Exegere rem ab ipso Catilina factam.

si uisus.

Incendium inuidiæ.

si uisus.

nicie, cumque eorum exitio qui se tecum omni scelere participioque iunxerit, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tum tu Iupiter isdem, quibus hæc urbs auspicijs à Romulo est constituta, quem Statorem huius urbis atque imperij uere nominamus, hunc & huius socios, à tuis

aris, cæterisque templis, ac tectis uibus, ac mœnibus, à uita fortunisque ciuium omnium arcebis: & \* omnes inimicos \* homines, bonorum hostes patriæ, latrones Italiæ, scelera fecerunt inter se ac nefaria scietate coniunctos, æternis supplicijs uos uos mortuosque mactabis.

COMMENTARIVS.

Quousque tandè. ] Vehementi utitur principio, per interrogationem urgentem. Nos eludet. ] i. decipiet & ludibrio habebit. Illud aut etiã datio iungitur: ut Aenid. 2. — Certisq; audere capto. Quãdiu. ] dicitur et quãpridè et quãdiu dicitur. ] per eodẽ pã dicitur, nã addidit, Tuis. Què ad finem. ] i. ad què exitiũ, seu ad quã inuoluntate aut moderatiorẽ. Nam modis pro fine ponitur Aen. 4. Et qui erit modè sita finis pro modo positi potest ut i. Ser. Horatij.

Est modus in rebus, sine ceteri deniq; fines, &c. Presidium, est pã militiã habendi senatus. i. ad habendum senatum, id est multitudinem aut congregationem senatorum. Nomen. ] i. affectus te. Patere. ] i. manifesta esse. Constitutam. ] i. compressam, ita ut exire in opus nõ possit. Arbitraris ignorare. ] q. d. Si rectè arbitratum fueris, arbitraris nemini. O tempora, o mores. ] Tragicè ferè exclamatio, quã pã apostropham tẽperat. nã plenum erat O tempora infelicissima, o mores perditissimi nos. Senatus intelligit, consuetudinem tam detestandã. Consul de se loquitur: sed pã longè dicit, dicendo Consul: quã si dicat, Ego. Nam in consule erat talis sceleris puniendi potestas. Hic. i. talis coniuuratus. In senatum. q. d. Ad autoritatem eius contentens, aut sententiam, non timens consilij quod de rep. sit, & precipue super punitione coniuuratorum. Ad cadẽ. ] i. nec propediè perperandam. Nos aut. ] quasi per irrationem reprobat lenitatem senatus: cui non satis est cuitare uolentiam malefactorũ seu perniciosũ hominum, sed omnem iniuriam ab alijs prohibere docet per eorum necem. In te conferri. ] i. torqueri postem, id est perniciem: quam, scilicet postem imachinarie, id est animo concepti, priuatus, id est dum non erat consul aut dictator, nec in alio magistratu, cui fasces erant, aut animaduersione in ciuem: et tamen cũ Gracchus legem Agrariam promulgare uellet, & seditionem concitaret, iussu eius occisus est. Nimis antiqua. ] quæ centigent paulo post exatos reges de hoc autem prius uiderimus. Fuit fuit. ] Repetitio uim habet affectionis. Nos nos defumus. ] id est officio nostro non fungimur: nos nos inquit, qui ista in te dicimus. Lucio Optimo consule. ] Cuius Gracchus frater Tiberij interfecit: est ob suspiciones (ut hic dicit) seditionum: id autem oratorie facit, argumentans à minori. Nam si ob suspiciones ille talis interfecit: ergo hunc manifestè deprehensum, interfecit oportet. Clarissimo patre. ] quia de Scipionum familia, immò Scipionis filio. Consularis. ] id est de ordine consulum: & qui aliquando consul fuerat. Num. ] quasi dicit: Nimitè. L. Saturnium, de quo prius remorata est, in morte tenuit. Crescit in dies singulos. ] Venustè in die notam incrementum, ut cresco, et comparatiuum habet. Intra mœnia. ] nõ infra, scilicet: bene infra tectum, quasi inferius quam tectum. Interfectum. ] id est ciuilem: quia ciues sunt in una urbe, ut interfectum in uno uentre. Molientem. ] cum mole & difficultate parantem. Serius. ] id est tardius quam facere debuisset: quã crudelium. i. nimis crudeliter. Quod itaq; tribus gradibus iungitur po-

situatur. Tã doct, quã magna. ] comparatiuum, Tã doctior quã maior te sum. Superlatiuum, Tam doctissimus omniũ, quim maximus erat Cesar: sicq; comparatiue ponitur. Verò ego. ] Ordo est: Verum, i. sed: ego nõdũ ad ducor. i. persequor, certa de causa, q. d. per totã causam, quæ me mouet, ut facerẽ id oportuit: nõ pãdè, id est plurimo tempore factus esse. Causa aut motus erat sine immodè alicuius subiaceret, aut ipã homo nouus erat sine inuidis in ius postmodũ uocetur. si ciuẽ priusquã eius peccatũ omnib. inuoluisse, ultimo supplicio affectus. Unde addit: Cũ denique. Hic tãdè interfecit, &c. Similis tui, de moribus similis tibi, de colore & specie exteriori. Quisq; . ] q. d. Etiam te sum iuratum in perniciem urbis. Commouere. ] i. excitare. Illustrantur. ] i. innotescunt, & patefiant, et in lucem ueniunt. Ante diem duodecimum Calendarum Nouembriũ. ] quod nunc diximus duodecimo Calendarum. Sanè memini ut sepius adnotatur apud Cicero nẽ, presentis temporis uerbum habet: Neminẽ: tĩ dice re, non dixisse. Maro tamen semel dixit, memini uidisse: & Persius somniasse. Ordo est: Memini tũ me dicere in senatu ante diem 12. Calẽ. Nouemb. Manium satelitẽ audacia, atq; ministrum tuum fore, i. futurum in armis: qui dies esse futurus ante diem octauum Calẽd. Nouembriũ. Non sefellit me dies. ] i. bene scitui etiam diem. Con tulisse. i. peragendũ disposuisse, aut proposuisse nostra cæ dei qui dicere potuisset, Nostri. Præsentè, oppidum in Ar tino monte. Non modò audiam. ] legendum, Non modò non audiam, aliter sensus non stare. Nam nihil non modò audio, est non audio. Dico te priori nocte. ] Coniurã tionẽ sibi manifestã signifiã significat cõsul, ut Catilina perterritus in uoluntariũ exiliũ proficisceretur. Noui aut oia per Fuluã, qui cũ Curium, unus ex cõiuratis, consuetudine habebat: in Catilinario usum est. Inter falcarios. ] i. instructos falcibus. Sunt aut falcẽ & haypage armorũ genera, uiciorũ oppugnationibus apta, ut docet Nonius Marcellus. uñ Sisenia lib. dist. 4. Falcẽ iniectis cõminunt. Sũt etiã gladij incurui, quibus hic potius instructos dixerat: sũt ad hæc instructi secãdã frugũ, quãrũ secãdũ Varrõ, alie sunt Ianaria, alie adorie, alie dumariæ, quæ et scirpicule dicitur, ut quib. secũcũ dacta. Quos dẽ ui. ] fortè Vargunteiũ dicit. nã is senator erat. In hoc consilio orbis terra, quã præfatio erat senatus totũ mundo. Non strum om. ] bene Nostrium, nõ nostrorum: uerũ tamẽ dicere potuisset, Nostri, quia passim accipit: sed quia Omnium adiecit, maluit Nostrium dicere. Est aut genitiuum pluralis pronominis primitiuũ. Consul. ] i. cum sum cõsul et. i. tamẽ rogo sententiã, quã nõ habet auctoritatem ani maduertẽdã sine cõsensu patriũ. Uoce. ] quã nõdum supple cio dignos pronunciuerant. Parit. ] per Italiam prouincias, ad cõiuratis obediendũ. Etiamnum. ] i. adhuc. dicebat enim se ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronẽ oppressisset. Reperti sunt duo, scz. C. Cornebius, eques Romanus: et L. Vargunteius senator, quẽ hic equiẽ dicit: uel q. omniũ senator eques, sicut omniũ episcopus sacerdos est.

A

\* homines.

B

C

licet nõ cõtrariet, quãne notetur, discrimẽ ponere uoluit. Cõperi. ] quis Curius properè per Fuluã eniciauerat. Ex elsi cor. ] unde Salustij illi iunua prohibiti, tantum facinus sũstulã: scilicet. Id temporũ. ] i. per id tẽpus. Nã in liana. ] quæ C. Manium Fesulũ habebat. Nõ feram, etc. ] Auctus est: quia ferimus, quæ eum; patimur molestia: sui mus, quæ delere nequimus. Consiuduntur tamen. Ioui Statu tori. ] dicto quod si uideret. i. stare faceret Romanos, cum sub Romulo in fuga essent. unde precatur Romulus apud Liuium lib. 1. At tu pater deum hominumq; fugã sedam fite, &c. Per me. ] i. priuata potestate, nõ cõsulari. Nã tiam aperte. ] Et ita distimulandum aut differendũ, præ feruim cõsulũ amplius non est. Patit. ] per insidias et uim. nam Peto ferẽ in malam partem accipitur. Vocas ad exitiũ. ] i. quantũ in te est. uocabis. i. infirmitatem. uis ad exitiũ me compellis: aut pro uocas exitiũ oim corũ. Quod est primum. ] i. de te ultimo supplicium sumere. Faciã. ] id quod est leuius. i. te ad exitiũ cohortabor. Exhaurire. ] i. euacuabitur. Ex urbe. ] i. more suo præpositione re petit. Nam. ] i. nunquid dubius, q. d. Quia in exiliũ te ire simulabis, cõsulũ, ut uerẽ eas, nõ tũ in hoc: quia cum esset cõsul, si iussisset, deberet sententiã executioni mãdari. Quod est enim. ] Affert rationes, cur fãdcat exiliũ uoluerat, cũ in urbe bonèdẽ uiuere nõ possit tã cõiuratiõne patefãctã. Nemo extra cõiuratiõnẽ. ] i. exceptis illis qui in cõiuratiõne sunt. Que nota. ] i. infamia. Est n. nota, notamentum infamie, & in malã partẽ accipitur: sicut notatus et notãdus. Imperitiores tamẽ uiros claros, notabiles dicit. Que nota non est. ] q. d. Nulla nõ est: & ita omnis est. Libido. ] i. cõcupiscentia malefactorum, f. malũ. Nã et bonum est facinus. Flagitiũ. ] i. scelus increpatione dignũ. Cui nõ pretulisti. ] i. priusquã peteret, atulisti & submi sisti, cũ interrogatiõne figurata, quæ negatiuã petit respõ sionẽ, legendũ est. q. d. Nulli nõ pretulisti hoc est, omnib. iussisti. fact. i. in cõiuratiũ aut in cõiuratiũ. Vacuẽ fecisses. ] i. ut uacua affectus nouis nuptijs. i. ad nouas nuptias Orestis ille. Cum morte. ] i. necãdõ priorẽ cõiurãtũ. Quod ego prætermitto. ] i. quod dicere nolo, ne potius in dedecus ciuitatis, quæ impudẽ deliquit: quã corũ qui cõmiserunt, ce cãdã. & est artificiosa occupatio. Ruinas fortunarũ. ] i. ia cturũ uerũ, et pauperẽ impẽdere, sin caput tuũ. hoc est, in periculũ tuũ, quã ab as alienũ in uincula traheris. Eiu Cui exli. ] huius aeris. Cum telo. ] i. mucrone manuũ, stuaũ aut manuũ. i. collectiõnẽ coniuuratorũ. Fortunã. ] quia casu euaserunt. Aut non multa. ] i. repte Neq; ut sit, Neq; non multa: hoc est, et frequẽtia. Peruiciones. ] inuasiones per in sidias. Nihil agis. ] Nihil in huiusmodi locutionib. accipi tur, ut uulgo solet: nõ ut penitus nihil sit, sed nihil, quod profic. Quod enim conatur, quod perficere nequit, nõ dice tur propriè, nisi nihil faceret: tũ nihil facit, quod profic. Ex tortã. ] i. uicij excessu. est sica, hoc est mucro aut pugio oc culus, quẽ ad interficiendũ doloq; aliq; ut cõsulẽ aut ci uem bonũ, secũ uulerat. Carere non potes. ] non dicit ita esse, sed ita uideri: ex eo quod eam toties respõmpit cũ sum mo periculo suo. Quib. iniuriã facis ac deuota sit nefcio ] hoc est, suspicari licet, te eam magicis artibus iniuriã. i. cõsecrasse et instituisse ita ut putes, necesse esse eam deo figere: hoc est, deos infigere. In corpore. ] uidetur di cẽdum, in corpore: nisi uel dicere, quod postquã demissa sit, et iam hæreat in corpore cõsulũ: ille adhuc defigat, i. at tẽt per insidias infigere. Quis salutauit. ] quasi dicat: Nullus, unde cõiuratiõnẽ ab omnib. destituit. Contigit nemini, ut in senatum ingrederetur penitus insalutatus. Vocis coniu.

melã. ] hoc est execrationem: quã nõ contigit salutatio. Ista subfelia. ] in quibus sedere conatus es, sint uacuefa cta: quia nemo tecum sedere uoluit. Subfelia aut sunt inferiora sedilia, in quibus auditores aut minores magistratim sedebant. Constituit. ] hoc est destituit, addidit. Om nes ciues tui. ] Valla monet dicendũ Concites, cum nõ sit eorum præfatus. Consiuduntur tamen. ] aliorũ odiũ subaudiet. Placare. ] i. placidos facere & pacatos. Senus est: Si à parentum oculis recessisses, cur nõ ab oculis ciuũ recedis? Parricidũ. ] i. interitũ, qui si ab eo patratũ, cuius ipse pa rens est, parricidum dicitur. Verebere. ] quasi dicat: De beas uereri nõ minus quã parẽũ, q. te genuerũ. Que. ] f. patria. Per te. ] i. tuo auxilio aut cõsilio. Ac libera. ] i. sine umbrã. Quæstiones. ] i. inquisitiones per supplicia. Euerteris. ] i. leges. Non fuerunt. ] melius quã nõ fue rint: quia indicatiõ iugitur Quãquã. In meum. ] i. u. metũ inuicũ. Quãdã dicitur, etc. ] Sæpẽ Cicero callidè mo net Catilinũ, ut discedat ab urbe: sive ut reuera timore le uetur, sive ut ex eius discessu rem manifestari arguat: cũ ipse sibi cõsiliũ sit tãtũ sceleris, ut in urbe manere nõ au sit. Iisdem parietib. ] hoc est, eadẽ domo priuata: quæ lon ge minor est q. oppidũ. Iisdẽ mœnibus. ] i. munitiõnẽ ciuitatis publicis, qui apud nos ciues sunt. Ad so dicit. ] hoc est, ad factum dapum ex cõiuratiõnẽ. Sed quã. ] i. quan tum longè, quasi dicat: Nullo modo longè, cum id sit cen sensus. In aliquos. ] i. quascũq; alios, ab Romano imperio alienos. Vitam istam. ] hoc est tam uilem & contempti bilem. Refert inquis ad senatum. ] Hoc uerbum Peritũ citat, ubi de significatione huius uerbi Refero loquitur. Nam cum dicitur, Refero ad te, est quasi in consulationẽ pono. ac si dicat: Nemo nostrũ sententiã destituitã dare audeat, sed referimus ad te eandem dandã. Sibi placere decreuerit. ] i. cõmuni cõsensu & diffinitione pronõcia uerit et destituerit, te ire in exilium. Egrederere ex urbe. ] Hinc patet ea quæ cum Ex componuntur, non esse ab ex tra, sed reuera ab ex: quia non solum dicitur, Egrederi extra urbem. unde effert, quod dicit Alexander: — Si uis exire penates: sed etiã, Egrederi ex urbe. uñ, q. Cicero repetere præpositionẽ solet: patet Egrederere cõpo ni ab è non minus quã ab extra, et ita constructi cum abo latiuo, ut Aenid. 2. Bã urbe egressis tumultus. — Et i. Ser. Flaccõ: Egressus magna me cepit Aricia Roma. Libera. ] i. liberẽ fac. est enim uerbum. In exilium (si hæc uocem expectas) proficiscere. ] Non dũ Cicero ausus erat pronõciare abeundi esse in exilium. Horum. ] f. patrum ac senatorũ: qui patiuntur, i. me loqui, & tacent: & ita cõsentire uidentur. Unde addit: Quid expectas, etc. q. d. Frustrã. Quia si aliud quã ego loquor, dicendũ puta rent, iam dudũ loquerentur. At si hoc idẽ. ] Probat quod tacendo cõsentit: quia si de alijs probate uita dicere uel let senatus, non taceret. Videlicet. ] uox apta est ironie et tiã hic. Manũ ac tela. ] quia in te liberet irrunt. Quan quam quid loquar. ] Argutè docet, se frustra loqui, cum aduersariũ tã obstinatus sit, ut sano consilio acquiescere nolit. Istam mentem. ] hoc est, animum seu uoluntatẽ. Est uideo. ] Ordo est: Est i. i. quãquã uideo: ] si tu perterritus mea uoce, hoc est cõiuratiõnẽ inuideris animã, hoc est persuasisti tibi utile esse, ire in exiliũ: quãtã tẽpẽstas, hoc est cõmotio & turba inuidie impendit. i. imminet uobis propter exiliũ tuũ. Si minus. ] hoc est, si forte nõ im pẽdat in præsens tẽpus. i. ut nũc exerceatur in me irrecen ti memoria, id est propter recentem memoriã scelerum tuorum: aut sic memoria scelerum tuorum recentis, supple

existente, id est dum adhuc recens esset, id est saltem impendente in posterum. i. in postremum tempus. Sed est tanti. hoc est tanti aestimo et tanti facio calamitate amoveri a civitate per absentiam tuam, ut quantumvis magnam invidiam incurere patiar. Sit privata. ] hoc est non publica, sed tibi propria: et sciuntur, id est separavit a periculis Reipub. Non est postulandum. ] quia frustra postuletur. Bz, supple talis: reuocauerit, hoc est reuocare poterit. Recta uia. ] dici posset non expresso ablatiuo Via: et forte additus est a non intelligentibus, plerum esse recta. Sustinebo. ] i. sufferam. Sic autem. ] hoc est, sed summa me seruire, id est consulere laudi et glorie, subaudi mece. id est, Si uis ut consulam tibi unde laudis et gloriam consequi possim, confer te ad Manlium, q. d. Declara te hostem: quia si te gloriose uicero, et ita mihi occasio fuerit glorie eris, sicut Herculi persecutio Iunonis, unde sic dictus putatur, quasi Herce, id est Iunonis: cleos, id est gloria. A bonis. ] quia ipse bonus non est. Praestolatur. ] id est expectent. sic et apud Comicum: Quem praestolare? Sed datus iungitur. Pactam. ] id est pacto initam. Aquilam argenteam pro uexillo sum pfit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur: dicit Salustius sub finem Catilin. A quib. ] scilicet altariis. Natura peperit. ] speciosa oratio, omnia dimetiens certis terminis. Tanto. ] i. tam copioso. Ad huius uitae studium meditati. ] id est praconcepti uis exercitati et assuesciti. Ad occidendu] suprum. ] i. recipientu] inculcent desuper, ut faciant parricide: uerit etiam ad obeundum facinus, s. aliquid: ut faciunt latrones et obsequiosos uirum, qui insidias delitescetes humi iacet. Et ita quia prius succubiturus, deinde praedaturus humi iacere affectus est, habet corpus algoris patiens. Somno maritorum. ] ut dum illos dormire nouerit, uem cum uxori- bus habeat. Occidit. ] quos ipse occiderit. Praeclaram. ] ironico dicitur. Nam non omne excellens, praecellarum est: sed illud duntaxat, quod claritatem recti operis annexum habet. Consequuntur. ] id est penitus consumptum. Tentare et uexare elegantissime et appropriatissime dicit. Nam tentat, qui se equenter tenet et dimittit, quia firmiter tenere non potest: aut non audet, et ita nunc accedit nunc retrocedit: uexat autem, qui desuper incumbens assidue torquet et opprimit. unde Porcius uexare dixit esse, subagere mulieres in stupro. Si ergo consul fuisset in re pub. eam uexasset. i. assidue opprisset. quam nunc exul duntaxat tentare poterit. Suspectum. ] id est assumptum. Latrocinium. ] quod qui aliena inuadunt, committunt: quam bellum i. pulchrum dimitandi genus, quod sit uexato iure belli et cum hoste, qualis consul uideri posset, si priuati contra eum arma moueret. non ergo penitus per antiphrasim dicitur bellu, cum duellum, non bellum dicitur. Deprecar. ] i. per modu] deo precantis. i. precantis, ne quid committatur faciam. Perci pite precib. ] Attentos facit, quod fieri debet, ubi pluscula oratione habita languere incipiunt auditores. Eucatoru] feruorum. ] ex ergastulis ad tumultuarium bellu, aut ad pileum, id est libertatem bello parendam. Immissus in urbe. ] tanquam incubator et inuasor a pyaditore urbis. Macari. i. trucidari et quasi djs sacrificari: quoru] contempior uidetur lege, scilz Porcia. At nunquam. ] Calide contendit, iugurtham non esse ciuem amplius, et ita non ganisurum priuilegio ciuui. Nature. ] id est cuo, tempore. Optimum factu. ] id est ut fiat. vsu. ]

iore sunt isti odio supplicioq; digni, qui non solum uestris domicilijs atque testis, sed etiam Deorum templis atq; delubris sunt funestos atq; nefarios ignes inferre conati. Quibus ego si meruisse dicam, nimium mihi sumam, & nō sim ferendus. Ille, ille Iupiter restitit, ille Capitolium, ille hæc templa, ille hanc urbem, ille uos omnes saluos esse uoluit. Dijs ego immortalibus ducibus hanc mentem uoluntatemq; suscepi, atq; ad hæc tāta indicia perueni. Iam uerō illa Allobrogum sollicitatio à P. Lætulo cæterisq; domesticis hostibus, tanta res tam dementer credita & ignotis & Barbaris, commissæq; literæ nunquam essent profectò, nisi à Dijs immortalibus huic tantæ audaciæ consilium esset ereptū. Quod uerò ut homines Galli ex ciuitate male pacata, quæ gens una restat quæ bellum \* Reipub. facere & posse & nō nolle uideatur, spem imperij & rerum amplissimarum ultrò sibi à patricijs hominibus oblatam negligeret, uestram salutem suis opibus aneponerent: id nōne diuinitus factum esse putatis, præsertim qui nos non pugnando, sed tacendo superare potuerunt? Quamobrem Quirites, quoniam ad omnia puluinaria supplicario decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus ac liberis uestris. Nam multi sæpe honores dijs immortalibus iusti habiti sunt, ac debiti, sed profectò iustiores nunquam, erepti enim ex crudelissimo ac miserrimo interitu, & erepti sine cede, sine sanguine, sine exercitu, sine dimicatione, me uno togato duce & imperatore uicistis. Etenim recordamini Quirites, omnes ciuiles diffensiones, neque solum eas quas audistis, sed has quas uos meministis & uidistis. Lucius Sylla Publium Sulpitium oppressit, ex urbe eiecit C. Marium custodem huius urbis: multosq; fortes uiros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cneus Octauius consul armis ex urbe collegam suum expulit. Omnis hic locus aceruis corporum, & ciuiū sanguine redundauit. Superauit postea Cinna cum Mario. Tum uerò clarissimis uiris interfectis, lumina ciuilitatis extincta sunt. Ultra est huius uictoriæ crudelitatem postea Sylla: ne dici quidem opus est quantæ diminutione ciuium, & quanta calamitate Reipub. Dissensit M. Lepidus à clarissimo & fortissimo uiro Q. Carulo. Attulit non tam ipsius interitus Reipub. luctum, quam cæterorum. Atq; illæ diffensiones erant huiusmodi, Quirites, quæ non ad delendam, sed ad commu-

tandam Remp. pertinerent. Nō illi nullam esse Remp. sed in ea quæ esset, se esse principes: neq; hanc urbem conflagrare, sed se in hac urbe florere uoluerunt. Atq; illæ tam omnes diffensiones, quarum nulla exitiū Reipub. quæsiuit: eiusmodi fuerunt, ut nō reconciliatione concordie, sed internecione ciuium dijudicata sint. In hoc autem uno post hominū memoriā maximo crudelissimoq; bello, quale bellū nulla unquā Barbaria cum sua gēte gessit: quo in bello lex hæc fuit à Lætulo, Catilina, C. Cassio, Cethego constituta, ut oēs qui salua urbe salui esse possent, in hostium numero ducerentur: ita me gessi, ut oēs salui conseruare mini. Et cum hostes uestri tantum ciuium superfuturum putassent, quantum infinitæ cædi restitit: tantum aut urbis, quantum flāma obire nō potuisset: & urbem & ciues integros in columnasq; seruauit. Quibus pro tātis rebus Quirites, nullum ego à uobis præmium uirtutis, nullum in signe honoris, nullum monumentum laudis postulo, præterquam huius diei uestram memortiam sempiternam. In animis ego uestris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia condi & collocari uolo: nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum, nihil denique huiusmodi, quod etiam minus digni assequi possint. Memoria uestra Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascunt, & corroborabitur. Eandemq; diem intelligo, quam spero æternam fore, & ad salutem urbis, & ad memoriam consulationis mei propagatam: omnique tempore in hac Republica duos dies exitisse: quorū alter finem uestri imperij, nō terræ, sed cæli regionibus terminaret: alter eiusdem imperij domiciliū sedemq; seruaret. Sed quoniam earum rerum quas ego gessi, non est eadem fortuna atque conditio, & illorum qui externa bella gesserunt, quod mihi cū illis uiuendum sit, quos uici ac subegi: illi hostes aut interfectos, aut oppressos reliquerunt: uestrum est Quirites, si cæteris recta sua facta profunt, mihi mea ne quando obfint, prouidere. Mentis enim hominum audacissimorum sceleratæ ac nefariæ ne uobis nocere possent, ego prouidene mihi noceant, uestrum est prouidere, quanquam Quirites, mihi quidem nihil iam ab istis noceri potest. Magnū enim in uobis præsidium, quod mihi in perpetuum cōparatum est. Magna in Republica dignitas, quæ me semper tacita defendat.

Magna

Quia cū dijs eam bellum suscepunt.

Nisi Demetrius uisisset eis consilium.

Galli.

pop. Rom.

Peroratio Propositio.

Amplificatio per collationem.

Propter uictos Cimbrorum.

Ciuiles diffensiones Rom.

Lumina ciuilitatis.

Vbi recorda bimini conseruatae urbis, memorius consilium meum.

Collatio.

Occupatio.

uobis ego gratia.

Magna uis est conscientie: quæ qui negligenter, cum me uiolare uolent, se ipsi indicabunt. Est etiā in nobis is animus, Quirites, ut non modò nullius audaciæ cedamus, sed etiam oēs improbos ultrò semper lacessamus. Quod si omnis imperus domesticorum hostium depulsus à uobis, se in me unum cōuerterit: uobis erit prouidendum, Quirites, qua conditione post hæc eos esse uelit, qui se pro salute uestra obtulerint inuidiæ, periculisq; omnibus. Mihi quidem ipsi quid iam ad uitæ fructū possit acquiri, præsertim quū neq; in honore uestro, neq; in gloria uirtutis quecuq; uideā alci, quò quidem mihi libeat ascendere? Illud pro-

fectò periciam, Quirites, ut ea quæ gessi in Consulatu, priuatus tuear, atq; ornem: ut si qua est inuidia in conseruanda Republica suscepta, lædar inuidios, mihi ualeat ad gloriam. Deinde ita me in Republica tractabo, ut meminerim semper quæ gestarim: curemq; ut ea uirtute, non ea uelitate esse uideantur. Vos Quirites, quoniam iam nox est, ueneremini illum Iouem, custodem huius urbis, ac uestrum: atque in uestra recta discedite: & ea, quanquam periculū est depulsam, tam æquæ ac priori nocte fecistis, custodijis uigilijsq; defendite. Id ne uobis diutius faciundū sit, atq; ut in perpetua pace esse possitis, prouidebo.

Sic gero consilium, ut exconsilium uerear redere à me rationem gestarū rerum.

uenerati

COMMENTARIVS.

Ad uesperas eret. Ii. serum esset, & ad uesperā tenderet. Ut Tiberis inter eos, & pons interesset. I. More suo præpositionē repetit. nam alij dicerent, Ut Tiberis et pons inter eos esset. Sine suspitione. I. quia nō manifestauerunt illis causam, cur eò proficiscerentur. Ex Reatina præfectura. I. ex ea parte Italiae, ubi est Reatina palus, in qua natis scaxis ungulae iumentorum duriores effici dicuntur in reipub. præsidio. non ergo ad perniciem. Interea. I. Narrat ferè eadem quæ Salustius in Catilinario: Tertia quæ est sub diluculum. Vnaq; .I. & simul. A. nostris. I. missi à nobis. Solis pratoribus. I. missi ad deprehendendos legatos Allobrogum cum Vulturcio & literis. Commisit. I. hoc est conferta & iniata. Dilucefecerit. I. lux diei à nocte distingui inciperet. Cimbrum uocat Gabinium: aut quia perniciosum putat, ut Cimbrū erāt, aut quia ex Cimbris oriundum. Literis dandis. I. hoc est, literas ad Allobrogos daret. Præter consuetudinem. I. quia somno indulgere solebat. Conuenerunt. I. disquisuerāt à me: an, sup. placeret literas aperiri à me, &c. Ideo. I. ne si nihil esset inuentum, &c. Rem integram. I. id est non inspectis prius literis. Si ea quæ erant delata, sez per Allobrogos & Fuluiam concubinam Quimī Curij ab eo missam, ut uidistis: quia paulo postquam senatum habuerat, popululum conuocauit. Ex adibus Cethegi. I. qui prospere sum mopere curabat. Volturcium. I. deprehensum cum Allobrogibus sine Gallis, scilicet Allobrogibus. Eidem publicam. I. id est ut indicaret quæcunq; sciret, & impunitatem facti sui haberet. Recreasset. I. id est reuolasset & refecisset. Timebat enim in tali re deprehensum se nō posse uiuum euadere. A. P. L. I. à P. Lætulo, qui prætor erat. Ut seruo uis præsidio. I. quia seruos prius repudia uerat Catilina. Præstò. I. præstans, quasi præstans esset qui exciperet, id est ex insidijs caperet: & .i. simili fugientes. i. profugere uolentes: & cōiungeret se cum bis, scilicet sceleratissimis ducibus. Urbans. I. Lentulo. Cethego, Gabinio, Statilio, & cæteris. Iusurandum. I. sup. esse datum: hoc est, iurando promissum. Ad sua gentem unde missi erant. I. uidels ad Allobrogos, de quibus in Catilinario diximus. Præscriptū. I. hoc est præceptū, scilicet: ut ab his fieri solet, qui quæ diligenter exequi uolunt, præscribit: hoc est, prius scripta cōsignat et tradunt. Ex factis. I. hoc est, libris Sibyllinis, in quibus quasi facti futuri scripti erāt. Aruspiciū. I. hoc est inspicitiū exta ad aras. Tertii Cornelii. I. quia Cinnam ante se & Syllā fuisse dicebat, quorum uterq; erat de gente Corneliorum, & dominatione

Satis beno-rum conse-cutus sum.

EAD.

B

C

Occupatio.

Commendatio sui.

minatione positus. De Sylla aut prius diximus, de Cinna sic dicit L. Florus in lib. 80. Liuji. Caius Cornelius Cinna cum perniciosa leges p uim ferret, pulsus urbe à Cneo O. Etatio collega cum Sex. tribuno plebis imperioq; ei abrogato, corruptum Appij Claudij exercitum in potestatem suam redēgit, & bellum urbi intulit, acceperit Caio Mario cum alijs exilibus ex A. pbrica. Et in lib. sequentem Cinna & Marius in urbem recepti sunt: qui uelut rapitā eam cadibus & rapine uastarunt, Cneo O. Etatio consu le occiso, et omnib. aduersae partis nobilibus trucidatis inter quos M. Antonio eloquentissimo uiro & C. Cesare, quorum capita in rostris posita, &c. Post uirginum ab solutionem. ] scilicet fatale, de qua in libris Sibyllinis mentio erat. In censionem ad flumina, a quo etiam Romuli imago aut pictura facta erat. Lentulo & ceteris, praeterquam Cethego qui acceleradam rem putauit. A quoquam. ] id est unoquoq; eorum. Linum. ] id est filum, quo colligatae erant tabulae, apposita cera, & sigillo suo impresso. Confirmasset. ] id est firmiter promississet. Recepti sunt. ] promississet faciēda. Recipere enim est, quod dicunt, a se capere, id est faciendum aliquid assu mere. Bonorum ferramentorum. ] id est armorum boni ferri, qualia erant domi ipsius deprehensa: studio sum. i. amator diligentiq; emptore. Cōtūcti. ] ut qui facinus purgare non potuit. Confessus est. ] scilicet se eas scripsisse & signasse. Fax facili autem confessione patet, aut acriem fuisse Romanis questionem, aut ingenuum pudorem, cum contra manifestam ueritatem diutius contem dere non auderent. Lentulo aut Lentuli. ] si Lentulo, subaudi suauisi Lentuli, subaudi ipsi. Annuit. ] hoc est nu tu confessus est se nosse. Per quem. ] scilicet internumcium aut intercessorem, seu, ut dicunt, sollicitatorem. De falsis Sibyllinis. ] hoc est libris Sibyllis, in quibus falsi Roma norum futuri continebantur. Confessus est. ] forte ea cōfessio, qua sperabat fatali necessitati cessuros. Et ma num. ] id est formā scribendi, quāsi dicat, licetoram. Erāt scripta sine nomine. ] id est sine subscriptione nominis scri benti. Sed ita. ] i. in hanc formam. Qui sim. ] suauis quāsi quis sim, ut in Vergilio. — Nec qui sim queris, A. lexi. Ut uir. ] id est uiribus & animosus sicut in Catil nario uisum est. Etiam in seruorum. ] hoc est seruorum. In simulabant. ] id est inuocabāt multo cetera illa, scilicet indicia naturae, quae mētiri nequeūt: quia cetera pos sent esse cōficta, nisi agnouissent. Furtim se. ] i. se nu tudore graphice exprimit gestū deprehensorū, qui se subin de respiciūt. ac si dicat: Quid incipimus, quod peruenimus. Nōnunquā. ] i. subinde aut interdū. Ut uideretur iā non indicari ab illis. ] scilicet legatū Allobrogum & Voltur cium, sed ipsi uiderentur indicari a se, quia se ipsos probebāt ex uultu inmutatōne. Badiū. ] id est in lucē datū. Con sului. ] id est consilium rogauit aut petiui. A principib. ] scilicet inter senatores, qui primi sententiam roga bantur. Memoria. ] id est memoria. Cōseruit. ] id est, iudicauerit. Primum iā non arroganter, sed pro ordine rerum gestarum dicit. Lucius Flaccus & C. Promptinus ad postem Miluuiū, a Cicero misit ad capiendos lega tos. Collegae. ] id est mecum cōsili. Quādi remouisset. ] id est particeps esse, & consilium noluisse, cum tamen rei familiaris penuria laboraret: ut in Catilinario asserit Sal lustius. Cum se praetura abdicasset. ] id est, alienum ab ea dixisset, & abiisset ab eam, id est postmodum trade retur in custodia, quasi nephas sit, praetorem in custodia

teneri quod honestius dixit, quā in carcere. Postulat. ] id est, exegerat a principibus conuentionis. In Mar cū Cepariū, cui erat iudicatus. ] id est, per iudices demon stratum, Apuliam esse attribuit ad passores sollicitan dos. In Publiū Furiū. ] qui (ut opinor) hī est, quī sine no mine Salustius Fesulanū appellauit. Cilone. ] hoc quoq; cognomē subtrixit Salustius. Libertini hominē. ] neq; id quidem exprimit Salustius. Libertini. ] id est liberti ne cōditionis: hī ipse aut patris eius aliquādo seruus fue rit, aut serui fuerint. Productos. ] id est sollicitatos ad cō sensum. Mētes sanari. ] id est eos reduci in saniorē mētē, uisi exemplis aliorū. Atq; etiā supplicatio. ] uulgō dicitur pro cōfessio et rogatio. Dicitur secundū Seruiū, quod apud Massilienses in supplicatiōib. supplicii iurabatur a puero sacro. i. in quo omnia diuina quae ciuitati prouentura essent, imprecabatur. Meo nomine. ] i. auctoritate mea, cū cōsilium esset, nomine cōsiliū fieri dicebatur omnia. Nā hī togato. ] id est existenti in toga: quia supplicatio non fiebat, nisi in summo periculo belli, quod humanis opibus euitare posse negabatur: aliter deos frustra a tentare se sibi uideretur. Et hī uerbis. ] quae recitat, quōd ad hāc gloria faciūt. Urbē incendis. ] Singula sua proprie attri buit. Cōferatur. ] cōparetur. Interfit. ] i. differat. Bene gesta. ] id est gubernata et aduimstrata resp. Factū atq; tractū est. ] id est, penitus cōsummatū. Nā P. L. ] i. Publiū Lentulū, qui, ut dictum est, prator erat: scilicet sicut apud nos, quōdū haereticus non solū potēre nō est, sed ne Christianus quidem cenēdus: sic apud illos qui in patriā conuenerat, non modo magister non erat, sed ne cuius quidē cōfendū. Abdicauit. ] i. uoluit abijce, & se alienū dixit a magistratu. Ut nos liberauerit ea religio ne. ] i. inuēto deo: in qua religio nō fuerat Mario uiro cla rissimo (quē laudat, aut ut cōparatū. erat. n. uterq; Ar pinās: aut ut populi seu plebis defensorē.) Quo minus. ] id est ut non occideret Glaucium praetorem, id est cum esset prator: & de quo nihil erat detestum nomina tum, expresso nomine eius: sed duntaxat communitur in omnes fontes. unde. L. Florus in lib. 80. C. Marius seditionis auctor, qui sextū cōsulatū per tribus sparsa pecunia emerat, Metello aqua & igni interdixit. Nam Apuleius Saturninus tribunus pleb. C. Mēmium cōdidatum cōsulatus petitorē, quē aduersariū actionū, suis timebat, inter emit. Quo. ] rebus concitato quam plurimū senatu in eius causam: & C. Marius, homo mutabilis et uarij cōsilij in genijq; qui semper se eadē fortunā trāserat, cū tueri minime posset, oppressus armis cum Glaucia praetore alijs eiusdē furoris socijs bello quōdā, interfectus est. hec ille. ubi habetur mors Saturnini, cuius prō meminit: et mors Glauciae, cuius mentionē facit, cetera manifesta sunt. Ad hanc diem. ] i. ad hoc usq; tēpus. Quo ad fuit. ] aut quādiū suū in urbe: aut quādiū suū in potestate mea: s; me lius priori modo. Lentissime. ] i. minime grauiter. Nā ad graue uirū nō pertinet, cōserere dimicandū esse: tam impo rio, cū iā fuit hōmine. Aut lentissime. ] i. breuissimē et ci tissime. Atq; si simul uacat Atq; Idē cum. ] id est cum ita sit, quod possimum conseq. Coniectura. ] id est per coniecturam cognoscere: id, scilicet ita esse uel dicat quōd deorum nutu omnia gesserim, quōd, id est quia gu bernatio uidetur uix potuisse conseq. Coniectura. ] id est, & tanta mole rerum, scilicet id quod consecutus sum. Tum uerō. ] id est, multo magis manifestum est, quōd alij uulerunt, id est auterūt pēnitentiā opētiā pro cōfessionē, id est

id est auxilium, supple praesens hī temporib. Eos. ] sed eos occultis, quod mortali fas non est, ut illa, manifesta uilob rima praesentia deorum indicia. Cauere. ] i. cauē uitam de praedicere. Percussus. ] i. attonitus & fulmine percussus. Depulsa. ] id est a loco pulsa. Simulacra. ] i. effigies, ad similitudinem eorum facti. Et ueterum hominum. ] id est praeforum Romanorum. Legum era. ] i. tabulae uerae leges continentes. nam in eas incisae erant. Ille. ] i. notissimus aut optime meritus. Romulus. ] hoc est, imago Romuli. Quem. ] i. cuius simulacrum sit avarum, i. auro testum. Atq; laesente. ] i. trahentem lac, & sugentem, et inbiantem uberibus lupinis: quia a lupa dicitur nutritus, cum a Faustulo pastore inueniretur cū Remo. uerū sunt qui uxorem Faustuli lupam. i. meretricem fuisse dicant. nā & meretrix, lupa dicitur. unde & lupanar, de quo uide Liuuium in primo. docet autem, sculpturam illam fuisse artificiosam, cum tam graphice gestum pueri lactis ex primeret, quia uerō conditor urbis deiebat, prae notabatur decidū urbis, ut sequentia docent. Contra atq; ] i. cōtra quāquam: aut cōtra, id quōd antea erat. Illud signū. ] i. simulacrum Iouis. Illustrauerunt. ] i. illustra & mani festa fierent, ut res in luce posita. Operis tarditas. ] i. mo les & difficultas: ut tarditas operis, i. operantium, quōd non ante eum diem persequerit, quo conuatiato patefacta est. Bienen cum esset responsū. ] s. ab haruspiciis & ceteris prodigijs interpretibus: ita. i. ut sequitur, uidelz caedes, incendia, interitum recip. comparari et ea, sup. com parari a perditis ciuib. quales sunt cōiurati. quae cum. ] respondebantur. cogita. i. concēpta quae fierent. uerum etiam uisum, fut. fierent. Non ita praesens. ] i. non ita subitum ac fauorabile auxilium. uidetur legendum inter rogatiuē, ita ut affirmationem poscat. Nam postea nega biū sua, id uisum opera factū. ut cum. i. quōd ita acciderit, ut cum conuatiato & indices eorum, ut legati Allobrogū & Volturcius ducebantur hodierno die manē per forum in aedem. i. templum Cōcordiae, s. deae: signū statueretur. i. cōstitueretur eo ipso tempore. i. in puncto illius temporis, quo signū collato atq; conuerso ad uos & ad senatum om nia uisū pat. factū: quia, sicut in Catilinario uisum est, Cicero uisū cōiuratos praeter Lentulum (quē quōd prator esset, ipse manu tenens in senatum perduxit) cum uoluntatibus in aedem Concor diae uenire, & aduocauit eō senatum. Delubri. i. in quibus sunt simulacra deorum. Sum ma. i. assummam uendicem, arrogem mibi: nimum unde & uulgō praesumere dicimus, aut praesum ptuosum esse, Latine dicemus: sibi nimum iumere. Summus enim per nos, cum nemo porrigat accipimus a porrigere, seu date. Non sim ferendum. i. tolerandum. Ille ille. ] ad uehementiā affectionis significat: andā geminat pronomen, quod de praecare & nobili diei solet, ut Alexander ille magnū indi cia. i. reuelationem criminum per eos qui cōfessj erant. iam illa. ] inuariat omnia, per quae uero simile sit, diuini tēpotiū quāsi humanā patefactam esse cōiurationē. Consilium. i. prouidentia, quae uideatur posse facere bellum: quod ad finem Iugurthinū latē fateatur Salustius. etiam malle. s. finem quem pacem talem. Opibus. ] id est potentijs. Tacendo. ] s. de cōiuratione. Puluineria pro templis, inquit Seruius, ponimus, cum sint proprie lectuli, qui in templis stant confueuerunt. Acron dicit esse lecti cas aut tabulata, in quibus stabant numina. Et enim re cordamini. ] Accumulat bonum suum ex malis aliarum diffensionum. Caium Marium custodem. ] s. contra Cim

bras, ut diximus. Caius O. Etatius. ] s. Caesar: expulsi colle gam. s. Bibulum. unde Suetonius in uita eius de cōsulatu dicit: Lege agraria promulgata Bibulum obnunciantem armis foro expulsi, & ad arbitrium solum omnia admini strauit: ut nōnulli urbanorum, cum quid per iocum testan di gratia signarent: non Cesare & Bibulo, sed Cesare et Iulio cōsulis actū scriberent. Accruis. ] i. stragib. Sanē aceruus, aut flore Vallae, est rerum mimularum strages ca duerum stratorum. Accruum aut dicitur, quasi aggeruus ex rebus aggestis et accumulatis: nec est cōtra praescriptū Vallae, si etiam de corporibus dicuntur, quae respēctū ma iorum minuta sunt: quia magnam & paruum per compa rationem dicuntur. Cinna cum Mario superauit. ] i. uoti compos ac uictor euasit. Nam recepit in urbem C. O. Etatio uium cōsulem occiderunt, & omnes aduersae partis no biles trucidarunt: inter quos erat M. Antonius, uir elo quentissimus, & Caius Caesar: quorum capita in rostris posita sunt. Crassus filius ab equitibus Timbria interceptus est: pater Crassus ne quid indignū uirtute sua patereur, gladio se transiixit, &c. Vide Florus in lib. 80. Liuji. Marcus Lepidus dissentit a collega suo Catulo. Atq; illae diffensionēs. ] O. Stedit minus periculosas fuisse diffensionēs superiorum, quam machinationes & conuatiatoes Cat ulinae. Non illi nullam. ] i. deletā. Internectione. ] i. inter remptione ciuium, seorum qui succubuerunt. Post bo minum memoriam. ] i. post illud tempus, quod primū uos homines uiuentes memoria cōplecti possunt. Barbaria. ] id est barbara natio, quae uicq; ea sit. Tantū ciuium. ] i. duntaxat tot ciues. Infinitē. ] i. inmensē & maximē: ut legendum est finitē, s. per defatigationem occidentem. Eius diei memoriam. ] i. memoriā eorum quae se fecisse ad utilitatem recip. dicitur: ut eo die. Condi. ] repositi a condor, eris. Memoria uestra. ] bene Vestrae quaē actiue sumiur: est autem ablatiuis. Literarum monumentis. ] quia scribentur, ut sperat: quod etiam in epistolis a Mar co Lucio, in signū historiographo, postea posulauit. Ve strum est, Quiriter. ] i. ad uos pertinet: ac si dicat: Vestrū est officium. dependet autem a superiori sic: Sed quoniam non est eadem fortuna atq; conditio eorum rerum, quos ego gessit quae est, sup. illorum qui gesserunt externa be lo la, &c. Sua. i. debita praemia. Prouidi. i. prouide cauti. Noceri. ] impersonaliter dicitur: & datur impersonali ablatiuis in nominatiuum resoluibile. Indicabunt. i. pro dent aut iudicabunt. Iudice, quo sine nemo nocens obstat tur, ut est apud Iuuenalē. Is. i. talis animus. Lacessemus. i. prouocemus petentes & lacescentes eos. Post hac. i. deinceps. Qsi se pro salute uitam, &c. q. d. Abij a me exemplā sumpturi sunt: & id callidē: quo ad sui cōseruationē at tentos faciat. Quaeque alius, i. maioris dignitatis, quo. i. ad quod. Prinaus. i. cum abiuero consulam. Id quoq; priu denter. ] q. d. ita uiuam in consulatu, ut non sit mibi opus ad iutandum me consulari potestate: cum etiam priuatus acta per me defendere possim. Lada inuidos, qui mor dere ac iuste reprehendere nequeant: mibi ualeat ad glo riam, cum inuidiam gloria & bene aetorum ratione su perauero. Virtute, id est fortitudine & prudenti cōsilio. Vereamini, id est honorate salutatione aut precibus. Cū stodem uestrum. ] Passim contra praescripta Vallae Ve strum & meum passim accipiuntur: nisi sit quaedā pos sessio. Custodem uestrum. ] id est quem habebis custodens uestri, Prouidebo, scilicet bello contra Iugur thiam peragendo.

M. T. CICERONIS IN L. CATILINAM ORATIO, SEV INVECTIVA IIIII. IN SENATV.

Exordium, quo benevolentia capitur per remotionem suae per translationem causae privatae in publicam.

Amplificatio suorum periculorum.

Videō, P. C. in me omnium uestrum ora atque oculos esse conuersos: uideo uos non solum de uestro ac Reipublicae, uerum etiam si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos. Est mihi iucunda in malis & grata in dolore uestra erga me uoluntas: sed eam per deos immortales quaeso deponite, atque oblitum salutis meae, de uobis ac liberis uestris cogitate. Mihi si haec conditio Consulatus data est, ut oēs acerbitates, omnes dolores cruciatusque perferrem: feram non solum fortiter, sed etiam libenter, dummodo meis laboribus uobis populoque Romano P. C. dignitas salusque pariat. Ego sum ille Consul, Patres conscripti, cui non forum, in quo omnia aequitas continetur, non campus consularibus auspicijs consecratus, non curia summum auxilium omnium gentium, non domus commune perflugium, non lectus ad quietem datus, non denique haec sedes honoris sella curulis unquam uacua mortis periculo atque insidijs fuit. Ego multa tacui, multa pertuli, multa concessi, multa meo quodam dolore in uestro timore saluaui. Nunc si hunc exitum consulatus mei dii immortales esse uoluerunt, ut uos, P. C. populumque Romanum ex ege de misera, coniuges liberosque uestros, uirginesque Vestales ex acerbissima uexatione repla atque delubra, hanc pulcherrimam patriam omnium nostrum ex foedissima flamma, totam Italiam ex bello & uastitate eriperet: quaecumque mihi uni proponatur fortuna, subbeat. Etenim si P. Lentulus suum nomen, inductus a uatibus, fatale ad perniciem Reipublicae fore putauit: cur ego non laeter meum Consulatum ad salutem Reipublicae propere fatalem extitisse? Quare P. consulite uobis, prospicite patriae: conseruate uos, cōiuges, liberos, fortunamque uestras, populi Romani nomen salutemque defendite: mihi parere, ac de me cogitare desinite. Nam primum debeo sperare, omnes deos qui huic urbi praesident, pro eo mihi, ac mereor, relatuos gratiam esse. Deinde si quid obtigerit, a quo animo paratoque moriar. Neque enim turpis mors forti uiro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amatissimi praesentis meo more non mouear, horumque omnium

pop. Rom.

Ratio.

rubry.

Castigatio uel nō.

lachrymis, a quibus me circumfessum uideatis, nec non meam mentem domum sepe reuocat exanimata uxor, abiecta metu filia, & paruulus filius, qui mihi uideretur amplecti Rempublicam, tanquam obsidem consularatus mei: neque ille qui expectans huius exitum dici astat in conspectu meo gener. Moueor his rebus omnibus, sed in eam partem, ut salui sint nobiscum omnes, etiam si uis aliqua me oppresserit, potius quam illi & nos una Reipublica peste pereamus. Quare Patres conscripti incumbite ad salutem Reipublicae, circumspecte omnes procellas quae impendent, nisi prouideris. Non Tiberius Gracchus, qui iterum Tribunus plebis fieri uoluit: non C. Gracchus, qui Agrarios concitare conatus est: non Lucius Saturninus, qui C. Memmum occidit, in discrimen aliquod, atque in uestrae seueritatis iudicium adducitur: sed tenentur ij qui ad urbis incendum, ad uestrum omnium caedem, ad Catilinam accipiendum Romae restiterunt. Tenentur literae, signa, manus, denique uniuersa iulque confessio, sollicitantur Allobroges, seruitia excitantur, Carilina accersitur. Id est inritum consilium, ut interfectis omnibus, nemo ne ad deplorandum quidem Reipublicae nomen atque ad lamentandum tanti imperij calamitatem relinquatur. Haec omnia indices detulerunt, rei confessi sunt, uos multis iudicijs iudicauistis. Primum quod mihi gratias egistis singularibus uerbis, & mea uirtute atque diligentia perditum hominum patefactam esse coniurationem decreuistis: deinde quod Pub. Lentulum, ut se abdicaret Praetura, coegistis: tum quod eum, & caeteros de quibus iudicauistis, in custodiam dandos censuistis: maximeque quod nomine supplicationem decreuistis: qui honos togato habitus ante me est nemini. Postremo hesternodie praemia legatis Allobrogum, Titroque Vulturcio dedistis amplissima. Quae sunt omnia eiusmodi, ut ij qui in custodiam nominati dati sunt, sine dubitatione a uobis damnati esse uideantur. Sed ego institui referre ad uos P. C. tanquam integrum, & de facto quid iudicatis, & de poena quid censeatis. Illa praedicam, quae sunt Consulibus. Ego magnum in Reipublica uersari furorem, & noua quaedam

A

Repetit epilogum.

B

Amplificatio per collationem.

C

Praemia dicitur decretum sunt S.C.

Proposito. Amplificatio, quod sit opinio inter sit.

Amplificatio huius.

Indicatio dicitur Distributio, quae duas sententias tractat.

B

Observatio quam collatio de Caesaris sententia dicitur: quam cum reijci uoluerint non audet probare.

Mors.

Appetuerunt.

Modesta reprehensio.

Per.

dam miseri, & concitari mala iam pridem uidebam. Sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem a ciuibus nunc quam putauit. Nunc quid quid est, quocumque uestrae mentes inclinant atque sententiae, statuendum uobis ante noctem est. Quantum facinus ad nos delatum sit, uideris. Huic si paucos putatis affines esse, uehementer erratis. Latus opinione diminutum est hoc malum: manuit non solum per Italiam, uerum etiam transcendit Alpes: obscurè serpens, multas iam prouincias occupauit. Id opprimi uolentando ac prolatando nullo pacto potest. Quaecumque ratione placet, celeriter uobis iudicandum est. Video duas adhuc esse sententias: unam D. Syllani, qui censet eos qui haec delere conati sunt, morte esse multandos: alteram C. Caesaris, qui mortis poenam remouet, caeterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur. Uterque & pro sui dignitate, & pro rerum magnitudine in summa seueritate uersatur. Alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum uita priuare conati sunt, morte esse multandos, qui populi Romani nomen extinguere: puncto temporis frui uita, & communi spiritu non putat oportere. Atque hoc genus poenae saepe in improbos ciues in hac Reipublica esse usurpatum recordatur. Alter intelligit, mortem a dijs immortalibus non esse supplicij causa constitutam: sed aut necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse. Itaque eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam saepe libenter appetuerunt. Vincula uero, & ea sempiterna, certe ad singulare poenam nefarij sceleris inueta sunt. Itaque municipijs disperriri iubet. Habere uidetur ista res iniquitatem, si imperare uelis: difficultatem, si rogare. Decernatur tamē, si placet. ego enim suscipiam, & ut spero, reperiam qui id quod salutis omnium causa statueritis, non putet esse suae dignitatis reculare. Adiungit grauem poenam municipibus, si quis eorum uincula ruperit: horribiles custodias circumdat, & digna scelere hominum perditorum sancit, neque eorum poenam quos condemnat, aut per senatum, aut per populum leuare possit. Eripit etiam spem, quae sola hominem in miserijs consolari solet. Bona praeterea publicari iubet: uitam solum relinquit nefarijs hominibus: quam si eripuisset, multas uno dolore animi ac corporis, & omnes scelerum poenas ademisset. Itaque ut aliquam uita formido im-

probis esset posita, apud inferos eiusmodi quaedam illi antiqui supplicia impijs constituta esse uoluerunt: quod uidelicet intelligebant huius remotis, non esse mortem ipsam pertimescendam. Nunc Patres conscripti, ego mea uideo quid intersit. Si eritis sequuti sententiam C. Caesaris, quoniam hanc Reipublicae uiam, quae popularis habetur, sequutus est: fortasse minus erunt hoc monitore & auctore huiusce sententiae, mihi populares impetus pertimescendi. Sin illam alteram sequuti eritis, nescio an amplius mihi negotij contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas Reipublicae uendicat. Habemus enim etiam a C. Caesare, sicut ipsius dignitas postulabat, & maiorum eius amplitudo, sententiam tanquam obsidem perpetuae in Reipublicam uoluntatis. Intellectum est quid interest inter lenitatem concionatorum, & animi uere popularem saluti populi consulente. Video de istis qui se populares haberi uolunt, abesse non neminem, ne de capite uidelicet ciuium Romanorum sententiam ferat. Is & nudius tertius in custodia ciues Romanos, Cethegum & Pub. Lentulum dedit, & supplicationem mihi decreuit, & indices hesternodie maximis praemijs affecti. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quaestori gratulationem, indici praemium decreuit, quid de totare & causa iudicabit. At uero C. Caesar intelligit legem Semproniam esse de ciuibus Romanis constitutam: qui aut in Reipublica sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse. Denique ipsum latorem legis Semproniae in illu populi poenas Reipublicae dependisse. Idem & ipsum largitorem Lentulum & prodigum non putat, quum de perniciem Reipublicae & exitio huius urbis tam acerbè tamque crudeliter cogitaret, etiam appellari posse popularem. Itaque hominissimus atque lenissimus non dubitat Publium Lentulum aeternis tenebris uinculisque mandare: & sancit in posterum, ne quis huius supplicio leuando se iactare, & in perniciem Reipublicae posthac popularis esse possit. Adiungit etiam publicationem bonorum, ut omnes animi cruciatus & corporis, etiam egestas ac mendicitas consequatur. Quam obrem si ue hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem populo Romano charum atque iucundum: siue Syllani sententiam sequi malueritis, facile me atque uos a crudelitatis uituperatione defendetis, atque obtinebo.

Supplicia epus inferos.

Dilemma.

Occupatio. C. d. ut maxime esse ferat aliquid unius. Sic anim aduersum esse in concionatorum quia hos et C. Caesar damnat, nunc tur multia.

lenitatem.

Redit ab occupatore ad reprehensionem, et sicut dicitur Caesaris sententiam.

Epilogus.

obtimebo eam multo leniorē fuisse. Quamquam P. C. quæ potest esse in tanti sceleris immanitate puniendæ, crudelitas? Ego enim de meo sensu iudico: nam ita mihi salua Repub. uobiscum perferri liceat, ut ego quod in hac causa uehementior sum, non atrocitate animi moueor (quis enim me mitior?) sed singulari quadam humanitate, & misericordia. Videor enim mihi hanc urbem uidere lucem orbis terrarum, atq; arcem omnium gentium subire uno incendio concidentem. Cerno animo sepultam patriam, miseris atque insultos aceruos ciuium. Versatur ante oculos aspectus Cethegi & furor in uestra cæde bacchantis. Quum uerò mihi proposui regnantem Lentulū, sicut ipse se ex fati sperasse confessus est, purpuratum esse & Gabinium, cum exercitu uenisse Catilinam, tum lamentationem matrum familiarū, tum fugam uirginum ac puerorum, ac uexationem uirginum Vestalium perhorresco. Et quia mihi uehementer hæc uidentur misera atque miseranda: idcirco in eos qui ea perficere uoluerunt, me seuerū uehementemq; præbebo. Etiam quæro, si quis patrum familiarū liberis suis à seruo interfectis, atque uxore occisa, incensa domo, supplicium de seruis quam acerbissimum sumperit: utrum is elemens ac misericors, an inhumanus & crudelissimus esse uidebitur? Mihi uerò importunus ac ferreus, qui non dolorem cruciatu lenierit. Sic nos in ijs \* omnibus qui nos, coniuges, liberos nostros trucidare uoluerunt: qui singulas uicinas domos, hoc uniuersum Reip. domitium delere conati sunt: qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in uestigijs huius urbis, atq; in cinere deflagrati imperij collocarent: si uehementissimi fuerimus, misericordes habebimur: si remissiores esse uoluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciuiumq; pernicie fama subeunda est. Nisi uerò cupiamus Lucius Cæsar uir fortissimus, & amantissimus Reip. crudelior nudifertus est uisus, cum sororis suæ formæ electissimæ uirum presentem & audientem uita priuandum esse dixit: quum auum iussu Consulū interfectū, filiumq; eius impubereū ligatum à Præto remissum in carcerem, necandum esse dixit. Quorum quod simile fuit factum? quod inritum delendæ Reipub. consilium? Largitionis uoluntas tum in Rep. uersata est, & partium quædam contentio. Atq; illo tempore huius auus Lentulus, clarissimus uir, armatus Gracchū est persecutus.

*Hypotyposis, qua figurat & depingit publicas clades, quarum auctores futuri erant conuerti.*

*Ab exemplo.*

*\* Boni in ijs*

*Translatione est excusata crudelitas.*

*Ab exemplo.*

Ille graue tum uulnus accepit, ne quid de summa dignitate Reip. minueretur. Hic ad euerendam fundamenta Reip. Gallos accessit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego, cæteros ciues interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cæsar, totam Italiam uastandam diripiendamq; Catilinq; Vereamini censeo, ne in hoc scelere tam immani ac nefario nimis aliquid seuerè statuisse uideamini, quū multo magis sit uerèdum, ne missione pœne crudelis magis in patriâ, quam ne seueritate animadversionis nimis uehementes in acerbissimos hostes fuisse uideamini. Sed quæ audio, P. C. dissimulare nō possum. Inscitatur enim uoces, quæ perueniunt ad aures meas, eorum qui uereri uidentur, ut habeam satis præsidij ad ea quæ uos statueritis, hodierno die transigenda, Omnia prouisa, parata & constituta sunt P. C. cum mea summa cura atque diligentia, tum multo etiâ maiore Pop. Ro. ad summum imperium retinendum, & ad communes fortunas conseruandas uoluntate. Omnes ad sunt omnium ordinum homines: deniq; omnium ætatum plenum est forum, plena templa circa forū, pleni omnes aditus huius templi ac loci. Causa enim est post urbem conditam hæc inuenta sola, in qua omnes sentirent unum atque idem, præter eos qui quum sibi uiderent esse pereundum, cum omnibus potius, quam soli perire uoluerunt. Hocce ego homines excipio & secer no libenter. Neque enim improborum ciuium, sed iam acerbissimorum hostium numero habendos puto. Cæteri uerò, dii immortales, qua frequentia, quo studio, qua uirtute ad communem dignitatem salutamq; consentiunt? Quid ego hic equites Romanos commemorare? qui uobis ita summâ oſſidinis consilijq; concedunt, ut uobiscum de amore Reipublicæ certet. Quos ex multorum annorum dissensione huius ordinis ad societatem cõcordiamq; reuocatos hodiernus dies uobis atq; hæc causa coniungit: quam coniunctionem, si in Consulatu confirmatam meo, perpetuâ in Rempublica tenuerimus, confirmo uobis, posthac malum ciuile ac domesticum ad nullam Reipublicæ partem esse uenturum. Pari studio defendendæ Reipublicæ conuenisse uideo Tribunos ætarios, fortissimos uiros: scribas item uniuersos: quos cum casu hic dies ad ætarios frequentes aduocauit, uideo ab expectatione huius sortis ad cõmunem salutem esse conuersos. Om-

*Ironia.*

*Occupatio, qua cõstat coruocem, qui negabat in uibe satis præsidij esse aduersum motum, si quæ concitarent conuulsu amicis, si de eis suppliciu sumeretur.*

*B*

*C*

*Equites Romanis.*

*Distributio.*

A fos. Omnis ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorum. Quis est enim cui non hæc templa, aspectus urbis, possessio liberatis, & lux denique hæc ipsa, & hoc commune patriæ solum, cum sit clarum, tum uerò dulce atque iucundum? Operæ precium est, Patres Conscripti, libertinorum hominum studia cognoscere, qui fortunam ciuitatis cõsequuti, hanc uerè suâ patriam esse iudicant: quam quidem hinc nati, & summo nati loco, non patriâ suam, sed urbem hostium esse iudicauerunt. Sed quid ego hos homines ordinesque commemorare? quos priuata fortuna, quos communis Respublica, quos denique libertas, ea quæ dulcissima est, ad salutem patriæ defendendam excitauit? Seruus est nemo, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis, qui non audaciam cupium perhorrescat, qui non oblatre cupiat, qui nō tantum quantum audeat, & quantum potest, conferat ad communem salutem uoluntate. Quare si quem uestrum fortè commouet hoc, quod auditum est, lenonem quendam Lentuli concurrere circum tabernas, precio sperantē sollicitare posse animos egentium atque imperitorum: est id quidem cõceptum, atque tentatum: sed nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseris, aut uoluntate perditis, qui nō ipsum illum sellæ atque operis & quæstus quotidiani locum, qui non cubile ac lectulum suū, qui deniq; non cursum hunc ociosum uite suæ saluū esse uelit: multo uerò maxima pars eorum qui in tabernis sunt: nisi uerò (id enim potius est dicendum) genus hoc uniuersum amantissimum est ocij. Etenim omne eorum instrumentum, omnis opera quæstus frequentia sustinetur, alitur ocio. Quorum si quæstus oclusis tabernis minui solet, quid tandem incensis futurum est? Quæ cum ita sint P. C. uobis populi Romani præsidia nō desunt. Vos ne Reipub. deesse uideamini, prouidete. Habetis Cõsulem ex plurimis periculis, insidijs, atq; ex media morte, nō ad uitam suam, sed ad salutem uestram referuatum. Omnes ordines ad conseruandam Rempub. mente, uoluntate, studio, uirtute, uoce cõsentiuūt. Obfessa facibus & telis impiæ coniurationis, uobis supplex manus tendit patria communis, uobis uitam omnium ciuium, uobis arcē & Capitolium, uobis aras, penates, uobis illum ignem Vestæ perpetuum ac sempiternum, uobis omnia templa deorum, atque delubra, uobis muros atque urbis restæ commendat. Prætere de

*Patria iucund.*

*Amplificatio ex minore, uel ex cõtrario.*

*B*

*Transitio.*

*Topinosis.*

*C*

*Epilogus.*

*\* Pop. Rom.*

*\* Alij in genitiuo.*

uestra uita, de coniugum uestrarum ac liberoꝝ anima, de fortunis omnium, de sedibus, de focis uestris hodierno die iudicandū est. Habetis ducē memorē uestri, oblitum sui: quæ non semper facultas datur, ut sui oblitus, & alij memoreretur. Habetis omnes ordines, oēs homines, uniuersam Reip. (id quod in ciuili causa hodierno die primum uidemus) unum atque idem sentientem. Cogitare quantis laboribus fundatū imperium, quanta uirtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate aestas exaggeratasque fortunas nox uena penē derit. Id ne unquam posthac non modò cõfici, sed ne cogitari quidem possit, uobis hodierno die prouidendum est. Atque hæc non ut uos, qui mihi studio penē præcuratis, excitarem, locutus sum: sed ut mea uox quæ debet esse in Repub. princeps officio functa Consulari uideretur. Nunc antequam ad sententiam redeo, de me pauca dicam. Ego quanta manus est coniuratorum, quam uidetis esse permagnam, tanta me inimicorum multitudinem suscipisse uideo: sed eam esse iudico turpem & infirmam, contemptam & abiectā. Quod si aliquando alicuius furore & scelere concitata manus ista plus ualuerit, quam uestra ac Reip. dignitas: me tamen meorum factorum atque consiliorum P. C. nunquā penitebit. Etenim mors, quā illi mihi fortasse minitantur, omnibus est parata. Vitæ tantam laudem, quanta uos me uestris decretis honestatis, nemo est assequutus. Cæteris enim semper bene gelat, mihi uni conseruata Reipub. gratulationem decreuistis. Sit Scipio clarus ille, cuius consilio atque uirtute Hannibal in Africam redire, atque ex Italia decedere coactus est. Ornetur eximia laude Africanus, qui duas urbes huic imperio infestissimas Carthaginem Numantiamque deleuit. Habeatur uir egregius Lucius Paulus ille, cuius curram rex potentissimus quondam & nobilissimus Perles honestauit. Sit in æterna gloria Marius, qui bis Italiam obsidione & metu seruitutis liberauit. Anteponatur omnibus Pompeius, cuius res gestæ atque uirtutes ijsdem quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur. Erunt profecto inter horum laudes aliquid loci nostræ gloriæ: nisi forte maius est patefacere nobis prouincias, quod exire possimus, quam curare ut etiâ illi qui absunt, habeant quod uictores reuerentur. Quamquā inest in uno loco cõditio melior externæ uictoriæ, quam dome-

*\* Alij in genitiuo.*

*Amplificatio ex eopli ratione.*

*Vox Cõs. princeps in Repub. Peroratio.*

*Consolatio Ciceronis.*

*Collatio.*

*Elegans uisus.*

Victoria exter-  
nae & intestinae  
collatio.

sticæ: quod hostes alienigenæ aut oppressi  
seruiunt: aut recepti, beneficio se obliga-  
tos putant. Qui autem ex numero civium  
dementia aliqua deprauati, hostes patriæ  
semel esse cœperunt: eos quum à perniciæ  
Reipublicæ repuleris, neque ui coercere,  
neque beneficio placare possis. Quare mi-  
hi cum perditis civibus æternum bellum  
susceptum esse video: quod ego uestro bo-  
norumque omnium auxilio, memoriaque  
tantorum periculorum, quæ non modò  
in hoc populo, qui seruatus est, sed in om-  
nium gentium sermonibus ac mentibus  
semper hærebit, à me atque meis facili-  
tè propulsari posse confido. Neque ulla  
profectò tanta uis reperietur, quæ coniu-  
tionem uestram, equitumque Romanorum,  
& tantam conspirationem bonorum  
omnium perfringere & labefactare  
possit. Quæ quò ita sint, Patres conscripti,  
pro imperio, pro exercitu, pro prouincia  
quam neglexi, pro triumpho, cæteris-  
que laudis insignibus, quæ sunt à me  
propter urbem uestram, uestreque salutis  
custodiam repudiata, pro clientelis, hos-  
pitiisque prouincialibus: quæ tamen

urbani opibus non minore labore meor,  
quàm parò: pro his igitur omnibus rebus,  
& pro meis in uos singularibus studijs,  
proque hac, quam prospicitis, ad confer-  
uandam Rempublicam diligentia, nihil  
à uobis nisi huius temporis, totiusque  
mei Consulatus memoriam postulo. Quæ  
dum erit mentibus uestris infixa, firmis-  
simo me muro septum esse arbitror.  
Quod si meam spem uis improborum fe-  
fellerit atque superauerit, commendo uo-  
bis paruum meum filium: cui profectò sa-  
tis erit præsidij, non solum ad salutem,  
uerumetiam ad dignitatem, si eius qui  
hæc omnia suo solus periculo conserua-  
uerit, illum esse filium memineritis. Qua-  
propter de summa salute uestra populi-  
que Romani Patres conscripti, de uestris cõ-  
iugibus ac liberis, de aris ac focis, de fanis  
ac templis, de totius urbis testis ac  
sedibus, de libertate, de salute Italiae, de-  
que uniuersa Republica decernite diligen-  
ter ut instituis, ac fortiter. Habetis  
enim Cõsulæ, qui & parere uestris decretis  
nò dubitet, & ea quæ statueritis, quoad ui-  
uent defendere, & per se ipsũ præstare possit.

Memoriam  
consulatus  
sui postulo  
Cicero pro  
mercede.

Epilegus to-  
tus rei.

C O M M E N T A R I V S.

BAD,

¶ Video P. C. in me, &c. ] Hac concione animat  
Cicero populum Ro. in Catilinam: seq. in illius fauorem  
insinuat, ut cumq. res euenierit. Vitur autem in principio  
callida sumptione, qua se magnipendi offerit, ut ceteris ma-  
ior adhibeatur fides. Omniu uestrum. Inequaquam dice-  
re liceat Vestrorum, nisi sit seruorũ aut familiarum: quod  
non procederet. Illud, scilicet uestrum ac reip. periculum.  
iocunda, id est ad uoluptatem: gratia, id est ad utilitatẽ.  
Sed eam, scilicet uoluntatem bonam, aut beneuolentiam  
in me accepissis. De bonis, scilicet uestris, id est fortunis.  
nã si de uestris intellexerit, se non excluderit. Nibi quidẽ.  
q. d. Quicquid alij sentiuũ, ita mihi uisum est. Hæc cõditio.  
oblatio. Ille cõsul. Ille emphasim habet. Forti. ] si uidi-  
ciale. Nõ capus. ] si Martus, ubi fiebat comitia. i. coitio-  
nes populi ad magistratus immouidos. Non curia. ] se-  
natorũ, ubi tangit tria, in quib. orare solebat: forti, ad iudi-  
ces: capũ seu concionẽ, ad iurisperitos curiã, ad patres cõ-  
scriptos seu senatores, quorũ cõsensus etiã Senatus diceba-  
tur. Curia. ] appositorie. Summi auxiliũ. ] quia inde omni-  
bus petere licebat. Unde non imperium, sed præsidium or-  
bis dici meruit. Non domus. ] scilicet priuata. Commune  
perfringium, scilicet sua sui. Non lectus ad quietem da-  
tus. ] scilicet à Deo, natura & moribus. A Deo, quia  
somnia est donum deorum, ut Aeneid. 2.

Tempus erat quo prima quietes mortalibus agris  
Incipit, & dono diuini gratissima serpit.  
A natura, quæ post laborem requiem querit. Et à mo-  
ribus approbatis: quia sic, ubi iui esse possimus, maxi-  
mè in lecto iutos esse communi consensu semper placuit.  
Hæc sedes honoris. ] hoc est cathedra, in qua honoribus  
affecti sedent. Nõ sella curulis. ] quæ summis magistratib.  
debetur, quibus permillum erat in lectica & sella cu-

Amplificat à  
premio.

\* propter urbis  
uestreque

A consulatus petitorum maximum: quem aduersarium eius  
actionibus sub timore, interemit. Quia uerò Gracchi et  
Saturninus pro fractione plebis occisi uidentur, dicit Len-  
tulus & Cethegum non esse tales, sed cõmunes tam ple-  
beiorum quàm patriciorum hostes. Tenentur duo. ] scilicet  
Lentulus & Cethegus, qui principes erant: aut quia plu-  
res erant, non legetur Duo, sed dico, ueruntamen Cicero  
non dico, sed inquam dixisset: & ad imminendam seue-  
ritatem sententia, duorum tantum meminit. Sollicitatur. ]  
non tantum legati, sed & alij qui in patria erant: quod  
ad terrorẽ dicit, licet incertum sit. Nam de ijs qui Roma  
erant, post iudicium certũ est quod non sint amplius sol-  
licitati. Seruitia. ] i. serui. Accersitur. ] i. uocatur in ur-  
bem. Inuitum. ] i. inceptum est, aut conceptum est & ha-  
bitum. Nemo relinquatur. ] quod uerbum ad summum  
odium excitandum plurimum ualei. Indices. ] i. Allobro-  
ges & Volucris. Rei. ] i. de re, & quorum res agitur:  
ut Lentulus, Cethegus, &c. Vos iudicatis. ] i. sententiã  
tulistis: ut turpessit alter sentire re non alter comperta.  
Singularibus. ] i. egregijs, & singulariter ad me habitis.  
Meo nomine. ] q. d. ad honorem & famam meam. Sup-  
plicationem. ] i. rogationem & processionem dijs facien-  
dam. Togato. ] i. non sumptis armis. Nominatim. i. ex-  
presso nomine. Affines. ] hoc est complices. Prolatando  
dies. ] i. procrastinando. Video duos, &c. ] De his sen-  
tentijs manifestũ uisum est in Salustio de bello Catilinario.  
Vnam Decij Syllani. ] quem tamen uariabilẽ offerit Salu-  
stius, nam postea in Casarij sententiam concessit. Omnes  
acerbitates ceterorum suppliciorum. ] excepta morte.  
Vterq. ] tam Decius quàm Casar. Alter. ] scilicet Decius non  
dum audita sententia Casarij. Punctum temporis. ] Cice-  
ro serẽ tempus quamdiu in accusatio ponit, etiam si non  
sit determinatum, ut, Annus audientem Cratippum. &  
hic, Punctum. Communi spiritui. ] i. aere quo spiramus.  
& quem inspiramus & expiramus respirantes. Alter. ]  
scilicet Casar, qui dicitur usq. ad penitendum fuisse clemens:  
quia quibus pepercit, ab ijs postea occisus est. A dijs  
immortalibus, à quibus bonum credebat petendum, uno  
de Iupiter iuuans pater deũs: & Iuno, quasi iuuans uir-  
tutem seu nutu. Necessitates natura. ] scilicet deficientiũ aut la-  
borum aut miseriarum quietem. Unde Elaccus:

Mors ultima linea rerum.  
Dicebant tamen Ethnici etiã deos ultores scelerum. Unde  
Iupiter Salmonæ prostrauit fulmine, & in Giganteo  
bello dij communiter impiores esse dicuntur. Eam. ] scilicet  
mortem. Sapientes. ] ut Socrates & Regulus, & Cato  
Vticenjs postmodum: de eo autem nunc non loquitur,  
cum nondum sibi mortẽ consueuerit: sed potius de Decijs  
patre & filio: aut de Curtio, qui se armatum in hiatum  
terre precipiti dederat. Vincula sempiterna. ] de qui-  
bus in oratione Casarij apud Salustium sit mentio. De-  
cernatur. ] id est dijudicetur à uobis, quæ sola, si huius  
& est prouerbiale. Hic. ] scilicet supplicijs post mortem:  
quia tam bonis quàm malis moriendum est: & ita minus  
esse formidanda improbis mors, si nihil post exitum ab  
ab hac uita passuri sint. Voluerunt. ] Hoc non satis fir-  
miter dicit ad fidem, quasi uerò non ex uero, sed ad ter-  
rorem ea excoGITATA sint, quæ de improborum penis dis-  
cuntur. Nica quid interstiti. ] hoc est, quid commodi &  
utilitatis consequatur. Quasi d. ] Minorĩ inuidia subicebo.  
Nescio an amplius negocij. ] hoc est amplius & copio-  
sius negocium: hoc est, & maior cura & sollicitudo.

Habemus enim à C. Casare. ] In gratiam Casaris bono-  
rifice de eo loquitur, sed postea sententiam aperit. Et ma-  
iorum eius. ] qui nobilissimi fuerunt. Nam ab Aenea ori-  
undi erant: unde etiam Iulius ab Iulo Aeneæ filio nomen  
sumpsit, dicente Marone:

Iulus à magno demissum nomen Iulo.  
Leuitatem. ] i. uariabilitatem & adulationem. Concio-  
natorum. ] i. eorum qui uulgò ad placitum plebis orare  
solent. Sicut enim grauitas dicitur constantia & firmi-  
tatis in proposito & seueritate, eo quod res grauis difficul-  
ter loco mouetur: sic contra leuitas, dicitur facilitas in  
mobilitate. Verè. ] hoc est, non ad estimationem, sed ad  
salutem popularem: id est, populi fauorem. Abesse non  
neminem. ] id est, quemdam sibi notum: quem non nomi-  
nat, ne inuidiam eius in se concitet. Videlicet. ] apta iro-  
nica uox, sicut & scilicet. Nudus uertitur. ] hoc est, unde  
nunc dies est tertius: quod ineptiti dicunt Anteheri. Sup-  
plicationem mihi. ] id est, ad honorem meum. Indices.  
id est, qui conuentionem indicauerunt. Indicare autem,  
est proprie dicere ea in quibus is qui dicit, consensit: est  
qui uerò id facit, index est. Reo custodiam. ] postquam  
hoc est, ut custodiretur. Iudicari. ] id est, iudicauerit  
quasi dicat: Licet modò absit, tamen prius sententiam  
dedit. Ac non. ] id est, quasi uerò Iulius Casar non intelli-  
gat. & ita tacite docet, Casarem non pronunciasse ex-  
recto iudicio: quia lex Semproniana, quæ censet ad ci-  
uiem Romanum non esse animaduertendum pœna san-  
guinis: non comprehendit patrie proditores, qui ciues  
non sunt. Denique. ] sup. ac non intelligit id est, quasi nõ  
intelligat: nullum latorem Sempronie legis. i. Sempronium  
ipsum dependisse. i. per soluisse publicè penas, q. d. si ipse  
lator impunitus non fuit, quid eis profuerit qui amplius cia-  
ues non sunt? Appellare posse. ] sup. censet. Leuan-  
do. ] id est diminuendo. & hæc omnia in Casarij lenita-  
tem dicit. Dederitis mihi populũ charum & iucundũ. ]  
quia talia libetè audiuius est. Sin. ] hoc est, sed si. Sylla-  
nam. ] id est Decij Syllani. Cerno animo. ] bene Ani-  
mo: quia per se cernere dicuntur, qui exterioribus oculis  
uident. Cum uerò proposui regnantem Lentulum. ] Om-  
nia trahit in inuidiã. Nam regni & dominationis nomẽ  
inuidiosum admodum erat Romanis. Ex fastis Sibylli-  
nis. ] id est, libris per Sybillam scriptis de fastis Romano-  
rum. Confessus est. ] quia interrogatus de ea re, eũ possẽ  
negare, palam confessus est se sentire regnum sibi per fa-  
stos Sibyllinos potendi, ut uisum prius. Purpuratum. ]  
id est purpuram hoc est lato clauo: quæ uestis senatoria  
est, indutum. aut uestem consularem potius intelligit.  
Cum exercitu. ] scilicet comparato per Manium Esequi-  
lanum, ut Catilina sit imperator summus. Vexationes.  
] hoc est, subagitationes & oppressiones uiolen-  
tas. Virginum Vestalium. ] id est Vestæ, quæ dea casti-  
tatis erat, consecratarum: ea lege, ut si se pollui sine-  
rent, uiuæ in terram defoderentur. Quam acerbissi-  
mum. ] hoc est, maximè acerbium. Vtrum is clemens  
ac misericors, &c. ] In tali casu duplex est habendus  
respectus: ad interfectos, & ad interfectores, respectu  
eorum qui interfecti sint, clemens & misericors fuerit,  
si acriter interfectores punierit: respectu interfectientium,  
contrã uidetur. Sed quia plus interfectos quàm interfe-  
ctores respicere teneretur, plus clemens quàm seuerus  
fuerit censendus. Importunus. ] id est, contra id quod  
oporteat fieri. Ferreus. ] hoc est, durus ut ferrum.

Qui non lenierit. ] scilicet per supplicium sumptum de seruo tali. Sic Aeneas. 2.

— Animumq; explisse iuuabit. Cruci dare. ] hoc est trucidenter occidere. Desflagra ti. ] hoc est igne absumpti imperij. Si remissiores. &c. ] Quid est? Si uoluerimus esse remissiores, fama summa cru delitatis est subeunda impetate: hoc est propter impietas tem patrie, id est in patriam; et pernicie, hoc est propter perniciem ciuium. Nudius tertius. ] id est nunc dies est tertius; hoc est, nuper. De summa. ] hoc est integritate reipublice. Ric. ] scilicet Lenulus; in quem praeci pue agit, quod praetor erat. Veramini censo. ] id per ironiam dicit. Nam addit: Cum multo magis sit ue rendum, &c. Sed ea que exaudio. ] id est expressè audio. Exaudire enim, est expressè, seu eminenter au dire: id quod uulgo dicunt, cum eorum que rogantur con fessione: licet exorare sit, quod oratur impetrare. Comi nus: Vix que exoro, et rursus: Sine te exorem. Dissimula re. ] i. gestu ostendere me non exaudisse, seu non intelligen re. Vereri ut habeam. ] Notabant pueri, id est esse Vercor ut facias: & ueror ne facias; sed elegantius dicit Ut facias, quandoquidem Vercor, timo, metuo in se quan dam negationem includunt. Nec dices, Vercor quod habeas: sed ut, &c. Sensus autem est: Sunt qui ue reantur & timeant me habere satis praesidij, id est custo diae militaris, seu militum ipsorum. Prouisa. ] parata, constituta. Bona. ] auxilij. Nam prouidemus rem parandam, & paramus constituendam: constituimus paratam & prouisam, id est confirmamus statuto quodam. Tum uero multo minore. ] scilicet cura reipublice: quia leuati hac cura resp. aut desit, sumptu aut impedio seu detrimto. Voluntate. ] id est sponte. Tum. ] id est in superforam, scilicet rerum uenialium: est plenum scilicet milium dantium nomina sua uldro, contra Catili nã. Post urbẽ conditã. ] Nãre extollit fortunam suam. Praetor eos. ] scilicet conuictos, & per eos corruptos, et in spē praede adductos. Cũ omnib. ] scilicet uis: id est simpliciter om nib. Excipio. ] est praesidio parato. libetisq; pernicio si adesset. Habẽdos. ] i. repulãdos. O diu immortales. ] Inter clamatio admiratiõis et gaudij index. Ut cerret. ] i. nolui haberi inferiores aut tepidiores in amanda rep. Diffensione huius ordinis. ] i. ab hoc ordine senatorio. Hodierus dies. ] q. d. Felicitas huius diei, atq; hac causa: quã uisũ cõsent in patricijs illos arma sumere. Si in cõ sultatu confirmatã meo. ] Vbiq; gloriae suae cõsultit Cicero: quã iã elatũ cõ salustius ferre nequiret, in eũ inuictus est: ut statim uidebim. ] in inuictus eius. Tribunos ariarios. ] ã tribuẽdo aere dictos, auctore Festo. Aerariũ aut Roma nũ. ] i. thesaurus publicus erat in ede Saturni. Scribas. ] quos notarios uocãt: quicquid qui cõcellarius dicitur, ma gnum scriba est. Ad arariũ. ] i. stipendiũ sumẽdũ aut ara riũ augeãdũ in stipendia militũ. Ingenuorũ. ] in naturali libertate natorũ. Tremisimorũ. ] pauperimorũ. Liber tiorũ. ] libertate donatorũ. Seruus est nemo. ] in sine cõditione homines postremos cõmemorat. Tolerabili cõditione seruatiũs. ] i. qui nõ seruiti domino alicui imma ni & crudeli. Audaciam ciuium. ] scilicet frementium in Catilinã. Perhorrescat. ] i. cõ horrore quodã inspi ciat. nã horremus etiã uenerationis gratia: ut Aeneid. i. Horretq; atrũ nemo imminet umbra. Qui nõ extare cupiat. ] i. abundare et permanere auda ciam ciuium. Extat enim, quod ceteris cadentibus perma

ret, quasi extra numerum cadentibus stans: unde qua non interierant, extare dicimus: ut tres Decadas Livij, cum re liqua nõ extant. Qui nõ cõserat torum uoluntatis. ] i. a sensus apparuit ex uoce aut applausu nõ tantũ, quantum audeat: quia nõ minus audeat seruus quam liber. Sed quan tum potest. ] i. quantum illi permisso est, seruus enim no me dare nõ potest, nec militare: unde in summa penuria militiũ ad pulea uocati legiũ serui. Leonẽ Lãtuli. ] i. efferũ & immanẽ clientẽ aut seruitũ Lenuli. Egentiũ. ] quia egestas multos ad nefas impellit. Et imperiorũ. ] i. nesciũ quãtũ mali & periculi sit patrie bellũ inferre, aut iudicio patri obuiare. Est cõceptũ & tẽtãtũ, sed nullũ inuẽti iã miseri fortuna, ] q. propter egenos dicit. Aut perditũ uoluntate. ] quod propter imperios, nã extrema malicia est et eorũ qui grauitatẽ mali sciret, & tamẽ uel lent. Circũ tabernas. ] i. humiles domos, ubi negotiato res minores res suas uenales habet in stantibus. ex tabulis. Illum locũ sella. ] i. ubi abidat sedet: atq; eperis. i. ubi o peratur, uim officina. Qui nõ uult esse saluum. ] hoc est: Cum intelligãt omnes Quirites, cõduatos cõstituisse ubi in cõdium, dei scilicet eorũ, per quos domicilium suum quan tulumcumq; sit, amissuri erãt. Ocio. ] i. pace & cõcordia ciuium. nihil enim uẽdunt, bello durãte, carum rorũ quã bus carere possimus. Oculũ tabernis. ] quod mihi ue nale proponere audent. Habetis consul. ] i. bene stius i. quasi dicat, Habetis me. Patria communis tendit uobis. ] i. ad nos pro auxilio habẽdo. Omnia eorũ. ] Legẽ dum est, Deorum: quia etiam quorum, non meminit. Saep̃ autem commemorat, ob quorum salutem nisi m̃ so leat bellum assumi. Atq; hac. ] Affer bonestam ratio nem, cur ita loquatur. non enim quo currentes instiget, sed ut officio suo fungatur, cõ sit cõsul. & ita primũ in cõ siliũ: unde nõ arrogãter dicit, Sed ut mea uox, quae debet esse in repub. princeps. id enim non dicit propter ele quẽ tiã aut priuatã aliquã uirtutẽ, sed propter cõsulatũ. Quã ta manus. i. quantus exercitus aut gloriã. Alicuius iuro re. ] i. inferni audacia. Benim morũ. ] Ostedũ se mor tem contemnerẽ, dummodo inuictũ ueratur. Hono sta tiũ. ] id est decoratus. est enim uerbum ab Honoris, non nomen ab Honestis. Bene gesta. ] id est bene guber nate reipublice. Aphricam redire. ] scilicet ad procepen dos suos. Alter. ] id est posterior seu minor Scipio Aphri canus, qui Carthaginẽ deleuit, quam prior seu maior tributariam fecerat Carthaginẽ, in Aphrica: & Numãtiam, in Hispania. Lucium Paulum. ] scilicet Aemilius, dielus Macedonicus, ob deũctũ Macedoniã. Curri, ses triũphãle: quia Persem regẽ capiti licet ob casum eius fle uerat, in triũpho suo duxit ante curiũ arati, quo in Ca pitoliũ uehebatur. Mario. ] cõpatriota sui non elumĩcti tur. Et reuera tertius seruator urbis dielus est: cõ tẽpore Cimbrici belli actum fuisse de imperio, nisi Marius illi seculo cõuigisset. Triũphauit aut de Jugurtha et de Cim bris: sed hic de Jugurtha nõ loquitur, nõ enim Italianẽ oba federat: uerũ de Teutonũ & Ambrõnibus, quorum triũphũ distulit usq; ad deũctos Cimbros: & cum ge minus triũpho ipsi decretus esset, altero cõdẽtus erat. Põ peius. ] scilicet magnus, cuius saepe benorificem facti nõ tionem sed cum hoc tempore iunior furiũ Casar, & ita post alos rogatus sententiã, ut in Catilinẽ ueratur Sa lustius dubitare possimus, quemõ eũe praclara iam uim fuerit fama, qui Italiam Casaris filiam p̃sine di duxe rit uxorem. Verũm antea multa praclara gesserat, nõ glori

A Florus late attestatur. Hostes alienigenae deuicti serua ri possunt: cives qui se hostes fecere, non possunt. Me tis. ] id est cause meae, quae iusta est sententibus. Neque ulla professõ tanta uis. ] i. potentia. Conspirationẽ. ] i. consensum. unde conspiratio etiam in bonam partem ac cipitur. Pro prouincia, quam neglexi. ] cõcessit enim eam Antonio, quo animũ eius ã coniuuratis auerteret: unde Sa listius in Catilinario de Cicerone dicit, quod collegam suum Antonium pacifice prouincia propulerat, ne con tra temp. assentiret. hoc est: ex pacto concesserat Anto nio prouinciam, unde ille emolumentum ac lucrum gran de consequeretur. Pro triumpho. ] quia eadem Antonio belli gerendũ curã dedi, maxens ad urbẽ castidã, cum si in bellum contra Catilinã proficisci uolisset, non dubet

se consecutum triumphum. Clientis prouincialibus. ] quos habent consules post consulatum in prouincia gestũ non pro hospitio, i. iure hospitalitatis. Nam qui semel con sul ad prouinciam missus erat, in ea apud primos perpe tuum habebat hospitium. Tacor. i. defensor quãdã cõpõr. i. acquirõ. Memoria. ] scilicet honorificã seu honorabilem: ut perpetua sit consulatus ab eo tam sanetẽ & tam utiliter geshi perpetua memoria. Muro. ] i. munimentum seu praesidio. Paruum silum. ] scilicet Marcum Ciceronem, ad quem Officia postmodum scripsit. Ad salutem. ] i. ut saluus sit uerumetiam ad dignitatem, ut honore dignus censeatur. Vestra populũ; Romani. ] ubiq; diuersos casus copular, nam Populi hic genitiui est casus relictũ, ã Salute. Habetis cõsule. ] De se ipso id dicit: et honestum, quam si me dicat.

M. T. CIC. IN EVNDEM CATILINAM INVECTIVA, NON QUIDEM ORDINE, QVIA IAM ADHVC IN ciuitate erat.

B Non est amplius tempus ocij, P. C. non est amplius locus potestatum. In Italia pestis Italig, in ciuitate ciuitatis incen dium alitur. Crescit indies, ac uires maximas suscipit. Et nisi properẽ sit extinctum, non mo do urbem, sed orbem totum perfundabit Ca tilina. P. C. Catilina hic est, qui deo hominis busq; infestus, ire perditum patriam & ciues nititur. Qui ut sibi libidinem animi expleat, iusticiã & pietatis immemor factus est. Qui ad honorem iure sibi per uos negatum, uiam parare cupit, morte bonorum, urbis incendio, reip. detrimento. Nam postquam omnes suos, & famã uiuendo perniciosẽ perdidit: qualiter nos & resp. perdere possit, aggressus est. Ho mines enim nefarios, periuros, facilegos, om nes deniq; conformes quos in urbe uel in Ita lia nouerat, seruos etiam familiãs, filios noua rum rerum cupidos, domum suam frequẽtare rogauit. Exulibus patriam, seruis libertatem, pauperib. opes, priuatis honores, singulis glo riam, omnibus omnia dare pollicitus est. Postremõ dando & pollicendo sic eos inter se af fecerat, ut filij familiãs parentum uigulos, serui dominorũ necem, domorũ incendia iminaren tur. Sed quoniam sibi erat detrimentõ rei fami liaris inopia (proh nefas) necauit filium, ut no uã coniugis potiretur opibus, quã sibi eo ui uente cõiungi timuerat. Hęc Patres cõscripsi, quanquã rumorib. uulgi agitatur, per me tamẽ in uestram praesentiã non uenissent, nisi ab ijs dem cõscijs scelerũ cognita patuissent. Quos in publicũ uenire, & hęc eadem uobis presen tib. cõfiteri, pudor magis quã timor arguit. Nam uestri cõsulis prouidentia, imõ uestro de creto impunitas cõcessa est omnibus qui con silia patefecerint. Vigilat noctes & dies, cibum non nisi fame coactus appetit, iugulis nostris intentus. De quibus colorum ipsius fecditas, & maculata facies, dubitare nos non patitur. Accinctus gladio, domos familiares nocte cir guit: alloquitur singulos, hortatur multis ra

tionibus. Postulat ut sese ministro, uel ducẽ potius, ad libertatem, honores, diuitias, eos transire non pigeat. Ostendit ad hęc gerenda tempus idoneum: suos fortes, magnanimos: nos ignauos, somno & uetri deditos: & nobis cum diuitijs animum & etatem confesce re, quasi patriam & resp. armis inuadere esset fortasse timori. nullus timidus. Hic laudet Ma rium Syllamq;, cruentos Phœnices felices iu dicat, quos cõ magnanimitas sua cõflicia com municare fors attulit. Sed profectõ, P. C. si nos iudicat ignauos & negligentes Catilina, non fallitur, cum sit experientia. Si enim nostram non uenisset in curiam, si resp. in tenti effemus & patrie, de patria proditoriam expulsus esset. Hoc enim (ut mihi uidetur) ratio postulat, nam si Catilina patriam diligit, cur ei incendia parat? Si non diligit, cur in ea ulterius mora tur? cur laborat? Machinatur indies (sicut iam dictum est) ut iubeat, Roma suomet percat gladio: quod longẽ postus nequaquam pos set efficere. Nulla enim pestis efficacior ad no cendum, quã familiaris inimicus. Ad eõ in eu ria fit frequens, in curia nostris consilij parti cept, ut notet & designet quemque nostrũ ad necẽ, & resp. cognoscat interitus. Scit quo rum sanguis sibi daret imperiũ, & ruina quo rum sibi daret assensum: his maxime parat in dias: hos in die, hos in nocte prosequitur. Vi dete, P. C. uidete huius hominis summã audacia m. In nostrũ conspectũ uenire nõ timet, de quorũ interitu semper cogitat. Nobiscũ loqui nõ timet, meã accusationẽ (quã sua cõscientia pbat) nõ timet. Igitur ab omnib. timẽdus est. Nolite mirari, si callidõ dissimulator respõden di locum postulat. Confidit enim in eloquẽtia sua, quẽ maximã partẽ ciuũ detraxit in cladẽ. Qui igitur sceleratorũ hominũ tot copias com parauit, qui mendacia ueritate, & mēdacio ue ritatẽ colorat, ad diem eũ. Tacetis, proh dolor, in qua urbe nos uiuimus? Quib. tutorib. resp. nostra defenditur? O Camilli, ò Fabij, uos



utinam effētis: audire uelletis illum, qui expirantis filij preces audire noluit: qui filios in patres, feruos in dominos, in remp. Italiae latrones armauit. Quid agis Catilina? quid cogitas? Cur furorē tuum & audaciā tentas? Cur ille tuus exercitus (qui in tra mœnia clausus est) in Capitolium non erumpit? Nullus huius ordinis ignorat consilia tua, & adhuc in patria remanēs? immo in Senatu placēdi locus est tibi

relictus. Scire potes, quod non multū eis tua facta displicent. Cogitate, P. C. quid res, quid tempus postulet. Audacia Catilinae timorem omnibus reip. incutit. Patria legibus minatur interitū. Viri, mulieres, senes, iuuenes, postremo omis ætas terrore concussa est. Omnes credunt hodie eum uestra sententia liberari. Omnibus igitur satisfaciētis, P. C. si de ciuitate Catilinam, immo terrorem omnium expuleritis.

COMMENTARIVS.

BAD.

Non est amplius tempus cogere. Hæc inuēctiua quinta ponitur: habita tamen est aut primo aut secundo loco quia Catilina adhuc in ciuitate existente. In Italia, quia in ciuitate, sed ab eius interitu manaret totius Italiae excidiū. Crescit indies. ut Valla præcipit, indies iungitur uerbo aut comparatio incrementum connotant. Ire perditum. non dicit Perdere: quia futurum minabatur, non iam perdebat. Immemor. i. neglector: quod melius dicit, quam si dixerit, Contemptor, ut erat. Ad honorem. i. magistratum consularem: qui singularē honorem consuli domui eius afferebat. Aggressus. i. scilicet ut rem difficilem & terribilem. Homines enim nepharios. Docet quos secum collegerit iugurtha, esse nepharios & sacrilegos quod duplici de causa facit, ut & minus timendus significet, & iustius in eos sentendum. Etiam familias filie. Non est ergo uox una Filius familiaris, sed locutio. nam Familias more Græco genitiuus est: ut iugurthæ, i. interpretationis, cui dicitur uxor iugurthæ. Exulibus patriam. Græphicè dicit ea uicinijs, promissis, quibus potissimum indigeret. Omnibus omnia. i. que uellent aut possent obtinere. Inter se effecerat. aut legendum est, Affecerat. i. affectione commouerat: aut Effecerat, i. instruxerat & exhibuerat, ac reddiderat affectos. Inter se. i. mutuo assensu. Parentum. i. patrum. iugulos. i. guttura: i. aut eas gutturis partes, quibus ferro petitis aut incisus, uita admittitur. unde iugulare uerbum, quo utitur Flaccus in Epistolis: Ut iugulent homines surgunt de nocte latrones. Minarentur animo, non uoce. i. sed ideo minarentur dicit, quia nondum effecerant. Sed quoniam. i. Ordo est: Sed iugurtha proli nefus, scz detestandum necauit filium, ex priore coniuge: inopia. i. propter inopiam rei familiaris: quoniam filius erat sibi, scilz iugurtha de iumento, sed ad secundas nuptias, quas cum Orestilla contraxit. ut uisum est in Salustij Catilinario. Qæ. i. noua coniunx

Orestilla, timore coniuugi sibi, f. Catilina: eo, scilicet filio uiuente. Quamquam agitur. i. credo legendum Agitantur. nam Quamquam, autore Valla, indicatum postulat. Per me. i. quasi dicat: Nolim esse occulti criminis delator, & ita ex candore animi sui sibi beneuolentiam conciliat, & fidem. Pudor magis quam timor. i. quia data fide publica nihil timendum erat. Vestri consulis. non dicit Vestri Ciceronis: quia id publica auctoritate, non propria fecerat: unde addit, immo uestro decreto. Cibum non nisi fame coactus. i. quasi dicat: Tam intentus est cædi nostræ, ut cibum capere negligat. Nos ignaros. i. scilicet rei militaris, aut ignaros. Phœnices. i. Punicos, uersipelles, & ad arma paratos. Cum sit, aut cum sciat experientia. i. Si est Sit, experientia nominatiui est casus sciat, ablatiui. Nulla enim pestis, &c. i. Tritum est hoc pro uerbis, eiam ab alijs assumptum. In curia. i. in senatu. Scit quorum. i. Per hoc terret patricios, monetq; ut sibi prospiciant. In nostrum conspectum, de quorum. i. Si nostrum est primitiuum, nulla est difficultas in constructione: si possessiuum, sit relatio ad ipsum, ut ad primitiuum. Respondendi locum. i. unde secunda responsiua huic respondere uideatur, aut hæc prima est omnium inuēctuarum. Certum autem est, ante alias quasdam habitam. nam dum hæc habebatur, adhuc erat in urbe. In eloquentia, sine tamen sapientia: qua peruenio admodum est, ut in principio Rhetoricorum uerborum manifeste asserit. Audietis. i. q. d. Audire non debetis. Taceat. i. q. d. Video quod audire uultis. O Camilli. i. Virorum fortium, & qui in facinorosos animaduertentur meminit. Expirantis filij. quem occidit Catilina, ut Orestilla nuptijs locum faceret. Cur te peras. i. distimulas. Nam multū displicent. i. Tacite eos in sui patriæq; perniciem consentire arguit. Omnibus reip. i. administratorib. Omnes credit. i. subaudi, se Catilinā. immo terrore. i. q. d. Nō solū terribilis, sed terror ipse cœsendus est.

L. CATILINAE IN M. TVLLIVM RE-SPONSIVA PRIOR: QVAE EX TEMPORE VIDETUR AB EO HABITA.

Subtiliter à circūstantibus, quæ sit præsentis auctoris controuersia, requiratur: inuenietur à propè intuentibus, ille inter nos, qui uulpis fuit cum agno corâ leone confictus. Cum illo namq; mihi res agitur, qui magis in dolosis, fraudulentis uersutusq; rebus, quam in comitate confidit. Cum illo mihi res agitur, qui omnes rationes spesq; suas in eloquentiæ suæ torrente coniecit: cum illo, qui aliud corde dissimulare, aliud ore simulare con-

sueuit: cū illo, qui corde subdolo, ore trilingui, uultu hispido, barba cœnosa, in cessu graui, familiaris mœdacio, pposituit, instituit & iurauit: quæ cædida denigrat, & nigra loquēdo dealbat. Quæ aliorum famam depeculans, & erudita calliditas, quæ nuda & uulgaris simplicitas: ne sibi plus proficit eloquentiæ cauillantis altitua, quæ mihi oblit infantis

infantis linguæ ineptia. Si quo igitur in loco pro dicendi inopia mea uacillabit oratio, non illius phalerata uerborū agmina & canoram festiuitatem, atq; concinnitatis splendētiā, sed pondus sententiæ, ac ipsum sagaci in dagatione perferutari, & equali lance trutinare debetis. Quod si uos quoq; sententiā aduersarij fuco mendacij coloratam, Lynceis (ut loletis) oculis inspexeritis: inuenietis sub columbina specie teterrimā caudā lantare scorpionis: & eo pacto eam inhonestā & inutilem fatebimini. Illium namq; de ciuitate censet extorri fieri, cuius maiores eam fundauerunt, cōstruxerunt, & ab hostibus protexerunt: ac postremo ad tantū culmen honoris promouere, ut imperij magnitudinem solis ortu & occasu metirentur. Illum de ciuitate præcipit iubet dari, qui nisi liuoris et detractiōnis causa obstaret, in ea primus, aut inter primos haberi deberet. Exeat igitur de ciuitate Catilina, & remaneat illic Ciceronis iactantia. Exeat de ciuitate ciuis, & remaneat iniquissimus. Exeat de Roma Romanus, & remaneat Arpinās. Exeat hinc Scipionis nobilis, & pago, & regnet illic natus de paupere pago. Abit Scipionis indoles luculenta. Quid si Scipio nunc ille uiueret, non ne tali uteretur alloquio: Ego uici, uos in patriā reduxi, uos tamē ciues eiecit. Ego Romā periculo capitis mei protexi: uos nomen meum delere conamini. Ego feci ut quod non erat, esset: uos me ibi morari non sinistis. Iam iam nūc arbitror, P. C. qualiter sit inhonestā huius accusatio, cognoscitis: nunc qualiter sit inutilis, attendite. Nam si sententiā probaueritis, maximas calamitates publicas & priuatas suscipietis, reip. hostes acerrimos & asperissimos comprobabit, uobis ipsi immortalē odium & inuidiam summā con-

COMMENTARIVS.

BAD.

Si subtiliter. Hæc Lucij Catilinae Responsiua ex temporanea uidetur: est certè minus culta, quam ut ab eo habita censetur, quem Cicero disertissimus in eloquentia sua confidere paulo antè dixerit. Nam & minus Latina uidetur, cum ne reciprocaionem quidem (ut dicunt) serueturum dicat, Ne sibi plus proficit cauillantis astutia, quod tamen ab alijs reprobatur, ego bifariam defendam. Nam ordo potest esse: Ne altitua cauillantis plus proficit sibi. i. astutia: & ne plus proficit sibi, scilicet cauillanti: & utroque modo est reciprocaionis locus. Est tamen proteritus & uulgaris sermo. Longè autem uenustior est in secūda Responsiua, quam Pōpetus Letus nobis exulit. Sane cum dicitur in titulo Responsiua, uidetur subtilitatum. Nam additur inuēctiua. Damnat autem Catilina ea in Cicerone, quæ in seipso agnoscere merito deberet, ut statim dicam. Cum illo mihi res agitur. Quoniam Ciceroniana eloquentia iam pridem omnib. nota erat, studet Ciceroni ex ea inuidiam concitare, & fida facit et interperatur. Cum illo sepe idem sumit principium, ut ex repetitione attentos faciat Patres conscriptos, cum tot in unum hominem dici possent impropria. Dissimulare. i. id contra Catilinā maxime conueniebat uitio daverat enim omnium rerū simulator & dissimulatoꝝ. Subdolo, i. i. frau-

flabit. urbem non solo (ut putatis) Catilina, sed quia plurimis ciuib. uacubabit: & quod est extremæ dementiæ, placidissimos amicos, infestissimos reddet inimicos. Sed per deos immortales, ac quorum aduersarij tota deprecatio p̄tinuit. Cōiurationē nāq; indignū facinus ostendere laborauit: cum an coniuratio facta sit, ambigatur. & de ea quasi non sumptum supplicium, de qua nondum constitutum est iudicium, clamat & dolet. O indignum scelus, Catilina iam non dignas penas pro coniuratione dedit: quasi de cōiuratione constaret, cum non iam magis illud probando quam dicendo suę sententiæ basim constituit. Et id solum certum denunciat, quod nec te libus, nec argumentis est probatum: sed falsa quadam suspitione confictum, quæ à quouis quoquo modo cōfingi potest. Namq; Catilina, Patres conscripti, tam popularib. quam summatib. est acceptus. Quia ignoti, noti ciues, peregrini, nobiles, domum eius frequentabat: quod eo munificentior, affabiorq; uiuit nullus: quod habet quod det, & dat nemo largius: idcirco coniurationem ab eo factā contendit. Quod si ab hominibus amari, frequentari, cōsulari, uisitari, coniurationē uocamus iam Catilina, item Lælius & Scipio, præterea liberales & daples coniurationi accrescunt. Quod uerò de filij necē à pio patre perpetratum esse dixit, sic est incredibile, ut sine ratione patrociniū deleatur: præsertim cum neminem uestrū super hoc dubitationis serupulo promoueri confidam. Illud mihi potius adiuuandum puto, nemini mandandum si solus omnium Catilina prælocutor appareat. Hoc enim minis Ciceronis, præcepto confectum est, ut nemo se Catilinæ tutorem audeat confiteri.

delento, habente dolum sibi latentem. Ore trilingui. i. serpens. nam serpens linguæ micat ore trifidus. aut tres diuersas sententias profertur, aliquibus se facturum aliquid promittere: ac rursus ipsam id idē negant, & mox facient: aliquibus & negant & promittent, sed neutrum fideliter exequenti. Vultu hispido. i. bene barbato, qui grauitatem præ se fert: sicut in cæteris membris uirilitem. Inuenalis: Bipida membra quidem, & dura per brachia scita Promittunt atrocem animum, &c. — Barba cœnosa. i. immunda: in cessu, id est deambulationi graui & pomposa: familiaris mendacio. i. quod plurimum apud ipsum & familiam eius ualeat. Proposituit. i. conuicium in me: instituit. i. affirmant, iurauit. Qui cædida. i. id est bona denigrat. i. mala facit et interperatur: & dealbat. i. iustificat: loquendo. i. per uim eloquentiæ suæ: nigra, id est uitiosa. Qui depeculans. i. id est furta subrabens: famam aliorum consueuit quoq; id est etiam urbes pessundare. Sub mœdacio mihi timēdum est. i. id est, Ego debeo timere, quia imminet periculum capitale. Ne sibi plus proficit eloquentia cauillantis, &c. i. in odium trahere conatur eloquentiā Ciceronis: sicut nonnulli inuidiā cōcitare parant ex diuitijs abundantibus cuiuslibet. P. Baleres

Phalerata, ] i. bene instructa & superba; sicut, Cessitat in phaleris equis. Aequilae lance. ] i. examine & iudicio: sumpta metaphora à bilance. Trutinare. ] i. ponderare aut mensurare. Lanceis. ] i. acutissimis, quales habuit Lincius. Scorpionis caudam. ] i. qua venenum est. Exeat. ] repetit in inuidiâ Ciceronis. Romanus. ] i. natus Romae. Arpinas. ] i. natus Arpini, s. Cicero. Solum autem genus suum laudat: quia se non potest. Hostes acerrimos & asperissimos. ] i. delictet populares & necessarios ipsius Catilinae qui acerrimi sint animo, & asperissimi facti. Nam acer, dicitur strenuus & irascens: asper, difficilis atque durus, ut sint armati. Non solo Catilina. ] i. significantius id, quam si diceret, Non solo me: quia cum de nobis aliquid magnè dicimus aut sentimus, tanquam de tertio loquimur. Vi Aeneid. 5. — Que munera Niso

Digna dabis, prima me tui qui laude coronam. Quamplurimis. ] hoc est ualde aut maxime multis ciuibus, sup. alijs. nam & ipse ciuis est. Aduersary. ] non dicit Consul, nec item Ciceronis: quia in utroque dignitas foret. Deprecatio. ] i. de me expellendo precatio. Indignum facinus. ] non negat, quoniam indignum sit facinus: sed

probandum illi fuisse cersit. prius coniuurationem esse factam, quam eam detestatur tanquam. Et de ea. ] Ordo est: Et clamat & dicit. Dolorem suum ostendit: quasi non sumptum esset, supple. si: aut quasi non sumptum esset supplicium de se, scilicet coniuuratione: de qua nondum est constitutum iudicium, hoc est sententia iudicium: aut iudicium lege, quod est patefactio per complicitatem & confectam aliquem. O indignum. ] ironice id dicit. Basim. ] i. fundamentum. Certum. ] i. indubitatum. Confictum. ] i. a Cicerone & delatore aliquo. Acceptus. ] id est charus & iocundus ac gratus aduentus eius. Popularibus. ] i. uulgo & plebi. Domum eius. ] non dicit domum meam, ob causam dictam. Affabitor. ] i. comior et cocinnior, aut dulcor amicus. Lulum & Sappio. ] summi inter se amici. Liberales. ] i. omnes ac dapuliles, id est de pum ac sodalitatum praebitores. Accreuant. ] id est accedunt ad coniuuratos, hoc est, inter coniuuratos habendi sunt. Patrocinium. ] protectio eius dicit. Super. ] i. de. Perueneri. ] i. a sententia firma. Nihil adiuuandum. ] i. in adiutorium assumendum: sed inculius dicitur, si non est mediū in scripto. Prælocutor. ] i. prædij sui defensor.

EIVSDEM IN EVNDEM CICERONEM  
SECUNDA RESPONSIVA, QUAE PRAE-  
MEDITATA VIDETUR.

Omnes homines qui in maximis principibus uitam agunt, aut qui de rebus pub. aut priuatis consultant, decet in primis animaduertere, ne cuiquam uoluptati temerè assentiant, nec liberum ingenium furore aut iracundia pessudent. Sed uigilantius enitendum est, ut durent inuictis animis, ut omnium rationes aequè circumspectant: nec in alterutram partem declinēt, donec luce clariores in apertum deducant, & satis perorata uideantur. Difficile est enim, commotis animis & concitatis ingenijs uerum cuiquam persuadere. Tanta sit plerumque uis ac frequentia orationis. Hæc si fuisset uobiscum, P. C. animaduertis, dum perperâ de meis moribus Consul noster tanta acerbitate loquebatur, cum perniciosa & insolenti facundia in caput meū uelut concitabat animos, modulabatur orationem: cōsiderem profectō, ut illius procacitas hodierna die innocentia nostra deleteretur. Sed uideo iam suggestione Consul pectora uestra rebus incubere, uix meam perpeti orationem: credere iam illius authoritati, meę pudicitiaē diffidere. Quam obrem facile uereor, ne sera sit nostræ salutis defensio. Nam paucorum inuidia plerumque innocentes iure aut iniuria suppeditantur. Quæ res profectō neque constantiæ uirorum illustrium, neque Romanæ disciplinae, neque senatoriæ dignitatis officia uidentur. Quare per deos immortales, P. C. atque humanitatem uestram appello, ut in tantis rebus non facile iudicium excipiat: demulso ac deuinctos animos facundia Ciceronis pristinae integritati restituite: & ita restituite, ut aliquando Rom. patricij atque Catiline uerba

intelligatis. Si quid in patriam peccaui Quirites, neque gratiam neque misericordiam imploro. Eripite tum ab hac luce animam, trucidate hoc corpus, & membra hæc impudentia diuellite. Non eō tendit oratio nostra, ut Catilinae misereamini. Summa est enim misericordia, in patriciam subitum supplicij animaduertere. Sed hanc uerbis clementiam postulo, P. C. ne omnino innocentia deferatis ne dum libertatem defenditis, paucorum iniquitate plerosque innocios perditum catis. Ostendam uobis, atque elucidabo acerbas in consilio uestro mecum inimicitias, non salute reip. fuisse exagitantis imperij causa, non manu tenenda libertatis desiderio cuncta. Nam quantæ primū in superioribus annis immoderate in me illum discordia agitauerint, quatisque atque quam crebris postea inuicem contumelijs uersati fuimus, non referam: uobis enim omnibus nota sunt, Quirites. Sed ea malo dicere, quæ proximis comitijs, postquam designatus est, impudenter & temerè, quæ tandem euomuit, se nihilo magis quam excidio Catilinae consilium petere. Testes hic duo uiri clarissimi, M. Antonius consul, & C. Cæsar: quorum auctoritate terminatio illa eo tempore, ueluti parum consultata, reprobatæ est. Item nunc, P. C. talibus animis imperia tribuite, qui curiosus priuatis inimicitias quoniam totius reip. salutem persequantur. Non cupit Cicero consulatū, ut opem referat miseris, ut potentiam improborum arceat, ut ciuitatem defendat, ut reip. consular: sed ut maxime Catilinā delere & circumscribere possit. Hæc sunt officia uiri consularis, & gloriosi & sanctissimi ciuis in-

uis institutiones. Tales homines in dandis magistratibus nobilitati antepone, quibus tantum & tam ualuit est animus extinguendi nobilitatem. Nam quod mihi huius uiri interminatam est, diligentius in uos oēs conuertet. Credite mihi, P. C. credite, rata est inter tam dissimiles animos beneuolentia charitatisque consensio. Ille ex municipio Arpinati nouus hoipis huic urbi insitus, eam uelut ingenitam rabiem atque inuidiam animo uolurat, quam nouis, exteris ciuibus, non tantum moueret, sed ueteri consuetudine natura comparauit. Prædite ubi in petitione consulatus patria exprobrata est, aliquando nouitas generis obiecta, æquo animo tantam contumeliam tolerate tunc impatientissimum hominem existimatis? Incitabatur eo tempore truculento spiritu lacessitum ingenij, & ueluti uipera serpens inflamato ac uenefico pectore ferox ei? & crudelis animus agitabatur. Hic qui se patrē patriæ nominat, qui dicere solitus est, hæc reip. suo splendore decoratā: quæ uirorū omnium illustrium ac præstantissimorum familias non modo equales ait aliquando suis moribus, uerum etiam omnium maiorum uirtute superasse: cū obiectari sibi nouitate uideret, quo putatis eum ingenio pferre potuisse? Infirmabat tunc dēbitus, atque in uos oēs rabido rictu cōceptā latenter irā acuebat: quæ neque lenitā adeptioe cōsulatus in posterū putetis. Eum non uestra gratia, sed suis maximis uirtutibus conseq̄i tantā dignitate debere arbitretur. Nunc itaque priores illos impetus exequitur: nunc his artibus perturbare ciuitatē instituit: nunc se his consilijs ueliscī, & nobilitatē eō deducere, ut nūquā sibi nouitas obijciatur. Faciet hoc, P. C. faciet, nisi uester prudētissimū animus aliquando nostræ omnium salutis & uirū uerget reip. consulat. Iam hoc primū in initio ab hoc principe scelerum, ab hoc flagitiorum artifice, ita ciuitas nostra dira ac pestilenti labe conspersa est. Ita perniciosum semen diffundit in patriam, ut si aliquando constitū radicibus paulum altius coaluerit, delebitur quidē hæc resp. pulcherrimum hac à stirpe concidet imperiū. Nihil enim est tam periculosum ciuitatibus, quam cum delecti ciues inter se dissi dent. Inimica namque est reip. maximarum discordia. Ea res fortes desuper & demolitur. Eam quidem hic nunc inseruit nostræ ciuitati: hanc inter uos calamitatem gessit, quæ si non maturè prouideatur, uideo iam summam fortunæ coniunctam hanc reip. Video iam arma in manibus uestris, alterum alteri obfistere: hunc proferribi, alterum uerò trucidari. Vtinā enim rerum malarum innocens Catilina finis esset, uti est initium. Nullū foret mihi quædam pro reip. periculum subire: patriæ quidem proferribi, patriæ abdicari, emori paterer. Sed non semper cunctis mortalibus idem animus est. Erit alter impatientior, qui ueliscī malit, quam improborum perpeti iniurias. Tunc necesse est ut ciuili bello res agitentur: periclitabit tunc

patria, & in ancipites casus, certūque urbem excidium concidet repente. & uentura tunc ingente leticia esseret, & optatis sese rebus potiri gloriabitur: cum hanc uidebit armis splendere patriam, & istam admotis ignibus urbem lucere. Tunc laudabit sua consilia, & extollet inuictum animum: & pro suis contumelijs satis se maioresque suos ultū iri existimabit. Nam prædicare aliquando solitus originem se generis habuisse ex Tullij Hostilij familia, Volscorum regis, quidem populo Romano inimicissima, quæ sola prioris nota est occasio, ut uniuersum sit sibi nomen pop. Rom. odio, semperque exhorreat, hanc reip. cuius ditione obscurata est maiorum suorum familia, & libatū eius, ac demolitum imperium: quæ res quantæ curæ habeantur humanis ingenijs, uos ipsi existimate. Hoc ego tantum de Cicerone existimare possum, ut prædita illa maiorum suorum inuidia, ueteres illæ inimicitia impatientis animi suum semper ingenium agentem, nunquam impetu aut rabie quiescant. Tanta est illius animi immoderata, euerendi huius imperij libido. Videlicet placato orbe terrarū, tot profligatis regibus, tot populis, tot gentibus, tot exteris nationibus subactis, terras undique & maria imperio nostro parere, nullum superiorem hostem populi Rom. cui non nostra uirtus longè probata sit. Defluxit itaque illi spes omnis extrinsecus huius imperij demolendi. Turē nobis omnia quiescant, omnes uelutro obtemperant. Cum uerò sese maioresque suos uindictam iri malit, nec possit unquam ab illa opinione durus & crudelis animus qui escere: ad has cōfugit perturbationes, quibus priuatis inimicitijs in eum primò, postremò in uniuersam reip. publicā contere putat. Accusat itaque amicū sibi Catilinam, & plerosque alios eiusdem conscios cōiurationis, uelle reip. inuadere, euertere patriā, urbem deformare, domibus, templis, aris incendia parare, stuprare uirgines: senes, plebem ac patricos iugulare: nūquam iræ aut ferro parcere, donec pulcherrima ista omnium imperatrix à stirpe intereat. Sed per deos immortales, nescio quorsum tendat hæc hominū existimatio. Ut quicquam mortalium credat aliquid esse tam perditum, aut tam profus ignarū rationis, cui non quandam intelligat insitam patriæ pietatem, quæ semper quadam tacita ac uehementissima uinaturæ humanis; pectoribus infunditur? Quis itaque Romanus animus tantam reip. publicæ calamitatem asserre cupiat? Quis enim; tam acerrimus populi Romani hostis: ille etiam Carthaginensium dux Hannibal, maiora nobis, aut paria excogitare potuisset? Ego ne reip. inuadere uelim, qui & pro reip. ingentia pericula suscepi? Ego ne senatum aut urbem deformare, tot amplissimis beneficijs nostræ familiarum decoratam, aunderem? Ego ne Romanorum templa incendere, quæ tot signa, tot tabulas maiorum no-

strorum ostendunt? Ego ne togatos patricios aut senatores iugulare, qui inter dignitates modò honore praefectus sum? Ego ne candidatus reliquis sceleribus deturpare ciuitatem, qui plerumque ne quis deturpare, summa ope propulsauit? Quae spes? quis animus? quae occasiones me ad tale facinus impellunt? Num causa fortè, quam paulo antè Cicero disseruit, libido dominandi? Non ne quietè dignitatem omnium adeptus sum? Non ne in spe mihi agendi tales reliquiae parantur, quales cuiquam immortalium fas est optare? Neque enim patricius, neque senatoria dignitas defuit: neque in posterum consulatus aut dictatura deesse poterunt. Quae tantæ & tales sunt, ut non modò in hac praestantissima urbe, sed in omni orbe terrarum, omnium gentium, omnium nationum imperia & principatus antecellant. Quid igitur opus erat ut difficili in bello quaereretur, quod mihi in pace ultro parabatur? An fortè inuidia me conceitauit, quod pariter Cicero docebat: grande aë alienū, angustia rei familiaris, & immoderata potiendarum rerum audacia? Sed de temerario aut uelano homine hoc existimandū esset, ut plerique hoc pro potiundis opibus in consultè tantam parare possit pop. Rom. seditionem, non praesertim in uiro patricio & consulari, in tam opulentissima ciuitate, cui tot honeste sunt opes, quid dubitat sibi unquam deesse posse? Tot ultro sese sibi quaesitus offerunt, & ex publico arario prouentus: nequè si quis paululum labefactare maluerit, quod omnino parere honestati, incredibile est quam is facile in immensis opibus affluere possit. Ut reliqua praeteream: tu mihi in apertum exemplum es Cicero: qui pridie penè hanc urbem ingressus omnium rerum egens, cum te ad magistratum contulisset, tantam conglutinasti repente diuitiarum molem, ut omnes huius urbis coloniae uix emptoribus tuis superesse uideantur. Temerè igitur mihi obijcis auariciam, paupertatem, insitans onus aeris alieni. Quae cuncta tutiore uia sedare potuissent, quam repub. inquietare, incerta pro certis capere, paruo commodo ingentia pericula subire. Sed neque quibus arguo priuatarum inimicitiarum causa tantum facinus initiastem. Nemo est in hac repub. quem inimicum habeam. Hic Cicero tantum mihi molestus est, quod eius flagitia quae in occultum habet, nunquam reticere potui: cuius ineptias si tandem à me propulsare maluissent, sine discrimine publico, multi mihi ad ultionem aditus patebant. Non erat opus ad perniciem reipub. confugere: neque metus mihi, neque pericula obstabant: cum si ex hominum uita deleretur, non modò ad uindictandum, sed nec ad lugendum funus quicquam superesset. Dij prohibeant, ne hunc animum illius temeritate dehonestem. Nullam enim illustribus uiris, in abiectis hominibus, ultio laudè afferre potest. Illa tamè si casu ma-

luissem, non est putandū, Quirites, eo tempore susceperim, quo opportunitatis minimū sibi, mihi uerò plurimū adesse poterat. Porro si quibus armatorū copijs domū meā circūsepti, socios induxi, permisi uigiles (neque horū enim quicquid inficior) feci, P. C. non ut cuiquā facerem iuriā, sed ut prohiberè Cōsulis impetū. Verebar, ingenium noueram, sciebam inimicitias: intellexeram hanc ab illo instructam cōiurationē. Formidabam itaque, ne illius facundia subito momento animi uestri indignarentur, & contra quaestionem meam licentia uestra designationis periculis de me supplicium fumeretur. At si semel in eius designatus manus incidissem, frustra meam in posterum defensionem locus parabatur. Vitam igitur meam summa ope in hunc diem produxi. Et in tanta rerum perturbatione nunc persuasus tuo, ne me omnes rem facerent, penè transiit. Nunc, cum tibi minus opus erat Cicero, praeter spem in senatū ueni. Et quantum mihi satis uidebatur, minorā quaedam scelera elucidaui: ex auditu quorum iri in obscuro maluisses, quam ipsis tam enormibus sceleribus uiam dedissem. Nihil tuorum facinorū expaui. Non tunc oratio tua, non ultro cōiecti motus territauerunt. Quis enim terror in tanta senatorum frequentia, in tanto splendorum ciuium cœtu infontem cuiusquam animum turbare potest? Habeo igitur diem quem maximè cupiui: quem uerò minimè existimabas. Habeo senatum, qui innocentiam meam intelligat, apud quem flagitia tua in aperto habeantur. Optimo igitur periculo meis periculis prospexi, si quando armatorum copia furorem tuum propulsauit. Si quando intrepidus in republica peristis: fugadum mihi omni obtentu persuadebas, in stare mihi contra fuit animus. Sed o dii immortales, ubi nam sumus? quis potentem calumniam non uidet? Quid aliud, nisi ut fugerem, tota tua oratio pertinuit? Sed si (ut ais) omnia mea tibi facta illustantur, si luce clariora sunt mea consilia: quid nunc mihi fugam persuades? hic sum, nullis meis praesidijs circumuentus. Adest senatus, qui tibi uim fieri prohibebit. Ostende haec facinora, elucida seditionem, affer supplicium. Non decet in tantis periculis misericordem uideri. Cunctatio quidem omnis obesse potest: nullum uerò praesidium afferre, si habes principium coniurationis. Si imperatorem hostium tenes, quid moraris? quid eijcere cupis? Vitiosus est enim ut luce careat, exercitus sient illico ad bellum segniores. Sed uideo utique fieri soles in medijs malis: tibi malorum causa timore animus frigeat. Casum enim quem mihi aut reipublice parabas, in te conferris uides. Res praeter opinionem tuam nunc agitur, tui capitis periculo. Dubitas nunc de fortunis tuis: non obiecturum me tibi, quem non in senatum uenire existimabas. Ideo cum ueni, illico trepidus factus es. Putas minitandò nunc mihi ter-

rorem

rorem incutere, ignoras quam liber, quam uastus sit innocens animus. Vis ut fugiam Cicero? utique non fugias: sed perisita, acrius petulantiam tuam oppugnando. Necessè est ut omnium consiliorum tuorum flagitia refellam. Veniant in hunc locum testes, quorum tibi tantā copiam superesse dicis, ut nil tibi meorum operum tectum aut occultum sit. Quos produces? Q. Curium, hominem quidem sanæ opinionis, inregræ uitæ: at uerò qui suis flagitijs celeberrimū hunc ordinem deuoluit: propterea probari genere abdicatus potest. Aut Fuluiam produces, eius consortem libidinis, quæ nullius unquam cædis conscia fuit: nullius stupri aut incesti alumna concubitus: aut uerò ita uixit, ut uelut quoddam sceleris exemplum, omnes meretricum artes egregiè sola ipsa superarit. Hi sunt homines clarissimi, quibus nunc inquitudo ciuitatis suspecta est: quorum aduersum me testimonia parantur. Sed per deos immortales, tute iam Cicero moribus tuis ostendis, furore tuo palam non impudentius abutere. Non erat aperitis coniurationibus petenda fides populi Romani: si me delere cupiebas, eos eligere debuisti, quorum obscurior uita, & parumper occultiora latrocinia fuissent. Multi mortales eadē pecunia uilius ambitioni tuæ obtemperassent. Illorum autem maledicta nemo bonus ciuis timere debet. Facile refelli possunt, utpote cum fortuna eorum & fides & facta satis uulgata sint: qui mihi si fauere debent aduersarij, mallem esse iniurios, ne uiam meam eorum familiaritatis æquè in contemptum deduceret. Nanc itaq; Patres conscripti, omnia uobis facta consulis & cogitata illustantur. Nunc etiam uobis in nocentia mea patere potest: quæ res illum impulit ad Carilinæ interitum, ad perturbandam remp. uidetis. Mecum priuatis inimicitijs agitur. Obiectu uerò nouitatis uniuersam odit nobilitatem, more maiorum suorum. Nam hanc patriam abhorret: capropter seditiones parat, ferit discordias, nunquam ad perniciem nostram impatiens eius animus quiescit. Facit in primis reum parricidij me Rom. patricium, senatorem, cuius tot res gestæ: tot imperia, tot magistratus, tot maiorū meorū beneficia amplissimo splendore reipub. lucefcunt. Obijcit egestatem, quæ in opulentissima ciuitate minoribus etiam magistratibus nunquam obesse potuit. Obiectat inimicitias, quæ mihi ad perturbandam remp. non utique satis esse uiderentur. Testes quos producit, uidetis qui tales sunt, ut omnium sceleratorum exuperent ingenia. Quæ tentata postquam sibi praeter spem euentibus non resposcunt, neque in senatu superat: timore illico suppressus est.

C O M M E N T A R I V S.

BAD. ¶ Omnis homines.] Hæc oratio logè cultior est quam superior: ita ut ab eo praemeditata uideatur. Cōsultant. Ji. in consilio decernunt. Cuiquam uoluptati. Ji. libidini. Durent. Ji. dari eo constantes sint. Aeneid. 1.

esset parata tibi facultas, tum amplificandi im-  
perij mei, tum defendendæ publicæ libertatis.  
Quid eam uim armorum in uiscera nostra tor-  
ques? Aut quid conuertis in exitum ciuium  
meorum institutam diligentia mea, meisq; ra-  
tionibus eruditam dimicandi facultatem? Ma-  
iores contrā tui summis à me beneficij atque  
honoribus aucti, pro magnitudine suscepta-  
rum dignitatum pulcherrimas in urbe sepe  
mero leges, pro præstantia beneficiorum cla-  
rissimas ex hostibus uictorias referre consue-  
uerunt: tu mihi luctus acerbissimos paras pro  
summa copia beneficiorum meorum, tu cædes  
ciuium, tu domorum incendia, tu uexationes  
uirginum, tu uassitatem urbis, tu genus atro-  
cissimæ seruitutis. O crudelissimum homi-  
num genus, & ab omni penitus humanitate  
derelictum: tu studio flagras eius urbis euer-  
tendæ, quam nec Carthaginensium astutissi-  
mi doli, Nec Numantinorū eximia uires, nec  
Græcorū erudita & præclata ingenia labefa-  
ctare obscurareq; potuerunt. Quod si citem-  
tur hi populi rursum diuinitus, atq; istæ urbes  
redeant in statum ueritissimæ dignitatis: cer-  
tè non ipso scelere tuo quicquam in me crude-  
lius, nec quicquam maius extimecendū mo-  
litoras fuisse prædicabūt. Sed ad te redeo. Tem-  
perarem ego memet mihi, cursumq; istum uio-  
lentę orationis forsitan reuocandum esse iudi-  
carem tum ab odio tuo, tum ab ipsa dicendi  
acerbitate, si quem in te sensum patriæ chari-  
tatis aspicerem, aut ullo te punctio posse arbi-  
trarer sceleratā istam mentem relinquere. Sed  
id genus est cupiditatum tuarum, ut restin-  
guendarum forsitan rationem aliquā consequi  
possis, sanandarum nullā: nec te prius amissu-  
rum peruersitate in istam animi puto, quā in ui-  
tam miseris. Vellem reuiuifceres Hala Serui-  
li: non expectarem sententiā iudicum, neq;  
abuti maiestate Senatū, atq; auctoritate po. Ro.  
si magnitudinē tanti flagitij sanguine tuo sta-  
tim expiauisset. Nam de deorum uoluntate ni-  
hil ambigimus, modò non impediretur legibus  
repentē profectō fueras pœnas impietatis tue  
dignissimas laturus. Vtinam deorum im-  
mortalium munere, Iudices, mentem atq; ani-  
mum huius in trespiceremus: ne qua uobis fiet  
repuniendi dubitatio, qui tantum scelerum  
ingenio constauisset. Videretis enim mentem  
anhelantem tristissimum genus minarū, men-  
tem debacchantem inaudita feritate, furentē  
incredibili uesania, sitientē cruoris urbane, præ-  
degauidissimā, uobis atq; omnibus ferro flam-  
maq; imitantem. Catilinā uobis demōstrau-  
imus, Iudices, irritatum persæpe repulsis

Prosopopœia. Commemoratio beneficiorum.

Comparatio.

Exclamatio.

magis.

passio.

Amplificatio, ab exemplis ueteribus.

datum Epilogus superiorum.

comitialibus, nullas uocum aut suffragiorum corruptelas fuisse praetergressum, deinde nullis rationibus intractu ac perterritum de persequantia scelerum suorum extitisse. Quibus animaduertente sanè potestis quata semper immanitate laboraverit ambitionis. Superest no- vissima pars diuisionis, grex ipse sodalium Ca- tilinae truculentus atque amens, cuius in ma- nu non exiguam rationem fuisse diximus ex- citandae coniurationis. Lentulus siquidem & Cethegus terribilia portenta nostrae ciuitatis, furiaeque uel certissimae populi Rom. multa de magnitudine sua in ipsis concionibus, multa de dignitate imperij sui futuri palam praedica- re confueverunt, tanquam si deorum immor- talium consilio interfuisset. Primum, Lentu- lus in libris Sibyllinis nescio quid prospexisse se praedicabat, quod uiri acutissimi atque peri- tissimi L. Cornelius ac C. Piso custodes publi- carum ceremoniarum nequaquam prospicere po- tuerunt. Lucem namque ait nescio quam de do- mo Cornelia quondam prodituram fore, quae gloria nominis sui Romanum imperium simul & complexura sit, & illustrata: eoque genere uaricini dignitatem suam portendi fataliter pu- tauit: planeque opinatur fati sui rationem in ipsa latebra Sibyllinae diuinationis, tanquam in e- quo Troiano \* delirarentem. Ego uero Sibyl- lam sine dubio sapientissimam mulierem fuisse iudico, uisamque idoneam dijs immortalibus, cui singularem quandam uim diuinandi con- cederent: uerum illam delirantem ac pro- fusae caecam fuisse affirmare, siquam spem dignita- tis in hac crudelissima peste reposuisset. Si quid tamen cecinisse uisa est quod ad Corneliae gen- tem pertinere uideretur, uim omnem illius di- uinationis in uno L. Sylla consumptam fuisse iudicemus, cuius paulo ante Respub. fensit & crudelissimam simul & amplissimam potestatem. Nec ego deos immortales huic imperio tam infestos esse reor, neque a salute populi Roma- ni tam abhorrentes, ut homini dementissimo regnum concederent huius sanctissimae atque optimae ciuitatis. Syllam profecto crudelitas uici: at ipse maximam laudem uirtutum, & rei militaris summam ac singularem gloriam con- fecerat. Lentulum uero nullae uictoriae no- stre ciuitatis, nullum studium armorum, nulla praestantia uirtutis aut ingenij commendauit. Quae uero non tabernae potius, aut qui non gre- ges in famulum hominum, Sibyllinam uim prin- cipem concelebrarunt? Nam uitam eius com- memorare non est necesse, uersatam semper in obeundis libidinibus, ac foecitate turpissimo- rum hominum nobilitatam. Nihil in eo sangui- nis auiti, nihil indultiae Romanae, nihil splen- didoris domestici, nihil uitae frugalitatis. Fingite uobis, Iudices, fingite dignitatem huius ho- minis tum florentem amplissimo magistratu, tum omnibus populi Rom. muneribus exor- natam: quantum quae sanguinis ciuiliis, in fo- ro, in curia redundaturum esse creditis? aut

*Tertium genus, quo uerisimilem facit causam, & complicibus ui- delicet.*

*Ad eo sibi causa certo promittit.*

*\* delirare Sibylla.*

*Infestatio moris.*

*Omen.*

quantam uim libidinis atque impudicitiae per omnium ciuium cubicula demanaturae? Pro- fecto dignitate fretus ea, quae priuatus conce- piuisset, sine dubio consequeretur: ferretur a- mens in omnia: nec ullae rationes consiliorum ac pudoris, nec ulla studia humanitatis refre- narent praecipitem, atque in citatu cursum ue- stitae crudelitatis. Cethegus inferior nobilitate atque ingenio, uehementia furoris longè im- manior, parum a Lentuli somnio discedere ui- sus est. Verum insaniam leuissimae opinionis modestiore loquendi ratione contegere uelle uideretur, genus est idem tamen furoris, eadēque ratio concelebratae diuinationis. Tales hi scelerum artifices, amboque concitati ad euer- tendam Rempublicam partim a uersana spe uaticinij com- memorati, partim a nefaria scelerum asiduitate, Catilinam offenderunt nouis rebus studen- tem: cuius praesidio consilioque cupiditates suas ita iuari posse facillime crediderunt, si uiro- sociorum copiosissimo seculo coniunxissent, Est e- nim in illo monstro, sicuti paulo ante tetigit- mus, uis eximia facientiarum, & ratio quaedam ad- brata uirtutis, facilis ad comprehendendum om- nium hominum familiaritates. Hunc igitur Catilinam adepti Cethegus, Lentulus, & ipsi lenocinij suis insignes ad omne genus beneuolentiae subeundum, desflagrare ceperunt admirabili qua- dam cupiditate seu diripiendae urbis, seu potius de dominationis. Haec sunt, Iudices, huius nefarij facinoris abominandae facies. Si uis crude- les igniculi quibus exarsisse Catilinam ferocem animum facillime credendum est. Talibus ini- tijs confociati principes nefandae coniurationis, manum exiguam desperatorum hominum, atque obsecrans iuuentutis pederetum coegerunt: coactam, quid uellent, edocuerunt: edoctam, pari cupiditate sceleris inflamauerunt: inflama- mata denique pepulerunt, ut in omnium nostrum facultates acuitam facillime conspirarent. Furias istas audistis Iudices, commodissimas ac paratas non modò ad uiuos commouendos in omne facinus, uerum etiam ad mortuos ex ipso Erebo medijsque, bustis excitandos. Reperi- ti sunt tam atrociissimi sceleris patroni, quique immanitatem detestandam rei tum contegere uer- bis, tum excusare conati sunt, L. Hortensius, uir eximia charitate Reipub. summisque ornamētis praeditus & scientiae & moderationis, nequaquam omnia credenda esse dicit, iuberetque grauissimis hominibus facultatem iudiciorum diligenter esse continendam. primum affirmat Catilinam in per- petua custodia Senatus extitisse: denique nuquam fermè discessisse à latere Publij Cepionis nobilissimi ciuis, atque integerrimi uiri: ita ut lepidè dicat, dissepationi eorum neque solem orientem unquam, neque occidentem interuenisse. Credo equidem sapientissimum hominem Hortensium, ut est innocetia singulari, summaque uirtute, cum etiam ipsa quae grauissimè simul atque ornatisimè complexus est, ita uera esse, sicuti dixerit, existi- mare, sed longè gradiatur à sententia mea.

*Cethegi uita. Describit de- terum Cati- line compli- cem.*

*B Catiline fa- ctia.*

*Epilogus.*

*Redetum.*

*C Consultatio Hortensiana obiectio, non esse Ci- teroni om- nia creden- da. uideren- tum non po- tuisse Cati- line commu- rare, quan- doquidem d- Cepionis la- tere: nuquam digressus sit.*

*Quero.*

**A** Quero igitur de te L. Hortensi, teque obtestor atque obsecro per ipsum uis uetustissimae no- strae familiaritatis, si L. Catilinam constat dies omnes omnium ciuium conscientia, siue in fo- ro, siue in turmis agere, nunc stipatum ceteris exoletorum suorum, nunc uero gladiatorijs agminibus per ora uulgi palam obuolitare: si manifestum est noctes omnes aut in lustris scor- torum, aut in antris M. Leccae ducere, & uiri tuo iudicio non abhorrentis à Reipub. charitate: quid est quòd illum obuersatum dicas in perpetua custodia, atque oculis Senatorum? nisi fortè cu- stodiam Senatoriam uocas uel exiguam moram in ipsius curiae consilij obeundis. Quod uero pertinet ad ipsius Cepionis familiaritatem as- siduam, beneuolentiamque singularem: nihil est quod insimulationi nostrae derogandum esse iudicetis. Diximus enim superius ingenij Catilinae miros atque occultissimos esse recessus, nec qui cognoscerent seu perstruari facillimè possent. Vigent enim in illa \* clades diuer- sissimae pariter, continentiae, & libido. Nihil il- lo \* per se affixius ad tollenda bonorum con- fortia, nihil tolerius ad illis insidandum, nihil illius munificentia insignis, nihil audius ra- picitate, nihil acutius consilio, nihil temeritate contemptibilis. Quae cum ita sint, Cepio- nem admirabilis in tantis uiarum ambagi- bus errauisse? Me, me, quem fateor Iudices, ue- rustissima quadam familiaritate Catilinae co- iunctum per se delirauisse miris perplexio- nibus illius, neque unquam certi quicquam in illo ingenio comprehendere potuisse. Nihil igitur erit miri, si uirum integerrimum Cepio- nem uersutissimi hominis doli, atque inconstantissimi mores fefellerunt. Non erit itaque neque prudentiae tuae, neque grauitatis Hor- tensi, candidissimam opem humanitatis tuae, summamque dicendi copia fontibus ipsis pol- liceri, aut quam bestiam irretitam iudicio tenemus, dissolutam atque exultantem Reipub. im- mittere. Quod te nuquam commissurum fuisse arbitraber, nisi qui me mores, iudem te Cali- nae sine dubio fefellerunt. Satis ostentatas uo- bis putamus Iudices, tum rationes periculi no- stri, tum huius immanissimi sceleris atrocitatem. Nam si odio Senatus quam maximo Catilinam arsisse demonstrauimus, si rationes uitae suae ueteres ac nouas in exercitatione terribimarum libidinum collocatas, si spem perficiendi sceleris homini prosequētissimam inimicitiarum, si denique locorum ac temporis opportunitates extitisse, praeterea si rabiem quandam ambitio- nis in illo fuisse diximus, si nullam potestatem \* re- ferendam huius imperij pro liberatis eorum tēplis ac cere- monijs gratias nobis amplissimas esse reddi- turos. putate pariter idem facturam esse curiam, p- defensa consulum uita, seruataque Senatorij ordinis dignitate. putate matronas urbis, ac liberos nostros obseruatum pudicitiam supplices congratulantes uniuersos ad genua uestra sese obuersaturos fore. putate uirgines

*\* etate*

*\* perplexi*

*B*

*Epilogus.*

*Peroratio.*

*C*

*Repetitio.*

*\* referenda rum*

*\* perenda*

di crudelissimi sceleris immanitate? Nouissim- enim facinus inauditum omnium hominum me- moria, facinus atrox, superbum, nefarium, perni- ciosum, remotissimum ab omni humanitate, lege, consuetudine: cuius acerbitate si minus a- nimo bene perspexistis, quae mecum diligenter attendite. Scelus istud, Iudices, euerfione ne- fariae moliebatur amplissimae nostrae \* dignita- ris, interitum crudelissimum Senatorij ordinis, cae- dem communem omnium bonorum. Huius sceleris libido reposita erat in diripiendis omnium ciuium facultatibus, atque opprimenda urbis libertate: huic sceleri parabantur terribimae coniugii ac liberorum nostrorum uexationes: in hoc scelere uersabantur denique faces inferendae penatibus nostris, expilationes aedium, stupra uirginum Vestalium, luctus ac mærorum miserabilis uniuersae ciuitatis. Quae si uobis, ut sunt, indigna atque intolerabilia uidentur: non iniquum erit auto- res horum malorum multare terribimae sup- plicij, eademque omnium crudelissimam à uisce- ribus Reipub. pulsare. Tenetis exempla maiorum, atque omnium gentium auctoritatem, qui semper summas & singulares poenas in eo genere ho- minum consumendas esse putauerunt, qui rati- ones habuissent aut prodeinde patriae, aut op- primendae publicae libertatis. Nihil igitur erit im- pedimento quin audacia crudelissimi hominis Catilinae crudelissimo genere suppliciorum ex- pletis, & ultione ex illorum cruciatibus. ac poenis capiat Reipub. quorum erit conflagratura manib. nisi sanctissimi imperij Rom. custodes ac uin- dices dijs immortales nefarijs uotis obstitissent. Credite Iudices hodierno die consurrex-isse uniuersam urbem conspecturam ex iudi- cio uestro, planeque animaduersuram quid in po- sterum de salute sua, deque facultatibus suis spe- randum sit. Credite item uim uniuersam flagi- tiosae iuuentutis aut hodierno Catilinae suppli- cio simul cōficiendam fore, aut illius liberatioe- latam atque exultantem non multo post in omnium nostram perniciem unam cum illo celerimè con- surrecturam. Agitur siquidē hodierna uestra sen- tentia de salute huius pulcherrimae atque optimae ciuitatis, de stabilitate imperij Ro. de legum incolumitate, de libertate ciuium, de pudicitia liberorum ac coniugum uestrarum. Huius enim pestis id scelus erat, ut non grassaturus per capi- ta paucorum, sed tanquam atrocissimam uis uentem, per omne corpus urbis demanaturum. Quod scelus, aut quae pestem, si uindicanđū esse cen- sebitis, ut reor, & Respub. desiderat: putate profecto deos immortales, & in primis Capito- linum Iouē sempiternum custodē ac uindicem huius imperij pro liberatis eorum tēplis ac cere- monijs gratias nobis amplissimas esse reddi- turos. putate pariter idem facturam esse curiam, p- defensa consulum uita, seruataque Senatorij ordinis dignitate. putate matronas urbis, ac liberos nostros obseruatum pudicitiam supplices congratulantes uniuersos ad genua uestra sese obuersaturos fore. putate uirgines

*Hypotyposis.*

*\* ciuitatis*

*Ab incommodis.*

*Amplificatio- xemplis.*

*A\* iacris.*

*Hypotyposis.*

*BB 3 Vestales,*



Vestales, atque ipsam maiestatem amplissimi numinis ad liberationem suam summa uobis laticia congratulaturam: purate deniq; ciues omnes ob retētam uitam ac libertatem suam, penates publicos pro conseruatis focis atque aris, parietes urbis pro terrerimo genere uastitatis propulsato, fermē incredibili gaudio exultaturos: putate tandem hodierno iudicio paratum esse uobis aut immortale dedecus, aut memoriam nominis sempiternam. Multa sunt equidem in hac uita, quæ turpiter ac calamitose neglecta, restitutionem tamen quandam quodammodo patiatur. Fluius uero uin dicandi sceleris si proferentem facultatem neglexeritis, frustra postea recuperandæ copiam queretis. Aut hodie uobis propulsanda est uis uisceribus Reipublicæ pestifera uis calamitatis: aut ipsi patriæ sine dubio concidendum. Vtrum eligendi sit, uos uideritis. Quid? estis Iudices humanitate tanta, ne se cordia dicam, ut eorum uitam ac spiritum diutius in Republica commorari patiamini, qui uitæ salutisq; ciuium crudeliter insidiati sunt? Proponite uobis ante oculos, ac meditatione crebra reuoluite diem illum nefarium, quo salus omnium ciuium, quo facultates nostræ, quo ipsa Respublica peritura fuerat: quando scilicet asperissemus bestias istas emissas carceribus, per urbem omnem, per domos nostras furialiter exultantes, ipsumq; in primis miserandi facinoris ducem ac principem Catilinam, con-

Ab occasione.

Obiurgatio.

neq; uehemēs, hypotyposi figuratum.

firmatum hoc iudicio, spe plenum, læticia gestentem, nunc hos ad eadem nostram, nunc illos ad rapinam que inflammationem ædiū deuocantem: coniuges ēe complexibus nostris ad libidinem uictorum raptæ fuissent: liberi ad stupra de gremijs parentum extorti: preciosa suppellex asportata: tecta conflagrasset ignibus: corpora cæsa passim iacuisent, omnia denique gemitu fletuq; redundassent. Hęc fuisset imago miseriam urbis, quam urbem à maioribus nostris florentissimam accepimus; & si prohibueritis, claram atque excellentem posteris nostris traditurum sumus. Per humanitatem denique uestram uos obtestor atque obsecro, Iudices, per amorem huius pulcherrimæ atque inuictissimæ urbis, per omnia quæ uobis incundissima sunt in uita: prouidete iterum atque iterum, ne liberati quondam tot amplissimis bellorum periculis, tot imminentiibus malis erepti, nunc per ignauiam \* nostram ac desidiam periclitemur. Eripite uitam ciuium à miseranda crudelitate: prohibete penates uestris à nefarijs ignibus: seruate pudicitiam necessitudinum uestrarum à teterim uexationibus: liberate fortuna deorum à tristibus rapinis: subtrahite fortunas publicas ab indigna direptione: protegite magistratus uestris ab inaudita feritate: defendite denique uniuersam urbem ab hoc inusitato profusis, & tristissimo genere calamitatis.

Claufula.

\* uestram

Congeries.

COMMENTARIVS.

BAD.

¶ Si quid precibus, &c. ] Hęc declamatio Porcij Latronis in genere iudiciali nimirum uersatur. Iudicialis enim constitutio (ut Cicero in Rhetorica ueteri docet) est, in qua æquū & recti natura aut præmiū aut pænæ ratio queritur. Brevi obfoluta, quia continet inuiriæ questionem & accusationem Lucij Catilinæ: quæ dicitur Porcij Latronis fuisse, qui putant eum Catonē quoq; dictū, & postea consulem in Trachia male aduersus Sar discos pugnasse. Non tamen is Marius Porcius Cato est, qui quadragesimo quater accusatus, gloriose absolutus est: quæ eius hic meminit. Nec is cuius oratio in Catilinario habita est. Nec est uera oratio, sed declamatio. Moris autem erat, ut iuuenes sese exercerent in arte dicendi accusando quamuis nobilem: quo condemnato maiorem gloriam assequerentur. Ceterum quia Salustium tantum explandū recepi, in hunc pauca admodum dicam. Si quid precibus ualuisse uobis sciam. Si preces nostræ & uestræ iudices, superos exorare potuissent, potiremur res, quæ nunc pene extinctæ est. Idq; temporis. ] i. per id tempus. Est autem accusatus temporis. In laudem. ] quæ laudando quæm accusando acceptiores sumus. quæ, ] exercitatio forensis. i. in foro iudiciali. canere. i. publicare, aut carmine poetico enunciare. Animos ciuitatis. i. ciuiū. Marco Catoni, cuius iam memini. ] maiori uidelicet. Et Galbæ Scipioni, &c. ] horum meminit Cicero in de Claris oratoribus. Pulcherrimum artium, scilicet laudandæ uirtutis & honorum ciuium: quos ad maiora accendebant. Si modò. i. solummodo. i. si tantum bono illo

rum temporum careremus: nec pateremur tot nostri tenoris mala. Truculentū. ] plenā atrocitatis & sauitiæ. Coetaneo suo. i. aequali: posset etiam dici eius. Ordo est: Dicendum erat Marco Catoni & Scipioni, &c. Insuper. ] i. morib. probat apud eos. A foro. ] in qua agitur in foro ad iudices, ut hoc: in senatu ad patres conscriptos, et in concione ad Quirites. Indies. ] i. quotidie. Caluerūt, aut calluerunt lege. Diximus equidem. ] Hoc uerbo uideatur esse non declamatio, sed uera oratio coram iudicibus habita, aut certè aliam prius ab eo habitam non enim citatus seu allegamus, quæ per declamationem tantum acta sunt, nisi quatenus declamatio sese ueram orationem simulat. Equidem. i. certè: quod apud Virgilium proprie accipitur, pro ego quidem: quod hinc loco non congruit. Nam ego quidem diximus, non dicimus: Paucis autē diebus. Salustius dixisset, Ante paucos dies. Prædie, quàm de eo diceret. Postridie enim quàm sicca. i. pugioni occultus ad necem faciendam: quo qui utuntur, sicarij uocantur. Lucem emphaticam. q. d. columnam & decem. Nuper. i. nunc parum est temporis. In auctorem sceleris, in ipsum uiguribam coniuurationis reum. Barbaram. i. barbari, non cuius dignam, aut apud barbaros frequentem, apud Romanos uix prius audiam. Virtute, strenuitate & fortitudine. ] Nam non omnis uirtus moralis est: & multi uirtute. i. fortitudine animi & robore corporis: si uirtutem non habent, abutuntur. Bellorum ciuiliū, scilicet inter Syllam & Mariū: quæ originē sumpserūt, Metello cōsule. Vnde

Flaccus

Flaccus Motum ex Metello consule ciuicum. Ex eo enim tempore quo illi Marius prælatas est à plebe, ceperant nobiles in Marium iniquo ferri animo. Vnde Sylla, qui in bello Iugurthino, cum adhuc quæstor erat, eum plurimum iuuerat, eius potentiam & immanitatem reprobauit: sed, ut alibi dixi, uictoria abusus est. Constat itaq; Catilinarium bellum post Iugurthinum fuisse, licet in plerisq; codicibus præponi soleat. Erat enim Catilinarium Cicerone consule: qui Syllæ tabulis proscriptio num in Officijs taxat. Nam, hoc est exercitum, promptum manu: penuria rei familiaris, quia ære alieno oppressi erant. Mecebræ. ] hoc est illethones & pollicitationes Catilinariæ. Vnde Salustius in Catilinario: Scio ego fuisse nonnullos, qui ita existimarent, iuuenutem, quæ domum Catiline frequentabat, parum honestè pudicitiam habuisse. Alæ. ] quasi dicitur: Pro leuis armaturæ militibus mulieres aderant: ut Orestilla, Sempronias, & alie impudice. Ad ipsius Leccæ domum. ] qui dictus est Marcus Porcius Lecca. Collaberetur. ] Alludit ad serpentes, qui subito, sed tacito adoriuntur. Trucidandum. ] hoc est atrociter occidendum. Præsidium. ] i. defensionem & protectionem. Miserabilem rarō in malam partem dicimus. Nam miser ferè dicitur, qui misericordia dignus. Facies. ] i. incerta irarum. Summis. ] id est maximis: aut supremis, hoc est pessimis. ] Triū iudices. ] Tres ait fuisse causas susceptæ iræ in senatum & temp. Primam respiciam consulum: secundam, audaciam perpetuè dominantium: tertiam, necessitatem perditissimorum conitum eius ære alieno, ac debito oppressorum: quorum auxilio diuitum bona diripere pretenderat. Domestica. ] hoc est rei familiaris. Consuetudine. ] appositior comite ac genitrice sepius: hoc est, quæ consuetudo scelerum est comes & genitrix pessimarum cupiditatum: quia unum peccatum atrahit aliud: & qui peccatis se assuefaciunt, trahuntur impotentiores ad resistendum. quod physica ratione comprobatur dicitur Augustinus: docens ex ira fel & bilem seu choleram augeri, à quibus acerbis pronocatur ira: à libidine secur uertitur, unde augetur luxuria: risu splendent inflari, qui risum maiorum excitati timore cor & præcordia grandescere, quibus timor augetur. Nam ceruicium, id est magnum cor, ut ceruus est: meoticulosi inest hominibus. Etiam dormientem. ] i. etiam si dormiuisset, cum siuapte natura uigilantissimus fuerit. Excitare uoluisse, aut potius ualuisse. Hæc ostensis quæ in accusationem Catilinæ adducta sunt, & confutatis. i. improbat, sup. his quæ fautores Catiline putauerunt esse pro defensione, i. purgatione flagitiorum, id est grauissimorum scelerum nostri aduersarij. Catilinæ, uos iudices intelligetis finem. ] scz orationis meæ adesse uobis. Non dicit declamationis: quia licet declamatio sit, tamen habenda est perinde atque uera, est oratio. Declamatio autem est in fictis causis, etiam longè post sententiam datam: oratio ad exercendum ingenium, & ut promptiores sint in ueris causis, inuenti ut Quintilianus & Seneca. Videbat namq;. ] Quidam legunt Videbant, & prouenturam fore: sed uerum incepte. Nam ordo est: Namq; Catilina uidebat, id est considerabat suam cupiditatem, quæ consulum petebat: nunquam prouenturam, sup. esse: illi, scilicet telo obiecit superflite, i. perdurante in eum locum, scilicet consularis dignitatis: de quo uniuersa, id est simul omnes uoces omnium, scilicet senatorum & populi putauissent, id est decreuissent: pri-

dem, id est paulo antè, quasi priori die esse eijciendam, i. depellendam, sup. eam. Necessitates ob debita & æs alie nam signa. ] si aliqua ratione i. uia: magistratus, id est ad magistratus aspirasset. i. aspirado peruenisset aut tantum aspirasset, uel quia audaces fortuna iuuat: uel quia uidentes eum ad tantam gloriam tendere, minus eum eo egissent. Nunc illas uerò. ] hoc est nunc uerò intelligebat illas, f. uoces, quibus eictus erat: magis ac magis instauratus. i. corroboratus: quoniam inspicere omnes rationes uitæ suæ exitisset iugulatus. i. interfectus & condemnatus ea sententia, scilicet senatus. Incepisset. i. uel obtinere quasi increpando uoluisse. Consulare, ipsius consulis, uidelicet Ciceronis. Sacrarium illud libidinum. ] ironici, sicut prius: ab eo coetu religioso dixerat. Non hominum, sed oraculi, id est responi ipsius dei, ut Apollinis: quod oraculum & immolantibus dabatur. unde Aeneid. 6. — Cessis in uota precessis. q. d. Sibylla: Cessare non debes Arce. — neq; enim ante debissent Attonita magna ora domus. — Famam uerò. ] unde est illud Aristotelicum: Quod cōmūnis famam, non omnino deperditur. Labefactat. ] mollificat. Cui non libidini patuit. ] q. d. nulli non. i. uni cuiq; patuit. Lux illa. ] Accumulat dotes natura in Catilina: w significet o detestabilem, quo pluribus abusus est. Omitto. ] Occupatio rhetorica, quæ se præterire aut nolle dicere significat, quæ maxime dicit. Mollitiem scenicā. ] i. umbratilem, aut quali utuntur histriones in scena, dum personam muliebrem, aut amantem adolescentis induunt. Obuius aut obuius. ] i. firmos aspectus. Blasphemia muliebres. ] mulieri conuenientes. Frontis. ] i. præferentie. unde Iuuenalis: Fronti nulla fides: quis enim non uicinis abundat Trifibus, &c. — Prætereo mentem illius. ] Catilina: plus quàm gladiatoriam. i. quam habeant gladiatores: cum tamen gladiatores tam auidi ferendi sint, ut sese protegere saepe negligant. ut in Phormione Terentiū circa finem clare nōficat Phormio. Sitim. i. appetitionem & cupiditatem. Gratia. i. indulgentia & specie grata: meretricia. i. qualem solent habere & fouere meretrices. Versipellus. ] id est astutus, & magis inuensa pelle. Tracta metaphora ab apologo. Nam astutus dicitur indutus pelle leonina, furio terrorem incussisse, donec uoce cognitus, & detracta pelle ludibrio haberetur. Vnde dictum est: Sepe sub agnina latet hircus pelle Licaon, Subq; Catone pio perfidus ille Vero. In sentina. i. foridum collectorio: sicut in nauis aqua imo munda omnes in sentinam desuunt & colliguntur. Hinc manatis. ] id est in consuetudinis & misericordia hominem decet. nam: (Candida pax homines, trux decet ira ferus.) ut inquit Ouidius. Fontem. i. originem & accusationem. Vis ita præclara. ] Ironia est. Nam ex pessima uita, & perditissimorum societate pessima habuit, & factatus est consilia. Subministratam. i. sufficitam, aut tam fore spem, scilicet tanti facinoris perpetrandi. Repetere. ] i. reuolueret memoria: reminiscendo, f. conuictorium. i. diei in quo per comitia repulsum sistunt. & est prima causa. Et turpes angustias. ] i. opprobresiones rei familiaris, id est domesticæ facultatis: afflicte propter æ alienum. & est secunda causa. Et intueretur. ] i. uideret ac consideraret moriendum fore: iterum fore futuro coniungit, si

Flaccus

non est ab imperiis adieclum. Cum turpitudine. ] quia cum summa paupertate. dicitur enim turpis egestas, quia turpes et immundos atque inelutos facit. Nullum. ] i. penitus extinctum. Illus. ] scilicet senatus. Si pabatur. ] i. den se comitabatur, sicut supra condensantur et obstruuntur rima in nauibus. Manum. ] i. multitudine promptam et expeditam, seu paratam manu. Conciliatam. ] i. gratia et amicitia deum et communem. Ferro. ] i. graffatione et predatione. Alienam. ] scilicet spem maioris prae- dae accommodatam, ad differendam necessitatem uitae. al- teram, scilicet animam, i. uitam ipsam. Nihil illis con- temptibilis. ] Quia: Si maxime pertimescendi sunt, quae modò contemptibiles dicantur: sane contemptibiles non quasi nocere non possunt, sed quia abiectionis et in- fordissimam uitam uersati. Unde ordo est: Nihil est con- temptibilis, id est uilius et indignius illis, sed homini- bus conuati: siquidem. i. utpote quos rudimenta, id est eruditionis uitae: tradidit. id est tradita illis: in hac, scilicet quam dixit, id est facultate tenuissima. i. exilissi- ma: deposita. i. demissa et exhibitae: nunc. i. interdum in numeribus. i. exercitijs gladiatorijs: quae ad uoluptatem populi cum summa indignitate sua et periculo uitae in arena exhibebant: nunc. id est interdum in alia atrocitate facinorosa, utpote in latrocinio aut depradatione: eru- dierunt partim ad omne felix, scilicet perpetrandum: et partim ad omnem patientiam, scilicet tolerandam. unde tales affluet malo, si robur et duriciam suam in perniciem uertunt, perniciosissimi sunt. Unde addit: Verum haec pestes. ] hoc est perniciosus homines. Ciuitatum uer- suta. ] i. caliditate: quia miseris solertia rebus: et ita, quia uersuti ferè sunt ciues, potentur ex rerum inopia: permittit quaedam. aut legatur uorsura. hi sunt quos calamistratos, i. habentes capillos calamistro crispatos. Collucentes. ut apud Iuuenalem, Saty. 2.

Cretice pellices, etc. — ubi de multitudinis pluri- ma. Passim. ] i. ferè per singulos passus: obuolitare, leui- ter et importune ingredi. Conspicantes. ] id est notan- tes luminibus. i. oculis: fortunae. i. facultates, ut quas dire- piti prope diem sint ocium, quod ex abundantia rerum nasci solet. Gestunt. ] i. immodicè exultant. Si feras. ] Argumentum à ceteris animantibus. Colluuiem. ] i. im- mundam congregationem, ieiunam, et ita famelicam: debaccharunt. i. furibundè irruerunt. Carceribus. ] alludit ad carceres equorum, quibus signo dato effusi ruunt ad palmam cursuri. Irritae necessitatis. ] ut famis, quae male suada dicitur. Nocturnus. ] scilicet Catilina. Iste, per con- temptum dicit. Consulares. ] scilicet Ciceronis. Quam con- surgentem. ] i. dum oriretur. Et est metapora à naucleo. Serpe. ] id est nimis tarda. Calliceratidi. ] Agit exem- plis primò externo, deinde Romano: dicens quòd Calli- cratides imperator Lacedaemoniorum, qui ob glorie cupi- ditatem classem, cui praeerat, cum eam inconsultè hosti obiectisset, penitus amiserat: frustra postea eam instaurare aut consilio tegere conatus sit. Apud Herodotum lib. 9. habetur Lacedaemonij qui, Callicrates ab eo dicitur, interitus. Teretio Varroni. ] Cuius temeritate Lucius Aemilius collega eius (erant enim ambo consules) apud Cannas occubuit: ubi ut Lilius lib. 2. Decadas tertia dicit: Caesa sunt quadraginta milia pedum, duo milia seu- pingenti equorum ad Cannas, uicium exiguum Apuliae: sed clade Romanorum illustrem. Spurius Melium. ] af- fectatorem dominationis, per largitionem frumenti ha-

bitum: et ad Seruilio Hala in su dictatoris (ut dixi) occi- sum. Gracchos. ] Caium et Tiberium ob seditionem cae- sos. unde Iuuen. Saty. 2.

Quis tulerit Gracchos de seditione querentes. Manlium Capitolinum. ] à Capitiolo defenso contra Gal- los, cui auferri strepitum excitatus esset: sic dictus, qui quòd ere alieno obstrictos liberaret, nexos exolueret, crimine affectu regni damnatus, de saxo Tarpeio deiectus est: auctore Lilio lib. 6. Decad. i. Morie multandos. ] i. pu- niendos ultimo supplicio. Sanctissimi penates. ] quia ma- iores eius sanctitatis famam meruerant. Sacrosanctae tribunitiae. ] Tribuni enim plebis creati, sacrosancti ha- bebantur: quorum uiolatores ea pena pledebantur, ut eorum ceruices toti deuouerentur. Quid ita. ] i. cur ita fa- ctum est à maioribus respondet quia necem, etc. unde illud Maronis in quinto:

Ynum pro multis dabitur caput. — Nimis. ] scilicet arbitrarij sunt esse genus eximium crude- litatis. Quid ita. ] i. quamobrem. Quia nullum, etc. ] Afficiendos fore, saepe aut ineptè positum: aut appositum est fore, ad futurum tempus. Vult autem dicere: Tyrannorum interfeciores non solum ciuitate donatos, sed eter- nae memoria gloria cumuletos. In officijs docent, multa sunt communia, et summa cong. at conciliatio. Quid aenig. ] q. d. nihil. delubris, id est templis, in quibus erant simulacra delibata. i. decorata, nam liber, cortex est interior facultatibus. i. fortibus, opibus, potentijs. illinc. ] aut potius illis, id est delubris: hinc melius his. i. facultati- bus nostris, nisi sit illinc, unde delubris insidiabantur: et hinc, unde facultatibus. Expirationes. ] i. depradationes. Cum contende. ] i. cum ita sit quod contende con- spirationi suae: tum, id est maxime uerum est, quòd armis. Solitudine. ] Commemoratum domus ipsius M. Leca- cae. Celebritate. ] id est frequentia id est praecipue cele- brium. i. clarorum uiuorum. Arbuscularum. ] i. minu- tarum aut paruuarum arborum. Abborrentem. ] i. alienam. Nobis. ] i. capitibus nostris, quò dicto se unum ex patricijs proficitur, ut Porcium Catonem, cuius in prin- cipio meminimus, esse putemus. Saturnalius dies, dicitur, et Saturnaliorum. Ordo autem est: Dies Saturnalium fuerat patrefactura. i. ostensura: quae quoque conuati- nis tenederitibi, id est apud Luccam, aut quae caibenas, i. seruitutes: et incarcerat omnes scelerum. i. debitas sce- leribus, aut scelerorum: confluat. i. quasi conflando, ut faciunt metallarj, compegerit nobis, quantum ad uitam: et facultatibus nostris, quantum ad rem. Vigilantia consulari. ] i. ipsius Ciceronis, scilicet (aut sicca). i. pugio- nes siccariorum. (Alexander dicit, siccas se duplici scri- bendum, plures sicca et simplici scribunt) excidissent. Pul- chre alludit ad latrones atque sicarios, à magistratibus, depre- bensos cetera sicca aut furto. Solent enim utriusque latiter quasi exciderit, demittere ut se in fontes probet. Tendiculas. ] i. tensiones insidiarum. Fera. ] i. immanis et efferus parti- cida Catilina: tum telum. i. iam tamque patitur uindictam à uobis inferendam. Si uiri. ] i. animo, et uirtute presen- tem in pectore habentes. Vigilantissimos consules. ] De uno consule pluraliter loquitur, in inuidia Catilinae. Circum- spectum. i. obseruatum et deprehensum. Helsterna. ] i. pria- diam nocte. i. nocte precedente diei illum, quò depre- hensus es. Ad Luccam, quem committentem uocat, in ma- lum. In sacrarium. ] id est repositorium factorum, cum reo

per bandissimas

phandissimas res illic tractant Lentulus et Ceibegeus, in quos animaduersos dicit Salustius. Furibundi atque alacres. ] Si furibundi, quomodo alacres? Alacer seu alacris proprie dicitur praecipere: quia quae lati facimus, praecipites et citi facimus, transsumuntur ut sit quasi latus: ut in Comico, Qui non es alacris, furibundi et ergo propter impatientiam morae in Catilina: et alacres, i. praecipites: et ueloces, quantum in se: quia Ceibege omnis spes in festinatione erat, unde ciuitatum, i. accinctum uocat Flaccus, dicens in Arte:

Cinctulus non exaudita Ceibegeis. Vociferare coeperunt. ] Esihoriographus, ut Salustius no- addet, Coeperunt. Sane uulgò nunc uociferor uoce depo- nent alinon uociferor, uoce neutrali dicimus. Non remora- raris. ] Metapora à remora pisciculi, nauis retinere, qui et echinus dicitur, Saturnalia. ] i. festa Saturno dedica- ta in quibus cõuiuijs indulgebant, et prisca libertas fer- uis quibetatur: quoniam sub Saturno nulla erat fer- uitas. Ba autem celebrabantur Roma in mense Decem- bri: in quo conuatiionem locum faciunt frigora. Buerfo- rem superbi sum ordinis. ] scilicet senatorij, et paucorum potentium: et congruè per ea tempora, quibus sum- me libertatis admodum iacta: ita ut feruis cum dominis

uesci, et in eos scommata caere liceret, dominationi potentum obuiare constituisse uidebatur. Subsecutus. ] sup. es, id est respondisti: cum ora, id est conspectum uul- gi. Consularem. ] ipsius Ciceronis, qui per Semproniam omnia didicerat. Occulandam fore. ] iterum atque ite- rum fore cum participio futuri temporis aut negligenter constructum est, aut perperam adiectum: cum auctor non fore, sed esse subaudierit. Mitto. ] i. omitto: mancio ppi. i. feruis: transio per occupationem, ut alia multa, uult autem uultum ferè indicem conscientiae. Adoriri. ] i. per insidias incipere: feruata. i. ab labore in oia tracta: sed quomodo nostri feruis uocant dies operi mechanico, ut uocant additus: nisi quòd ecclesia id solum operari uocat, quod in rebus diuinis fit. Nam et ethnici facere et ope- rari per se sumpta, pro rebus diuinis accipiunt. ut:

Cum faciam uitalia pro frugibus, ipse uenito. Et operata iuuentus. ] id est sacris intenta. Lucem. ] id est lucidam declarationem et approbationem. Cuius haec omnia. ] Rhetoricè exaggerat flagitia ipsius Ca- tilinae, ostendens eum in omnia peccasse. Haec omnia. ] prius dicta: uno genere, sed conuatiionis in patria. Ma- res, sunt consensu probati: leges, sunt scriptae et roga- tione late: consueto, usu inductae: in iustitia, consilio ob- seruata. Primum quia de moribus, et consuetudine ac in- stitutus patet, leges uiolatas docet: et primò anti quissi- mas: quae Decemuirj Athenis retulerunt, et in decem ta- bulas transcripserunt: quibus adiectis duabus duodecim tabularum leges dictae sunt: ut late docet Lilius libro ter- tio, Decad. primae. et nonnulla dicuntur Digestis de Orig. iuris: ubi ridicula afferuntur à glossatore. Caution. ] id est prohibitorium, et praecipit uti caueatur: Ceteris. ] id est coitiones: Gabinia lege. ] quam Gabinus tulit con- tra conspirationes et conuatiiones occultas. Sepul- crarum. ] id est oculis, quasi in sepulchris mortuorum, ad quae uentefici consilia sua conferunt, scientes omnibus inaccessa. Perfringere melius, quam Perfringere leges. Animaduersione. ] legitima punitione. Manlius Tor- quatus. ] Exemplo rem confirmat, est autem nota histo- ria. Perferemus. ] id est ad finem usque feremus: le-

ges et Graecia ab Athenis: ut dixi. barbaribus, id est Luro- nibus conspectum fugionibus, et ob id aliquantulum bar- batis. Non ita uisum. ] Probat idem exempli externi, utpote Carthaginensium et Atheniensium, satis expli- catis ab ipso. Alciades incomparabilis uir ingenio, tam in bonum quam in malum uehementi, indulgentissimo fuit corpore: qui omnes ad quos accesserat, superasse di- citur, etiam in ipsorum moribus: Lacedaemonios, in so- brietate: Persas, in apparatu et uenatione: Thebanos, in disciplina: tandem in Phrygia consilio tyrannorum Atheniensium, non abnuente Lisandro Lacedaemonio interemptus est. de quo plura Torrellus. Maioribus. ] id est à maioribus nostris antependis, id est qui sunt antependit: mea sententia, id est quantum ego sentio: cohortibus, id est colluuii: tuorum exoletorum, id est pathicorum puerorum, quos Calamios Seruius uocat, qui uiris ad libidinem sese exponunt, de qua re suspicio- nem, sed non certum iudicium inuoluit Salustius. Habend- dum. ] hoc est retinendum uictum. Vos uerò uidete. ] Applicat exemplum ad praesentium. Deuocant. ] i. a sa- late in malum et perniciem uocantem. Impune. ] i. sine punitione: quasi impunem. Molitionum. ] i. conatu à dif- ficillimum: habentium molem. i. pondus difficultatis. Con- scientia. i. cognitio: ut. i. utpote: qui superuisione. i. per- uersa opinione, quia reuera iuramentum factum in salute patriae non debet feruari: neque aliud quòd dicitur: contra iu- sticiam aut bonos mores praestitum, uerum de temeritate praestandi penitendum est. Sacramenti. i. iuramenti, quod fit sacris, aut inuocatis sacris, saepe enim per Sacramentum, intelligimus iuramentum. Tenetis nocturnis. ] quia no- ctis conuauerant: seu solitudine, quia remotis arboribus: quam maxima, id est summa: sunt qui legant Per maxi- ma, sed Per superlatio non iungitur. Gestientem. i. immo- die cupientem: et excepti perferere, ita ut gessu affectu non indicet. Euentu, i. ne eneniat excidium, quòd ille urbi et ciuibus inferre parauerat. Suspitione. ] quia illo incolu- mi quilibet suspicari posset tale aliquid aliquando siu- rum. Diximus. ] Absolutè primam causam conuati- onis Catilinae, quae erat similitudo et factio concepta odio senatus, propter repulsam in consulatu petito factam. Nunc de ratione ambitionis. ] id est audiate dominan- di, quae secunda causa fuit. Superiori diuisione. ] quam hi memorem fecerat. Consciscendarum opum. i. accumuland- arum et congregandarum diuitiarum. Nobilissimum ge- nere. ] quia patricius erat. Virtutes, id est fortitudines: non tamen morales nec meritorias: quia non ad bonum nec propter Deum directis. Aequi parandos fore. ] uo- cat fore: et credo perperam adiectum, nam prius posi- tum est esse. Non enim additur fore uoci futuri tempo- ris: nec aequiparandos hic nomen uidetur. Suprie. ] id est propria. Comitij, id est conuatiionibus pro electio- ne faciendis. Quis non adijt? quasi dicat: Nullus. Con- sensus, id est coetus simul sedentium in quouis loco. sicut enim coetus, sunt simul euntes aliquo: ita confusus, simul sedentes alicubi. Nulli tamen. ] Commemorat ut iu- stam repulsam passus sit Catilina, quam tamen aegerri- me uult. Quamquam, inquit, omnes ordines patrum et confusus ciuicem solitus habuit: nulli tamen gradus ad di- gnitatem, scilicet consularem, ad quam ritè et grada- tim ascendebant: pauenter, scilicet Catilinae: neque in- sanient, id est minaciter more insanientium petenti: ne- que anhelant, id est ardent affectu: et inbiant:

bono candidato, i. quod ex eo quod candidatus esset praese ferbat. Ideo enim candidati, id est uestibus albis induti ambabant, & magistratum petebant, ut candida intentione eum petere significarentur; simul ne maiorum meritis, si illorum insignia haberent, sed populi beneficio acceptum ferrent. Personam exemplo agit in Catilinam animaduertendum: cum in longe magis infontem animaduertis sit. Satellitem, id est stipitorem & astiduum comitem: fidelissimum. melius quam fectidissimum. nemo enim pollicetur se fectidissimum fore: nisi ex persona auctoris dictum sit. Quanto diluio. ] Apta metaphora, a diluio aquarum, quod secum omnia auferit: ut in Marone, pro tumultu bellico ponitur. Celites, id est dij caelestes. Auspicijs prouidentia. ] Nam captis auspicijs solennis futura proficere: & statim si bona portenduntur, incipere. Unde auspicijs, pro initio: & auspicio, pro inchoo transsumuntur. Auspex autem etiam auctor & prouisor rei est, ac prouisor, dicitur autem ab auium inspectione, cui prisca gentium superstitio nimium iri-buit. Fundamenta iecit. ] Non autem fundauit, dicit: sunt tamen qui fundasse putent, ut Salustius. Nam fundare, est rem prius inceptam stabilire. Fundamenta iacere, est initium fundamentorum ponere. Non penituit non modo, id est non modo non penituit: male autem legeretur. Non penituit modo. Alio furori ] forte legas Aulius furor. Praeter furorem, quo Pisoni adhaerebat, qui in Hispania interemptus est: ut in Catilinario patuit. Lucius, scilicet Catilina. Reminiscere. ] Per patibos mouet, ita iam iudicium in ipsum Catilinam: libertatis defensionem, cum ad omnium liberorum excidium assumptis. Si patria tecum, &c. ] Pulchra fictio, quam prouopocatum, id est personae fictionem uocant: qua uis: uisiosa non est, quando non ex abrupto inducitur, sed (ut hic) per clausulam conditionalem praenuntitur. Donibus tum corporis tum animi. ] id est praeuogatiuis & uirtutibus singularibus tibi beneficio naturae aut deorum datus: tum, ita corporis quam animi. duabus tum rebus, id est in super duabus rebus, ferro ac flamma in infirmitudinem, id est in struendam: & armandum in uiscera nostra, id est in ciues, ex quorum salute reipub. salus dependet: ut ex uentris & intestinorum incolumitate, caeterorum membrorum salus: quod in concione quadam apud Liuium graphicè demonstratur. Facultatem dimittendi. ] Nam eam instituerunt causa inuentus exercitiae ut essent armorum scij. Consuerunt. ] id est consueuerunt. Lucius. ] id est causis lugendi. Cedes, i. occisiones. Vexationes. ] id est corruptiones & subagitationes. Est autem uehementia uocabulum, ut A. Gellius docet. Aut uexationes. ] id est sollicitationes uehementes. Vassitatem. ] i. depolationem cõbustis aedificijs. Atrocissimè feruitus. ] quale est feruire tyanno ei qui concius esse debeat. Flagrus. ] id est inflammarijs. Caribagis nensium doli. ] propter Annibalem callidissimum id dicitur: aut quia omnes Pœnt dolosi. Numantinorum. ] in Hispania, Eximie. ] i. egregie uires. Nec Graecorũ. ] id for id, propter Mitridatem aut Pyrrum de genere Acacidarum dicit. Sic exaggerat Maro Aeneid. 2. Talibus insidjs peruius, ac Si nonis, Credita res, optijs: doli lachrymisq; coactis Quos neq; Titides nec Larissus Achilles, Non anni domuere decem, non mille carinae. Quid si ciuentur. ] Si, inquit, forte per regeneratione re-

rum redcat illi populi Romano in perio tam in se futurum deant, in eadem in bilis: dicitur poterit se nunquam iam hostile quicquam conatos, atq; nunc Catilina est. Temperarem. ] hoc est moderare. Relinquere. ] id arguit: quia cum non est spes emendationis, est supremo supplicio locus. Seruilis Hala iussa Q. Cincinnati dicitatoris Sp. Melius ob suspitione dominationis, q; fructu copu distri buit, indiatu occidit. Nam de senatus uoluntate. ] Callide id senatus factum asserit, quod ipsum facere summo per uelit. Legibus. ] lege Porcia, qua uetat in ciuem animadu uertere poena sanguinis aut capitis. nam in exilium relegandum iubet. Impietatis tuae. ] Si a Pœnas regitur, non est difficultas in regimine, sed in construendo: sin a Dignissimas, uetuste construitur Dignus cum genitio, sicut apud Vergilius: Magnorum haud inquam indignum auorum. Deorum immortalium munere, ut quod solus dei est. solus enim scrutator cordium est in nobis conseruatur, ut possimus mentem Catilinae intraspicere. Mentem anhelantem, id est affectantem. Debaccantem, id est furem, sitentem crivoris. Miscet participia & nomina. nam anhelantem participium est, sitentem nomen: ut patet ex regimine. Repulsis conualibus. ] id est propter repulsis in comitij acceptis. Nullas praetergressum, id est omnis amplexum. Infractum. ] id est ualde fractum, Pericerratum. ] i. terrore amotum. Animaduertere. ] id est considerare. Superest. ] id est reliqua est, restat: aliquando, ut A. Gellius docet, superest quod plus quam satis est. Soda lum, id est doctorum dapum & consuetudinum. Truculentus. ] id est durus & immanis, plenus atrocitatis: & amens, id est a mente, id est ratione segregatus. Porcia. ] i. monstra aliquid mali portendentia. Furia. ] Aludii ad Furias infernales, qua sunt uultrices & uexatrices fouit, sicut Lentulus & Cethegus bonorum: foris ob minus & latentes culpas. Vcl. i. etiam: certissime, id est minime dubitanda. Inter fuisse consilio. ] In libris enim Sibyllinis sibi portendi regnum dicebat Lentulus, ut in Sa-lustio latius uidimus. Tenuam in equo Triuino. ] quia in eo latitabant insidiatores. ut patet Aeneid. 2, uel quia in eo dependebant latenter fata exitiua Troia. unde dicit ibidem poeta: — Scandit fatalis machina tuos. Sibyllam sapientissimam mulierem. ] ut pote quae mentis & sententiam deorum habebat: & eam scripta ad Tarquinium regem attulerat: quibusdam libris, quorum secundum Gellium, tres secundum Plinium, unus seruator usq; ad tempora Sylla, quibus arstituerunt permansit superstitio. Num & postea ualuit auctoritas, ut in prima Epist. Cic. ad Lentulum dicit Cicero, Sibyllinos libros obshare uotis eius. Cuius, Sylla, qui de gente Cornelia erat: amplissimam potestatem, quia post consulatum dicitur tenuit: nec ea suo tempore abuit, aut sese abdicauit: de crudelitate aut eius prius diximus, ut per iudicem cõperies. Tã infestus, aut tam infestus. Nam infestus est, qui uim infert: infestus, qui iratus, quod multum essentis, ut homini demensissimo: qualis est Catilina & Lentulus. Et si dicitur, Concesserunt Sylla: dicitur quod in eo egregie uirtutes erant: quod & Salustius approbavit: uerum uelut est à crudelitate, id est propter crudelitatem minus laudandus est. Rei militaris summam ac singularem. ] & sub Mario & contra Marium. Commendauit, id est laudauit, aut charum fecit. Tabernæ, hoc est uulsi-simorum negotiatorum ex tabulis consecræ receptacula.

uolent aut accipi, ut nunc uulgo accipitur, pro caupona. Sibyllinum. ] Sarcasmos. i. hostilis irrisio, id est qui dicitur sibi principatum Sibyllino carmine portendi. Obseus dicitur, consuetum. Nobilitatem, id est difamatam. nam et nobile scortum dicimus. Sanguis ammi i. genero fitatis aut indolis maiorum. Industria Romana. ] Nam strenui et prudentes solent esse Romani ciues, ideoq; imperio apti, unde Aeneid. 6. Tu regere imperio populos Romane memento, Parcere subiectis & debellare superbis: Ha tibi erunt artes. Redundaturum. i. abunde fluxurum. Demandaturã. ] potius demanaturam. i. ex libidine principis quasi sponte oriuram. Ea qua priuatus. ] ut rapius & scortationes ac stupra. Vehementia furoris. ] qua in celeritate spem summam confluuerat. Somno. i. uaticinio Sibyllino, quod Lentulus quasi somnauerit, in rem suam interpretatus est. Offenderunt. i. praeter spem inuenerunt offendimus enim, quae non quaeita inuenimus: ut lapides ad quos non praefixos, pedes offendimus. Rebus fudentem. ] Raro Studeo apud idoneos autores accusatio iungitur. Copiosissimo sociorum. i. habentem magnam copiam sociorum. Facietiarum. i. urbanorum factorum et ditorum. Adumbrata. i. simulatione tecta. Hunc igitur Catilinam. ] Hunc. i. talem, ut Aeneid. 9. Hunc ego te Euryle aplicio. — Nam pronomina, auctore Seruio, ponuntur pro nominibus, non cum nominibus: quod de re latius intelligendum. nam recte dixeris, Hoc caput huic homini: sed durius, Huic Catilina: quia propria nisi aequiuoca sint, certe sunt demonstrationis haud indiga. Unde dicam, Hunc, i. talem, hoc est, tam opportuna & instructum ad ea quae uellent perpetranda. Deslagrare, id est uehementer flagrare hoc est, ardere. Facies. ] hoc est ardenter, concupiscendi caufis. Igniculi. ] fomites incentiui. Principes etiam in malum accipiuntur: ut, Principes tenebrarum. Desperatorum. ] hoc est perditorum, ita ut de eorum salute desperare possis: aut desperatorum, pro desperantium de salute sua. Obscœne, hoc est turpissimè uiuentis, & turpiudini expositis. Pedentem, hoc est paulatim. Coegerunt, id est in unum compulerunt: ut, Thyre cogit peccis. — Coactam, hoc est congregatam. Pulchra est gradatio, cum aucti sententia. Brebo, hoc est inferno obscuro. Sunt qui absq; aspiratione scribendum uelint, sicut scribitur Brebonos, id est obfcuris. Patroni, id est defensores quicq; id est & qui conati sunt tum, id est simul contegere. tum. i. simul excusare uerbis immanitatem rei detestandae. Facilitatem, id est promptitudinem & celeritatem. Desperatiom eorum, scilicet Cæpionis & Catilinae: unde sicut ex societate malorum reputatur mali, ita Hortensius Catilinam ex societate Cæpionis, optimi ciuis, argumentatus esse bonum. Gradatur, id est oberrat aut discedit. Excolerum. i. puerorum turpitudinem supri passorum. Gladiatorijs. i. lanistrarum, & eorum qui dimicando & digladiando cum discrimine uitae suae populo spectacula in arena praebere solebant. Stipatum, id est dense conmutatum. Palam oblectari aut obolitari aut oblectari, id est inuolui luto. Lustris. i. latibus. Scortorum, hoc est prostitutarum, quae lupae dicuntur. Unde lustra habent sicut ferae, quae inde Lupanaria dicuntur. Quod uerò pertinet, &c. ] Pertinet perquam raro datus iungitur, sed acculatio, mediante praepositione Ad, quod

uero de Cæpione dicit, neciam an de Cæpario le gendum sit. Nam apud Salustium legimus, Cæparium in conuentione deprehensum, simile supplicium commississe cum Lentulo & Cethego: nisi hic Cæpionem excuset, dicens deceptum per simulationem & dissimulationem: unde patet, non de Cæpario loqui. Infimulationi, id est incusationi occultae. Viros. ] Legetem potius, Vires ingenij. Et est sententia, qualis illa Prouerb. 20. Sicut aqua profundae, sic consilium in corde uiri. Continentia, i. in uno, & libido in alio. aut nunc cõuenientia, nunc libido. Nam addit: Nihil illo persepe affixus. i. attentius: ad tollenda, id est fouenda, ut in Comico: Quicquid pepererit, decreuerunt tollere. Nam si tollenda. i. amouenda dixerit, non erit contrarium illi quod additur. Nihil solertius, &c. munificetia. ] quia largitur abunde, quae abunde rapuit. Neme quoque, ] aut memet quoque, unde patet, hunc eadẽ tempestate fuisse: nisi quod hoc declamanti fingendum est. Hortensius. ] Hortensius grauisissimus orator erat, unde eum a defendendo Catilina dehortatur. Commisissurum, scilicet uel defensor fontium esset, nisi ydem mores Catilinae, qui sefellertur me, sefellertur sine dubio te. Satis ostentatus. ] Repetit artificiosè pro memoria iudicium, quae dixit. Odio senat. ] hoc est in senatum: quam maximo. i. summo uita suae, dicerem eius. Prosequens summo aut persequens summo. i. diligentissimo ad persequendos inimicitias: aut ad prosequendos. i. continuandos eas. Refrenandorum. ] non referendarum dicemus, inuentus. i. multitudinis inuenus. Prodena, scilicet in manus tyrannicas, & uexande per depilationes & ciuium cedes aut praescriptiones. Quid erit. ] quasi dicat, nihil. Nouissis. ] Callide asserit, quod probare debeat. Inauditi omnium hominum memoria. ] hoc est quantum omnes qui uiuunt, memoria complecti possunt. Ab omni humanitate. ] hoc est mansuetudine homini innata. Lege scripta & consuetudine longa, obseruatione approbata: quae tria hominem meriti regant. Cuius acerbiteratem. ] Exagerat crudelitatem facinorosi ipsius Catilinae, ad concitandos iudices in eum. Buerfionem, id est supremam destructionem. urbs enim eueritur, dum primus lapis, qui praefundamento iactus est, eruitur. unde etiam ad res animatas transfumitur. ut Aeneid. 3. Postquam res Aële Priamiq; cœtere gentem Immeritam uisum superis. — Interitum, id est extinctionem. Vexationes, id est oppressiones uolentas. Penatibus, id est adibus & dijs ac rebus nostris familiaribus. Expirationes. i. Spoliationes aut deprædationes: aedium, id est domorum priuariarum. Virginum uestalium, id est ueste consecratas: quae a nostris Sanctimoniales uocantur. De captu autem uestalium Gellius late docet. Lucius exterior, maior interior. Tetrarribus, id est diuinitis supplicijs: uisus terribili. Cladem, id est occasionem cladis. Rationem, id est considerationem. ubi Ratio in malum partem accipitur contra praecceptum Vallæ. Expietis, id est emendatis: aut per expiationem, id est purgationem communis inflectionis ciuitatis penatis. Conflagratura, id est simul arsura. Sanè Ardeo & flagro, absolue & neaturaliter ponitur: Vror & incendior, passus. Vindictis. ] aut indices occultarum conuentionum, sicut Vindicus filios Bruti indicauerat cum Tarquinij conspirasse: aut assertores libertatis, seu aubores. ut apud Elacuum in Aric:

Nisi dignus iudice modus, Inciderit. —  
 Vindicat, f. deo cuius auctoritate opus sit. Aut, ut dicunt appropriatores iuris eius. Ille enim uideat rem, qui eam ad se pertinere docet. *Credite iudices.* Argute expectationem plebis afferit, ne iudices contra eam, Catulinam abfoluant. *Conficiendam fore.* Iterum Fore cum futuro positum, aut perperam additum. *Agitur siquidem.* Grauius docet, quanti momenti sit futura iudicum sententia. Nam si fontes abfoluerint, aut illi aut illorum sequaces rem publicam propediem euerfuri sint: sin condemnauerint, omnibus metum inciderint. *Grassaturum.* hoc est uim facturum. scribendum est autem per g, nam per c, pingue facturum notat. *Capitolium iouem.* qui in Capitolio colitur: *ubi ubi aliquando usum ab Aechadibus, dicit Blander.* *Aensid. s. Cerimonis.* i. sacrificiorum mysterijs & obseruationibus. *Reddituros gratias. i. beneficia pro gratitudine erga se ostensa.* *Curiam.* i. senatoriam. *Obuersaturus.* i. obuioluiturus. *Putate demq.* Denique dicere solemus, quando que singula dicere institui-mus, uniuersa uno uerbo complectimur: ut hic, nam omnes ciuitate donati aut in ea nati ciues dicitur. *Focis.* i. locis, in quibus lares colebantur, & ignes fouebantur in domo priuata. *Ordo autem est:* Denique putate, omnes ciues exultaturos incredibili gaudio ob uitam ac libertatem suam retentam. *Putate penates publico exultaturos pro focis atq. aris.* scilicet publice institutis, conseruatis, scilicet a conflagratione. *Putate parietes urbis exultaturos* (qua

locutio hyperbolen habet, aut metaphoram, sicut illa: *Montes exultauerunt sicut arietes, &c.*) *Parietes tamen proprie adificiorum sunt priuatoru, unde hic pro muris ponuntur.* Pro terrimo genere uastitatis propulsa-to. ] id est propter ea quod terrimum genus uastitatis propulsum est. *Vastum est, quasi ualde amplum, ita ut difficulter impleri possit, regio deserta, in qua nihil est quod impleat eam.* *Vastatum autem dicitur, quod prius expletum fuit, & postea uastum effectum, uisuri urbis, postquam adificia conflagrauerunt.* *Aut dedecus, si tales abfoluerint: aut memoriam nominis, id est fama praecle-ua, si de talibus ultionem condignam foriter sumperint.* *Equidem.* i. certe. *Concidendum.* ] id est simul cadendum in perpetuum desolatione; subaudi, est. *Videritis.* ] id est considerare debetis, est enim coesui modi. *Viru.* ] id est ultra res, an propulsaere pestem, an urbem concidere permittere. *Qui estis iudices, & ita seueri esse debetis, sicut ritis he, &c.* *Bestius.* scilicet conuato error & im-manes. *Carceribus.* ] id est ut equi signo dato emissi carceribus precipites ruunt. *Miserandi pro patientibus, non pro inferentibus.* *Liberi, ut pueri & puella legitimi.* *Hec fuisse imago.* ] id est facies aut aspectus. *Et si prohibueritis.* ] scilicet Catiline conatus. *Per humanitatem.* ] *Obsecrat & obtestatur in fine, scias non modo dicum ponderis in obseruationibus licitis & decentibus reponi.* *Ciuium.* ] scilicet relicto & conuato. *Necessitudinum.* ] necessitatum, ut puerorum & puellarum, sanguine aut affinitate uinculo conuictorum.

FRAGMENTA QVAEDAM EX LIBRIS HISTORIARVM G. CRISPISALVSTII.

ORATIO LEPIDI COS. AD POP. ROM.



**C**lementia & probitas uestra, Quirites, quibus per ceteras gentes maximis & clari estis, plurimum timoris mihi faciunt aduersus tyrannidem L. Syllae: \* ne aut ipsi quae nefanda non exultimatis, ea parum credendo de alijs, circumueniamini, praesertim cum illi spes omnis in scelere atq; perfidia sit: neq; se aliter tutu putet, quam si peior atq; intestabilior metu uestro fuerit, quod captiuis libertatis cura in inferia eximat: aut si prouideritis in tutandis periculis magis, quam ulciscendo teneamini. Satellites quidem homines maximi nominis, non minus optimis maioru exemplis, ne quo satis mirari, qui dominationis in uos seruitium suum \* mercede dant: & utrunque per inuiciam malunt, quam optimo iure liberi agere. Praeclara Brutorum atque Aemiliorum & Lucretiarum proles, geniti ad ea, quae maiores uirtute peperere, subuertenda. Nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoq; & Antiocho defensum est aliud quam libertas, & sua cuiq; sedes: ne cui nisi legibus pareremus: quae cum ista suus iste Romulus quasi ex externis rapta

teneat: non tot exercituum clade, neq; Cos. & alioru principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus: sed tum crudelior, cum plerosq; secundae res in miseratorem ex ira uertunt. Quin solus omnium post memoriam hominum supplicia in post futuros coposuit, quae prius iniuria, quam uita certa esset, prauissimaeq; per sceleris immanitatem adhuc tutus fuerit, dum uos metu grauioris seruitii ad repetenda libertate terremini. Agendum, atq; obuiam eundum est, Quirites, ne spolia uestra penes illos sint. Non prolatandum, neque uotis paranda auxilia: nisi fortis speratis per tedium iam aut pudorem tyrannidis esse eum, per scelus occupata periculosus dimissurum. At ille eod processit, ut nihil dominium nisi tutum, & omnia retinenda: quae inuicem honesta existimet. Itaque illa quies & otium cum libertate: quam multi probi potius, quam laborem cum honoribus capebant, nulla sunt. Hac tempestate seruiendum, aut imperitandum: habendus metus est, aut faciendus, Quirites. Nam quid ultraque ue humana superant, aut diuina impolluta sunt? Populus Romanus paulo

**A**paulo ante gentium moderator, exutus imperio, gloria, iure, cogitandi inops, despectusq; ne seruilia quidem alimenta reliqua habet. Sociorum & Latij magna uis ciuitate pro multis & egregijs factis a uobis data, per unum prohibentur: & plebis innoxiae patrias sedes occupare pauci satellites, mercedem sceleru. Leges, iudicia, ararium, prouinciae, reges, penes unum, denique necis ciuium & uitae licentia, simul humanas hostias uidistis, & sepulchra infecta sanguine ciuili. Est ne iuris reliqui aliud, quam soluere iniuriam, aut mori per uirtutem? Quoniam quidem unum omnibus sine natura uel ferro septis statuit. Neq; quicquam extremam necessitatem, nihil ausus, nisi muliebri ingenio expectat. Verum ego seditiosus, uti Sylla ait, quae praemia turbaru quero? & bellum cupiens? quia iura pacis repeto scilicet quia non aliter salui satisq; tuti in imperio eritis, nisi Vectius Picens, & scriba Cornelius aliena bene parta prodederint, nisi approbaueritis omnes proscritiones innoxiorum ob diuitias, cruciatu uiroru illustrium, uastatam urbem fuga & caedibus, bona ciuium miserorum, quasi Cimbricum praedam, aenuri aut dono data. At obiecat mihi possessiones ex bonis proscritorum: quod quidem scelus illius uel maximum est, non me, neq; quemquam omnium satis tutum fuisse, si recte faceremus. Atque illa quanta formidine mercatus sum precio soluto, inde dominis tamen restituro? Neque pati consilium est ullam ex ciuib; praedam esse. Satis illa fuerint quae rabie contracta tolerauimus. Manus conserentis inter se Romanos exercitus, & arma ab externis in nosmet uersa, scelorum & contumeliam omnium finis sit: quorum adeo Syllam non pœnitet, ut & facta in gloria numeret: & si liceat, audidus \* faceret. Neq; iam quid exiti metis de illo, sed quantum uos audeatis, uereor: ne alius alium principem expectantes, an-

tecapiamini non opibus eius, quae fuitiles & corruptae sunt: sed uestra socordia, quam \* rapum iri licet, & quam audeat, tam uideri felicem. Nam praeter satellites comaculatos, quis eadem uult, aut quis non omnia mitata praeter uictoriam? Scilicet milites quorum sanguine Tarulae Scyroq; pessimis seruorum diuitie parte sunt? An quibus praetulus in magistratibus capiendis Fuffidius ancilla turpis, bonorum omnium dehonestamentum? Ita que maxiam mihi fiduciam parit uictor exercitus, cui per tot uulnera & labores nihil praeter tyrannam quaeritum est, nisi forte tribunitiam potestatem euerfunt profecti sunt per arma condita a maioribus suis, utiq; iura & iudicia sibi met extorquerent, egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes & syluas, in contrameliā atque inuidiam suam praemia penes paucos intelligerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? Quia secundae res mē sunt uitij obtentui. Quibus labefactatis, quam formidatus antea est, tam cōtemneret, nisi forte spe concordiae & pacis, & quae sceleris & parricidio suo nomina indidit. Neque aliter Reipub. & belli finem ait, nisi maneat expulsa agris plebs, praeda ciuili acerbissimam iudicium: omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit. quae si uobis pax & concordia intelliguntur, maxima turba in Reip. atq; exitia probate, an uita legibus impositis; accipite otium cum seruitio, & tradite exemplum posteris ad Remp. suum et sanguinis mercede circumueniendam. Mihi quanquam per hoc summum imperium satis quaesitum erat nomini maiorum, dignitati, atque etiam praesidio: tamen non fuit consilium priuatas opes facere, potiorque uita est periculosa libertas quieto seruitio. Quae si probatis, adeste Quirites, & bene iuuantibus dijs M. Aemiliu consulem ducem & auctorem sequimini ad recipiendam libertatem.

COMMENTARIVS.

**BAD.** Clementia & probitas uestra, &c. ] Haec oratio seu conuocatio ad populum est Marci Aemilij Lepidi consulis ad populum Romanu: quia de se uide alio in fine locutus est, ubi se commendat. Quod de aduocato uelim Lector, nam illic adnotamentum nostrum inuersum est. Nam ubi scripseram, se commendat, & ad sui commendationem, quem & cuius supposita sunt. Dehortatur autem populum a factione Syllae, et ut libertatem, se praeside, ueniat dicere, mouet. Tyrannidem, i. uolentem occupationem domini, erat tamen alium rex omnis tyrannus dicitur. unde est illud: *Pax mihi pax erit, dextram tetigisse tyranni.* *Ne dum.* ] *Duae sunt particulae.* Peior metu. ] id est ob metum uestrum. Libertatis cura. ] quam habent qui ad hoc eam esse qui sperant. Maximi nominis. ] i. fama. *Ordo est:* Ne quo satis mirari. Satellites eius. ] s. Syllae exitiosus: homines maximi nominis. Et non minus. ] i. & praeter optimis exemplis maiorum, qui seruitium suum dant

mercedem dominationis in uos. *Liberi agere.* ] i. uiuere. *Praeclara proles.* ] Per ironiam id dicit. *A Pyrrho Epitrotarum rege nobilissimo, de genere Aecidarum: qui potius impetij causa graue cum Romanis bellum gessit.* *Hannibale Carthageniensem duce ferocissimo: qui i uictoria uiti Ciusisset, imperium Romanu exterminasset, & Carthaginem euerisset.* *Philippoq; Macedoniae rege, & Antiocho rege Syriae, quid inquam defensionem est a Pyrrho? ] ubi A. praepositio non notat ablatiuum egenem: non enim Pyrrhus defendit, sed terminum a quo. Nam defensa sunt caedes a Pyrrho & reliquis, ut ab inuasoribus: defensa autem a Romanis, ut qui eos protegerunt.* *Romulus iste.* ] Per contemptum id est Sylla qui se alterum Romulum dicit. *Satiatus.* ] id est ad satietate pacatus quia adhuc sitit sanguinem innocentium, in post futuros. ] quia etiam nouum natis seruitutem intulit. *Prolatandum.* ] i. porro differendum. *Eo processit.* ] id est, ad id. *Capessabant.* ] id est libenter accipiebant. *Fa-*

ciendus. Ji. Sylle. Nam quid ultra, supple est, aut expe- etiamus. Quæ uel humana superant. Ji. extat & reliqua sunt: ut Aeneid. 5.

Quid puer Afcianus? superat ne & uescitur aura? aut quæ, sup. diuina sunt impolluta. q. d. Non dicit, quæ diuina superat: quia omnia superant, cum sint im- mortalia: sed non sunt impolluta. Nisi tamen diuina in- telligamus potius dijs consecrata, ut pbana & aras. Po- pulus Romanus ante gentium moderator. Ji. scilz uniuersa rum. Seruilia. Ji. quæ seruis distribui singulis mensibus solent: unde dimensum dictum. Penes unum. Ji. in potesta- te unius. Ji. Sylle. Licentia. Ji. mala permissio, ut utrum li- buerit exequatur. Quam soluere iniuriâ. Ji. pcedere quod iniuste petitur. Vnum finem. Ji. moriem. Vel. Ji. i. etiam septis. i. circumdatis ac munitis: ferro. i. armis satellitum, ut regibus & tyrannis. hoc est, Etiam potentissimis mo- riendum est. Neq; quisquâ nihil ausus. Ji. i. qui nihil prius ausus aut expertus sit. Expectat extremam necessitatē. Ji. scilz in qua positus, nihil amplius possit, nisi muliebri inge- nio. i. nisi is qui muliebres habet ingenium. Prodegerint. Ji. id est prodigaliter consumperint. Proscriptionem. Ji. cui- us tabulam Sylle summopere posuit, unde Iuuenalis: In tabulam Sylle se dicant discipuli tres.

Cimbricam prædam. Ji. sumptam à Cimbris summis ho- stibus. Datum uenium. Ji. uenditioni: aut dono, id est gra- tis. Quod. Ji. habere possessiones ciuium proscriporum: est uel. i. etiam maximum scelerum illius. Non me. Ji. repte Obiectet. Quæ rabie contracta. Ji. subito furore illa- ta. In gloria. Ji. pro gloriose gestis numeret. Buxistimes- tis. Ji. censentis & iudicatis: sed quantum audiatis, f. dici. Commaculatos. Ji. corruptos. Tarule scyrtosq;. Ji. nomi- na sunt seruorum tunc notissimorum. Parta. i. acquisita. An quibus. &c. Ji. Ordo est: An, sup. illi quibus Eusidius turpis ancilla. i. propter commercium ancille: & deho- nestamentum. i. dedecus omnium honorum aut omnium bonorum: est prelatum in magistratibus capiendis. i. obli- uendis: non uelit omnia mutata præter uictoriâ, f. Sylle. q. d. Minime. nam Sylle uictoria honestissima & opti- ma quidem fuit: sed uisus uictoriae pessimus. nam in sum- mam tyrannidem conuertis. Et ita, ne Sylle uictoria quæ seducat, monet. Itaq; maximam mihi fiduciam parit uic- tor exercitus. Ji. quia & firmior & animosior & perio- rior futurus uidetur, quam hostis uictus. Fiducia autem ferè in bonam partem accipitur: Confidentia in malam, auctore Seruio. Quæsitum. Ji. acquisitum. Per tyran- num. Ji. occupatorem iniustum. Euersum. Ji. supinum est. Nam ordo est: Nisi profecti sunt euersum, id est ad e- uertendum potestatem tribunitiam conditam à maiori-

bus suis per arma. i. uim bellicam exercitum in partem. In paludes & sylas. Ji. i. loca sola & incerta, ut per uictis rali munita. Obtenit. Ji. ad obtinens aut optinens Ple- bes. Ji. nominatus est antiquus: quoniam olim hæc Ple- bes, plebei dicebatur: nunc & plebs, plebes. Penes. Ji. in potestate & possessione. Probate. Ji. scilz iussa tyrannus annuit. i. obsecundat quæ iustiones unum probantia has- bent, et proniciatione iuranda sunt. Circumueniant. Ji. id est decipiendam. Exemplum autem tradit sceleris: per- petrandi, qui iniuriam summam accipit in uisum. nam sic animum addit iniuriant. Mihi satis. Ji. scilz glorie & ho- noris, aut etiâ rerum quæsitum. i. acquisitum. Nomina. i. fama maiorum: prædior. i. agro possidendo. nisi iugendam est, Præsidio. Priuatis. Ji. mihi proprias opes, facultates & potentias. Seruicio. Ji. quod Sylle inferri post clarâ uictoriâ. Marcum Aemilium consulem. Ji. Ob cuius com- mendationem (nam in eo summam spem habebat) hæc concionem instituisse uidetur.

Neq; ipsi nefanda non astimatis, ea parum creden- do de alijs, circumueniamini. Ji. Legendum diuisim, Ne- que: ut sint duæ dictiones. In Gymnico & Nefanda, per B- peram deest. Satellites quidem eius, homines maximi nominis. Ji. & Bius, in Gymnico deest. Nequeo satis mi- rari. Ji. Perperam in alijs, Non satis. Nam particulam negatiuam sensus ipse repudiat. Ne cui nisi legibus pa- rere. Ji. Venetum exemplar, Ne cui: id rectum est. pro Neue alicui. Quis prius iniuria, quam uita cer- tasset. Ji. Schurrerianum, Certa esset. id quod sententia quoq; postulat. Nam Sullam ait unum omnium post ho- minum memoriam supplicia in post futuris composuisse, hoc est, proscriporum liberos à rep. submoisse, ac pe- tendorum honorum iure prohibuisse. Vt ita nimirum ini- iuria ips prius, quam uita certa foret. Periculosus de- missurum. Ji. Legendum, Dimissurum. Præsumisq; per sceleris immanitatem ad huc catus fuerit. Ji. Legendum, Fu- rit. Vocum affinitus errori ansam præbuit. Quam mul- ti probi, potius quam laborem cum honoribus capesse- bant. Ji. In Veneto & Argenteratensi, Quæ multi probi: ut neutro genere ponatur, & ad substantiam illa diuerso- rum generum referatur, Quiescit & ocium. Ji. Quia u- ra pacis repeto. Ji. Venetum, Qui iura. Bonorum om- nium debonestamentum. Ji. Venetum, Honorum. & sic sensus exigere uidetur, ut per Honores intelligis magistra- tus. Per arma condita à maioribus suis. Ji. Legs, Con- ditam. nam refertur ad tribuniciam potestatem. In con- tumeliam atq; inuidiam suam. Ji. & in, exemplar Venetū non habet, neq; Argenteratense. Nisi maneat expul- sa agris plebs. Ji. Venetum, Plebes.

Maximè uellè, Patres Conscripti, Rem- publicam quietam esse, aut in pericu- lis à promptissimo quoq; defendi, de- niq; praua incepta consulatoribus noxæ esse: sed contra seditionibus omnia turbata sunt, & ab ijs quos prohibere magis decebat. Pos- tremo quæ pessimi & stultissimi decreuere, ea à bonis & sapientibus facienda sunt. Nam bellum atque arma, quamquam uobis inuisa, tamè quia Lepido placent, sumenda sunt: nisi

fortè cui pacem præstare, & bellum pati, consilium est. Prò dijs boni, qui hæc urbem omni- sa cura adhuc regitis: M. Aemilius omnium fla- gitiosorum postremus (qui peior an ignauior sit, deliberari non potest) exercitum oppri- mendæ libertatis habet, & se contempto me- tuendum efficit. Vos mustantes, & retractan- tes, uerbis, & uatum carminibus pacem opta- tis magis quam defenditis: neque intelligitis mollicia decretorum uobis dignitatem, illi

metum

Ne solliciti  
eis, qui legi-  
tos, pacem,  
concordiâ,  
et alia hu-  
iufcemodi  
decreuerit,  
ad postremū  
usq; gratiam  
habeo.

etiana

metum detrahi: atque id iure: quoniam ex rap- pinis cõsulat, ob seditionem prouinciã cum exercitu adeptus est. Quid ille ob beneficia cepisset, cuius sceleribus tanta præmia tribui- tis? \* Ac scilicet eis qui ad postremum usq; le- gatos, pacem, concordia, & alia huiufcemodi decreuerunt, gratiam habeo peperisse: immò despecti & indigni Republica habiti, præda loco æstimantur: quippe metu pacem repe- tentes, quo habitam amiserant. Equidè à prin- cipio cum Hetruriam coniurare, proscriptos accersiri, largitionibus Republicã lacerari uidebam: maturandū putabam, & Catuli con- silia cum paucis secutus sum. Ceterum illi qui gentis Aemiliæ beneficia extollebant, & igno- scendo populi Romani magnitudinē auxille, nusquam \* tum Lepidū progressum aiebant, etiam & cum priuata arma opprimendæ liber- tatis cepisset, sibi quæ opes aut patrocinia quaerendo, consiliū publicum corruerunt. B- Attamen erat Lepidus latro cum calonibus & paucis sciarjs, quorum nemo diurna merce- de uitam mutauerit. Nunc est proconsul cum imperio non empto, fed dato à uobis, cum le- gatis adhuc iure parentibus: & ad eum cõcur- rere homines omniū ordinum corruptissimi, flagrantis inopia & cupiditatibus, sceleris con- scientia exagitati, quib. quies in seditionibus, in pace turbæ sunt. hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello ferunt: Saturnini olim, post Sulpitij: dein Marij, Damasippiq;, nunc Lepi- di satellites. præterea Hetruria, atque omnes reliquæ belli erectæ, Hispaniæ armis sollici- tatæ. Mithridates in latere uectigaliū nostro- rum, quibus adhuc fultèramur, diem bello cir- cumpiciti. Quin præter idoneū decem nihil abest ad subuertendū imperiū. Quod uos oro atq; obsecro P. C. ut animaduertatis, ne patri- mini licentiâ scelerum quasi rabiè ad integros procedere. nam ubi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratuitò bonus est. An expectatis dum exercitu rursus admoto, ferro atq; flamma urbē inuadat? Quod multo p- pitius est ab eo quo agitat statu, quam ex pace & cõcordia ad arma ciuilia, quæ ille aduersum diuina & humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat, iniuria: sed legum, ac li- bertatis subuertenda. Angitur enim aclace- ratur animi cupidine, & noxarum metu, ex- pers consilij, iniquis, hæc atque illa tentans, metuit ocium, odit bellum. Luxu atq; licen- tia carendum uidet, atq; interim abutitur ue- stra focordia. Neque mihi satis cõsilij est, me- tum, an ignauiam, an dementiam eam appel- lem, qui uidemini intenta mala quasi fulmen optare se quisque ne attingat. Sed prohibete ne conari quidem: & quæso cõsiderate quàm conuersa rerum natura sit. Antea malum pub- licū occultè, auxilia palàm instruebantur: & eo boni malos faciliè anteibant. Nunc pax & concordia disturbantur palàm, defenduntur

occultè. Quibus illa placent, in armis sunt: uos in metu. Quid expectatis? nisi fortè pou- det, aut piger rectè facere? An Lepidi manda- ta animos mouent: qui placere ait sua cuique reddi, & aliena tenet: belli iura rescindi, cum ipse armis cogat: ciuitatem confirmari, qui a- demptam negat, concordia gratia tribuni- ciam potestatem restitui, ex qua omnes discor- diae accensæ. Pessimè omnium, atq; impuden- tissime, tibi ne egestas ciuium & luctus curæ sunt, cui nihil est domi, nisi armis partum, aut per iniuriam? Alterum consulatū petis, quafi primum reddideris. Bello concordiam quaer- ris, quo parta disturbetur. Nostri proditor, istis inuidus, hostis omnium bonorum, ut te neq; hominum neque deorum pudeat quos peridia aut perituro uiolasti. qui quando ra- lis es, maueas in sententia, & retineas arma, te hortor: ne prolatandis seditionibus in quies, ipse uos in solitudine retineas: neque te prouincia, neque leges, neque dii penates ciuem patiuntur. Perge quã cepisti, ut quæm maturissimè merita inuenias. Vos autè P. C. quouique tutando Republicam intantum patiemini, & uerbis arma tentabitis? Dele- ctus aduersum uos habitus, pecuniæ publicæ & priuati extortæ: præsidia deducta, atque imposta: ex libidine leges imperantur, cum interim uos legatos: & quanto mehercule auis- dius pacem petieritis, tanto bellum acruis er- rit: cum intelliger se metu magis, quam æquo & bono sustentarum. Nam qui turbas & cæ- dem ciuium odisse ait, & ob id armato Lepi- do uos inermes retinet: quæ uictis tolerandæ sunt, ea cum scire positis, patiamini potius censet. Ita illi à uobis pacem, uobis ab illo bel- lum suadent. Hæc si placent, si tanta torpedo animos oppresit, ut oblitus scelerum Cinnæ, cuius in urbem reditu decus atque ordines omnes interierunt? nihilominus uos atque coniuges & liberos Lepido permitturi sitis: quid opus decretis? quid auxilio Catuli? Quin is & alij boni Rempub. frustra curant. A- gite ut libet. Parate uobis Cethegos, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas & in- cendia instaurare cupiunt, & rursus aduer- sum deos penates manus armare. Sin libertas & bella magis placent, decernite digna nomi- ne, & augete ingenium uiris fortibus. Adeft nouus exercitus, & ad hoc colonie ueterum militum, nobilitas omnis, duces optimi. For- tuna meliores sequitur. Iam illa quæ focordia nostra collecta sunt, dilabentur. Quare ita cen- seo, quoniam Lepidus exercitū priuato con- silio paratum cum pessimis & hostibus Res- publicæ contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit, ubi A. P. Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule & cæteris quibus imperium est, uti prædicio sint, ope- ram dent ne quid Respub. detri- menti capiat.

COMMEMO

COMMENTARIUS

BAD.

Maximè uellè. ] Oratio hæc superiori uidetur a se finit. nam Lepidi sententiam maximè improbat, et ob eam in Marcum Aemilium inuebitur. Esse noxæ. ] i. nomenclatio. Sed contra. ] s. uota mea. Quia Lepido placet. ] id inuidiosè. Erat autem postmodum Lepidus triumuir. ] i. unus trium qui remp. inter se disperiit sunt. Postremus. ] i. pessimus. Missantes. ] id est nihil palam obloqui audentes. Optatis. ] id est uoto expetiis magis quam defenditis quia non ea facitis, per quæ pacem obtineatis. Molliciam. ] id est propter molliciam. Metam. ] id est terminum sciendi. Atque id iure. ] id est merito: non quod iustum aut meritum sit simpliciter, sed propter ignauitiam ipsorum. Quid ille ob beneficia cepisset. ] id est accepisset. q. d. Nihil, cum nihil bene fecerit. At scilicet. ] Ironia est, cui epè quadrat, scilicet. Legatos, scilicet de pace, pacem, concordiam & alia huiusmodi, modo ipsi despecti & indigni. R. p. i. rep. estimantur barbari loco prædæ, quippe, id est in upote qui repetentes metui, id est propter metum, pacem: quo, id est per quem, scilicet metum amiferant habitans, pacem: quia nisi metuculosis apparuissent, nullus eis infensus fuisset. Cum. ] id est quando uidebam: Hetruriam, id est omnes Hetruscos coniturrare contra Romanos. Proscriptos. ] scilicet ab alijs accersiri, id est uocari ad ciuitatem & in urbem ubi nescio an rectè scriptum sit, Accersiri. Nam accersor dicitur accerssi in infuistiuione: nec reperitur Accersio aut accersior apud ueteres idoneos, unde illud Accerssi, pro accersse Simonem: nouum est. L. argitionibus lacerari rempub. ] quia publica priuatis dabantur: aut quia per largitionem resp. quasi deuicta est. Catulli consilia. ] qui ut hanc orationem haberet, consuluit. Genis Aemilie. ] ut Pauli et Scipionis in eam adopiati. Lepidus. ] qui postea factus triumuir etiam de domo Aemilia. Nam Marcus Aemilius, Lepidus dictus est. Cum colonibus. ] id est uilibus militibus, qui uallum & ligna ferrent in exercitum. Sicarys. ] i. homicidis oculis, & obfessoribus uiarum. Diurna mercede. ] i. singulis diebus mercedè receperit. Concurrere. ] i. concurrerunt, penultima longa. Est enim præteriti temporis perfecti indicatiui modi. Flagrantes. ] scz cupiditate habent inopia, i. propter inopiam. Quies in seditionibus. ] quia tunc solum cõcienti sunt. Turba. ] i. commotiones animorum. Tumulum ex tumultu. ] quia non sedant, sed excitant eum. Satellites olim Saturnini tribuni plebis, què propter seditionè occisum diximus post. Sulpitij etiam factiosi. ] nam P. Sulpitius tribunus plebis, auctore C. Mario perniciosus leges promulgauit, ut exules exirent, & noui ciues libertinij: distribuètur in tribus, &c. qui cum in quadam uilla latèret, indicio serui retractus & occisus est. Seruus ob mercedem manumissus est, sed ob in fidelitatem saxo deiectus est. Marius notus est: ubi uerò est Damajippi, legam Damacij. Nam Lucius Damacius prætor ex iussu Marij omnè nobilitatem, quæ in urbe erat, trucidauit. Sed prohibete, ne conari quidem. ] id est prohibete non solum facere, sed ne conari quidem: hoc est, facite prohibendo ut non etiã conari audeant. Conuersa. ] id est commutata. Malum publicum occultè, sup. instruebatur: quia palam instruere non audebant. Disturbatur. ] scilicet a Lepido, & et ad herenitibus. Deserendatur occultè. ] scilicet pax & concordia. Et sup. hi quibus illa, id est ista placet, sunt in armis: & uos, sup. estis in metu. Lepidi mandata. ] inui-

diose id dicit. Qui aut placere. ] sup. sibi: & id est at-tamen aliena tenet. Rescindi. ] i. dissolui, dirimi, & (ut dicunt) aduulbari: & aduue barbarum, annulari. Cuiusmodi confirmari. ] repetit, qui placere ait. Qui negat adeptam. ] scilicet ciuitatem: hoc est, libertatem ciuium. Et qui sibi placere ait tributum potestatem ressiui, scilz plebi. Ex qua, &c. pessime omnium. ] conuenerit sermonem ad ipsum Lepidum. Cui nihil. ] sup. est do-mi. i. qui nihil habes nisi partum armis. i. ut aut per inturiam. Quasi primum. ] uult dicere quòd non reddiderit, qui se pro consule aduue gerit. Quo. ] scz bello, disturba-tur iam parta concordia. Nostri. ] scz nobilitatem: quos Syl-la tatabatur. Isti. ] s. tui plebeis: inquis. i. in quibus & turbulentus. In solitudine. ] i. desertos ab omnibus: nisi sit in solitudine legendum: aut in solitudine uno uocabulo pro insolentia. Merita. ] s. mala aut supplicia. Inuitam. ] id est non tutam. hoc est, inde sensam uerbis, nò manibus. Delectus. ] id est militum ad bellum delectationes: sunt habitii à Lepido. Tanto bellum acruis erit. ] quia ex timore uestro illi insolentiores erunt. Unde subdit: Cum intelli-get se metu, scilicet uestro. Odisse. ] id est odio profequi. Non enim in usu peritorum est Odio in præstari uoce. Ita suadent. ] illi, scilicet Lepido pacem à nobis: & sua dent, hoc est suadendo inducunt uobis bellu à illo. Toro-pedo. ] id est pigricia, ex frigore & torpore ignauia. Scelerum Cinna. ] Nam Cinna & Marinus cum Cai bo-ne & Sertorio Ianiculum occupauerunt, & fugati ab Octauiò consule recesserunt. Maximus Antonius & Ari-tiam & Launium colonias deuoluunt: & cum nulla o-minio spes esset optimatibus resistendi, Cinna et Marinus in urbem recepti, eam uelut raptam cædibus & rapinis uastauerunt. Sin. ] i. sed si, digna nomine, sunt enim Senatores & patres dicti, unde Ciceri esse atq; matris de-berent. Fortuna meliores. ] Prouerbiale id est, sicut illud Maronitanum:

Audaces fortuna iuuat, timidusq; repellit. Vbi Audentes quidam legunt. Dilabentur. ] i. euanescent paulatim. Interrex. ] i. fungens imperio aut consulum in-terea, dum noui consules creabuntur: quia Lepidum dixit secundum consulum petere. Olim autem uerus erat ino-terrex, & uerum interregnum cum mortuo rege, donec nouus creabatur, cessabat regnum: erat tamè qui interea officio regis fungeretur. Proconsule. ] i. qui potestate consulari extra ordinè fungitur: cum uerus consul non- dum sit, aut non omnia administrare possit. Ne quid de- trimenti. ] id serè consulibus præcipi solet. Et hæc de oratione Philippi in senatu contra Lepidum: qui cum a- lta Sylla tenueret resistere, bellum excitauit, & a C. Catulo collega Italia pulsus est, et in Sardinia frustra bel- lum molitus perijt.

Hæc de contempto metendum effecit. ] Legendum. Et se de contempto metendum effecit. Flagrantes ino- pia & cupiditatibus. ] Venetum, Cupiditatibus. Id Sallu- stianum magis est. Bellum ex bello ferunt. ] Perpe- ram alij, ferunt. Cum pessimis & hostibus reipub. contrahit, ordinis auctoritatem ad urbem dicit. ] Legen- dum, Contra huius ordinis auctoritatem, &c. Facilis quidem & procliuus de similitudine uocum, sed sic a- dmissus error. Operam dant, ne quid respu- blica detrimenti capiat. ] Legen- dum, Dant.

A

B

C

RIV.

AD POPVLVM.

A

Virites, multa mihi pericula domi, mi- litia, multa aduersa fuere, quorum alia toleraui, partim repuli deorum auxilijs, & uirtute mea: inq; his omnibus neq; animus negotio defuit, neque decretis labos. ma- læ secundæque res, opes, non ingenium mihi mutabant: at contrâ, in his miserijs cuncta me cum fortuna deseruere. Præterea senectus per se grauis, curam duplicat, cui misero acta iam ætate, ne mortem quidem honestam sperare licet. Nam si patricia ueltri sum, & bis ge- nitus hic, deos penates meos, patriamq; & summum imperium, uilia habeo: quis mihi ui- uo cruciatus satis est, aut quæ pœna mortuo, cum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo uici? A prima adolescentia in ore uestro priuatus, & in magistratibus egi. Qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia uolue- re, uis sunt. Neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciendum exercui. Auidissimus priuata gratiæ, maximas inimi- citias pro Repub. suscepi, qui uictus cum illa simul, cum egens alienæ opis plura mala expe- ctarem, uos Quirites rursus mihi patriam, deos penates cum ingenti dignitate dedistis: pro quib. beneficijs uix satis gratus uidear, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam uita & mors iure naturæ sunt: ut sine de- decore cum ciuib. fama & fortunis integer a- gas, id dono datur, atq; accipitur. Cõsules nos fecistis, Quirites, domi belliq; impeditissima Republica. Nanq; Imperatores Hispaniæ, sti-

pendium, milites, arma, frumentu postunt: & id res cogit: quoniam defectione locorum & Sertorij per montes neque fuga neque manu certare possunt, neq; uilia parare. exercitus in Asia Ciliciaq; ob nimias opes Mithridatis a- lûrur. Macedonia plena \* hostibus est, nec mi- nus Italiæ maritima, & prouinciãrũ: cum inte- rim uectigalia parua, & bellis incerta, uix par- tem sumptuũ sustinent. ita classe qua cõmea- tus uehebatur, minore, quàm antea, nauiga- mus. Hæc si dolo aut locordia nostra contra- cta sunt, agite ut liber: & ita suppliciu sumite: sin fortuna cõmunis asperior est, quare indigna uobis nobisq; & Repub. incipitis: Atq; ego, cu- ius etati mors propior est, nò deprecor siquid ea uobis incõmodi demitur: \* neq; mox inge- nuo corpori honestius, quàm pro uestra salu- te sine uitæ fecerim. Adsum en C. Cotta. Cof- facio, quod sæpe maiores asperis bellis fecere, uoueo dedoq; me pro Repub. quã deinde cui mandetis, circũspicite. Nam talem honore bo- nus nemo uolet: cũ fortunæ & pacis, & belli ab alijs acti ratio reddenda, aut turpiter moriendũ sit: tantũmodo in animis habetote, non me ob- scelus aut auariciã cõsum, sed uolentè pro ma- ximis beneficijs animã dono dedisse. Per uos igitur, Quirites, & gloriã maiorũ precor, tole- rate aduersa, & cõsultite Reip. Multa cura sum- mo imperio inest: multi ingentes labores: quod nequicquã abnuitis: & pacis opulentia quæ- ritis, cum omnes prouincia, regna, maria, ter- ræq; aspera aut fessa bellis sint.

\* hostium

\* neq; mori in- genio corpori honestius, quàm pro uestra salute sine uitæ fecerim.

COMMENTARIUS

BAD.

Quirites. ] Hæc oratio dicitur C. Cottæ consulis quod ex eo patet, quòd ipse in ea, Cn. Cotta C. consul. of- fendi tamè in Epitomatibus L. Flori, quòd M. Aurelius Cot- ta cõsul, ad Chalcedoniam prælio à rege uictus est, rexq; à Pompeio & Metello uictus. Itemq; iudicia per M. Au- relium Cottam, ad equites Romanos translata sunt: quo tempore Mithridatis desperatione rerum suarum ad Tri- gramem regem Armeniæ confugit. Unde siue idem Cotta sit, siue alius, certũ est, quòd postquam malè ab eo pugna- tum erat, & rursus in patriam ad ciuitatem receptus e- rat, hanc orationem habuit: in qua commiserationem po- puli ex infortunio suo & uoluntaria (si exigatur) deu- otione implorat. Quorũ alia. ] i. quædam: partim. i. alia. Negocio. ] s. gerendo. Labos, nũc labor uisitatius dicitur. Opes. ] i. facultates, non ingenium mutabant: quia ani- mum inuitum gerebat. Patricia ueltri. ] i. Si uos uiti- o meo aut negligentiã occisi estis in amicis aut liberis uestris. Bis genitus. ] quia postliminiò renatus uidetur, cum iterũ sit patriæ datus. Pœna mortuo. ] id fidei nostræ quadrat. Vici. ] hoc est superaui. Magistratibus. ] scz gerendis: nisi sit legendum, Magistratus. Dedistis. ] postquam ex captiuitate aut fuga redijt, Consules fecistis. ] Ostendit difficultatem rei gerendæ. Hispaniæ, ] i. qui in Hispania Romano exercitui imperant: postunt, scilz à consulibus: quorum alter erat Cotta. Et Sertorium. ] qui ad Nithri- atem defecerat. Mithridatis. ] i. quis à Mithridate tra-

punit. Parua. ] quia dum bella geruntur, non possunt ue- ctigalia tam abundè colligi: & si colligantur, in pericu- lo sint ne intercipientur. Commeatus. ] i. uectigalia, aut ad uictum exercitus pertinentia. Contra cta. ] id est com- parata: hoc est, si euenerunt. Incipitis. ] s. obmurmuran- do contra consules immerito. Ea. ] i. per eius amonitiõ- hoc est, Si uita mea uobis ait reip. deirimento est. Cui mandetis. ] Tacite inuit se aduue utilem fore reip. cum non sit facilis reperit melior. Cum fortuna. ] Ordo est: Cum ratio fortuna belli & maris & terræ acti ab alijs sit reddenda, aut moriendum turpiter, si reddere nò pos- sit. Casum. ] Non quòd iam casus sit, sed si decreuerit pro rep. cadendum esse. Per uos. ] q. d. Per uestra salutè rogati. Pacis opulentia. ] hoc est, que in pace esse solet.

Neq; decretis labos. ] Sic rectè, cõtra quam Scbur- rerius impressit. Nam testatur in primum Aeneidos Ser- uium, ubiq; penè Sallustium labos dixisse, pro labor. Ma- cedonia plena hostibus est. ] Venetum, hostium est: quo- modo & Argentoratensis. Tamen si quod ad sensum ato- tinet, parum refert, utrum leg. as. Quare indigna uobis, nobisq; & reip. incipitis? ] Venetum: & Scburreriant, Rep. casu ablatiuo. Per uos igitur Quirites, & glo- riam maiorum precor, tolerate aduersa. ] s. Precor, non est in Venetio, neque in Argentoratensi. ac rectius abesse poterit. Nam & aliis eodem modo Crispus.

RIV.

**S**I Quirites parum aestimaretis quid interius a maioribus relictum uobis, & hoc a Sylla paratum seruitium interesset, multis mihi differendum fuisse, docendumque, quas ob iniurias, & quoties a patribus armata plebes fecisset, utique uindices parauisset omnibus iuris sui Tribunos plebis. Nunc hortari modò reliquum est, & ire primum uia, qua capeffendam arbitror libertatem. Neque me praeterit quantas opes nobilitatis solus impotens inani specie magistratus pellere dominatione incipiam, quantoque tutius factio noxiorum agat, quam soli innocentes: sed praeter spem bonam ex uobis ( quae merum uicit ) statui certamina aduersa pro libertate, potiora esse forti uiro, quam omnino non certauisse. quamquam omnes alij creati pro iure uestro uim cunctam & imperia sua gratia aut spe, aut praemijs in uos conuertere: meliusque, habent mercede delinquere, quam praesertim recte facere. Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aeternum, exercitus, regna, prouincias occupauerunt, & arcem habent ex spolijs uestriuscum interim more pecorum uos, multitudo, singulis habendos fruendosque praebetis, exuti omnibusque maiores reliquere, nisi iusque uosmetipsi per suffragia, ut praesides olim, nunc dominos destinatis. Itaque concessere illuc omnes: & mox si uestra receperitis, ad uos redibunt plerique ( rarus enim animus est ad ea quae placet, defendenda ) caetera ualidiorum sunt. An dubium habetis ne officere quid uobis uno animo pergentibus possit, quos languidos socordesque pertinuere: nisi forte C. Cotta ex factio ne media Cof. aliter quam metu iura quaedam Tribuno plebis restituit. & quamquam L. Cinncius primus de potestate Tribunitia loqui ausus, instantibus uobis circumuentus erat: tamen prius illi inuidiam metuere, quam uos in iuria pertasum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. Nam spem frustra fuisse intellexistis. Sylla mortuo, qui scelestum impouerat seruitium, finem mali credebatis. ortus est longaeuior Catulus. tumultus intercessit Bruto & Aemilio Mamerco Cof. Dein C. Curio ad exitum usque infonsis tribuni dominatus est. Lucullus superiore anno. quantis animis ferit in L. Quintum, uidistis. quantae denique nunc mihi turbae concitantur. quae profecto incaffum agerentur, si prius quam uos seruiendi finem, illi dominationis facturi erant: praesertim cum his ciuilibus, armis dicta alia, sed certatim utrinque de dominatione in uobis sit. Itaque caetera ex licentia aut odio aut auaricia in tempore arferre, permanfit una res modò, quae utrinque quaesita est, & erepta in posterum, uis tribunitia, telum a maioribus libertati paratum. quod ego uos moneo, quaeque: ut animaduerteratis: neu nomi

na rerum ad ignauia mutantes, oculi pro seruitio appelletis. quo iam ipso frui, si uera & honesta flagitiu superauerint, non est conditio: fuisse, si omnino quiescissetis. Nunc animu aduertite: & nisi uiceritis, quonia omnis iniuria grauitate tutior est, arctius habebunt. Quid cenles igitur aliquis uestrum subiecerit. Primum omnium mittendum more hunc quem agitis, impigræ linguae, animi ignauim non ultra concionescum memores, libertatis deinde: ne uos ad uirilia illa uocet, quo tribuni plebei modò patrium magistratu. Libera ab authoribus patricijs suffragia maiores uestri parauere: quauis Quirites in uobis sit, & quae iusta nunc pro alijs toleratis, pro uobis agere, aut non agere certe possitis. Iouem, aut aliu quem deum consulat expectatis: Magna illa consulu imperia, & patrum decreta uos exequendo rata efficitis, Quirites: ultraque licentia in uos actum atque adiutu properatis. Neque ego uos ultum iniurias hortor, magis uti requie cupiatis, neque discordias, ut illi criminantur, sed earu finem uolens iure gentiu res repeto. & si pertinaciter retinebunt: non arma, neque secessione tantum modo, sed ne amplius sanguine uestrum praebatis censeo. Gerant habeantque suo modo imperia, quarat triumphos. Mithridatem, Sertorium, & reliquias exulu persequantur cum imaginibus suis. Absit periculum & labor, quibus nulla pars fructus est. Nisi forte repentina ista frumentaria lege mania uestra pensantur: cum tamen qui his modis libertatem omnium aestimauerit, in profecto non amplius possunt alimentis carere. naque utilis exiguitate mors prohibetur. Senescunt uires, sic ut neque absoluti cura familiari tate parua res possit. At & ignauissimi neque tenuissimi ma spe frustrantur. quae tamquam uis ampla, quonia seruitij preciu ostentarent: cuius torpedinis erat, decipi, & uestraru rerum ultro iniuria gratia debere: Namque alio modo neque ualere in uniuersos, neque conabuntur. Cauendum tamen dolus est. Itaque simul coparant delinimenta, & differunt uos in aduentu Cn. Pomp. quae ipsum ubi pertinuere, sublatum in ceruices suas, mox dempto metu lacerant. neque eos pudet, uindices, uti se ferunt, libertatis, tot uiros sine uno aut remittere iniuria non audere, aut ius non posse defendere. Mihi quidem satis spectatum est. Pompeiu tantae gloriae adolescentem malle principem uolentibus uobis esse, quam illis dominationis, & sociu auctoremque: in primis fore tribunitiae potestatis. Verum Quirites, antea singuli ciues in pluribus, non in uno cuncti praesidia habebatis: neque mortalium quibus dare aut eripere talia uis poterat. Itaque uerborum satis dictum est. neque enim ignorantia res claudit. Verum occupauit nescio quae uos torpede, cui neque gloria mouemini, neque flagitio: quoniam praesenti ignauia mutastis

**A** mutastis: abunde libertatem rati, quia tergis abiretetur: & huc ire licet atque illuc munera ditum dominorum. atque haec eadem non sunt agreribus, sed caduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in prouincias magi-

stratibus. Ita pugnatur & uincitur a paucis plebs: quodcunque accidit, pro uicta est, & in dies magis erit, si quidem in maiore cura dominationem illi retinuerint, quam uos repetiueritis libertatem.

COMMENTARIUS.

**B**AD. **¶** Si Quirites. Hae oratio inscribitur Marci tribuni plebis: sed cum multi sint tribuni plebis hoc nomine, non facile constat cuius nam sit nisi quod, quia in Syllam dicit, sub illius dominatione uixerit. ut Marcus Lepidus Syllae in existens. Si parum. ¶ 7. d. Cum iam plurimum existimatis. Erit. ¶ alij dicerent. Foret. Viti. ¶ i. uti hoc et uti uindices. i. de iudicibus omnis iuris sui, uel de tribunis plebis. Nunc hortari. i. modò: hoc est, solum est reliquum, id est restat. Capeffendam. hoc est, arripendam. Neque me praeterit. ¶ id est benefico. Solum. ¶ scilicet Sylla. Ina in specie magistratus. ¶ scilicet dicitur, quam in solent uisum esse: quia cum uiginti quatuor processu fasces (quod ante eum nullus unquam attentauerat, & rebus nouis republice statum confirmant) tribunorum plebis potestatem minuit & omnino legum ferendarum ademit. Unde hic tribuni in eum inuehatur. Dominatione. ¶ quia se pro domo gessit. Factio noxiorum. ¶ ut Sylla & aliorum. Fori uiro. ¶ hoc est qui malit pro libertate pericula obire quam ita seruire. Quamquam omnes alij, &c. sua gratia. ¶ id est, ob proprium commodum. Meliusque habent. ¶ i. existimant: cum tamen non sit ita. Quam gratis. ¶ i. sine mercede: quia qui plebi obsequuntur, nihil mercedis referunt: qui uero nobilibus, plurimum. Per militare nomen. ¶ id est sub praetextu gerendae militiae pro reipub. Habendos. ¶ id est tenendos in seruitute quadam. Omnibus. ¶ dignitatibus & priuilegijs: reliquere, s. a se parata: ut bona hereditaria relinquuntur minoribus, nisi quia uoluerint se destituisse. i. ordinatis & additis ad magistratum nunc dominos, contra quos nullus audeat suffragium dare. Illuc. ¶ ad factionem paucorum potentium. Si uestra. ¶ iura & munera. Rarus enim animus est, id est singularis & multum strenuus: ad deferenda, id est protegendam ea quae placent. aut rarus, id est infrequens est animus ad defendenda, id est prohibenda ea quae placent: caetera quae non placent, quaeque neglectu habentur, sunt ualidiorum, hoc est plus ualentium. Officere. ¶ i. nocere. q. d. Si unanimes iuratus, nihil uobis obesse possit. Quos languidos. ¶ hoc est cum ad huc essent languidi & pusillanimes. Iura quaedam. ¶ quia per M. Aurelium Cotta praetorem, ad equites Romanos iudicia translata sunt. De potestate tribunitia. ¶ scilicet restringenda. Catulus. ¶ qui collega Lepidi in consulatu ipsam Italia expulsi: quod acta Sylla rescindere dicitur. Erit ergo imitator Sylla. Quoniam animus. ¶ id est animosus. i. q. d. Maximus. Historiae autem tunc temporis recentes erant, & ita non opus erat eis pluribus exequi: nunc autem quia Linius praesertim intercidit, multae obcurae sunt, multae tamen ex Epitomatis L. Flori colligi possunt. Ex licentia. ¶ id est infrenata potentia & libidine. Vis tribunitia erepta. ¶ i. emanibus plebis. Paratum. ¶ id est comparatum a libertati, scilicet conferuanda. Ocium pro seruitio. ¶ i. quod debetis appellare seruitium. Grauitate tutior. ¶ hoc est, Quanto

uehementior est in iniuria inferenda, tanto tutior est. quia remisse agenti resistitur. Habebunt. ¶ hoc est tractabunt. Primum. ¶ supple censeo. Deinde uocem. ¶ i. ad uocet. Libera suffragia. ¶ id est, ut dicitur, uoces aut uota aut puncta ad electionem magistratum. In uobis. ¶ id est penes uos, & in potestate uestra. Consulatorem. ¶ id est datorem opis & consilij: cum consulatorem ferat, qui petit consilium. Exequendo. ¶ i. faciendo iocundum decreta. Factis ea rata. ¶ i. ostenditis auctoritatem in uos habere, & uos eis subiectos. Auctum atque adiutum properatis licentiam. ¶ Auctum & adiutum supra sunt. Viliam iniurias. ¶ id quod supra: sed quia Hortor non importat motum, subadiutum ire: ut sit, Neque hortor uos ire uelatum. Ut illi criminantur. ¶ i. criminando obiciunt uulbi. Sed earum. ¶ i. discordiarum aut iniuriarum suarum uolens. Iure gentium. ¶ i. quod apud omnes gentes licitum et iustum censurares repeto, ablatum per Syllam: iura tribunitiae potestatis. Et si pertinaciter retinebunt. ¶ i. iura uestra: non censeo arma supraferenda: neque secessionem supra uobis faciendam: sed tantummodo ne praebentis amplius sanguinem uestrum, gerendo bella pro conseruando uominio nobilium in uos. Mithridatem. ¶ regem Ponti, & summum hostem pop. Rom. Sertorium. ¶ qui proscriptus ingens bellum in ulteriore Hispania excitauit, & cum C. Pompeio dubia uictoria pugnauit: Metellum autem & Perpennam cum duobus exercitibus praeto fudit: cuius uictoriae partem cupiens auferre Pompeius, parum prosperè pugnauit. Obsequus deinde Calagurij aduersu irruptionibus, non leuiora damna obfiditibus uult. Mox Mithridates cum coedere ceto, bellum populo Romano intulit: sed tandem a M. Antonio & M. Perpenna & alijs conuicatis in conuiuium interfecit. Cum magnibus. ¶ i. stemmatis aut insignibus maiorum. Absit. ¶ scilicet a uobis: quoniam seruitij precium, supple sunt, cuius torpedinis. q. d. summae. Iniuria. ¶ id est ob iniuriam. Differunt. ¶ id est suspensos tenent. Ignorantiae claudu. ¶ id est impedit, ab effectu obtinendo. Non gloria. ¶ i. ex libertate & pristina dignitate. Non flagitio. ¶ scilicet Sylla & popularium eius. Quia tergis. ¶ i. uestris abstineat: impersonaliter legam, non abstineatur. i. Quia terga uestra non caduntur. Munera. ¶ i. largitiones impune facere. Ad haec eadem non sunt agreribus. ¶ i. is qui in agris degunt. Sed nobilium caduntur inter potentium uincitatus. i. dum potentes inter se mimicitias suas exercent. Et dantur dono, in donationem. Reuenerunt. ¶ i. retinebunt. Quam uos repetiueritis. i. repetitis.

**¶** Nisi quia uosmetipsi per suffragia. ¶ Lege, uosmet ipsi. Rarus enim animus est ad ea quae placent defendenda. ¶ Legendum. Rarus: pro, paucus. hoc est, Quotocunque animus est? &c. Dein C. Curio ad exitum usque infonsis tribuni dominatus est. ¶ Venemus, ad exitum usque. Sed prior lectio mihi aridet magis.

EPISTOLA CN. POMP. AD SENATVM.

S I aduersus uos, patriamq; & deos penates toties labores & pericula suscepissem, quoties à prima adoleſcentia ductu meo ſcelentiſſimi hoſtes fuiſi, & uobis ſalus quaſita eſt, nihil amplius in abſentem me ſtauiſſetis, quam adhuc agitatis, P. C. quem contra aetatem proicctum ad bellũ ſauisſimũ cũ exercitu optimè merito, quantum eſt in uobis, fame miſerrima omnium, & morte confeceiſtis. Hac in ſpe pop. Ro. liberof ſuos ad bellũ miſit. Hæc ſunt præmia pro uulnerib; & toties ob Rempub. fuſo ſanguine? Feſſus ſcribendo, mittendo que legatos, omnies opes & ſpes priuatas meas coſumpſi, cum interim à uobis per triennium uix annuus ſumptus datus eſt. Per deos immortales, urrum cenſetis? me uicem ararij præſtare? an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe? Equidem fateor me ad hoc bellum maiore ſtudio quam conſilio profectum, quippe qui nomine modò imperij à uobis accepto, diebus quadraginta exercitũ parauit, hoſteisq; in ceruicibus iam Italiae agentes, ab Alpibus in Hiſpaniam ſummouit: per eas iter aliud atq; Hannibal nobis opportunius patefecit. Recepi Galliam, Pirenæum, & Hiſpaniam indigentes: & primum impetum Sertorij uictoris, nouis quidem militibus, &

multo paucioribus ſuſtinui, hyememque in caſtris inter ſauisſimos hoſtes, non per oppida, neq; ex ambitione mea egi. Quid deinde prælia aut expeditiones hyernas, oppida exciſa aut recepta enumerem? quando res plus ualent, quam uerba. Caſtra hoſtium apud Suconem capta, & prælium apud flumen Durium, & dux hoſtium C. Herennius cum urbe Valentia & exercitus delecti, ſatis clara uobis ſunt: proque his, o grati patres, egeſtatem & famem redditis. Itaque meo & hoſtium exercitui par conditio eſt. namque ſtipendium neutri datur, uictor uterque in Italiam uenire poteſt. Quod ego uos moneo quaſi ut animaduertatis, \* neu cogatis \* neu mi. neceſſitatibus priuatum mihi conſulere. Hiſpaniam citeriorem, qua non ab hoſtibus tenetur, nos aut Sertorius ad interuentionem ualtauimus, præter maritimæ ciuitates, ultro nobis ſumptui onerique. Gallia ſuperiore anno Metelli exercitum ſtipendio frumento. B que aluit, & nunc malis fructibus ipſa uix agitatur. Ego non rem familiarem modo, uerum etiam ſidem conſumpſi. Reliqui uos eſtis, qui niſi ſubuenitis, inuito & prædicente me exercitus hinc, & cum eo omne bellum Hiſpaniæ in Italiam tranſgredientur.

COMMENTARIVS.

B AD. ¶ Si aduerſus uos. ] Hæc epiſtola C. Pompeij ad ſenatum pro ſtipendio & comæatu habendo ſcripta, fiducia plena eſt: ut agnoſcamus ab eo ſcriptam, qui magnifico & incorrupto animo rem gerebat. Si aduerſus uos. ] i. Si ita contra uos & deos penates militaſſi ſem, ut pro uobis & pro dñs militaui: non poſſetis acerbis in me animaduertere, quam omnium rerum egentium in tanto exercitu derelinquere. Contra aetatem. ] erat enim admodum adoleſcens. Ad bellum ſeuſſimum. ] quale erat contra Sertorium in Hiſpania. Fame confeceiſtis. ] id eſt exterminatiſ: appoſitorie. Miſerrima morte omnium. ] id eſt que confeſſio famis, eſt miſerrima mors. Hac in ſpe. ] ut ſcilicet fame periret, & ab ſenatu derelinqueretur in terra hoſtili ſine ſubſidio & comæatu. Feſſus ſcribendo. ] Saepè ergo antea pro auxilio ſcripſerat. Omnies opes & ſpes priuatas. ] id eſt queſ priuatis in amicis habueram. Annuus, id eſt unius anni ſumptus: cum triennium hic fuerunt. Me uicem ararij præſtare. ] id eſt hic eſſe pro arario, id eſt ut mea pecunia poſſim exercitum ſuſtinere. An me poſſe habere exercitum ſine frumento & ſtipendio. ] id eſt qui alatur quaſi exuento. Maiore ſtudio. ] id eſt zelo & conatu. Modò. ] id eſt ſolummodo nomine imperij: q. d. Sine auxilio imperiali. Heſitiſ; agentis. ] id eſt inimicos uiuentes iam in ceruicibus. id eſt in onere Italiae. Atque Annibal. ] id eſt quam Annibal, qui per Alpes traiecit in

Italiam, ſuſtinui primum impetum. ] quia dubia uictoria. In caſtris. ] non in oppidis. Proſq; his, o grati patres. ] ironia eſt. Par conditio. ] quia ſimilis egeſtis, & non magis nobis quam hoſti ſubuenitur. unde addit. Namque ſtipendium neutri ſcilicet exercitui datur. Uictor uterque. ] ſcilicet, ſi uicerit ſuo ſumptu & impendio, poteſt in Italiam uenire, cum nemo reſiſtat. Quod. ] id eſt propter quod. Priuatum. ] id eſt peculiariter. Ad interuentionem. ] id eſt exterminationem, qua omnia nece abſumpta ſunt. Ultrò. ] id eſt non lactuſus à nobis. Sumptus nobis. ] quia propter eas plura expendere cogebantur. Malis fructibus. ] id eſt inſanciatum & immittit quia eo anno non erat magnus prouentus frumenti in Gallia: & ita carius amona. Agitat. ] id eſt uix. Eadem. ] id eſt crudelitate, quam mihi habebant creditores. Tranſgredietur in Italiam. ] id eſt quod nunc in Hiſpaniam à nobis geritur, geretur ab Hiſpani in Italia contra nos. ¶ Quantum eſt in nobis, fame miſerrima omnium, & morte confeceiſtis. ] Legendum Fame, miſerrima omnium morte confeceiſtis: ut omiſſa copula, per appoſitionem, quam ſi Grammatici uocant, coniungas uos & uictor uterque, ut ille canit. Famem alacub; Lilius uultum ſupplicium humano rum uocat.

REB

REX MITHRIDATES REGI ARSACTI, S.

A Mnes qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent, liceat ne tum pacem agere: deinde, quod quaeritur, ſatis nium, tutum, glorioſum, an indecorum ſit. Tibi perpetua pace frui liceret, niſi hoſtes opportuni & ſcelentiſſimi. Egregia fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt: neque petere audeam ſocietatem: & fruſtrà mala mea cum bonis tuis miſceri ſperem: \* atque ea qua te morari poſſe \* uidentur, ira in Tigranem recentis belli, & mea res parum proſperæ (ſi uera exſtitimare uoles) innoximè hortabuntur. Ille enim innoxius, qualem tu uoles ſocietatem accipiet. Mihi fortuna, multis rebus ereptis, uſum dedit bene ſuadendi: & quod ſtudentibus optabile eſt, ego non ualidiſſimus præbeo exemplum quo rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cūctis, una, & ea uetus, cauſa bellandi eſt, cupido profunda imperij, & diuitiarum: qua primo cum rege Macedoniae Philippo bellum ſumpſere, dum à Carthaginienſibus premebantur, amicitiam ſimulantes: eiſ ſubuenientem Antiochum conſeſſione Aſiæ per dolum auertèrè, ac mox à Philippo Antiochum omniſiſ Taurum agro, & decem milibus talentorum ſpoliatus eſt. Perſen deinde Philippi filium poſt multa & uaria ceramina apud Samoſtracos deos acceptum in fidem, callidi & reptores perſidiæ, quia pacto uitam dederant, in ſomnis occidèrè. Eumenem, cuius amicitiam glorioſè oſtentant, initio prodidèrè Antiocho, pacis mercede poſt habitata: cuſtodi agri captiui ſumptibus & cõtumelijs ex rege miſerrimũ ſeruum effecèrè: ſimulatoque impio teſtamento, filium eius Ariftonicum, quia patrium regnum petiuerat, hoſtium more per triumphum duxèrè. Aſia ab ipſiſ obſeſſa eſt. Poſtremo totam Bithyniam Nicomedes mortuo diripuèrè, cum filius Nuſa, quem regem appellauerat, genitus haud dubie eſſet. Nam quid ego me appellem? quem diſiunctum undiq; regnis & tetrarchijs ab imperio eorũ, quia fama erat diuitum, neque ſeruiurum eſſe, per Nicomedem bello laceſſerunt, ſceleris eorum haud ignarum, & ea que accidèrè, teſtatum antea. Cretenſes ſoli omnũ liberi ea tempeſtate, & rex Prolemæus. Atque ego ultus iniurias, Nicomedè Bithynia expuli, Aſiamq; ſpoliũ regis Antiochi recepi, & Græciæ dempſi graue ſeruitium. Incepta mea poſtremus ſeruatorum Archelaus exercitu proſtito impediuit. Illiq; quos ignauia aut praua calliditas, ut meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuerũt, acerbiſſimas poenas ſolunt. Prolemæus precio diem belli prolatas, Cretenſes impugnatifemel iam, ueque ſinem niſi excidio habitari. Equidem cum mihi ob iſporum interea mala

dilata, prælia magis quam pacem datam intel ligerem, abnuente Tigrane, qui mea diſta ſero probat, te remoto procul, omnibus alijs obnoxijs, ruriſus tamen bellum cappi, Marcamq; Cœtam Romanum ducem apud Chalcedona terra ſudi, mari exui claſſe pulcherriſſima. apud Cizycũ magno cum exercitu in obſidione moranti frumentum deſuit, nullo circū admittèrè: ſimul hyems mari prohibebat, ita ſine ui hoſtium regredi \* coactus in patriũ regnum, naufragijs apud Parũ & Heracleam militum optimos cum claſſibus amiſiſ. reſtitato deinde apud Gaberam exercitu, & uarijs inter me atque Lucullum prælijs, inopia ruriſus ambos inceſiſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzani bello intactum. Ego ualtis circū omnibus locis, in Armeniã conceſſi, ſecutiq; Romani non me, ſed morem ſuum, omnia regna ſubuertendi, quia multitudinem arctis locis pugna prohibuèrè, imprudentiam Tigranis pro uictoria oſtentant. Nunc quaſi conſidera, nobis oppreſſis utrum firmiorem te ad reſiſtendum, an ſinem belli ſaturum puteris? Scio equidem tibi magnas opes uirorum, armorum, & auri eſſe, & ea re à nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædã peteris. Cæterum conſilium eſt, Tigranis regno integro, meis militibus procul ab domo, paruo labore per noſtra corpora bellum conſicere, quando neque uincere, neque uinci ſine tuo periculo poſſumus. An ignoras Romanos, poſtquam ad occidentem pergentiſ ſinem Oceanus facit, arma huc conuerſiſſe? neque quicquam à principio, niſi \* partum habere, domum, cõiuges, agros, imperium, conuenas: olim ſine patria, ſine parentibus, peſte conditos orbis terrarum, quibus non humana ulla neque diuina obſtant, quin ſocios amicos procul iuxtaq; ſitos inopes potententiſq; trahant excidantq; omniãq; & maximè regna, hoſtilia ducant. Nanq; pauci libertatem, pars magna iuſtos dominos uolunt: nos ſuſpecti ſumus æmuli, & in tempo re uindictes affaturi. Tu uerò cui Seleucia, inaxima urbium, regnumque Perſidis \* inclytum diuitijs eſt: quid ab illis niſi dolum in præſentibus, & poſtea bellum expectas? Romani arma in omnes habent, acerrima in eos quibus uictis ſpolia maxima ſunt. Audendo & fallendo, & bella ex bellis ferendo, magni facti, per hunc morem extinguet omnia, aut occident. quod difficile non eſt, ſi tu Meſopotamia, nos Armenia circumgredimur. Exercitus ſine frumento, ſine auxilijs, fortuna autem noſtris \* uictijs adhuc in columis: teq; illa fama ſequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppreſſiſſe. Quod uti facias moneo hortorq; ne, niſi malis pernicie noſtra tuum imperium prolatas, quam ſocietate uictor fieri.

DD 3 COME

\* Laleiani. & indigentes. populif ſine Hiſpaniæ: apud ſinum libri tertij, capitulo tertio.

A Mnes qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent, liceat ne tum pacem agere: deinde, quod quaeritur, ſatis nium, tutum, glorioſum, an indecorum ſit. Tibi perpetua pace frui liceret, niſi hoſtes opportuni & ſcelentiſſimi. Egregia fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt: neque petere audeam ſocietatem: & fruſtrà mala mea cum bonis tuis miſceri ſperem: \* atque ea qua te morari poſſe \* uidentur, ira in Tigranem recentis belli, & mea res parum proſperæ (ſi uera exſtitimare uoles) innoximè hortabuntur. Ille enim innoxius, qualem tu uoles ſocietatem accipiet. Mihi fortuna, multis rebus ereptis, uſum dedit bene ſuadendi: & quod ſtudentibus optabile eſt, ego non ualidiſſimus præbeo exemplum quo rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cūctis, una, & ea uetus, cauſa bellandi eſt, cupido profunda imperij, & diuitiarum: qua primo cum rege Macedoniae Philippo bellum ſumpſere, dum à Carthaginienſibus premebantur, amicitiam ſimulantes: eiſ ſubuenientem Antiochum conſeſſione Aſiæ per dolum auertèrè, ac mox à Philippo Antiochum omniſiſ Taurum agro, & decem milibus talentorum ſpoliatus eſt. Perſen deinde Philippi filium poſt multa & uaria ceramina apud Samoſtracos deos acceptum in fidem, callidi & reptores perſidiæ, quia pacto uitam dederant, in ſomnis occidèrè. Eumenem, cuius amicitiam glorioſè oſtentant, initio prodidèrè Antiocho, pacis mercede poſt habitata: cuſtodi agri captiui ſumptibus & cõtumelijs ex rege miſerrimũ ſeruum effecèrè: ſimulatoque impio teſtamento, filium eius Ariftonicum, quia patrium regnum petiuerat, hoſtium more per triumphum duxèrè. Aſia ab ipſiſ obſeſſa eſt. Poſtremo totam Bithyniam Nicomedes mortuo diripuèrè, cum filius Nuſa, quem regem appellauerat, genitus haud dubie eſſet. Nam quid ego me appellem? quem diſiunctum undiq; regnis & tetrarchijs ab imperio eorũ, quia fama erat diuitum, neque ſeruiurum eſſe, per Nicomedem bello laceſſerunt, ſceleris eorum haud ignarum, & ea que accidèrè, teſtatum antea. Cretenſes ſoli omnũ liberi ea tempeſtate, & rex Prolemæus. Atque ego ultus iniurias, Nicomedè Bithynia expuli, Aſiamq; ſpoliũ regis Antiochi recepi, & Græciæ dempſi graue ſeruitium. Incepta mea poſtremus ſeruatorum Archelaus exercitu proſtito impediuit. Illiq; quos ignauia aut praua calliditas, ut meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuerũt, acerbiſſimas poenas ſolunt. Prolemæus precio diem belli prolatas, Cretenſes impugnatifemel iam, ueque ſinem niſi excidio habitari. Equidem cum mihi ob iſporum interea mala

\* atqui uideur

De Perſe triumphauit Paulus Æmilium.

\* conditiſ

\* partum

\* inclytum

\* uictijs



COMENTARIVS.

**BAD.** ¶ Omnes qui secundis reb[us]. ] Hac epistola Mithri  
 datis regis Ponti, ad Arsacem regem Persarum est. Nam  
 ut Servius attestatur, omnes reges Persarum Arsaces di-  
 cebatur. Eam autē dedidit uideatur, quando ad Tigras  
 nem regem Armenia fugere cogebatur: dissimulat tamē  
 adhuc timorem & egestatem, ut facilius Arsacem ad so-  
 cietatem belli contra Romanos inuendam pelliciat. cuius  
 gratia etiam (ut in tali re fieri solet) ostendit Romanos  
 communes omnium regum hostes. quod etiam Iugurtha  
 Boccho scripserat. Dicit ergo in principio, Arsaci uile  
 esse communibus armis communes hostes propellere: quia  
 etiam si in pace uiuere uelit, a Romanis non permittetur.  
 Deinde ostendit etiam honestum, quia gloriosum  
 & ab omnibus laudabilem consequeretur uictoriam.  
 Neq[ue] petere. ] Callide purgat que ob stare uidentur, ui-  
 delicet iram recentis belli. i. propter bellum paulo ante  
 gestum, propter quam uideretur non posse conuenire in-  
 ter ipsum & Tigranē: sed eā purgat, quia cū Tigranes  
 sit sibi obnoxius, docet ex sententia sua omnia facturum.  
 Mox res parum prospera. ] quia ter infeliciter pugnauit  
 cum Romanis, & tandem sibi mortē inferre coactus est,  
 quod ueneno non potuit quia medicamento, quod ab eo  
 Mithridaticum uocant, praemunitus longo usu, ueneno  
 confecti nō potuit: pater autē eius etiā Mithridates nomine,  
 erat Romanis amicus. Docet autē, ex aduersa fortuna  
 se meliorē & prudentiorē ad bellū esse factum. Ea causa, s.  
 cupidio. i. cupiditas: per dolū. i. calliditatē. Omni eis au-  
 rum agro. ] prater aurū: Persen, de quo Paulus Aemilius  
 Macedonicus triumphauit. Antiocho, rege Tyria. Misero-  
 rum seruorū. ] quia uirō inferuentē. Dederat enim  
 ingentia munera Scipioni, quae in se acceptura pro tribu-  
 nali, idē Scipio dixit. Aristoniciū. ] Florus dicit, Ariston-  
 nicū regis Eumenis filiu Afiā occupasse: & aduersus  
 eum. P. Liciniū Craffum consulē, cum idē pontifex  
 maximus esset (quod nunquā antea factum erat.) extra  
 Italiam profectū, & ab eo pratio uictū & interemptum  
 fuisse. Sed eundē Aristoniciū deinde a M. Perpenna ui-  
 ctum: & deinde, in deditionē acceptū. Nicomede morte-  
 tuo. ] qui mortē populū Romanū fecit heredē: regnum  
 eius in Prouinciae formā redactum est. Nisa. ] cum Ni-  
 comedes praeripit, ut quae eum suum nō putaret. Tretrar-  
 chys. ] i. principibus ad quatuor pertinentibus. Ptole-  
 maus. ] rex Aegypti, uisus inuictus a Nicomede illat. S.  
 Spoliū regis Antiochi. ] Afiā spoliū, oppositio est: quod  
 uulgares dixerūt, in spoliū aut tanquā spoliū. Postremus. ]  
 i. pessimus aut infimus seruorū. Quos abstulit. ] i. longē  
 tenuit et seuit. Ptolemaus prolatans. ] sup. est: precio,  
 Romanis dato bellū ad dies, aliquot, donec me uicerint.  
 Cretenses semel impugnat. ] a Romanis, sup. sunt. neq[ue]  
 sunt habituri finem. s. bell. iam. i. deinceps, nisi excidio.

AD C. CAESAREM, DE REPUBLICA ORDINANDA.

Proprius depra-  
 uata est, & mē-  
 dis sciat haec o-  
 ratio.  
 \* alia.  
 Credo hunc esse  
 Appium, quem  
 Cicero s. Para

**P**opulus Rom. antea obtinebat, regna  
 atque imperia fortuna dono dare: item  
 \* illa, quae per mortales auidē cupiuntur  
 quia & apud indignos saepe erant, quasi  
 per libidinem data: neque cuiquam incorru-  
 pta permanferant, sed res docuit uerum esse,  
 quod in carminibus Appius ait, Fabrum  
 esse quenq[ue] fortunae, atq[ue] in te maximē, qui

tantū alios \* progressus es, ut prius defessi sint  
 homines laudanda facta tua. quā tu laude  
 digna faciēdo. Ceterum ut fabricata, sic uirtu-  
 te parata, quā magna industria haberi decet,  
 ne incuria deformetur, aut corrumpat infirma-  
 ta. Nemo enim alteri imperiū uolens cōcedit,  
 & quamuis nouus atq[ue] clemēs sit qui plus po-  
 test, tamen quia malo esse licet, formidat.  
 Id euenit,

R I V.

dox. sapien-  
 tem potant  
 appellat, d  
 dicit quonq[ue]  
 fingi sum m  
 ribus.  
 \* praeter-  
 gressus.

**A** Id euenit, quia plerique potentes per-  
 uerfē consulunt, & eo se muniores putant,  
 quo illi quibus imperant, nequiores fuere.  
 At contrā id eniti decet, cum ipse bonus atq[ue]  
 strenu[us] sis, uti quā optimis imperites. Nam  
 pessimus quifque asperrimē rectorē patitur.  
 Sed tibi hoc grauius est, quā ante omnibus  
 te armis parata cōponere. Bellum aliorū pace  
 mollius gessisti. ad hoc uictores praedā petūt,  
 uicti ciues sunt. Inter has difficultates euaden-  
 dum est tibi, atq[ue] in posterū firmanda Respub.  
 non armis modō, neq[ue] aduersum hostes: sed,  
 quod multo maius, multoq[ue] asperius est, bo-  
 nis pacis artibus. Ergo omnes magna medio-  
 critiq[ue] sapientia res huc uocat, quae quifq[ue] opti-  
 ma potest, uti dicat. Ac mihi sic uidetur, qua-  
 licunq[ue] modo tu uictoriā composueris, ita alia  
 omnia futura. Sed iam quo melius faciliusque  
 constituas, paucis quae me animus monet, ac-  
 cipe. Bellum tibi fuit imperator cum homine  
 claro, magnis opibus, auido potentē, maiore  
 fortuna quā sapientia, quē secuti sunt pauci  
 per suam iniuriā tibi inimici, item quos affinis  
 aut alia necessitudo traxit. Nam particeps  
 dominationis neq[ue] fuit quisquam, neq[ue] si pati  
 potuisset, orbis terrarū bello concussus foret.  
 Cetera multitudo, uulgi more magis quā iu-  
 dicio, post alius aliu quasi prudentiorē secuti.  
 Per idem tempus maledictis iniquorū occu-  
 pandae Reipub. in spē adducti homines, qui-  
 bus omnia probro ac luxuria polluta erant,  
 concurrere in castra tua: & aperte quietis mor-  
 tem, rapinas, postremo omnia quae corruptus  
 animus iubebat, munitari: ex quibus magna  
 pars ubi neq[ue] creditum condonare, neq[ue] te ci-  
 uibus sicuti hostibus uti uidet, defluxere: pau-  
 ci restitere, quibus maius ociū in castris, quā in  
 Romae futurum erat. tanta uis creditorum im-  
 pendebar. Sed ob easde causas, immane dictū  
 est, quanti & quā multi mortales postea ad  
 Pompeiū discesserint, eoq[ue] per omne tempus  
 belli quasi sacro atq[ue] in spoliato fano debitores  
 uis. Igitur quoniam tibi uictori de bello atque  
 pace agitantem estibus uti ciuili ter deponas,  
 illa ut quā iustissima & diuturna sit, de tei-  
 pio primū, \* quia compositurus es, quod o-  
 ptimum factū est, & istima. Equidē ego cuncta  
 imperia crudelia, magis acerba quā diuturna  
 arbitror, neq[ue] quenquā multis metuendū  
 esse, quin ad eum ex multis formido recidat.  
 Eam uita, bellum aeternum & anceps gerere:  
 quoniam neq[ue] aduersus, neq[ue] a tergo aut late-  
 ribus tatus sis: semper in periculo aut metu a-  
 gites. Contrā, qui benignitate & clementia  
 imperium temperauerit, his laeta & candida o-  
 mnia uisa, etiā hostes equiores quā alij ciues.  
 An qui me his dictis corruptorē uictoriae tuae,  
 nimisq[ue] in uictos bona uoluntate praedent,  
 scilicet quod ea quae externis nationibus natu-  
 ra hostibus, nosq[ue] maioresque nostri saepe  
 retribuere, ea ciuibus danda arbitror, neque  
 barbaro ritu caede cadem, & sanguine san-

Cn. Pompe-  
iū intelligit.

Epiphone-  
ma.

\* quia cōp.

guinem expiandum? An illa, quae paulo ante  
 hoc bellum in Cn. Pompeium, uictoriamque  
 Syllanam increpabantur, obliuio abstulit?  
 Domitium, Carbonem, Brutum, alios item  
 non armatos, neque in praelio belli iure, sed  
 polite supplices per summum scelus interfe-  
 ctos? plebem Romanam in uia publica pec-  
 toris modo conscissam? Heu quā illa occul-  
 ta ciuium funera, & repentinae caedes, in pa-  
 rentum aut liberos suum fuga mulierum &  
 puerorum, uallatio domorum? Ante partam  
 a te uictoriam omnia seua atq[ue] crudelia erant.  
 Ad quae te illi idem hortantur: & scilicet id  
 certatum esse, utriusque uelstram arbitrio, in-  
 iuriae ut fierent: neq[ue] receptam, sed captam a  
 te Rempub. & ea causa exercitus stipendijs  
 cōfictis optimos & ueterimos omnium, ad-  
 uersum fratres parentesque alij liberos armis  
 contendere: ut ex alienis malis deterrimi mor-  
 tales, uentri atque profundae libidini sumptus  
 quae rerent, atque essent opprobria uictoriae,  
 quorum flagitijs commacularetur honorum  
 laus. Neque enim te praertere puto quali quis  
 que eorum more aut modestia etiam tum du-  
 bia uictoria sese gesserit: quoque modo in bel-  
 li administratione scorta aut cōiuiua exercue-  
 rint nonnulli, quorū aetas ne per ociū quidem  
 tales uoluptates sine dedecore attigerit. De  
 bello satis dictum. De pace firmada, quoniam  
 tuq[ue] & omnes tui agitaris, primū id quae  
 considera, quale id sit de quo consultas: ita bo-  
 nis malisq[ue] dimotis, patenti uia ad uerum per-  
 ges. Ego sic existimo, quoniam orta omnia  
 intereunt, qua tempestate urbi Romanae fa-  
 tum excidij aduentarit: ciues cum ciuibus ma-  
 nus conferaturos: ita defessos & exangues,  
 Regi aut nationi praedae futuros, aliter non  
 orbis terrarū, neq[ue] cunctae gentes conglobate  
 mouere aut contundere queunt hoc imperium.  
 Firmada igitur sunt & concordiae bo-  
 na, & discordiae mala expellenda. Id ita eue-  
 niet, si sumptuum & rapinarū licentiam dem-  
 pseris, non ad uetera inflitura reuocans, quae  
 iam pridem corruptis moribus ludibrio sunt:  
 sed si suam cuique rem familiarem, & finem  
 sumptuum (latueris) quoniam is in celsis mos,  
 ut homines adolefcentuli sua atque aliena cō-  
 sumere, nihil libidini atque alijs rogantibus  
 denegare, pulcherimum putent: eam uirtu-  
 tem & magnitudinem animi, pudorem atq[ue]  
 modestiam pro socordia aestiment. Ego an-  
 imus ferox praua uia ingressus, ubi consueta  
 non suppetunt, fertur accensus in socios mo-  
 dō, modō in ciues: mouet composita, & res  
 nouas ueteribus acquirit. Quae tollēdas fax  
 nerat in posterum: uti suas quisq[ue] res cure-  
 mus. Ea uera atq[ue] simplex uia est, magistratū  
 populo, non creditori gerere: & magnitudinē  
 animi in addendo, nō demendo, Reip. osten-  
 dere. Atq[ue] ego scio q[ue] aspera haec res in princi-  
 pio futura sit: praesertim ijs, qui se in uictoria  
 licentius liberiusq[ue] quā arctius futuros crea-  
 debant.

debant: quorum si salutis potius quam libidini consules, illosque nosque & socios in pace firma constituit. Si eadem studia artesque iuuentuti erunt, non ista egregia tua fama simul cum urbe Roma breui concidet. Postremo sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe oculi sustentant. Nisi illam firmam efficias: uinci, auicisse, quid retulit? Quare capeffe per deos Remp. & omnia aspera (ut soles) \* persuade. Namque aut tu mederi potes, aut omittenda est cura omnibus. Neque quisquam te ad crudeles poenas, aut acerba iudicia inuocat, quibus ciuitas uastatur magis, quam corrigitur: sed ut prauas artes, & malisq; libidines ab iuuentute prohibeas, ea uero clementia erit, consuluisse, ne immerito ciues patria expellerentur, retinuisse ab stulticia, & falsis uoluptatibus pacem concordiamque stabiliauerit: non si flagitij obsecutus, delicta perpeffus, praefens gaudiu cum mox futuro inalo coefferis. Ac mihi animus, quibus rebus alij timent, maximè erectus est, negotij magnitudine, & quia tibi terrae & maria simul omnia componenda sunt: quippe res paruas tantum ingeniu attingere nequit. Magnae curae magna merces est. Igitur provideas oportet, ut plebs largitionibus & publico frumento corrupta, habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur: iuuentus probitati & industriae, non sumptibus neque diuitijs studeat. Id ita eueniet, si pecuniam, quae maxima omnium pernicios est, uicium atque dedecus dempseris. Nam saepe ego cum animo reputans quibus quisque rebus clarissimi uiri magnitudine inuenissent, quae res populos nationes uel magnis aurorib; auxiliissent, ac deinde quibus causis amplissima regna & imperia corruissent: eadem semper bona atque mala reperiebam, omnesque uictores diuitias contempisse, & uictos cupiuisse. Neque aliter quisquam extollere sese, & diuina mortalia attingere potest, nisi omiffis pecuniae

Bellum pacis causa.

\* persuade

\* deus

& corporis gaudijs, animo indulgens, non assentando, neque concupita praebendo, peruersam gratiam gratificans, sed in labore, patientia, bonisque praecipitis & factis fortibus exercitando. Nam doctum aut uiliam extruere, eamque signis, aulicis, alijsque operibus exornare, & omnia potius quam leniter usendum efficere, id est non diuitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. Porro ij quibus bis die uentrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est: ubi animu, quem dominari decebat, seruitio opprimeret: nequaquam ea postea hebeti uoluit: claudio pro exercitio uti uoluit. Nam imprudentia pleraque & se praecipitant. Verum haec & omnia mala pariter cum honore pecuniae desinent, si neque magistratus, neque alio uoluptu cupienda uacant erunt. At hoc prouidendu est, quod nam modo Italia atque prouinciae tutiores sint, id quod factu haud obcuru est. Nam ijdem omnia uastant, suas deferendo domos, & per iniuriam alienas occupando. Item ne, uti adhuc, militia iniusta aut inaequalis sit: cum alij triginta, pars nullum stipendium faciet: & frumentum, id quod ante praemiu ingnauit fuit, per municipia & colonias illis dare conuenit, cum stipendijs emeritis domos reuerterint. Quae reip. necessaria, tibi quoque gloriosa ratus sum, quam paucissimis absolui. Non peius uidetur pauca nunc de facto meo differere. Plerique mortales ad iudicandum satis ingenij habent, aut simulant: \* ueruntamen ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardet omnibus animus. Vix satis apertum os, aut lingua prompta uidetur, quae dicta pectore euoluat: quibus me subiectum haud praeniter, magis reticuisse pigeret. Nam siue hac, seu meliore alia uia perages, a me quide pro uirili parte dictum & adiutum fuerit: reliquum est optare, uti quae tibi placuerint, ea diij immortales approbent, beneque euenire sinant.

Bis die comedere.

B

\* ueruntamen

COMMENTARIUS.

B A D.

Populus Romanus. Haec oratio ad Caium Caesarem iam uoti compotem habita est: sed aulicis nomen supprimitur. Multa tamen artificiose & ingeniose simul & grauitate dicta continet: sed plurima in gratiam Caesaris. Tenebat. Ii. firmiter putabat: in corrupta, sed ab ueritate. Fabrum. Ii. artificum, & est speciose dictum: quasi dicat, Talem quemcumque habere fortunam, qualem eam fecerit. Vnde iuuenalis: Sed te nos facimus Fortuna deam, &c. Munitiones. Ii. tutiores. Negiores. Ii. minus que uentes aut ualentes, unde Nequam non dicitur proprie peruersus aut luxuriosus: sed homo nibili. i. nullis uirtutibus, ut qui nequit quicquam, quod sit neququam. Vii. Ii. ut: quam optum. i. ualde bonis: quod Caesar attribuit in Bucolicis Maro, per allegoriam loquens: Formosi pecoris cullos, formosior ipse. id est, boni populi, melior imperator. Asserrimè. Ii. difficillimè & inuictissimè. Armis parta componere. Ii. est, quae acquiuisisti armis, ita disperiri, ut nec uicti nec uictores gra-

uentur. Victi enim sunt ciues, quilibertatem quaerunt uictores particeps laborum & periculoru, qui praedam exigunt. Euadendum. Ii. inuenio honesto medio. quo neutri laedantur & discrimine eundem. Aduersum hostis. Ii. qui pro hostibus habendi sine bonis artibus: pacis. i. quibus pax bona conseruetur aut concilietur. Ergo res. Ii. scilicet negotium praefens uocat huc omnes, scilicet homines: magna & mediocri sapientia, id est habentem magnam aut mediocrem sapientiam: uti, id est ut, sup. ipsi dicant ea quae quisque potest, sup. dicere optima. Ac mihi uidetur sic. Ii. sup. dicendum. Ita. Ii. ita illis modo. Cum occupant. Ii. delicta Cn. Pompeio magno. Maiore fortuna. Ii. Contra sentit Lucanus & Cicero. Nam causam quidem bonam Pompeius, sed fortunam iniquam & deos aduersos habuit. Necessitudo. Ii. est necessaria coniunctio sanguinis aut legis. Vulgi more. Ii. quod instabile & incertum est. Quam iudicio. Ii. scilicet recto & firmo: occupant de reip. quam tamè non occupauerat Caesar. Ex qui. Ii. pro, ex quibus: matris oculum, id est minor molestia aut uexatio

A uexatio quam Romae: ubi in uincula conijcendi erant ob aes alienum: atque inspoliato. i. inspoliabili. unde notandum est, quod immunitas etiam gentium decorum pbanis erat: cuiulteri. i. ciuem decebat: non tyrannice neque rigide ut hostes, aut barbari facerent. Omnia imperia crudelta. Ii. quae cum crudelitate exercerentur: esse magis acerba. i. aspera & intolerabilia quam diuturna: quia nullum uiolentum diuturnum. Neque: quoniam metuum esse multu, quin formido recidat. Ii. reciprocè cadat ad eum: quia quem multi timent, eundem odere: & quem odere, inemptiu uelint. Contra. Ii. econuerso: & equiores, id est humaniores. An qui. Ii. Ordo est: An. i. nunquid: qui i. aliqui: praes dicent. i. affirmant, me corruptiorem, sup. esse tua uictoria his dictis. i. propter haec dicta: & praedictum me esse nimis bona uoluntate ini. erga uictos: scilicet te, scilicet. Ii. si re licet, cur id faciant: uidelicet quod ego arbitror danda, scilicet a te ciuibus: quae nos, sup. tribuimus, &c. & maiores non stritribuere saepe exteris nationibus: hostibus nobis. i. quae sunt hostes nobis: natura. i. per naturam: hoc est ueniam & libertatem immo praesici Romani saepe, quorum uictores fuerant, patroni esse isti sunt. Neque. Ii. sup. arbitror eadem, sup. expiandam, id est purgandam eade. i. per eadem occisorum: & sanguinem expiandum sanguine: ritu. i. more barbaro. i. barbarorum, qui immanes talione puniunt. An sup. dicent in me: illa quae increpabantur paulo ante hoc uicium in Cn. Pompeium & Syllam uictorem, aut ante uictoriam Syllae. Oblitio intersecit Domitium, scilicet Cneum quem proscriptum, & Hiericam regem Numidarum, bellum molientes Cn. Pompeius in Africa caput, & occidit Carbonem & Brulum. Nam (ut Florus recitat) Lucius Bruius a Cn. Papirio Carbonem, qui Corcyram appulerat, missus nauae piscatoria Lilybaeam, ut exploraret, an ibi Pompeius esset: & circumuentus a nauibus, quas Pompeius miserat, in se mucrone uerso, ad transtrum nauis, obnixus corporis pondere incubuit. Cn. Pompeius in Sicilia cum imperio a senatu missus, Cn. Carbonem, qui stens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Oblitio autem interfecit eos. Ii. aut quia negligentes erant circa sui custodiam, aut quia nulla uulio secuta est eorum necem. q. d. ut iuuenalis: Nulli grauis est percussus Achilles.

scilicet Romano, etiam publicae ciuitati, cui nihil debent non creditori, si pecunia aut alieni aeris tibi a multis crediti: & ita cogaris ad eorum uoluntatem omnino admitti strare. In addendo. Ii. & ad ararium & bonum publicu: quam arctius, id est constructius & continentius ac modestius: cum sint cogendi sine pudoris ingenui, & ita liberrimo animo uirtuti seruiri. Consules. Ii. est prospicies, & commodum facies. Non ista. Ii. Ordo est: ista tua egregia fama non concidet. Pacis causa. Ii. id est ut in pace sine iniuria aliquando uiuat. Spe oculi. Ii. scilicet futuri: hoc est, quiete pacis habenda. Capisse. Ii. id est complotere per deos, scilicet rogatus. Persuade. Ii. scilicet tibi & tuis: omnia aspera, scilicet et facienda aut obunda pro salute reipublicae. Nisi forte. Ii. legendum est, ueruade: id est, uirtute tua ad consummationem asperorum uade. Mederi. Ii. scilicet morbo morum. Inuocat. Ii. id est (ut dicunt) citat aut postulat. Quibus. Ii. scilicet crudelibus poenis & acerbis iudicijs. A iuuentute. Ii. id est ab ipsis iuuenibus, cum sit ipse senex. Senex autem est iuuenibus audendus. Stabiliuisse. Ii. id est confirmasse & stabilem fecisse. Obsecutus. Ii. id est inferuus fueris. Componenda. Ii. id est pacanda, & in concordiam redigenda. Magnae curae. Ii. est, pro magna cura. Dedecus pecuniae. Ii. quod ex pecuniae auiditate oriur. Nam saepe cum aadnoneo. Ii. scilicet alios reputans, id est mecum cogitant. Quibus quisque rebus. Ii. Ordo est: Quibus rebus; id est uis et medys inuenissent, quisque magnitudine clariuri. i. efficientem clarum uirum. Corruissent. Ii. simul penitusque decidissent: ego, inquam, reputans, reperiebam semper eadem bona, scilicet in claris uiris & uictoribus: atque eadem mala, scilicet in uictis & ignobilibus. Quod, pro quia reperiebam omnes uictores contempisse diuitias. Ergo contemptus diuitiarum, est causa uictoriae: & cupiditudo diuitiarum, causa excidij, neque aliter. unde Maronians Baander ad Aeneam: Aude hospes contemere opes & te quoque dignum Finge Deo. Quod uerbum Seneca tractans, confirmat nullum dignum Deo, qui non contemnat diuitias. Pecuniae gaudijs. Ii. quae in mala cupiditate animi consistunt: & corporis, quae in illecebris carnis. Animo. Ii. id est rationi aut potentijs animae. Gratificans. Ii. id est gratis faciens: peruersam gratiam, id est indulgentiam ineptam, aut adulationem perniciosam. Domum. Ii. in urbe. Villam. Ii. in agro. Signis. Ii. culpaturus, calaturus aut imaginibus. Auleis. Ii. panno uarijs figuris intertexto, qui in aula Attali regis inuentus, & ibeatris regem suspendi affuetus, auleorum nomen obtinuit: qui uero subternitur, Tapas aut tapetum, seu tapete dicitur: & si toto superponitur, thoralis: & quia idem lecto, sup. pollex: quod tamen generalius est uocabulum. Omnis potius quam semet usendum efficere. Ii. id est uelut & cetera regulas Grammaticorum. Nam dum per similitudinem aut comparationem loquimur, tertium non uicinosi, sed principaliori. i. et quod praemissum est, conformabitur. ut, Catharina non minus quam frater eius mortua est inno, Mortuus est. hic ergo dicam, Visenda. i. digna quae uideantur, quasi dicat: Spectabilia. Est enim sententia, qualis in Salustio, in eos quibus animus oneri corpus uoluptati est. Bis die. Ii. Ergo tantum canas celebrauerunt praesici. Vnde imprandia muebuntur Moryrici. Sed quomodo dicit Marialis: Imperat extructos frangere non a toros. Nisi quod iam in posterum: quisque, sup. curet res suas. i. propria bona. Gerere magistratum populo. Ii.

C

RIV. *Quorum etiam ne pro ocium quidem talis uoluptas sine dedecore attigerit. Venetum, Talis uoluptatis. Et omnia aspera, uti soles, persuade. Legendum, Perua-*

*de. ex Veneto. Id quod sensus quor. ipse possulare ita uideatur. Quae dicta peccore euolat. Venetum, Quae edita: Badianum, Quae dicta peccore euoluat.*

AD C. CAESAREM ORATIO II. DE REPUBLICA ORDINANDA.

**S**Cio ego quam difficile atque asperum factum sit, consilium dare regi aut imperatori, potestremo cuiquam mortali, cuius opes in excessu sunt: quippe cum & illis consultiorem copia ad sint, neque de futuro quisquam satis callidus, satisque prudens sit. Quinetiam saepe praua magis quam bona consilia prospera eueniunt: quia plerumque res fortuna ex libidine sua agitur. Sed mihi studium fuit adolescentulo Rempublicam capessere: atque in ea cognoscenda multam magnamque curam habui: non ita ut magistratum modò caperem, quem multi malis artibus adprei erant: sed etiam ut Rempublicam domi militiaeque, quantumque armis, uiris, opulentia posset, cognitum haberem. Itaque mihi multa cum animo agitati, consilium fuit, famam modestiamque meam post tuam dignitatem habere: & cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloria accederet, idque non temere, aut ex fortuna tua decreui: sed quia in te praeter ceteras, artem unam egregie mirabilem comperi, semper tibi maiorem in aduersis quam in secundis rebus animum esse. Sed per ceteros mortales illa res clarior est, quod & prius defessi sunt homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo quae gloria digna essent. Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto repeti posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit. Neque ego quae uisunt de Republica tibi scripsi, quia mihi consilium atque ingenium meum amplius quo probaretur: sed inter labores militiae, interque praemia, uictorias, imperium, statui admonendum de negotijs urbanis. Namque tibi si id modò in pectore consilij est, ut te ab inimicorum impetu uindices, quoque modo contra aduersum consulem beneficia populi retineas, indigna uirtute tua cogites. Sin in te ille animus est, qui iam à principio nobilitatis factionem disturbauit, plebem Romanam ex graui seruitute in libertatem restituit, in praetura inimicorum arma inermis disiecit, domi militiaeque tanta & tam praecleara facinora fecit, ut ne inimici quidem queri quicquam audeant, nisi de magnitudine tua, quin accipe tu ea, quae dicam de summa Reipublicae profectò aut tu uera inuenies, aut certe haud procul à uero. Sed quoniam Cn. Pompeius, aut animi prauitate, aut quia nihil maluit quam quod tibi obesset, ita lapsus est, ut hostibus tela in manus iaceret: quibus ille rebus Rempublicam conturbauit, eisdem tibi restituendum est. Primum omnium, summam potestatem moderandi de uestigalibus, sumptibus, iudicijs, Senatoribus, paucis tradidit plebs Romana, antea, cuius antea summa potestas erat: neque his quidem legibus in seruitute reliquit. Iudicia tamen, si cut antea, tribus ordinibus tradita sunt: tamen iidem illi factiosi regunt, dant, adimunt, quae lubet: innocentes circumueniunt, suos ad honorem extollunt. Non facinus, non probrum aut flagitium obstat, quo minus magistratus capiant: quod commodum est, trahunt, rapiunt. Postremò tanquam urbe capta, libidine ac licentia sua pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, si uirtute paratam uictoria more suo per seruitutem exerceat. Sed homines inertsissimi, quorum omnis uis uirtutis in lingua sita est: fortè, atque alterius iocordia comminationem oblatam insolentes agunt. Nam quae seditio aut dissensio ciuiliu tot tamque illustres familias ab stirpe euerit? aut quorù unquam uictoria animum tam praecipit tamque immoderatus fuit? L. Sylla, cui omnia in uictoria lege belli licuerunt, tamen à Sulpitio hostium parteis muniri intelligebat: tamè paucis interfectis, ceteros beneficio quam meta retinere maluit. At herclè nunc cum Catone, L. Domitio, ceterisque eiusdem factionis, quadraginta Senatores, multi praeterea cum spe bona adolescenterum sicuti hostium mastrati sunt: cum interea importunissima genera hominum tot miserorum ciuium sanguine satiari nequiere. Non orbi liberi, non parentes exacta aetate, non gemitus uirorum, non luctus mulierum immanem eorum animum inflexit, quin acerbis in dies malè faciundo ac dicendo, dignitate alios, alios ciuitate euersum ireret. Nà quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauissimi uita sua commutare nolunt? Scilicet neque illis tanta uoluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto merore tua dignitas: qui optatus habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi Rom. imperium maximè magno fieri. Quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est, quoniam modo rem ita bilis, communiasque. Mihi qui dem quae mens suppetit, eloqui non dubitabo. Ceterum tui erit ingenij, probare quae uera atque utilia sunt putes. In duas parteis ego ciuitatem diuisam arbitror, sicut à maioribus accepi, in patres & plebem. Antea in patribus summa auctoritas erat: uis multo maxima in plebe. Itaque sepius in ciuitate secessio fuit: semperque nobilitatis opes diminutae sunt, & ius populi amplificatum.

Non illa, pro nò solum.

\* haberem

Decretum est, pro certum est.

Duo ordines Romanorum.

**A**tum. Sed plebs eo liberè agitabat, quia nullius potentia super leges erat. neque diuitijs aut superbia, sed bona fama factis: fortibus nobilis ignobile anteibat: humillimus quisque in armis aut militia nullius honestae rei egens, satis sibi, satisque patriae erat. Sed ubi eos paulatim expullos agris, inertia atque inopia in certas domos habere subegit: capere alienas opes petere, libertatem suam cum Reipublicam uenalem habere. Ita paulatim populus, qui dominus erat, & cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est, & pro communi imperio priuatam sibi quicque seruitutem peperit. Haec igitur multitudo primùm malis moribus imbuta, deinde in arteis uitasque uarias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea uideatur ad capeendam Reipublicam. Ceterum additis nouis ciuib. magna me spes tenet fore, ut omnes expergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendae, tum his seruitutis amittendae cura orietur. Hos ego cetero permittos cum ueteribus, nouos in colonijs constituas. Ita & res militaris opulentiore erit, & plebs bonis negocijs impedita, malum publicum facere desinet. Sed non inficius neque imprudens sum, & quae mea res agitur, quae sequitur, quaeque temperatae hominù nobilitati futurae sint, cum indignabuntur omnia funditus miseris, antiquis ciuib. hanc seruitutem imponi, regnum denique ex libera ciuitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in ciuitate peruenerit. Equidem ego sic apud animum meum statuo, malum facinus in se admittere, qui incommodo Reipublicae gratiam tibi conciliet. ubi bonum publicum etià priuatum usui est, id uerò dubitare agredi, socordia: atque ignauiae duco. M. Liuius Druso semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate, neque ullam rem in principio agere intendit, nisi illi autores fierent homines factiosi, quibus dolus atque malicia fide chariora erant. Vbi intellexerunt per unum hominem maximum beneficium multis mortalibus dari, uidelicet & sibi quisque consensio malo atque infido animo esse, de M. Liuiio Druso iuxta ac de se existimauerunt. Itaque metu ne per tantam gratiam solus rerum potiretur: contra eam nixi, sua ipsius consilia disturbauerunt. Quo tibi imperator maiore cura fideque amici & multa praesidia paranda sunt. Hoste aduersum deprimere, strenuo homini haud difficile est. Occulta pericula neque facere, neque uitare, bonis in promptu est. Igitur ubi eos in ciuitate adduxeris: quoniam quidem renouata plebs erit, in ea rem maximè animum exercitatio, ut colantur boni mores, concordia inter ueteres & nouos coalescat. sed multo maximum bonum patriae, ciuib. tibi, liberis, postremò humanae genti pepereris, si studium pecuniae aut sustuleris, aut quoad res feret, minueris, aliter neque priuata res, neque publica, neque domi neque

